LL
N8138M

# NONI MARCELLI

# COMPENDIOSA DOCTRINA.

EMENDAVIT ET ADNOTAVIT

LVCIANVS MVELLER.

PARS I.

324149
5. 2. 36.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.
A. MDCCCLXXXVIII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

HERMANNO · HAGENO

HANC

NONI · MARCELLI

EDITIONEM

QVAE · PLVRIMVM · EST · ADIVTA · VIRTVTE · EIVS · ET · FIDE

D · D · D

**LVCIANVS · MVELLER**

## L. S.

Siquis post memoriam hominum inter doctos adversa fuit sorte conflictatus, ego vero me talem sentio, quippe cui natura cum vires Herculis negaret labores imposuerit, ac prope dixerim maiores. Certe illi semel Augiae stabulum obtigit everrendum; nobis primum cum Lucilii, mox cum Ennii librorum ederemus reliquias; ac nunc — iam enim ad Nonium accedo — tertium.

Opus sum aggressus varium, multiforme, vastum, obscurum vix minus quam vitam ipsam antiquissimam populi Romani, de qua — sine Nonio esset ac Festo — parum hercule constaret nobis, denique intricatum ita, ut quo altius huius quasi labyrinthi recessus penetraris, eo longius te abesse existimes a fine. Nam ut mittam ipsius auctoris culpa multa turbata, librariorum qui fuere intra saec. V et IX, tempore studiis infestissimo, tanta fuit vel imperitia vel neglegentia in describendo illo, ut quanto maiorem numerum sustuleris mendarum, tanto plures veluti ex Hydrae cuiusdam cervicibus subnasci videantur.

Anni sunt plus viginti quinque, ex quo tractare coepi Nonium, cuius deinde nullo tempore intermissum est a me studium, sive bene nobis esset sive male, sive aliis rebus teneremur occupatissimi seu laxatis curis omnibus in otio plane graeco versaremur.

Ac tamen semper verebamur ultimam manum imponere incepto, non laboris inpatientia ducti aut cupidine quietis (nec enim segnem egimus aetatem), sed immensitate operis territi probeque recordati Thucydidis illud, quod familiaribus usque ingerebat Hemsterhusius: *ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει.*

Etenim quod subinde iactabant amici ad excitandos nos confirmandosque, siquando deficeremus animo, et laudem multa maiorem et iucunditatem adfore labori nostro, quod qui hoc saeculo in Nonii libro tractando essent versati maiorem partem extitissent deterrimi, id ego longe secus habere existimo. Immo tum potissimum ad summa enitendi spes adest, cum strenuis si inciderit certamen.

Veluti Horatium post Bentleium, Ovidium post Heinsium, Lucretium post Lachmannum aggresso quae calcaria admovebuntur, qui stimuli, ut aut par sis horum virorum sollertiae aut certe ne inferior nimio. Nunc vero quae potest esse gloria, quod decus, tu si Gerlachium vel Gerlachii similes superaveris vel iudicandi arte vel peritia rei grammaticae?

Praeterea critici qui merito vocantur etiamsi in locis difficilioribus, quae est naturae infirmitas humanae, interdum a vero aberrant, relicua ita fere solent tractare, ut nec addi quidquam possit nec demi. At eorum, qui novissime ediderunt Nonium, curae fuerunt tales, ut ne de littera quidem una satis tuto eis posses credere. Hinc quot molestias, quanta taedia nobis putas orta?

Interim per annorum decursum, et maxime temporibus novissimis, nescio quo pacto mirifice augeri inter doctos opinio et fama Nonii nostri; ac saepe a notis pariter ignotisque rogatus sum litteris modo supplicibus, modo minacibus per iocum, ut tandem aliquando ultimam manum ei imponerem.

Nec vero mirum potest videri impatientius a quibusdam hunc, quem manibus tenes, librum efflagitatum florentibus etiamnunc Lachmanni et Ritschelii merito studiis antiquissimi sermonis latini, quibus multum profecto derat, antequam prodisset operis Noniani recensio arte et ratione temperata.

Nam vetustissimae Latinitatis etiamnunc pleraque cum obscura sint et intricata propter ruinam qua conflictata sunt monumenta ingeniorum Cicerone priorum, tamen condicio illius aliquanto magis precaria esset et deposita, nisi extaret Nonii Compendiosa Doctrina.

Quid enim, ut pauca memorem, de Varronis saturis haberemus compertum sine hac? Quanta Ennii Luciliique, quanta tragicorum comicorumque Plauto posteriorum pars eadem continetur! Illud enim praetereo etiam librorum qui tulerunt aetatem vitia multa tolli posse adhibito Nonio.

Et hercule propter scriptorum potissimum locos, quos adfert, omni tempore frequentatus est ille et temptatus a viris doctis pariterque et summi et infimi ordinis criticis praebuit materiam disputandi prope infinitam. Quis enim ipsum Nonium, hominem generis Romani stultissimum, multum curaret?

Sed quod fuere qui dicerent exiguum iam vel nullum fore eius usum, quod plerorumque auctorum, qui ab eo citantur, editis denuo et maiore quidem quam ante arte et cura per tempora

novissima libris ipse nucis cassae instar esset futurus, id ab omni parte falsissimum est vanissimumque.

Namque tam varii ac multiformes fontes sunt, quibus usus Nonius, tam mirifica et singularis indoles ipsius, tantus denique numerus corruptelarum codicibus eius propagatus, ut nemo quisquam uti possit satis Compendiosa Doctrina nisi qui multorum annorum studio compertam habuerit et exploratam.

In qua tractanda quam saepe et quam graviter a vero aberrarint plerique fragmentorum editores, hoc demum emisso libro patefiet.

Mihi vero haec atque talia cogitanti in varias partes diduci animus. Hinc Teubnerus omnibus precibus rogare, ut libri de re metrica poetarum latinorum, cuius olim venissent exemplaria, novam editionem pararem, quem equidem diutius frustrari habebam nefas; hinc tot doctorum eruditione, ingenio, fide conspicuorum accensa in Nonium nostrum studia eisque satisfaciendi cupido.

Igitur diu multumque meditato tandem placuit prius emitti Nonii librum cum Adversariis et Apparatu et Indicibus, adiectis etiam hic illic Commentariis, quantum posset fieri brevissimis, quibus quae maxime enarratione indigerent explicarentur summatim, cetera autem quae de Nonio existimarem dicenda aliis relinquere.

Iam qua via et ratione usi simus in adhibendis codicibus verbisque restituendis Nonii, porro in coniecturis doctorum promendis vel premendis aliisque, quae ad artem pertinent, cum plenissime simus exposituri in Adversariis, hic satis erit monuisse, inde a capite altero magisque a quarto omissa quaedam ex librorum dittographiis, quibus facile carere posse existimarem lectores. Veluti non ubique relatum de *e* et *ae* confusis nec de praepositionibus assimilatis vel non assimilatis in verbis compositis (quae ubi inveniuntur integrae, certe prima Lugdunensis prioris manu scripturam adstrui nostram scito). Porro titulorum quorundam, ut Amphitryonis, Heautontimorumeni, *Γνῶθι σεαυτόν*, corruptelae omissae post caput I. Ceterum haec et talia quo modo essent perscripta in libro Lugdunensi, cuius potissimum solemus sequi exemplum, in auctorum Indice declarabitur.

Praeterea memorandum iam hic ex libro Bambergensi non omnia, sed gravissima quaeque excerpta. Nec de Bernensium dittographiis concludendum ex silentio nostro, licet diligentissime sint adhibiti, neque ea quae desunt ubique notata, cum praesertim de lacunis codicis utriusque satis accurate relatum sit a Meylano.

Loci scriptorum bis vel saepius allati a Nonio post cap. demum II ita, vix quidquam ut desit, indicati in Commentariis. Ex relicuis quidam suppleti in Appendice.

Indicibus alterius voluminis etiam editionum commentariorumque, quibus in opere adornando potissimum usi sumus, brevis adiungetur mentio.

Denique rogamus, ut Appendicis in fine huius libri positae cura habeatur.

Nunc vero tu iam omni missa mora ipsam lege Compendiosam Doctrinam Nonii. Quem etsi ex stolido reddere sapientem non nobis magis contigit quam aut Aldo Iuniove aut Mercero, tamen ita invenies mutatum, ut vix Nonium agnoscas in Nonio.

Dabam Petropoli,
Kal. Dec. A. MDCCCLXXXVII.

# COMPENDIA.

I.

| | |
|---|---|
| Ald. | Aldus Manutius |
| Bent. (Bentin.) | Michael Bentinus |
| Iun. | Hadrianus Iunius |
| Lips. | Iustus Lipsius |
| M | Lucianus Mueller |
| Me*) | Iosias Mercerus |
| Scal. | Iosephus Scaliger. |

II.

| | |
|---|---|
| L**) | Lugdunensis prior |
| H***) | Harleianus |
| G†) | Guelferbitanus |
| C | Lugd., Harl., Guelf. |
| Bamb. | Bambergensis |
| Lugd. | Lugdunensis alter |
| Gen | Genevensis |
| B | Bernensis prior |
| A | Bernensis alter |
| gl. | glosae Lugdunenses. |

L, H, G per totum pertinent librum; item Bamb., Lugd. exceptis Cap. III, IV; Gen, B, A per IV; gl. per I, II. Plura de his codicibus in Adversariis Nonianis referentur. Interim Lucilii prooemium consulendum.

---

*) $Me_1$ priorem significat editionem. Numeris arabicis superiori margini additis cum nota M indicantur paginae editionis Mercerianae secundae.

**) $L_1$ Lugdunensis prima manus; $L_2$ altera; similes notae in relicuis libris adhibitae.

***) Hs Harleiani collatio Siversiana; Ho Onionsiana; Hqos lectio pariter Siversii, Onionsii, Quicherati testimonio nixa (h. e. ubi ad Quicherati exemplar nihil dittographiarum notatum a ceteris). Ita h et m litterae ad Gen, B, A additae Hagenum vel Meylanum significant auctorem.

†) Gs collatio Guelferbitani Schneideriana.

Libris a Quicherato collatis propter causas in Adversariis redditas raro sumus usi appositis notis ad intellegendum facillimis. Parisinus 7667, cuius plenior longe meliorque collatio extat in libro Haveti et Meylani, sicubi adfertur, littera P significatur.

## III.

| | |
|---|---|
| cdd.*) | codices |
| ed. Bas.**) | editio Basiliensis |
| exc. | excepto |
| f. | fortasse |
| l. | lemma; locus; liber |
| lac. | lacuna |
| litt. | littera |
| N. (Non.) | Nonius |
| n. N. | nugatur Nonius |
| pr. | prius; prior; praeter |
| r. m. | ratio musica |
| ras. | rasura (unius fere vel duarum litterarum) |
| s. l. | sub lemmate |
| s. v. | sub verbo |
| scil. | scilicet |
| v. | vulgo; versus; verbum; vide. |

Punctis in verborum Nonii contextu positis semipedes deficientes indicantur; asteriscis ternis lacunae. Vncis additis delenda notantur, litteris cursivis aliena a librorum memoria.

In Commentariis verba puncto addito imminuta praeter compendia paucula eademque notissima in codicibus leguntur integra. Lineola interposita indicatur quaedam a nobis omissa.

Relicua compendia vel vulgaria ac trita vel quae neminem morari posse videantur.

---

*) hoc compendio plerumque omnes, de quibus innotuit, significantur libri, interdum, ubi aliorum dittographias referre non esset operae pretium, soli nostri.

**) hac nota saepe usi sumus, ubi de Guelferbitani scriptura non constaret aliunde.

# NONI MARCELLI

PERIPATETICI TVBVRSICENSIS

# COMPENDIOSA DOCTRINA

AD FILIVM.

# *PRAEFATIO*

# INDEX.


I. De proprietate sermonum.
II. De honeste set nove dictis per litteras.
III. De indiscretis generibus per litteras.
IV. De varia significatione sermonum per litteras.
V. De differentia similium significationum.
VI. De inpropriis.
VII. De contrariis generibus verborum.
VIII. De mutatis declinationibus.
IX. De numeris et casibus.
X. De mutatis coniugationibus.
XI. De indiscretis adverbiis.
XII. De doctorum indagine.
XIII. De generibus navigiorum.
XIV. De generibus vestimentorum.
XV. De generibus vasorum vel poculorum.
XVI. De generibus calciamentorum.
XVII. De coloribus.
XVIII. De generibus ciborum vel potionum.
XIX. De generibus armorum.
XX. De propinquitatum vocabulis.

## COMMENTARIVS
### IN TITVLVM ET INDICEM.

*Compendiosa Doctrina quid significet et quo auctore inscriptus esse videatur ita liber Nonii, dictum Advers. Non. cap. II initio.*

*Inscriptione omnino carent L, B; neque in Gen quidquam praefixum nisi titulus capitis IV. at in H, P, G, Montepessul., Spanhemiano, Bamb., A aliisque libris, ut Romanis quibusdam, in fronte operis leguntur haec:* Index earum rerum quae hoc codice continentur. Noni Marcelli peripathetici Tuburgicensis de compendiosa doctrina per litteras ad filium. *in quibus dittographiae notandae tales.* Nonius Marcellus peripatheticus *Montepess., A.* — Nonii *G, Bamb.* — *hic, Spanh.* peripatetici. — Tuburgicensis *H; P; Bamb.;* Tiburgicensis *cd. Spanhem.;* Tuburticensis, *quod m. 2 mutat. in* Tuburcicensis *testatur ed. Basil., G;* Tiburcicensis *Montepess., A; ex libro S. Victoris* Tuburcicensis *adfertur a Quicherato.* — Tyburticensis *Vat. 3418;* Tiburticensis *ed. a. 1476 omnesque, ut vid., ante Iun.; item mrg. Iun. et Gothofr.; Me;* Tiburtiensis *Reg. 1469; Vat. 2916;* Tiburiensis *Iun., Gothofr., $Me_1$.* — de *om. libri recentes, ut ex Rom. Reg. 1469, Vatic. 2916, 3418, tracta scilicet primi capitis nota ad totius operis inscriptionem.* — conp. *Montep.* — per litteras *(unum* t *ubique apographon cd. Spanhem.; compendium in Montepess.); om. ed. a. 1476 al.; cf. Advers. Nonian. cap. II init.*

*Praeterea ex libris vel scriptis vel impressis saec. XV, XVI, XVII notanda duxi haec.*

*In ed. principe ac secunda inscriptio vel subscriptio tituli nulla. in Veneta a. 1476 omnibusque, ut puto, quae praecesserunt Iunianam inscripta haec:* Nonii Marcelli peripatetici *(om. Ald., Bentin.)* Tiburticensis compendiosa doctrina ad filium de proprietate sermonum. *Iunii et Gothofredi ac Merceriano a. 1583 exemplari praefixum:* Nonius Marcellus de proprietate sermonum (sermonis *$Me_1$*). — *in isdem primo capiti praemissum:* Nonii Marcelli peripatetici Tiburiensis de compendiosa doctrina per litteras ad filium. — *recta denique inscriptio restituta a Mercero a. 1614, exc. quod apud eum fertur* Tiburticensis *atque illud* de *perperam servatum; item* per literas.

*Et errores quidem quos supra dixi orti titulo totius operis cum primi capitis confuso. quae causa etiam fuit Hincmaro Remensi, cur diceret inscriptum Nonii librum* de proprietate sermonum. — *at quarti capitis ut omnium locupletissimi nota addita Nonio in Vatic. 1554; 1555, non quidem nulla facta mutatione. nam in illo legitur:* de significationibus vocabulorum, *in hoc:* de significatione verborum. *nec male in Casauboni codice cap. XII titulus* de doctorum indagine *inscriptus libro.*

*Index tribus, quantum nobis innotuit, non pluribus, continetur libris, L, P, Spanhemiano. in principio legitur operis, in P et Span. post titulum. de H neque a Siversio neque ab Oniensio relatum quidquam. sed apparet olim*

*adfuisse, cum P totus sit ductus ex illo et quidem solo. in Spanhem. omissa inscriptio cap. III.*

Index *om. cdd.* — *numeros om. idem.* — II. de honeste set nove dictis *M,* de inhonestis et nove veterum dictis (dicitis *prius L*) *cdd.; G tamen in titulo cap. II* de honestis. — V. VI. signification De inpropriis *P;* significatio *(tum ras. decem fere litt.)* inpropriis *L;* significationum inpropriis *Spanhem.* — per litteras *add. P testante Meylano (nihil notat Keilius).* — VIII. De mutatis declinationibus *M;* De mutata declinatione *libri.* — XIII—XVI; XIX De generibus *M;* de genere *v.* (*etiam ap. Serv. ad Aen. VII, 612 restituendum* Suetonius in libro de generibus vestium). *falsa scriptura orta ex compendio* gener; *recta servata in cap. XVIII.* — XV. *olim fuit post* XVII. — XIX. XX. D . . . . . . . . . morum. D . . . . . . . . . . . . . . . . vocabulis $L_1$, *relicuis per aquam adspersam interceptis praeter partem* m *litterae in* propinquitatum; *quae tamen exc.* D *priore suppleta m. saec. XV.* — de propinquitatum vocabulis et partu *P.* — de propinquitate *Spanhem.* — *sane titulus qui in L extat parum plenus; nec tamen illum, qui est in Parisino, a Nonio venisse probabile est.* — *ceterum cum commentario hoc conferenda quae initio capitum singulorum relata de inscriptionibus.*

# I.

INCIPIT 1 M.

# DE PROPRIETATE SERMONVM.

SENIVM est taedium et odium, dictum a senectute, quod senes omnibus odio sint et taedio. Caecilius in Hephaestione:

tum *autem* ín senectute hoc députo misérrimum,
sentíre ea aetate eúmpse esse odiosum álteri.

---

4 Caecilius Hephaestione.

---

**1.** **2** *Codicum nostrorum tituli capitibus singulis praefixi ubi ab indicis differebant memoria, cum cura notatum. — praeterea inscript. in libris recentissimis aliquando immutatae vel omissae. de quo nihil fere relatum.* — **1** Inc. *om. C; Bamb.* — **2** Propr. *idem, quod ἐτυμολογία.* — **3** senium est taedium; *non indignum memoria praef. Gell. paragr. 11 legi:* quibus in legendis ante animus senio ac taedio languebit. — tedium — tedio *C, Montep., Bamb.* **4** sunt $H_1$. — in Hephaestione. *puto a N. in citandis scriptoribus semper fere omissam praepositionem. quae tamen ubi optimorum firmatur librorum consensu a nobis servata.* — Hephaestione *Bothius;* Ephestione *ed. a. 1476;* efesione (f *ex* p *fact.* $H_1$) *C, Bamb.;* effessione *Paris. 7666.* — **5** autem *add. M; nam idem post* tum *om. in Livii versu 335, s. l.* lustrare; *f.* tum ego. — **6** eumpse *Fleckeisenus ann. philol. 1865 p. 566; Bergk. op. I, 395.* eumpse *pro* ipsum, *ut apud Pacuvium, Non. 124 s. v.* icit, (*ubi item libri* eum ipsum). *ita Fest. 278* reapse *pro* re ipsa; *porro Ennius et Pacuvius* sapsa *pro ipsa. elegantiora quidem haec, quae tamen Ciceronis et Nonii consensu videntur refutari:* séntire te aetate ípsa esse odiosum álteri. — *gravissimae autem in ipso limine huius libri turbae ortae doctorum incuria. quos cum fugisset Ciceronem, qui affert Caecilii versus de sen. cap. VIII, haud sane peritum fuisse metricae comicorum — de qua re ipse testatur plenissime orat. 55, 184 —, Nonium ex Cicerone quam ex Nonio Ciceronem emendare maluerunt. nam is haec habet:* tum equidem in senecta hoc deputo miserrimum sentire ea aetate esse se odiosum alteri. *in quibus illud* in senecta *interpolando apparet ab eo novatum, quod nesciret in* senectute *vulgari usu corripi posse secundam. neque magis recte habet, quod vulgo scriptum* tum equidem in senectute, *cum duplicatus initio trimetri anapaestus parum commendetur r. m.* — *itaque etiam* equidem *errore Ciceronis, neglegentius ut saepe ab eo factum citato auctore, invectum in verba Caecilii.* — *Cicero autem hoc ut aliis locis comicorum metricam artem ad aequalium ipsi tragicorum accommodavit normam, qui quanta sint usi legis severitate, apparet ex conversis ab illo Tusc. II, 8; 9; 10 Sophoclis et Aeschyli versibus; in quibus constituendis docti non ubique versati feliciter.* — *etiam in secundo versu interpolatum a Cicerone, quod offenderetur eo quod est* eumpse.

nam aetatem malam senectutem veteres dixerunt. Plautus Menaechmis:

........ cónsitús súm,
senéctúte, onústúm geró córpu', vírés
relíquére. ut aétás malást mérs, male érgóst.

Accius Amphitryone:

malán aetate mávis male mulcári exemplis ómnibus?

Turpilius Philopatro:

miserúm puto, si etiam ístuc ad malam aétatem accessít mali.

Pacuvius Periboea:

parúmst quod te aetas mále habet, ni etiam, heus, ád malam ||
aetátem adiungas crúciatum reticéntia?

Afranius Vopisco:

si póssent homines délenimentís capi,
omnés haberent núnc amatorés anus.
aetás et corpus ténerumst morigerátio;
haec súnt venena fórmosarum múlierum.
mala aétas nulla délenimenta ínvenit.

bonam aetatem quoque dicimus adulescentiam vel iuventutem. M. Tullius de senectute: 'quodsi *istis* ipsis voluptatibus bona aetas fruitur lubentius, primum parvulis fruitur rebus'. — nam pruden-

---

8 V, 2, 4 || 12 Accius Amphitryone || 14 Turpilius Philopatro || 16 Pacuvius Periboea || 2 Afranius Vopisco || 9 14, 48.

---

8 Menechmis *L, H, Bamb.; ita vel* Menecmis *ubiq. fere L, H, et ut puto G, quamq. Bas. pgg. 1; 3 (bis), 9 edid.* Menaechmis. — **11** relinquere *Bamb.* — ut *e. q. s.*; *cf. pg. 192 l.* aetas. — ut *causale est.* — mers; *cf. Ritschel. Op. II, 652 sqq.* — male ergost *Spengel. de canticis Pl. pg. 277;* mala est ergo *Non. h. l. et 192.* — mala ergost *Pl.* — **12** Amfitryone *L, G,* Amfytrione (y *ex* i *facto*) *H,* Amfytryone *Bamb.* — **13** malan *M,* an mala *v.; f.* malan aetate male mulc. ex. mavis omn.? *ut sit caesura cum tmesi post* ex. — **14** Filopatro *codd. ubique; Φιλοπάτωρ fuit Antiphanis et Posidippi; sed* Philopatōris *non magis potuit tolerari a Turp. quam ab Ennio* Hectōris; *itaque id aptatum ori latino; ut et apud Graecos Ἀντίπατρος, Σώπατρος al.* — **15** *alii trim. constituerunt, quorum prior finiretur post* puto. — aetitem $L_1$. — **16** Pacubius $L_1$, *Bamb.* — **17** nisi *Bamb.* — heus *M;* hic *H, G, Bamb.; om. L.* — **1** reticenti *H, G, Bamb.,* $L_2$; reticentia $L_1$, *Gulielmus.* — **2** Afranis $L_1$. — **3** delinimentis *Bamb.* — **5** tenerumst *M (nam* est *ubique inclinari, nisi quando interpunctum ante, notum);* tenerum et *v.; cet. cf. Lucr. IV, 1278 sqq.* — mori generatio *H, Bamb.* — **7** delinimenta *Bamb.* — **9** M. Tull.; *ita longe pluribus locis dicitur a N.; aliquanto rarius Cicero.* — *pro* M. *saepe in L, H integrum nomen scriptum, quod notare supersedimus. aliquando pr. m.* men *positum propter male intellectum compendium* m͠. — istis ipsis *Cic.; om.* istis *codd.* — **10** libentius $L_1$, *Bamb.* — parvis *G.* — prudentissimae $L_1$.

dissime noster Maro diei partem primam, quasi eius aetatem puberem, meliorem dixit nono libro:

nunc adeo, melior quoniam pars acta dieist.

senium ipsum positum sic. Titinius Veliterna:

quod péstes, senia et iurgia semét diebus *hísce*
*foras* émigrarunt!

Novius Gallinaria:

*ó* operae, coáctor, cantor, cúrsor, senium sónticum!

Accius Epinausimache:

mórs amici súbigit, quod mist sénium multo acérrimum.

Pomponius Praecone posteriore:

cálve, adportas núntium
nóbis disparém, divisum: huíc seni senium ét metum.

Lucilius Satyrarum lib. XV:

in numero quorum nunc primu' Trebelliu' multost
Luciu'; nam arcessit febris, senium, vomitum, pus.

Turpilius Demiurgo:

quia enim ódio ac senio mi haé sunt . . núptiae. ||

---

12 IX, 156 || 14 Titinius Veliterna || 17 Novius Gallinaria || 19 Accius Epinausimache || 21 Pomponius Praecone posteriore || 24 Luc. lib. XV || 27 Turpilius Demiurgo.

---

**11** die *G.* — partem primam *v.;* partes primas *C, Bamb.* — puverem $L_1$, $H_2$*;* partem, *in mrg.* puerum, *Bamb.* — **12** VIIII l. *id.* — **13** pras actat $H_1$. — **14** Titinius *Bamb.*, Titinuss $L_1$, Titinnius *id. 2, H;* (Titinnius *in G ubique esse testatur Rothius in indice; et ita persaepe H, et ex corr. semper fere L*). — **15. 16** quod (*supra scr.* $L_2$) *pro* quot. — iurgia *producta finali propter caesuram.* — semet diebus hisce foras emigrarunt *M;* sesemet diebus emigrarunt (emicrarunt $L_1$, emigrarent $H_1$). — **18** o operae, coactor; o *Munkius addidit;* operae, coactor *Lips. antiq. lect. V, 14;* opere quae *L*, $H_2$, *G;* opereque $H_1$, *Bamb.* — cantor *nisi labem traxit, illa satis inter se diversa* coactor *(i. e. pecuniam ac reditus domini qui colligit),* cantor, cursor *allitterationis opportunitate videntur esse iuncta.* — **20** subicit $L_1$*; etiam in H* g *ex alia littera factum.* — mihi est *cdd.* — **22** calvae $L_1$. — adportas $L_1$, *ed. Bas.;* app. *rell.* — **23** diversum *Quicheratus; porro hiatus post quartam thesin in hoc poeta suspectus.* — huic sempsenium *Hqo.* — **24** Lucilius; *subinde* Lucil, Lucl, *transfixo ut plurimum virgula* l, *aliquando et* Lucillius *legitur.* — saturarum $L_1$. — **25. 26** primus *C,* primum *Bamb.* — Trebelleis $L_1$. — multost Luciu' *Lchm. comm. Lucr. pg. 66;* multos titos lucios *cdd.* — nam *(ita iam Lchm.)* arcessit *M;* narcessibai *L*, $H_1$, *Bamb.;* narcesibai $H_2$, *G* (*fuerat in archetypo* narce$^{ssi}$bat). — pus *v.;* plus *cdd.* — **27. 28** *in H illa* Demiurgo quia enim *(ut quaedam ex sequentibus) aqua infusa deleta.* — mihi *cdd.* (*in H ex ultimis quattuor verbis tantum haec potuere legi* m — ae. — haec *prius Bamb.* — *f.* q. e. o. ac s. mi haece sunt nunc nuptiae).

Pacuvius Periboea:

métus, egestas, méror, senium, exílium; queis enéctu' sum.

VELITATIO dicitur levis contentio, [dicta] ex congressione velitum. Plautus Asinaria:

vérbis velitátionem fíeri conpendí volo.

idem Menaechmis:

néscioquid vos vélitati éstis intervós duo.

Turpilius Lindia:

conpérce verbis vélitari; ad rém redi.

Afranius Privigno:

intérea verbis vérba lactare ét labris
intérse velitári, velicárier.

Caecilius Pausimacho * * *

*Phrygiones sunt artifices vestium acu pictarum, a Phrygibus dicti, quod in Phrygia hoc genus artis pol*leat. hoc Vergilius probat in lib. nono:

---

1 Pacuvius Periboea ‖ 4 II, 2, 41 ‖ 6 V, 2, 28 ‖ 8 Turpilius Lindia ‖ 10 Afranius Privigno ‖ 13 Caecilius Pausimacho ‖ 16 IX, 614.

---

1 Pacubius $L_1$, *G, Bamb., etiam H, sed m. 1 corr.* — iboea metus e *ex H evanuerunt.* — 2 maeror *G, Bamb.* — exilium, queis e. s. *M; cf.* enectus siti Tantalus *Cic. Tusc. I, 5, 10.* — exiliumque et senectus *cdd.* (que *in H non comparuit*). — 3 dicta *secl. M.* — *puto* a. c. — 5 verbivelitationem *Meursius.* — 6 Menechmis *L, H, Bamb.* — 7 *f.* velitatis, *quoniam non probabile est admissum a Plauto hiatum, ubi tam facile posset vitari.* — 9 conperce $L_1$, *Bamb.*, comparce $H_1$, compaerce *id. 2;* comperce *G;* $L_2$. — dedi *Bamb.* — 10 Privigno *v.;* Privigna *C, Bamb.* — 11 verbis verba lactare *M;* verba iactare *C*, verbis iactare *Bamb.* — 12 velicarier; vellicarier *Gerlachius;* velificarier *cdd.* — 13. 14 Cecilius *C.* — Pausimachomum interent tamen — aut unde nigerrimus auster leat (lateat *Bamb.*), *interposita pagina, quae inter 406 l.* tamen *verba:* mulcato foede corpore postre, *et 409 l.* triste *illa:* et pluvio *exciderat, cdd.* — *rectus ordo restitutus* $Me_2$*; et iam in Paris. 7576, qui est saec. XV, ad finem lemmatis* velitatio *notatum:* haec vocabula sequentia ab hoc signo crucis ad aliam crucem debent interponi, *et pg. 409:* desunt quaedam vocabula incipientia a T, quae iuxta principium, ubi est hoc signum crucis, *auctor est Quicheratus.* — *in Montepess., quo magis haec ad usus adaptarentur legentium, omissa illa* Afranius Privigna — Caec. Pausimachomum interent tamen; *tum posita ea quae sunt* toga dicta est *e. q. s. usque ad* simul ac tetigit provinciam *(409, 4); deinde continuatur l.* hostimentum. — 15 leat *nota insignitum in G; in mrg. repetita eadem additum* hic desunt quatuor lineae quae in autentico non erant scriptae. *eadem adscripta legi in Victorino testatur M.* — *excidit autem et Caecilii exemplum et lemmatis Phryg. initium; quod quidem bene est restitutum a Rothio in Addend. pg. 460.* — Vergilius; *ita semper scriptum in L testatur Rothius in Indice; item Zangemeisterus pg. 191; 2 ad l.* artus; arva. *G ubique* Virgilius, *ut puto; neque ex H aliud fere notatum. de quo semel monuisse satis.* — *h. l.* Virgilius $H_2$, *G, Bamb.*

vobis picta croco et fulgenti murice vestis;

item in eodem [nono]:

o vere Phrygiae, neque enim Phryges!

Titinius Barbato:

. . . . Phrygió fui primó benque id opu' scívi;
relíqui acus aciásque ero atque eraé nostrae . . .

Plautus Menaechmis:

pallam ád phrygionem fért confecto prándio.

Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου:

Phrygió qui pulvinár poterat
pingére, soliar defúgiebat.

HOSTIMENTVM est aequamentum: unde et hostes dicti sunt, qui ex aequa causa pugnam ineunt. Plautus in Asinaria:

pár pari datum hóstimentumst: ópera pro pecúnia.

unde et hostire dicitur. idem in eadem:

quin prómitto, inquam, hostíre contra, ut mémineris;

id est, aequa reddere. ||

TOLVTIM dicitur quasi volutim vel volubiliter. Plautus Asinaria:

demam hércle *iam* iam de hórdeo, tolútim ni badízas.

Novius Gallinaria:

ó pestifera pórtentifera trúx tolutiloquéntia!

---

18 ib. IX, 617 || 20 Titinius Barbato || 23 III, 2, 4 || 25 Varro Cosmotoryne || 29 I, 3, 20 || 31 II, 2, 110 || 1 III, 3, 116 || 3 Novius Gallinaria.

---

18 nono *seclusit M.* — **19** Phrygiae — Phryges *v.;* Frigiae — Frigis $L_1$, $H_2$, Frigiae — Friges $L_2$, $H_1$; Frygiae — Fryges (Frygis *Bamb.*) *G, Bamb.* — **20** Titinnius $L_2$, *H, G.* — **21** Frygio *cdd.;* Frygio fui primo *m. 2 add. in L.* — benque id opu' scivi *M propter r. m.;* beneque id opus scivi *v.* (op' civi *Bamb.*). — **22** atiasque *Bamb.* — atque re *L, H, Bamb.* — *versus constituit Ribbeckius; cet. post* nostrae *videtur olim fuisse verbum quod a vocali inciperet.* — **23** Plaustus *Bamb.; cet. cf. 537* palla. — Menaechmis *ed. Bas.;* Menechmis *L, H, Bamb.* — **24** Frygionem *L, G,* Frigionem *H, Bamb.* — **25** Cosmotorine, r *post* to *eraso;* i *ex* e, *ut vid., per rasuram facto H.* — **26** Frigio *L, H, Bamb.;* Frygio *G.* — **27** defugiebat (pingere) *M;* devigebat *cdd.* — *anapaestos instituit M (plura in hac satura eodem fuere metro).* — **28** hostis $L_1$. — **29** *f.* quia. — in *om. G.* — **30** dat. host. *Plaut.;* hostimentum datum est *cdd. et hic et 528 s. l.* opera, *exc. quod ibi omissum* est. — **31** ostire *h. l. et 32 ut vid. G.* — **32** p̄mitto *Bamb.* — ut memineris *Nonius; minus eleganter cdd. Pl.* ut merueris; *cf. Ter. Heautont. V, 1, 77 sq.* — **1** quasi lutim *G.* — volubiter *H.* — **2** iam iam *M;* iam *cdd. Non. et Plauti.* — ordeo $L_1$. — **3** Callinaria $L_1$. — **4** portentifera *vel* portentifica *Ribbeckius (apud Ovid. Metam. XIV, 55 variant cdd.; ubi Heinsius praefert* portentiferis; *apud Lactantium aliquoties* portentificus *habetur);* pontica fera *C;* ponticam fera *Bamb.* — sontica *Gulielmus; inde nos aliquando* sontica, atra; *quod tamen minus placet propter allitterationem imminutam.*

4 M.

id est, volubilis locutio. Idem Macco Exule:

. . . . em, díxi iturum hominem ín Tuscos tolútim.

[idem] Lucilius Satyrarum lib. VIII:

si omne iter evadit stadiumque acclive tolutim.

idem:

velle tolutim hic semper *et* incepturu' videtur.

Varro Trihodite Tripylio, *περὶ ἀρετῆς κτήσεως*:

nam út ecus, qui ad vehéndumst natus, támen hic traditúr magistro,
út equiso doceát tolutim.

Pomponius Decuma fullonis:

ét ubi insilui in cóculeatum ecúleum, ibi tolútim tortor.

Varro Agathone:

haec postquam dixit, cedit citu' celsu' tolutim.

CAPVLVM dicitur quicquid aliam rem intra se capit. nam sarcophagum, id est sepulchrum, c a p u l u m dici veteres volunt, quod corpora capiat. Plautus Asinaria, dicens de sene:

périi, misera! ut ósculatur cárnifex, capulí decus!

idem Milite:

quíd ais tu? tam tíbi ego videor óppido Acherúntius?
tám capularis?

---

5 Nov. Macco Exule ‖ 7 Lucil. l. VIII ‖ 9 idem ‖ 11 Varro Trihodite Tripylio ‖ 14 Pomponius Decuma fullonis ‖ 16 Varro Agathone ‖ 20 V, 2, 42 ‖ 22 III 1, 33.

---

**6** ẽ *G, H,* est *L, Bamb.; septenarii partem agnovit Munkius; molliores tamen erunt numeri ita:* em, d. i. h. tol. in Tuscos. — **7** idem *uncis seclusit M.* — Saturarum $L_1$. — **8** omnem $L_1$, *H, G.* — inter $H_2$, *G.* — **10** et *add. Bouterwekius quaest. Lucil. pg. 12.* — **11** Triodite *L, H.* — Tripylio *Me;* Trifolio *cdd.* (*sed in H prius fuit* Trifilio). — *περὶ ἀρετῆc κτήσεωc Me; cdd. περιαρετηcεωc*; *cf. Serv. ad Georg. I, 34.* — **12** nam *pg. 105 s. l.* equiso; sed *cdd. h. l.* — aecus *L;* equus *H, G, Bamb.* — magistra *L,* $H_1$, *Bamb.* — **13** equis edoceat $L_2$, $H_1$, *Bamb.* — **14** Pomponius; *cf. 105 l.* eculeos; *182 l.* tortor. — **15** coculeatum *Buccheler us; cf. comment. in 105* eculeos; coleatum $L_1$; cocleatum $L_2$, *H, Bamb.;* clocleatum *G.* — ibi; *sic* $H_1$ (ib *in ras.*); *Bamb., ut vid.;* ubi *L, G.* — **17** citu *G m. 1,* citus *rell.* — celsum *equitem significare coll. Pauli pg. 55 recte monet Forcellinus.* Celsus *Iun.* — **18** sarcofagum *cdd.* — **19** sepulcrum $L_2$, *H.* — **21** perii *v.*; peri *cdd.* — **23** quid ais tu? tam *Me;* quid ais totam *cdd. Non.; at Plauti* q. a. tu? itane. — acheruntius *Bamb.;* hacheruntius *L, G;* hac eruntius *H;* Acheruntícus *libri Plautini.* — *primam in* Acheruns *et quae inde descendant a Plauto productam contendit Ritschelius; cf. proleg. Trin. pg. CLXXI ed. prior.; LXVI poster.; eumque nunc quidem secutus sum, sed ut de ea re amplius quaerendum censeam. illi qui non accesserit ac* d *paragogicum admiserit in Plautum, hoc quidem loco poterit putare legendum* oppidod Acheruntius.

id est, capulo proximus. Pomponius Pappo praeterito:

dum istos ínvitabis súffragatorés, pater,
príus in capulo quam ín curuli sélla suspendés natis.

Lucilius Satyrarum lib. secundo:

quom illic vidissent Hortensiu' Postumiusque, ||
ceteri item in capulo hunc non esse aliumque cubare.

Varro Cosmotoryne, *περὶ φϑορᾶς κόσμου*:

proptér cunam capulúm positum
nutríx tradit pollíctori.

TEMVLENTA dicta est ebriosa, [dicta] a temeto, quod est vinum, quod attemtet. Plautus Aulularia:

. quía temeti níl adlatum intéllego.

idem Truculento:

síve adeo carét temeto, támen ab ingenio ínprobust.

M. Tullius de re publica lib. quarto: ita magnam habet curam disciplina verecundiae: carent temeto omnes mulieres. — Varro Est modus matulae, *περὶ μέϑης*:

quis in ómní
víta héluo *πίνων δέπας* ólfacít temétúm?

---

25 Novius Pappo praeterito || 28 Luc. l. II || 2 Varro Cosmotoryne || 6 II, 6, 6 || 8 Truculento IV, 3, 59 || 10 de re publ. IV || 11 Varro Est modus matulae.

---

25 idem *L*, $H_1$, *Bamb.* — Pomponius *recte Ritschelius parerg. Pl. 134;* Novius *v.* — *nam neque probabile est Pomponii et Novii aequalium Atellanae auctorum fuisse fabulas prorsus cognomines et mirifice confirmatur Ritschelii opinio altero fragmento quod legitur pg. 468 s. l.* suffragant. *apparet quippe irrideri Pappo Praeterito ineptum quendam eundemque honorum cupidum senem. — eiusdem autem Pomponii fertur* Pappus Agricola. — **26** istos *v.*, isto *C*, *Bamb.* — invitabis *Iun.*, invitavis *cdd.* — **27** suspendis *id.*, suspendes *Me.* — **28** Saturarum $L_1$, $H_2$. — lib. II *G, Bamb.* — **29** quom illic *M*, quem *(in mrg. add. m. 1 in G)* illi cum *cdd.* — **2** coss̃ matorene $L_1$, *G*, coss̃. matorene *Bamb.*, cos (*add.* $H_1$ s̃) matorene *H*, $L_2$. — *κοcμοι L.* — **4** pollictori *Me;* pellictori $L_2$, $H_2$, *G*, pellectori $L_1$, $H_1$, *Bamb.* — **5** temulentast mulier *invenitur ap. Ter. Andr. I, 4, 2; apud Plautum adiectivum illud non videtur extare. igitur in fontibus Nonii fuit potius lemmatis loco* temetum; *quod deinde eius socordia est inversum. ita bene procedit Plautinorum ordo exemplorum. cf. et pg. 39 l.* vituperare dictum est vitio dare. — dicta est; id est *Montepess.; Parisin. 7665.* — dicta *uncis incl. M.* — a temulento $L_1$. — **6** attemptet *H, G, Bamb.* — Plaut. Aulul.; *cf. Fest. 364; Serv. in Georg. I, 344; Macrob. Sat. III, 11, 2.* — **7** *praec. ap. Plaut. alterius personae illud* qui; *quod f. a librariis Nonii omissum; ut ap. Macr. l. m.* — timenti $L_1$. — nihil *cdd.* — allatum $L_2$, *H, G.* — **9** inprobust *docti;* inprobus $L_1$, *H*, improbus *G, Bamb.*, $L_2$; timidus est inpr. (impr.) *cdd. Pl.* — **10** lib. IIII *G, Bamb.* — habet curam *M;* h. viam *cdd.* (h. vim *Iun.*) — verecundie carente $L_1$. — **11. 12** Est modus matulae *v.;* et m. matula *cdd.* — *περιμcοηο* $L_1$, *πριμcοηο* $H_1$. — **14** helio *cdd.* (heio *G m. 1*), helluo *Iun.* — *πίνων δέπαc M, qui et sotadeos restituit* (*πιὼν δέπαc Iun.*); olfacit temetum *v.;* *πιοδεπεc*

5. 6 M.

idem Modio: trimodiam amphoram quaerendam temeti ac farris modium.

CINAEDI dicti sunt apud veteres saltatores vel pantomimi, *ἀπὸ τοῦ κεινεῖν τὸ σῶμα*. Plautus *in* Aulularia:

ita fustibus sum mollior magis quam ullus cinaedus.

idem in Milite:

tum ád saltandum nón cinaedus málacus aequest . .

idem in Sticho:

lépidam et suavem cántionem aliquam óccupito cinaédicam;

id est, quae ad saltandum movere possit.

Lucilius Satyrarum lib. primo:

stulte saltatum te inter venisse cinaedos.

Varro, *Ὄνος λύρας*:

mérentis ut quiétus ac demíssu' pes probándus
*Ἀχιλλέως ἡρωικός, ἰωνικὸς κιναίδου.* ||

EXERCITVM dicitur fatigatum, [dictum] ab exercitio. Sallustius in Iugurtino bello: Nabdalsa exercito corpore. — Plautus Bacchidibus:

quaé sodálem ádque me éxércitos habét.

Lucretius secundo:

conciliis et discidiis exercita crebris.

---

15 id. Modio ‖ 18 III 2, 8 ‖ 20 III, 1, 74 ‖ 22 V, 5, 19 ‖ 25 Luc. l. I ‖ 27 Varro Ὄρος λύρας ‖ 1 71, 1 ‖ 2 Bacchid. ‖ 5 II 119.

---

olf. t. *G, πιοδεπωα* facit temetum *Bamb.; $L_1$ πιοαεπ*coL facite metum (*m. 2* olface te m.); *$H_1$ fere πιοαεπ*c. olfac te metum, *m. 2 πιοαεπ*c. olfacit te metum. — **15. 16** Modio *del. $H_2$; om. G.* — tremodiam *C*, treodiam *Bamb.; Paris. 7666.* — quaerendam *Quicheratus*, que eandem *cdd.* — temeti ac farris (ac farris *Iun.*); timetia *(ita $L_1$, Bamb., prius f. H;* temetia *$L_2$, G, H)* carris (caris *Bamb., $H_1$*) *cdd.* — modum *prius Bamb.$_1$*. — **17** Cinedi *H, Bamb.* — **18** *τὸ Iun. add.* — in *add. M; quod si displicuerit, infra bis erit delendum.* — **19** submollior *cdd.* — quam mullus *L, Bamb.* — cinedus *L, H, Bamb. (ita et in seq.) — locus petitus e scaena, cuius versus ex dimetris iambicis et monometris anapaesticis hypercatalectis compositos esse statuit Spengelius pg. 294 sqq.* — **20** Militem *L, H, Bamb.* — **21** aequae est *L, H;* aeque est *G, Bamb.* — atque ego *add. ap. Plaut.* — **23** cantionum (um *in ras.*) *Bamb.* — occipito *G*, occupito *etiam Bamb.* — **24** possit *v.*, posset *cdd.* — **25** Satirarum *$L_1$*. — lib. I *G, Bamb.* — **26** cinedis *Bamb.*, (*Montepessul.* cinaedis *hic teste Quicherato*). — **27** honos lyras (liras *Bamb.*) *cdd.; nec umquam graece scriptus hic tit. trad.* — **28** d. p. *M*, demissor *C, Bamb.;* demissior *v.* — **23** probandus *G* αχιαεωc *$H_1$*, αχια αεωc *Bamb., $L_1$, atque ita idem plane m. 2, add. rursus supra litt. primis quinque, cum priores punctis essent notatae.* — ηρoικoc (αρoικoc *$H_1$*) *cdd.* — κιναιαoν *$H_1$*. — **1** dictum *del. M.* — exertitio *$H_1$*. — **2** Iugurtino *$L_1$, Bamb.*, Iugurthino *rell.* — abdalsa *$L_1$*. — Baccidibus *$L_1$*. — **4** q: *$L_1$;* q. *Bamb.* — adque *$L_1$*, atque *rell.* — **5** secundum *C, Bamb.* — **6** concilis *cdd.* — et *m. 2 add. L;* ex *Bamb.* — crebis *id., $H_2$*.

6 M.

Afranius Suspecta:

ita ut huíc ero adulescénti, cui suspicium† trádidit,
qui pér mest animi exércitus.

Vergilius lib. III:

nate, Iliacis exercite fatis.

TENVS est laqueus: dictus a tendicula. Plautus Bacchidibus:

nunc áb transenna túrdus lumbricúm petit.
pendébit hodie púlcre: ita intendí tenus!

INLICERE est proprie inlaqueare. Naevius Lycurgo:

alís in alios sáltus inlicite *ilico*,
ubi bipedes volucres líno linquont lúmina.

PELICIS a graeco vocabulo significantiam sapientes inflexam putant, quasi pallex, hoc est ut παλλακίς. quodsi hoc non est *** vana conpositio nominis videri potest.

CALVITVR dictum est frustratur: tractum a calvis mimicis, quod sint omnibus frustratui. Plautus in Casina:

nam ubi domi sola sum, sopor manus calvitur.

---

7 Afranius Suspecta ‖ 10 III, 182 ‖ 12 IV, 6, 22 ‖ 15 Naevius Lycurgo VIII ‖ 22 II, 2, 3.

---

7 Afraunius $H_1$. — 8 *post* ut *lit. erasa in H;* aut $L_1$. — suspicionem *Neukirchius; f.* suspicium in me (suspicium *pro* suspicio, *ut* exercitium *pro* exercitio, *al.*) *vel* suspectam memet reddidit. — *caesura post* su, *ut saepius ap. scaen.* — 9 per *add. M.* — exercitur $L_1$. — 11 liacis — factis $L_1$. — 12 Baccidibus *H m. 2.* — 13 nunc *om.* $L_1$. — hic turdus lumbricum *apud Plaut.;* turdus lubricum *cdd.* — 14 pulcrae $L_1$, pulchrae *H*, pulchre *rell.* — hitendi *Bamb.* — 15 Inlicere $L_1$, *Montcpess., Bamb.;* Illicere $L_2$, *H, G.* — propriae $L_1$, *Bamb.* — inlaqueare $L_1$, *Bamb.;* illaqueare $L_2$, *H, G.* — *hic propter lemmatum Plautinorum seriem excidisse Bacchid. 1151 scite coniecit Buechelerus apud Schmidtium pg. 10; sive ea Nonii fuit culpa, sive librariorum.* — Nevius $L_2$, *H.* — Lygurco $H_1$, Lycurco *id. 2.* — 16. 17 alis in a. s. inl. ilico *M,* alis sublimen (sublimem $L_1$) alios saltus inlicite (*ita Bamb.;* inlicitae $L_1$; *id. 2* illic.; illicite *H, G*). — linquont *M,* linquant (liquant *L; sic et H, sed corr. m. 1*) *v.* — *illud* sublimen *ex sequente* ubi *videtur ortum; quod delatum in locum alienum facile labem potuit trahere praecedente* s *et sequente* in; *turbatum autem olim prioris versus mancus exitus declarat.* — 18 pelicis *l. propter id quod praecedit a Non. hic collocatum; qui aperte verbis ultimis tangit eorum opinionem, qui a pelliciendo id vocabulum ductum vellent; priora petita e Gell. IV, 3, 3. neque improbabile est a loco Plautino, velut Cistell. I, 1, 39 profectam N. disputationem.* — Pelicis; Pellicis *docti;* Peliceos *cdd.* — greco *L; H.* — infexam *Hs;* infixam $Ho_1$. — 19 pallex *Bamb.*, $H_2$ *in marg.*, pellex *L*, $H_1$, *G.* — hocc *L.* — pallacis (pellacis $H_1$) *cdd.* — quodsit $L_1$. — 20 *lacuna ita fere explenda:* a pelliciendo ducta, nec vana *e. q. s.* — compositio $L_2$, *G, Bamb.* — nominis *Iun.*, hominis *cdd.* — 21 *calvos etiam in Atellanis saepius fuisse ludibrio docet Pomponius.* — inimicis *Bamb.* — 22 frastratui *prius H.* — 23 *cf. Spengel. de cant. Plaut. 118.* — sopor *Plaut.*, soror *cdd.*

6. 7 M.

Pacuvius Medo:

séntio, patér, te vocis cálvi similitúdine;

et:

set quíd conspicio? núm me lactans cálvitur
aetás?

Accius Eurysace:

sed mémet calvor. vós istum, *ut* iussi, ócius ||
abstráhite.

Lucilius Satyrarum lib. XVII:

si non it, capito, inquid, eum, et si calvitur, endo
ferte manum.

Pacuvius Doloreste:

*ni* me cálvitur suspício,
hóc est illud, quód fore occulte Oéax praedixit . .

Sallustius Histor. lib. III: contra ille calvi ratus.

FRIGERE est et FRIGVTTIRE et FRITINNIRE sussilire cum sono vel erigi et excitari, quod quaecumque friguntur vel frigent nimio calore vel frigore, cum sono susum sussiliunt. Plautus Casina:

. . . nam quíd friguttis? quíd istuc tam cupidé cupis?

Varro Virgula divina:

et pullos peperit fritinientis.

idem *Ὄνος λύρας*:

---

24 Pacuvius Medo || 26 Pacuvius (Medo, ut vid.) || 29 Accius Eurysace || 1 Luc. l. XVII || 4 Pacuvius Doloreste || 7 Sallust. Hist. III || 10 II, 3, 49 || 12 Varro Virgula divina || 14 Varro Ὄνος λύρας.

---

**25. 26. 27. 28** calvi $H_1$, *v;* catvi *G, L, Lugd.*, $H_2$; caty (y *m. rec.*) *Bamb.* — similitudine; et: set *M;* similitudine sedet $H_1$, similitudine sed *id. 2; G; Bamb.;* similitudines et $L_1$; *id. 2* similitudine set. similitudine. sed quid *v.; lacunae signum ante illud* sed *ponit Me.* — *fuit qui coniceret* séd quid conspició? num memet láctans aetas cálvitur? — lactens calvitur aevitas *male Scal.* — Aeetes *(potius erat* Aeeta*) Bergkius.* — **29** Actius *Bamb.* — Eurysacae *L, H, Bamb.* — **30** ut *add. Ald.* — iussit otius *Montepess.* (otius *etiam Bamb.*). — **31** abstraite *L, H; item Bamb., sed* h *supra addito;* extraite (*vel* extrahite) *Montepess.* — **1** Satirarum *H*, $L_1$. — XVI *Bamb.* — **2** id *Bamb.* — inquid *id.*, $H_1$; inqui $H_2$. — endo *Carrio;* ergo *cdd.* — **3** ferte manum *M* (ferto m. *Carrio*); fer dominum *cdd.* — **4** Picubius $L_1$. — doloresti $H_1$. — *cet. cf. comm. in pg. 90 l.* conciere. — **5** ni me c.; ni c. *Hermannus;* me c. *cdd.* — cavitur $L_1$. — **6** *f. ante* Sallustius *excidit* malum. — **7** Historiae *L*, $H_1$, Histori *id. 2;* Histor. *ed. Bas.* — contra ille *v.*, contrullae *L, G, Bamb.*, contrulle *H.* — calutratus *Bamb.* — **8** frigutire *G.* — feritinanire *Bamb., L*, $H_1$, fritinnire *id. 2; G;* et fritinnire *om. in Montepess. testatur ed. Bas.* — **9** exitari *supra scr.* c *Bamb.*, exitari *L*, exitare $H_1$; *id. 2 et G* exilire. — quecumque *L, Bamb.*, quemcumque $H_1$. — **10** susum *om. Montepess.*, $L_1$, $H_1$; susus sil. *Bamb.* — Platus *Bamb.;* lautus $L_1$; *cf. 308 l.* frigit. — **11** cupede $L_1$. — **13** e $L_1$. — fritinnientis *Iun.*, fritiniensis *C, Bamb.* — **14** onos *H, G*, $L_2$, onus $L_1$, *Bamb.* — lyras *cdd.*

saépe totiús theatri tíbias crebró flectendo
cónmutari méntes, erigi ánimos coram ....

DEFLOCCARE est adterere: tractum a vestibus sine flocco. Plautus Casina:

périi! flocco habébit tibi *iam* iam íllic homo lumbós meos.

DEPEXVM dictum est laceratum. Terentius Heautontimorumeno:

égone? si sivo, ádeo exornatúm dabo,
ádeo depexum, út, dum vivat, méminerit sempér mei.

SARTORES dicti non solum a sarciendo, verum etiam a sariendo. Plautus Captivis:

sartór satorque scélerum et messor máxume.

et in subsequentibus aperuit:

non óccatorem príus audebas dícere?
nam sémper occant príu' quam sariunt rústici. ||

Varro Vinalibus, περὶ ἀφροδισίων: etenim sic vide. utrum *a me* mercedem accipit is, qui meas venit segetes ut sariat, an ego ab illo? sic [ego] cum tu sis sartor, si tu plus laboras quam ego do.

NAVTEA est aqua de coriis vel quod est verius aqua de sentina: dicta a navigiis. Plautus Curculione:

---

18 Casina post V, 4, 3 || 20 V, 1, 77 || 24 III, 5, 3 || 26 III, 5, 4 || 1 Varro Vinalibus || 6 I, 2, 4

---

15 saepo *Bamb.* — teatri *H.* — tibias *M,* tibiis *v.* — **16** commutari *Scal.;* conmutare $L_1$, commutare *rell.* — erigi *Buechelerus mus. Rhen. XIV, 445; cf. comm. ad 308* frigit; frigi *Non.* — coram *M,* eorum *v.* — *versus agnovit Vahlenus coni. in Varr. satur. reliquias pg. 17. — accusat. c. inf. nescio an fuerit positus absolute. — cet. cf. Cic. de leg. II, 39* illa quidem quae solebant quondam conpleri severitate iucunda Livianis et Naevianis modis, nunc ut eadem exsultant et cervices oculosque pariter cum modorum flexionibus torquent! — **17** defloccare — flocco *v.;* deflaccare — flacco *cdd.* — atterere *G, H,* $L_2$. — **19** perii *Bamb., v.,* perit *C.* — h. tibi iam iam (*vel* tibi iam h.) *M;* h. tibiam $H_1$, h. iam *G,* $L_2$, $H_2$, *Bamb.;* h. tam $L_1$. — flocco habere *ut apud Naevium* nauco ducere. — perii, fusti defloccabit iam illic homo lumbos meos *Studemundius lect. Gryphisvaldiens. hib. a. 1871 pg. 15 ex Ambros., in quo tamen illorum quae sunt* perii fusti *pars legi non poterat. atque ita scripsisse Plautum probabile est. locum adsignavit versui idem Studemund. Hermae I, 289.* — **20** Depexum, p *in ras.* $L_1$. — Terrentius *Bamb.* — Heautontumorumeno $H_2$*;* Heautontimuromeno *Bamb.* — **21** ego si *Montepess., Paris. 7665. — cet. cf. ed. Vmpfenbachii.* — **23** a sariendo; a sarriendo *v.,* a serendo *cdd.* — **25** s. sartorque $L_1$. — **27** hoc catorem $H_1$. — audebas dibas $L_2$*;* dibas *del. m. 2.* — **28** sariunt *Bamb.,* $H_2$*.;* sarriunt *L,* $H_1$, *G.* — **1** περὶ ἀφροδισίων: etenim *Iun.,* peri afrodisio nec enim *cdd.* — *priora vinalia etiam Veneri sacra.* — **2** a me *Vahlenus add.* — segetis *C,* segetes *Bamb.* — sariat $H_2$, sarriat *rel.* — **3** cum tu sis *M;* cum tussim (*seq.* s) *C,* cunctus sim *Bamb.* — *sensus in fine mancus, ut puto, Nonii culpa.* — **5** coris $L_1$. — **6** navigiis *M;* nauciis *L, H;* nautis *G, v.; cf. Fest. 165.*

8 M.

nam ómnium únguéntum odór praé tuó nauteást.

idem Asinaria:

naúteam
bíbere malim, sí necesse sít, quam illam oculárier.

TRICAE sunt inpedimenta et inplicationes; et intricare inpedire, morari: dictae quasi τρίχες, quod pullos gallinaceos involvant et inpediant capilli pedibus inplicati. Plautus Curculione:

quód tu argentum? quás mihi tricas nárras?

idem Epidico:

áliqua ope exsolvam, éxtricabor áliqua;

id est, ex inpedimentis liberabor. Lucilius Satyrarum lib. XI:

nec mihi amatore hoc opu' nec tricone vadato.

Turpilius Demiurgo:

iudícia, litis, túrbas, tricas, cóntiones máxumas.

Afranius Epistula:

ita íntricavit húius hanc rem témeritas.

Varro Gerontodidascalo: putas eos non citius tricas Tellenas quam id extricaturos? — Plautus * * *

---

8 V, 2, 44 ‖ 13 V, 2, 15 ‖ 15 I, 2, 49 ‖ 17 Luc. l. XI ‖ 19 Turpilius Demiurgo ‖ 21 Afranius Epistula ‖ 23 Varro Gerontodidascalo ‖ 24 Plautus.

---

7 unguentorum *Bamb.* — odor *cdd. Non. et Pl.* — pretuo *H.* — **10** osculari *Bamb.* — *cet. melius propter r. m. Camerarius:* bibere malim si necessum est *(ita libri Plaut.)* quam illanc oscularier. — **11** impedimenta *H.* — inplicationes $L_1$, impl. *rell.* — intricare *H, Bamb.; hic* care *in rasura habet scriptum; in illo post* c ori *erasum adserit Sieversius; sed potius Onionsio credendum, qui* intricenare *agnoscere sibi visus est;* intricenare $L_2$, *G* (inticenare $L_1$). — inpedire $L_1$, impedire *rell.* — **12** τρίχες *Me,* tricae (trice $H_1$) *cdd.* — gallinaceos $L_1$, *G,* gallinacios $L_2$, *H, Bamb.* — **13** impediant *Bamb.* — inplicati $L_1$, implicati *rell.* — **14** quod tu argentum, quas mihi tricas *Bothius;* q. a., quas (quasi) tu m. tr. *cdd. Non. et Pl.* — quas *H cum rasura post* s, *Bamb.,* quasi *rell.* — **16** extricabo $H_1$. — aliquam *cdd.* — **17** inde *idem,* id est *Iun.* — imp. $L_2$, *G, Bamb.* — in Sat. (Satir. $L_2$) *L,* $H_1$, *Bamb.* — **18** amatore *Bamb.,* amore *rell.* — tricone vadato *passive; conf. Bentl. ad Hor. sat. I, 9, 36.* — **20** trichas *L, H, sed in hoc corr.* — maximas $L_1$, *Bamb.* — **21** aepistula $L_1$, aepistola $L_2$, *H,* epistola *Bamb.* — **22** *supra* intr. *scr. in Bamb.:* vel impedivit. — hanc *om. cum G ed. Basil.* — **23** eos *v.;* eo *cdd.* — concitius *(pro* non citius*) Bamb.* — Tellenas *Turneb. XVII, 21; conf. Arnob. adv. nat. V, 28:* tricas quemadmodum dicitur conduplicare Tellenas; tellanas *cdd.;* Atellanas *Ald.* — **24** Plautus *add. m. 2 in H; in L m. 2 punctis notatum addito ante compendio hoc:* ꝗ *et post simillimo.* — *in hoc relicua pars v., in G quattuor cum dimidia linearum spatium vacat. nullum defectus indicium in H, Bamb.* — *illud* Plautus *nescio an si delendum.*

CAPERRARE est rugis frontem contrahere et asperare: tractum a caprorum frontibus crispis. Plautus Epidico: ||

quíd illud est quod illí caperrat fróns severitúdine?

Varro Eumenidibus:

quin míhi caperratám tuam frontém, Strobile, omíttis?

EXAMVSSIM dicitur examinate ad regulam vel coagmentum: est enim amussis regula fabrorum, quam architecti, cum opus probant, rubrica inlinunt. Plautus Amphitryone:

. . . si véra haec loquitur, éxamussimst óptima.

idem Milite:

ínest in hoc emússitata súa sibi ingenua índoles;

id est, examinata. idem Menaechmis:

ut hánc rem vobis éxamussim dísputem.

Varro *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιίας*: quare si dium gens est ad amussim, per me licet adsumas *γενεθλιακόν*. — idem Quaestionum Plautinarum lib. secundo: amussis est aequamen, levamentum, id est aput fabros tabula quaedam, qua utuntur ad saxa coagmentanda. Plautus * * *

MVTVS onomapoeia est incertae vocis, quasi mugitus. nam mu sonus est proprie, qui intellectum non habet. Naevius Lycurgo:

---

7 frequenter *om. Me, ed. Bas. cum G.* — 9 privum *M*, primum *v.* — 10 concalescit *M*, congelascit *cdd.* — 11 Filopatro *L, $H_2$, C;* Filopater $H_1$. — 12 clioscor $L_1$. — 13 Aenaeadis *H.* — dis (di $H_2$, *L*) *del. M.* — 14 ubi *Grotius,* tibi *cdd.* — quorsum *Both. 2* (quosum *Ribbeckius*); quorum *cdd.* — ec *M* (ex *Ribbeckius*); a *Gulielm.;* se a *cdd.* (quibu' se a partibus *Vossius*). — 16 Pacubius $L_1$. — 17 nunc *M,* nam *v.* — crescit *M,* horrescit (orrescit *H*) *cdd.* — et gliscit *id.;* gliscit *v.* — 18 Historiae *cdd.* — susteneri $L_1$. — 19 immensum *C pr.* $L_1$. — 21 hau *M,* aus $L_1$, haud *rell.* — cliscit $L_1$. — 22 M.; men $L_1$, $H_1$. — libidinum $L_1$. — 24 pulcrae $L_1$, pulchrae $L_2$, pulchre *H, G.* — 25 Stomis *Salmas.;* Postomis *v.* — 26 imponitur $L_2$, *G, Bamb.* — grece, *L, H; illud* graece *omis. Quicheratus.* — 28 pro stomide *Salmas., cdd.* postomide (posomide $H_1$). — uhic $H_1$. — 29 redendum $H_1$. — Lucilius; *cf. 338 l.* lentum, facile. — lib. XI *cdd. l. utroque; lib. XV ad servandam lemmatum Lucilianorum continuitatem cum Scotomullero Schmidtius pg. 70; item in seq. l.* lib. XVII.

22. 23 M.

> Luciu' Cotta senex, Crassi pater huiu' panaethi,
> magnu' fuit trico nummariu', solvere nulli
> lentus;

id est, facilis.

SAGAE mulieres dicuntur feminarum ad lubidinem || virorum indagatrices; unde et s a g a c e s canes dicuntur, ferarum vel animalium quaesitores. Lucilius Satyrarum lib. VII:

> aetatem et faciem ut saga et bona conciliatrix.

Turpilius Boethuntibus:

> nón ago hoc per ságam pretio cónductam, ut vulgó solent.

LAPIT significat obdurefacit et lapidem facit. Pacuvius Periboea:

> lapít cor cura, erúmna corpus cónficit.

MVNES aput veteres dicebantur non a largitione, [ignota erat] sed consentientes ad ea quae amici velint. Pacuvius Doloreste:

> animúmque * * *

*Sallustius Iugurtino bello: nam etiam*tum largitio multis ignota erat: munificus nemo putabatur nisi pariter volens. — Lucilius lib. XXVI:

> múnifici comésque amicis nóstris videamúr viri.

PETVLANTIA dicta est a petendo. M. Tullius de re publica lib. IIII: itaque a petendo petulantia; a procando, id est poscendo, procacitas nominata est.

---

3 Luc. l. VII || 5 Turpilius Boethuntibus || 7 Pacuvius Periboea || 10 Pacuvius Doloreste || 12 103, 6 || 13 Luc. l. XXVI || 16 de re publica lib. IV.

---

**31** Lucius *Gulielmius, al.;* Lucilius *L*, $H_1$; *om.* $H_2$, *G*, *hic; item omnes cdd. 338. sed librariis utroque l. Lucilii nomen praegressum fraudi fuisse apparet.* — panaethi; παναίϑου *Iun.* — paneci *G*, paceni *L*, *H*; pacem *cdd. 338.* — Panaeti *(per vocativum) al. cum ed. a. 1476.* — **34** *illud* id est facilis *ex 338 huc videtur illatum.* — **1** dic. *vel h. vel prox. v. f. del.* — feminarum *Quicheratus*, feminae *cdd.* — libidinem $L_1$. — **2** indagatricis $L_1$. — et *add.* $L_2$. — **4** etatem *L*. — **5** Boethontibus $L_2$, $H_2$, *G*, Boethotibus $L_1$, $H_1$. — **6** sagum $L_1$. — praetio *L*, *H*. — solunt $L_1$. — **7** Pacubius $L_1$. — **9** *cf. 137* munia. — *om. h. l. Bamb.* — Mones *C*. — apud *C pr.* $L_1$. — non a l. *ed. a. 1476; cdd.* nonam largiatia (a *alterum m. 2 fact. ex alia littera H*, larg$^{a}$itia *G*). — ignota erat *ut ex Sall. verbis huc illatum del. Me, Guietus;* quae ignota erat *ed. a. 1476.* — **10** consencientes *G*. — ad ea *H*, *ut vid.*, *v.;* ad id *L*, *G*. — quaexamici *L; etiam in H post* ae x, *ut vid., litt. erasa.* — Duloreste $L_2$, $H_2$, *G*. — **11** animum quae *C pr.* $H_1$. — animumque munem *Stieglitzius.* — **12** Sall. Iugurth. — etiam *add. Me.* — **13** neme *L*. — pariter *Sall.;* rariter *C*. — **16** derunt $H_1$; de re *rell.* — **17** a procando *Bentinus et ut puto Aldus;* a precando (*m. 1* a recando) *H*, a praecando *G*, a petendo *L*.

PROCACITAS a procando vel poscendo: unde et proci dicti sunt matrimoniorum || petitores. M. Tullius de re publica lib. IIII: a procando, id est poscendo, procacitas nominata est. Terentius Hecyra:

malígna multo et mági' procax facta ílicost.

Livius Aegistho:

quin, quód parere méa vos maiestás procat,
tolerátis *animis* témploque hanc dedúcitis?

CALENDARVM vocabulum proprium Varro conplexus est de vita populi Romani lib. I: itaque calendis calabantur, id est vocabantur, et ab eo calendae appellatae, quod est tractum a Graecis, qui καλεῖν vocare dixerunt.

CONSVLVM et PRAETORVM proprietas, quod consulant et praeeant [populis], auctoritate Varronis ostenditur, de vita populi Romani lib. II: [quod] idem dicebantur consules et praetores; quod praeirent populo, praetores; quod consulerent senatum consules.

IGNOMINIA est nominis nota. M. Tullius de re publica lib. IIII: censoris iudicium nihil fere damnato offert nisi ruborem. itaque, ut omnis ea iudicatio versatur tantummodo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est. Lucilius lib. XXVIIII:

Apólost numen, quí te antiquis nón sinet
delíciis maculam atque ígnominiam inpónere.

---

20 de re publica lib. IV || 21 I, 2, 84 || 24 Livius Aegistho || 27 de vita pop. Rom. lib. I || 1 de vita pop. Rom. lib. II || 5 de re publica lib. IV || 8 Luc. l. XXIX.

---

**19—26** *illa* Procacitas — deducitis *ap. Ald., Iun., Me posita post l.* Consulum. — **19** a procando *v.*, a precando *H, Bamb.* (e *in ras.*), a praecando *L; de G non constat.* — id est poscendo dicitur *ed. Bas., ut Ald., Iun., Me;* vel poscendo *C, Bamb., exc. quod ex G nihil notatum de* vel. — **20** petitoris *prius H.* — **21** a proc. *v.;* a prec. *H*, a praec. *L, G.* — precacitas $H_1$. — *post* nom. est *repetita illa* procacitas a praecando (mut. *in* precando *H*) *C.* — **22** Haecyra $L_2$, *H,* Haecira $L_1$. — **24** Hegisto *L, H,* Egisto *G.* — **25** quod *accusat.* — m. vos mai. procat *Bothius;* v. mai. (magistas *L*, $H_1$) m. pr. *cdd.; quo admisso parum eleganter arsis solvitur quinta.* — **26** animis *add. M.* — **27. 28. 29** Calendarum — Calendis calabantur — Calendae *L, H, Bamb., ex more Nonii;* Kal. *G.* — conplexus $L_1$, complexus *(prius* complexsus *H) rell.* — de vita praeterita lib. I *Bamb.;* lib. VI *prius H.* — appellate $L_1$. — Grecis $L_1$, *H.* — **30** καλεῖν *v.;* calin *cdd.* — **1** populis *seclus. M.* — **2** quod *del. M.* — senatum *Popma, Passerat., Lips.; cf. Varr. d. l. lat. V, 80;* senatui *cdd.* — **5** libro *in ras.* $H_1$. — **6** fere — affert (offert *M*) *v. d. ap. Maium,* ferre — offerent *C* (offerent *lineis m. 1, punctis 2 add. deletum H,* obferent, *m. 2* offerent *L*); *f. scr.* fert (*praecessit* o). — **7** omnes *L, prius H, G.* — **9** Apolost *C.* — numen *quid. ap. Me 1;* nomen *cdd.* — **10** delicis *id.;* deliciis *ed. a. 1476.* — imponere *C pr.* $L_1$.

FIDEI proprietatem exemplo manifestavit M. Tullius de re publica lib. IIII: fides enim nomen ipsum mihi videtur habere, cum fit quod dicitur.

PORTITORES dicuntur telonearii, qui portum obsidentes omnia sciscitantur, ut ex eo vectigal accipiant. M. Tullius de re publica lib. IIII: nolo enim eundem populum imperatorem et portitorem esse terrarum. optimum autem et in privatis familiis et in re publica vectigal duco esse parsimoniam. — Plautus Menaechmis:

pórtitórém domúm dúxi: ita *ómném* mihí
*rém* necésse éloquíst, quídquid égi átque agó.

M. Tullius de officiis: primum inprobantur quaestus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum. — Terentius Phormione:

sed epístulam ab eo adlátam esse audiví modo
et ad pórtitores ésse delatam.

Plautus Asinaria:

égo pol istum pórtitorem prívabo portório.

Vergilius lib. VI:

portitor ille Charon.

Varro Mysteriis: aes defraudasse || coponem, obbam luto opplevisse, cum portitore serram duxe.

SEDITIONIS proprietas a M. Tullio manifestata est in lib. de re publica VI: eaque dissensio civium, quod seorsum eunt alii ab aliis, seditio dicitur.

HAMIOTAS, piscatores, ab hamis Varro Bimarco voluit appellari:

---

11 de re publica lib. IV || 15 de re publica lib. IV || 18 I, 2, 8 || 21 I, 150 || 23 I, 2, 99 || 26 I, 3, 7 || 28 VI, 326 || 1 Varro Mysteriis || 3 de re publica lib. VI. || 6 Varro Bimarco.

---

**11** exemplum $L_1$, $H_1$. — **14** teloniarii $H_1$ *et testante Gerlachio L;* teloneari $L_1$ *secund. Zangem.;* telonearii $L_2$, $H_2$, *G.* — **15** sciscitentur *C, non Bamb.* — ut $H_1$, et *rell.* — **18** Menechmis *C* (Menechimis $L_1$). — **19. 20** *emendarunt docti ex Plauto;* dixit *C.* — omnem *et* rem *om. id.* — necesse est eloqui *id.* — quidquid $L_1$, quicquid *rell.* — **21** men $H_1$. — inpr. $L_1$, impr. *rell.* — questus *C.* — **23** Formione *id.* — **24. 25** epistolam *L*, $H_1$. — allatam *C pr.* $L_1$. — audivi — esse *m. 2 in mrg. add. H.* — portitores *Ter.*, portitorem *cdd.* — dalatam $L_1$. — **29** ortitor $H_1$. — Caron *C.* — **1** Misteriis *H.* — cauponem $H_2$, *G.* — obbam *Cuiac.*, bovam *cdd.* — obplevisse *M,* oblevisse *v.; cf. Corn. Nep. v. Hannib. 9, 3.* — **2** cum *I. Fr. Gron. observ. IV, 5; Rothius;* tum *cdd.* — **3** a Marcus Tullius $L_1$. — **4** eaquae *L.* — dissensio *Serv. Danielis ad aen. I, 149;* dissensione *cdd.* — seorsis *prius H.* — ab aliis *Clericus,* ad alios *Serv. Dan. et ita C exc. quod* alias $H_1$, lios (*voluerat prius librarius* lius) $L_1$. — **6** Hamiotos; *cf. Pl. Rud. 310.* — ap $H_1$. — amis *G*

. . . chortís cocorum atque hámiotarum aúcupumque.

VALGVM est proprie intortum. Novius Militibus Pometinensibus:

válgus, ventriósus, genibus mágnis, talis túrgidis.

VATAX et VARICOSVS, pedibus vitiosis. Lucilius lib. XXVIII:

ut si progeniem antiquam, quast Maximu' Quintus,
qua varicosu', vatax.

CATAX dicitur quem nunc coxonem vocant. Lucilius Satyrarum lib. II:

Hostiliu' contra
pestem permitiemque catax quam et Maniu' nobis.

SILONES superciliis prominentibus dicti, significatione manifesta. Varro *Γνῶθι σεαυτόν*: 'nonne hominem scribunt esse grandibus superciliis, silonem, quadratum?' quod Silenus hirsutis superciliis fingeretur.

BRONCI sunt producto ore et dentibus prominentibus. Lucilius Satyrarum lib. III:

broncu' Bovillanus dente adverso eminulo hic est,
rinoceros.

COMPERNES dicuntur longis pedibus. Lucius Satyrarum lib. XVII:

---

8 Novius Militibus Pometinensibus ‖ 10 Luc. l. XXVIII ‖ 13 Luc. l. II ‖ 18 Varro *Γνῶθι σεαυτόν* ‖ 21 Luc. l. III ‖ 25 Luc. l. XVII.

---

7 choortis, *supra* oo *scr.* h, *G;* cohortis *L, H;* chortis *Buechelerus (qui et versum agnovit); cf. Varr. d. l. lat. V, 88.* — amiotarum *L.* — 8 Valgus *prius H.* — propriae $L_1$. — 9 ventriosus *Buechelerus coll. Pl. Merc. 639;* veternosus *cdd.;* veterinosus *parum apte Bothius.* — **10** vatax et varicosus *docti,* vatrax et vatricosus *cdd. cum gl.* — vitiosus *Bamb. 2.* — **12** vacax *(om. v.)* qua varicosus vatax (vatrax $H_1$) *C.* — *manca haec in fine Nonii culpa; cf. comm. in Luc. XXVIII, 41.* — *cet. gl., mrg. H et G haec habent:* vatrax et vatricosus tortis (intortis *H, G*) pedibus a rane (araneae *H, G*) vocabulo, que (quod *G*) grece votrax dicitur. — *eadem in margine Victoriani; cf. Mercerum ad h. l.* — **13** caxonem $L_2$, *Bamb.* — vacant *H.* — Lucilius; *cf.* 218 l. permities. — **15** Hostilius *Gerlachius,* hostilibus *cdd.* — **16** permiciemque *L,* $H_2$, *G,* perniciemque $H_1$. — Maniu' *M,* Manlius *v.* — **17** Supones *prius L.* — manifestas *H.* — **18** gnotiseauton *C.* — hominem *Oehlerus,* non unum *cdd.; f.* hunc unum. — *fuit qui haec trochaicis dispesceret versibus ita:* nónne hunc unum scríbunt esse grándibus supércilis, | sílonem, quadrátum? — **19** hyrsutis *G;* hirsustis *H.* — *Socratem significari et illa* quod — fing. *Nonii esse adn. Hemsterhusius ad Luc. dial. mort. 20, 4.* — *cet. n. N.; cf. Fest. 340* silus; *Loew. Prodrom. 392.* — **21** Bronci (Pronti *Bamb.*); *n! N.; cf. comm. in Luc. III, 5.* — **23** Bovillanus *Turneb. XVII, 24;* novitlanus *cdd.;* obit (*i. e.* accedit) lanius *Dousa pater;* ovat lanius *Iun.* — hoc est *F. Dousa.* — **24** *cf. Prisc. 688* Lucilius in IIII (VII *Lugdun.,* VIIII *Caroliruh.*) Aethiopus dixit pro Aethiops: rin. v. Aeth.; *quae huc revocavit recte Dousa pater.* — velut Aethiopus *add. Prisc.* — **25** Compernis $L_1$; Comperni *Bamb.* — **26** XVII *L, prius H;* XVI *G, H post ras.*

25. 26 M.

num censes *καλιπλόκαμον*, *καλίσφυρον* ullam ||
tum licitum esse uterum atque etiam inguina tangere mammis?
Tyronem eupatereiam aliquam rem insignem habuisse,
verrucam, naevum pictum, dentem eminulum unum?
conpernem aut varam fuisse *Ἀμφιτρύωνος ἄκοιτιν*
Alcmenam? atque alias, Ledam ipsam denique nolo
dicere: tute vide atque disyllabon elige quodvis.

VARI dicuntur obtortis plantis. Lucilius Satyrarum lib. XVII:

conpernem aut varam fuisse *Ἀμφιτρύωνος ἄκοιτιν*?

nam et v a r i c e s inde dicuntur venae in suris inflexae vel obtortae. Varro epistula ad Neronem: nam si tuam *heri* redam non habuissem, haberem varices.

LINGVLACAE dicuntur verbosi. Varro Papia papae, *περὶ ἐγκωμίων*: quare resides lingulacae, optrectatores tui, iam nunc murmurantes dicunt:

*μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μειμήσεται.*

RABVLAE, litigiosi: a rabie dicti. Varro Papia papae, *περὶ ἐγκωμίων*: ille [ales] gallus, qui suscitabat aitharum† Musarum scriptores? an hic qui gregem rabularum?

---

7 Luc. l. XVII || 10 Varro Epistula ad Neronem || 12 Varro Papia papae || 16 Varro Papia papae.

---

27 num *Scal.*, nunc *cdd.* — CALIPLOCAMORA *δαλιcφυρον L, G, H, in quo tamen m. 1 fuit λααιcφυρον*; *id. 2, G δαλcφυρον*; *cet. cf. comm. in Luc. XVII, 1.* — ullam *Scal.*, illam *cdd.* — *post* illam *dimidiatus v. vacat in G.* — **1** tum *M*, non *v.* — atque *Iun.*, aquae *C.* — **2. 3** *hos v., qui in libris positi sunt post 6, huc traiecit Hauptius.* — Tyronem *M* (*prius Τυρὼν*); eupatereiam *Hauptius; ριν* (*vel* pin) *ευπατερει.* an *fere C.* — nevum *G*, $H_2$, neunum *L*, $H_1$. — pictum *Iun.*, dictum *cdd.* — eminalum *L*, $H_1$. — **4** compernem *C pr.* $L_1$. — baram $L_1$, aram $H_1$. — *Ἀμφιτρύωνος Hauptius; ἄκοιτιν Iun.;* Amfitreonis (Amfytreonis *G*, Amfitrenis *L*) acoetin (aquoetin *H*) *C.* — **5** *f.* atquei. — Ledam *v.*, lenam (menam *prius L*) *cdd.* — **6** dissyllabon *L*, dissillabon, *tum* disillabon *H.* — **8** compernem *C pr.* $L_1$. — Amfitrionis *G*, Amfitronis *L, H.* — acoetin (aquoetin *H*) *C.* — **9** varices $L_2$ (*m. 1* varricis), *G, H, sed hic pr.* varrices — suriis inflexe vel obtorte $L_1$; optortae *G.* — **10** Varro; *cf. pg. 167 l.* reda. — epistola $L_2$, *H.* — *cet. probabile est, ubi ap. Nonium singulae epistulae vel Varronis citantur vel Ciceronis errorem subesse plerumque librariorum male intellecto archetypi compendio et reponendum illud* Epistulis. — ad Neronem *Popma, Rothius; cf. Char. 105;* ad Varronem *cdd. h. l.; sed vide comm. in 167.* — quodsi *cdd. 167.* — heri *hic om. id.* — **12** Lingulacae; *id. l. pg. 50.* — varbosi $L_1$. — papae; pae $H_1$. — *ενκμον L*, $H_1$, *ενκμιον* $H_2$, *G.* — **13** resides *Me*, residit *cdd.* — lingulace *L.* — obtrectatores $H_2$, obtractatores *G.* — **15** *μωνηcεται C.* — *μαμον L; etiam in H et G corruptum μᾶλλον.* — *μειμήcεται C.* — *apparet haec ab optrectatoribus in alterius, non in huius, quem compellarent, laudes dicta.* — **16** rabiae $L_1$, *H.* — *ενκωμιων L, ενκωμιον H, G.* — **17** ales *ut ex praec. vocab. ortum secl. M;* ale *(post* e *f.* s *eras.) L; ante* l *ras. in H.* — aitarum $H_1$; *del. Duenzerus;* Atticarum *Popma.* — **18** qui *Popma;* quia *C.* — ramularum $L_1$. — *verba Varr. prorsus obscura.*

EBVLLIRE est ecfervescere, a bullis dictum. Cicero Tusculanarum lib. III: qui si virtutis ebullire volent et sapientias, nihil aliud dicent nisi eam vim qua efficiantur eae voluptates, quas supra dixi.

RAPONES a rapiendo dicti. Varro Papia papae, *περὶ ἐγκωμίων*: praetor vester eripuit mihi pecuniam. de eo questum ad annum veniam ad novum magistratum, cum hic rapo umbram quoque spei devorassit. ||

STRABONES sunt strambi quos nunc dicimus. Varro Flaxtabulis, *περὶ ἐπαρχιῶν*: multi enim, qui limina intrarunt integris oculis, strabones sunt facti. habet quiddam [enim] *ἑλκυστικὸν* provincialis formonsula uxor. — Lucilius lib. XXVII:

núlli me invidére, non strabónem fieri saépius
déliciis me istórum.

EXTERMINATVM est praeter terminos missum. Lucilius lib. XXVIIII:

ní rediret ád se atque illam extérminaret míseriam.

M. Tullius de officiis lib. III: atque hoc omne genus pestiferum atque impium ex hominum communitate exterminandum est.

EXODIVM est finis: a graeco tractum, quasi *ἔξω τῆς ὁδοῦ*, id est extra viam. Varro *Ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν*: Socrates cum in vinculis publicis esset et iam bibisset *κώνειον*, sub exodium vitae.

---

19 III, 18, 42 ‖ 23 Varro Papia papae ‖ 1 Varro Flaxtabulis ‖ 4 Luc. l. XXVII ‖ 7 Luc. l. XXIX ‖ 10 III, 6, 32 ‖ Varro Hecatombe ‖ 14 Varro Ἕως πότε.

---

**19** haec fervescere *L;* e *primum add. m. 2 in H* (*vid. fuisse* efervescere); eff. *Bamb.*$_2$. — dicere *L.* — Thusculanorum $L_1$*; id. 2* Tusculanorum. — **21** viam *cdd. Cic.* — qua efficiantur eae *Cic.;* quae fiant *C;* ur͠eae (*virgula, ut vid., m. 2*) *L;* vestrae hae (hae *del. m. 2*) *H;* vestrae *G; v.:* qua fiant vestrae. — **23** Pappapae *L,* $H_1$. — *ενκωμον L,* $H_2$*, G, ενκαμον* $H_1$. — **24** noster *Ald., puto recte; cf. Luc. XI, 4.* — erepuit $L_1$. — de eo *Quicheratus,* de ea *v.* — **26** devorassit *Vahlenus,* devorasset *cdd.* — **1** strambi *C, Bamb., gl.; cf. Loew. Prodrom. 391;* strabi *v.* — Flaxtabulis *v.;* Flaxabulis *cdd.; recte, ut opinor, ap. Plin. nat. hist. praef. 24* Flextabula; *quamquam nusquam hoc traditum in libris Nonii.* — **3** h. q. [enim] *ἑλκυστικὸν M;* h. q. enim helquisticon *cdd.* (helquesticon *G*); h. enim quiddam *ἑλκυϲτικὸν Turneb.* — **4** formonsula *C.* — **5** sepius *L, H.* — **9** ni *pro* ne; ne (e *ex* i *f. m. 2*) *H;* non *G.* — atque; *f.* utque. — exterminaret *Iun.;* exterminare *cdd.* — miseriam *cd. Fabri; Passeratius; Guietus;* miseram *cdd.;* miserulam, *ita quidem ut de lenone sit sermo prius M, idque ipsum etiam in mentem venit Guieto.* — **12** est *om. Bamb.* — greco *L H.* — *εκζοτηϲοδον* (*m. 1 λ pro δ*) *H, εκζηϲοαου L';* *de G non constat.* — **13** *ϲκατμβεπεριθυϲιων* (*πϲρι L*) *C.* — *ϲοωκρατηϲ L,* $H_1$*;* $H_2$ *ϲωκρατηϲ; et ita G.* — **14** *κωνιον C.* — sub *M;* in *C; sed id supra ras. trium litt. add. in H.* — exodio $H_2$*, G.* — *post κώνειον interpungendum. quae secuntur Nonii culpa truncata; in quibus mentionem factam voti quod Aesculapio diceret solvendum Socrati bene monet Oehlerus.*

— idem *῞Εως πότε, περὶ ὡρῶν*: vide, cursum ut cognoscere possim aeque servitutis et libertatis ab origine ad exodium adductae. — idem *Ταφῇ Μενίππου*:

quod coéperas modo ín via, narra, út ad exodium dúcas.

PVTVS est dictus a putando. Plautus Pseudolo:

púrus putus est ípsus.

Varro *Ἑκατόμβῃ, περὶ θυσιῶν*:

mea igitur hécatombe pura ác puta.

idem Prometheo: 'Chrysosandalos locat sibi amiculam de lacte et cera Tarentina quam apes Galesiae coegerint ex omnibus floribus libantes, sine osse et nervis, sine pelle, sine pilis, puram putam, proceram, candidam, teneram, formosam.' nam et rationes ea causa putari dictae sunt, quotiens ex his fraudis aut falsi aut mendacii aut iniqui aliquid separatur. et ipsum namque, dubitantes cum dicimus puto, significamus, nos in rebus incertis et || obscuris falsis opinionibus [nos] fieri ambiguosos.

COMPEDES non a pedibus dictae, sed ab inpedimento. Varro Prometheo libero:

∪ _ ∪ _ ∪ ∪ ego infelix! nón queam
vim própulsare atque ínimicum Orco inmíttere?
nequeíquam saepe aerátas manuis cónpedes
conór revellere . . . . . . .

---

17 Varro *Ταφῇ Μενίππου* || 19 IV, 2, 32 || 21 Varro Hecatombe || 23 Varro Prometheo || 3 Varro Prometheo libero·

---

**15** eos pote *cdd.* — vide *M,* vitae *v.* — **15. 16** possim aeque (aeque *iam Oehlerus*) *M,* possem et quae *cdd.* — adducte $L_1$, *H.* — **17** eidem $H_1$. — tafe menippu *fere ubique cdd.; h. l.* minippu $L_2$, *G.* — **18** ceperas $H_1$. — narrare *L, H.* — *septenarium agnovit Kochius exercit. crit. Bonnae 1851 ed. pg. 31.* — **19** Potus *L, Bamb.;* u *prius m. 2 in ras. H.* — est *om. G.* — potando *Bamb., prius f. L.* — *in mrg. add.* putus *(m. 1),* purgatus *(2) H.* — Pseudo $L_1$; Pseudulo *G.* — **20** potus $L_2$. — **21** κατομβηcπιρθυcιων *C* (περ *G;* νιρ, *sed corr. H*). — **22** *metrica haec, ut Roepero visum, apparet ea re quod ad illud* purus, putus, *cum alias semper ponatur ἀcυνδέτωc, hic additum* ac. — haecat. *C.* — hac *L.* — **23** vocat *L.* — **24** cetera rentina *G,* cera tarentin *L.* — Galesiae *Roeperus;* Milesiae *cdd.;* Brilesiae *non bene Meinekius.* — **25** puram *v.,* curam *C.* — **26** teram *G.* — **27** dicte $L_1$. — **28** seperatur *L.* — ipsum, *i. q.* idem. — **1** nos *del. Iun.* — ambigosos *G;* ambiguos *v., puto recte.* — **2** dictet $L_1$; dicta *Bamb.; m. 2* dicti. — impedimento *C pr.* $L_1$, *non Bamb.* — **3** *ita Oehlerus,* Pr. liberato *Mercerus,* Prom. libro (*vel* lib.) I *cdd.* — *illud* liberato *quamquam magis possit arridere, tamen alterum praetuli, quia vix erat probabile in archetypo Noniano semper pro eo quod est* liberato *scriptum fuisse* libero. *ceterum errorem apparet ortum eodem stupore describentium, quo pro* Quinto, *Titinii fabula, reponere sunt soliti* lib. V. *porro numeri ab isdem ad explendam quae videretur esse lacunam plerumque pro arbitrio additi.* — **4** *f. leg.:* ó ego infelix! — **5** atq *L.* — Orgo *L,* $H_1$. — inmittere *om. L;* immittere *H.* — **6** nequicquam *Gerlachius*; nequemquam *C.* —

28 M.

idem Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν: domum ex eo intro et pedes corrigiis conpedio. — idem Parmenone:

lepúsculi timéntis hoc quadrángulum
dedít Diana réte nexile, árcyas,
viscúm fugai líneamque cómpedam.

idem Sesquulixe: quocumque ire vellemus, obvius flare. ubi corpori aerinas conpedes inpositas video.

FVLGVRA dicuntur coruscationes, a fulgore. Varro περὶ κεραυνοῦ: cognitio enim trium, fulgetrae, tonitrui, fulguris, a fulmine orta.

COAGVLVM a coagendo, quod est colligendo. Varro Est modus matulae, περὶ μέθης:

vinó nihil iucúndius quisquám bibit:
hoc aégritudinem ád medendam invénerunt,
hoc hílaritatis dúlce seminárium,
hoc cóntinet coágulum convívia.

MVLIEROSI dicti mulierum adpetentes. Afranius Vospisco:

homo múlierosus cónfert alio me ílico.

FLAGRIONES dicti servi, quod flagris subiecti sint, ut verberones a verberibus. Afranius Vopisco:

tu flagrionibus * * *

---

8 Varro Flaxtabulis ‖ 9 Varro Parmenone ‖ 13 Varro Sesquulixe ‖ 15 Varro περὶ κεραυνοῦ ‖ 18 Varro Est modus matulae ‖ 24 Afranius Vopisco ‖ 27 Afranius Vopisco.

---

manuis *Lchm. in Lucr. pg. 141; qui et versus agnovit;* manus *cdd.* — compedes *C pr.* $L_1$. — 8 domum ex eo *M;* domo exeo *v.* — 9 corrigis $L_1$, *H, G.* — compedio *C pr.* $L_1$. — idem; *cf. 451 l.* viscum — 10 *illa* lep. tim. *suspensa a* fugai — compedam. — *cdd.* timentes *h. l.* — quadrangulum *pro* quadruplex, ut τετράγωνον. — 11 archias *cdd. h. l.;* ata *vel* bra *451;* ἄρκυας *Iun.*, arcyas *Scal.; cf. Suidas s. l.* ἄρκυς. — 12 fugai *Me;* fugam *cdd. h. l.*, fuge *451.* — comp. *C.* — 13 Seqnulixe *M;* sesq: *L;* sesq. ulixes *H*, sesq: ulixes *G; ac similiter ubique librarii. quos apparet notioris longe Vlixis nominis deceptos memoria accepisse illud* sesqu *pro* sexque, *ut etiam interdum traditum. ipse Nonius scripsit nimirum* Sesculixe; *quae forma restituta est a doctis Plin. n. h. praef. 24, ubi cdd. habent* sustulit. — *v.* Sesquiulixe. — quocumque; quo que *supra scr. m. 1 cum et hac vel 2 del.* que *H;* quo cum *G; om. L.* — 14 erinas *G;* aerias *Oehlerus.* — inpositas *C pr.* $L_1$. — video; *quae desunt, Nonii culpa, ut puto, omissa.* — 15 Fulgora *L, Bamb.* — κερα-ʻ cυνον *C.* — 16 fulgetrae, tonitrui *Me* (f. fulgetrei — fulgetri *Salmas.* —, tonitruei); fulget et tonitrum *C.* — fulgoris $L_2$. — *cf. Plin. n. hist. XXXV, 96* tonitrua, fulgetra, fulgura. — 18 Coangulum $H_1$. — est *add.* $L_2$. — 19. 20 περὶ μέθηc: vino *Iun.;* περι μcθη cui non *C* (*ante* π *ras. un. litt.; item post* ι; μcον $H_1$*; id. 2* μc$\overset{\eta}{o}$;.). — bibit *Iun.;* vivit *cdd.;* quidquam cluit *Muret.; Scal.* — 22 ilaritatis *L*, liritatis $H_1$. — 23 coangulum $H_1$. — 24 appetentes *cdd. pr.* $L_1$, *Bamb.* — 25 confert a. me i. *Quicheratus;* c. me i. a. *cdd.*, conferat se a. i. *Ribbeckius.* — 26 sint *Bamb., L, H;* sunt *ed. Bas. cum priorr.* — 28 *nisi mancus esset locus, potuit scribi:* tu, flagrio, nevis?

*EDULIA* . . . . *Afranius* Privigno:

iucúnditatis plús inest in te mihi
quam in cónmercatis cónquisite edúlibus.

MERENDA dicitur cibus post meridiem qui datur. Afranius Fratriis:

ínterim *ad* meréndam accurro, || ad cénam. cum vení, iuvat.

PEDETEMTIM et PEDEPRESSIM dictum est caute, quasi lenta et tarda itione. M. Tullius de officiis lib. I: sin minus, sensim erit pedetemtimque faciendum. — Lucilius lib. XXVII:

ílle contra omnia ínter plures, sénsim et pedetemtim *ít* foras,
nequem laedat.

Quadrigarius Annalibus: exercitu instructo pedetemtim milites ducere coepit. — Caelius Annalium * * *: ipse cum cetera copia pedetemtim sequitur.

CALCES a calcando, quod est nitendo, dicta est, non a calcitrando; nam et de omnibus pedibus et [de] hominum et universorum animantium dici potest. [nam sunt calces extrema pars pedum, terrae proxima.] Vergilius lib. V:

ecce volat calcemque terit iam calce Diores.

idem libro X:

tollit se arrectum quadrupes et calcibus auras
verberat.

SVBLIGACLVM est quo pudendae partes corporis teguntur: dictum quod subtus ligetur. M. Tullius de officiis lib. I: scaenicorum qui-

---

29 Afranius Privigno || 32 Afranius Fratriis || 2 I, 33, 120 || 3 Luc. l. XXVII || 6 Quadrigarius Annalibus || 7 Caelius Annalium || 12 V, 324 || 14 X, 892 || 18 I, 35, 129.

---

**29** Ed. *add. Me;* Afran. *Iun.* — **30** iugum ditatis *L*, $H_1$. — plus est *G*. — **31** quam in *Ribbeckius;* qua in *H m. 1;* quam *L*, $H_2$, *G*. — commercatis *C pr.* $L_1$. — consequite *G*. — **33** Fratris *cdd.* — **34** interim; *h. e.* donec magis me insinuavero hominibus istis. — ad *add. M.* — accurro *Lipsius;* occurro *cdd.* — ad cenam *om. L.* — caenam *H*, *G*. — **1** Pedetemtim; *cf. pg. 33 idem l.* — Pedetemptim $H_2$, *G*, *Bamb.* — cautae $L_1$. — **2** isione $L_1$. — *vel haustum infra vel obscuratum* pedepressim *l. exempl.* — **3** pedetemptimque *G*. — facienda *Cic.* — **4** ille; *cf. d. r. m. 428.* — it *add. M.* — foras *Bouterwek.;* foris *cdd.* — **5** ledat *L*. — **7** caepit $H_1$. — Caecilius $H_2$, *G*. — Annalium *M*, annavi $H_1$, *Florent.;* a navi *rell.* (Annalibus *Ald.;* Annal. VI *Spengelius*). — coetera *L*, $H_2$, *Florent.*, *G;* caetera $H_1$. — **9** calcendo $L_1$. — dicta est *M;* dictae sunt *v.* (*cf. comm. in 114* fros). — **10** de *inclus. M.* — **11. 12** nam — prox. *secl. M.* — Verg.; *cf. 257* calx; *414* volare. — lib. I $H_1$. — **13** volans *cdd.* h. l. — **14** sexto libro *C*. — **15** arrecto $H_1$. — **17** S. e.; subligat lumen $H_1$; subligelum est $L_1$. — quo; co $H_1$. — **18** Men $H_1$. — lib. I *in mrg. add.* $H_2$; *om. L.* — scentcorum $L_1$; schaenisorum *G;* scelicorum $H_1$; *id. 2* scenicorum.

dem mos tantam habet vetere disciplina verecundiam, ut in scaenam sine subligaclo prodeat nemo.

MEDIOCRITATEM medium dici voluit M. Tullius de officiis lib. I: eadem ratio est habenda vestitus, in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est. — Lucilius lib. XXVII:

paúlo hoc melius quám mediocre; hoc mínu' malumst quam péssumum.

Terentius Andria:

set tamen ómnia haec medíocriter.

Cicero Tusculanarum lib. III: ad haec mihi adferentur mediocritates. quae si naturales sunt, quid opus est consolatione? ||

MODESTIAM a modo dictam M. Tullius auctor est de officiis lib. I: non hanc quam interpretamur modestiam; quo in verbo modus inest.

ANTES sunt quadraturae: unde et antae dictae sunt quadrae columnae. Vergilius Georgicorum lib. II:

iam canit effectos extremus vinitor antes.

CAMERVM, obtortum: unde et camerae, tecta in curvitatem formata. Vergilius Georgicorum lib. III:

et cameris hirtae sub cornibus aures.

INMVNE dicitur sine officio, sine munere. Vergilius Georgicorum lib. IIII:

inmunisque sedens aliena ad pabula fucus.

M. Tullius Philippicarum lib. I: num inmunitates datae?

DIRVM est triste, infestum, et quasi deorum ira inmissum. Vergilius Georgicorum lib. III:

---

21 I, 36, 130 || 23 Luc. l. XXVII || 25 I, 1, 32 || 27 III, 31, 74 || 1 I, 40, 142 || 5 II, 417 || 8 III, 55 || 10 IV, 244 || 13 I, 1, 3 || 15 III, 468.

---

19 tantum *L*, $H_1$. — in *om.* *L*, $H_1$. — scenam *L*, $H_1$; schenam $H_2$, *G*. — **20** sublieaclo $L_1$; subligaculo *cdd. Cic.* — **21** Mediocritatem *Quicheratus*, Mediocritas *cdd.* — Men $H_1$. — **22** ratio *Cic.*, potio *C.* — vestibus *cdd.* — **24** ho *L*, $H_1$. — malumst q. p. (p. *iam Ald.*) *M*; malum (malus *prius H*) quam ut opes summum *cdd.* — **25. 26** Andriam *prius H*; Andrias et $L_1$; sed *G*, $H_2$, sed et $H_1$; et *cdd. Ter.* — **27** Tusculanorum $L_1$. — lib. *m. 2 add. H.* — hic mihi adferunt *cdd. Cic.* — ad (*praepos.*) $L_1$; at *rell.* — hae *C pr.* $H_1$.— adf. $L_1$, aff. *rell.* — **28** q: $L_1$, *id. 2* q̃. — **2** nam *pro* non *L.* — interpraetamur *id.* — vero *cdd.* — **4** et ante $L_1$, $H_1$, *G.* — **7** camere $L_1$, $H_1$. — **9** camuris *v. ap. V.* — hyrte *G*, irte (*m. 2* irtae) *H.* — **10. 12** Immune — immunisque *C pr.* $L_1$. — aliaena *H.* — fugus $L_1$. — **13** Filippicarum *H.* — inmunitates *ed. Bas.*; immun. $L_2$, *H* (immutates $L_1$). — date $L_1$, *H.* — **14** Dirum; *nullum novum l. in H.* — est quasi $L_1$; quasi *id. 2.* — deorum immissum $L_2$, *H*, *G*; d. inmissum $L_1$, *Bamb.*; deorum ira inmissum *G in mrg.*; dirum quasi deorum ira missum *H in mrg.*

priusquam
dira per incautum serpant contagia vulgus.

et Aeneidos lib. IIII:

ultricesque sedent in limine Dirae.

M. Tullius de senectute: intellegi potest ex his fratribus, qui in Adelphis sunt. quanta in altero diritas, in altero comitas!

EXORDIVM est initium: unde et vestis ordiri dicitur, cum instituitur detexenda. Vergilius Aeneidos lib. IIII:

quonam reginam ambire furentem
audeat adfatu? quae prima exordia sumat?

M. Tullius in Ortensio: perge, quaeso; nec enim impereite exorsus es. — Lucilius lib. XXVIIII:

vérum tristis cóntorto aliquo ex Pácuviano exórdio.

Cicero Timaeo: difficillimum autem est in omni conquisitione rationis exordium. — Varro Ὄνος λύρας:

qui fábularum cónlocant exórdia.

INOPS dicitur sine ope et auxilio. Vergilius lib. VIII:

res inopis Euandrus habebat.

et Georgicorum ‖ lib. I:

atque inopi metuens formica senectae.

Terentius Adelphis:

ferte mísero atque innocénti auxilium;
súbveneite inopi.

M. Tullius de officiis lib. II: nimirum enim inops ille, [et] si bonus est vir, etiamsi referre gratiam non potest, habere certe potest.

---

18 IV, 473 ‖ 20 18, 65 ‖ 23 IV, 283 ‖ 26 M. Tull. in Hortensio ‖ 27 Luc. l. XXIX ‖ 29 Cicero Timaeo ‖ 30 Varro Ὄνος λύρας ‖ 32 VIII, 100 ‖ 1 I, 186 ‖ 3 II, 1, 1 ‖ 6 II, 20, 69.

---

**19** cultricesque *L.* — lumine *L*, $H_1$. — **20** *cf. 100* diritas. — Men $H_1$. — intelligi $H_1$. — **21** Adelfis *cdd.* — **25** adf. $L_1$; aff. *rell.* — **26** Men $H_1$. — Hort. *C pr.* $L_1$. — impereite *M;* imperate *L*, $H_1$; imperite $H_2$, *G.* — **27** est *prius H.* — **28** verum *Me;* virum *cdd.;* utrum *Iun.* — **29** Timeo *C.* — difficillimum $H_1$; ditficillimum $L_1$; *Hs ex corr.;* dicit.facillimum *G*, $L_2$, *item* $H_2$ *auctore Onionsio, qui deinde in eo restitutum dicit* difficillimum; $Hs_2$ diffacillimum. — **30** onos lyras *cdd.* — **31** colloc. *C pr.* $L_1$. — **33** *v. Aeneid. add. post exemplum ex Georg. I petitum praemisso* item *(om. L; sed cf. infra)* libro VIII $L_1$, $H_1$. *sub* item libro VIII *lineola posita* $H_2$. — Euuandrus $L_1$. — **2** senectutem (*i. e.* senectae. item) $L_1$. — **3** Adelfis *cdd.* — **5** subveneite *M;* subveniente *L*, subvenite *rell.* — **6** Men *m. 1 H.* — II *ed. Bas.;* III *L*, *H.* — enim *supra add.* $H_2$. — si *Cic.*, etsi *cdd.*

DEFRVDARE significat fructum minuere vel per fraudem aliquid exquirere. Terentius in Phormione:

suúm defraudans génium conpersít miser.

Plautus in Asinaria:

ten égo defraudem? cui ípsi nil est ín manu,
nisi quíd tu porro uxórem defraudáveris?

SVDVM dictum est quasi sine udo, ut est aer post pluvias serenus et liquidus. Vergilius lib. VIII:

arma inter nubes caeli regione serena
per sudum rutilare vident.

Plautus Milite:

cam sólis radii *esse* ólim, cum sudúmst, solent.

Lucilius lib. XXVIIII:

nec ventorum flamina flando suda secundent.

IRRITARE dictum est proprie provocare: tractum a canibus, qui cum provocantur irriunt. Lucilius Satyrarum lib. I:

inritata canes quam homo quam planiu' dicit.

Terentius Phormione:

. . . . inrítor.

Vergilius lib. X:

irritatque virum telis et voce lacessit.

Sallustius Histor. lib. I: tunc vero Etrusci cum ceteris eiusdem causae, ducem se nactos rati, maximo gaudio bellum irritare. Lucilius lib. XXVIII:

---

10 I, 10 ‖ 12 I, 180 ‖ 16 VIII, 528 ‖ 19 I, 1,2 ‖ 21 Luc. l. XXIX ‖ 24 Luc. l. I ‖ 26 V, 8, 39 ‖ 28 X, 644 ‖ 30 Sallustius Hist. lib. I ‖ 32 Luc. l. XXVIII.

---

**10** in *om. G.* — Formione *cdd.* — *cet. cf. pg. 117; 525 l.* genium; demensum. — **11** sum $L_1$, sumu *id. 2.* — defrudans $L_2$, $H_2$, *G;* ingenium $L_2$, $H_1$. — confersit *L*, $H_1$*;* conspersit $H_2$, *G;* dissipavit. in quibusdam cod. legitur 'consparsit' *mrg. H.* — conparsit *vel* comparsit *libri deter. Ter.* — **12. 13** in — ego *om. L.* — in *m. 2 del. H; om. G.* — Asinari $H_1$. — ten ego *add.* $H_2$, *cum prius positum esset post* defraude. — defraude *L*, $H_2$, *G*, defrude $H_1$. — cui ipsi; *pronuntiandum* cuipsi. — ipse $H_1$. — nihil *cdd.* — **14** qui $H_1$. — tum *L*, *H.* — defrudaveris $L_2$, $H_1$ (*in H pro* u *prius* a). — **15** sine udo *Guietus,* semiudum *v.* — pluviam *Bamb.* — **20** cam (*pro* quam) *M;* cum *cdd.* — radit *L.* — esse *Plaut.; om. cdd.* — sudus (s *poster. m. 2 in ras.*) est *H;* sudu est (*corrupt. ex* sudust) *L*, sudum est *G;* sudumst *vel* sudust *libri Plauti.* — solet *C.* — **22** secundet $H_1$. — **23** *cf. Donat. in Ad. II, 4, 18.* — Inritare $L_1$, *prius H.* — propriae *L.* — provocate $L_1$. — **24** inriunt $L_1$. — Lucil.; *cf. Luc. I, 27 cum comment.* — **25** irritata *Non.*, *G.* — canes *Charis. 100; 118;* cane *cdd.* — *de* r *litt. agitur.* — **26** Formione *cdd.* — **27** irrito (inrito $L_1$) *id.* — **29** hirritatque verum $L_1$. — **30** Historiae *L*, *H*, Hist. *ed. Bas.* — tum *docti.* — Etrusci — ceteris *Me,* et posci — ceteri *cdd.* — **31** causam $H_1$. — nactus *C, corr. Me.*

31. 32 M.

Lucíli, si in amóre inritarís tuo.

Plautus Amphitryone:

irritabis crabrones.

Varro Sesquulixe:

omnes irritans ventos omnesque procellas.

ABLEGARE est proprie alio mittere: dictum || a legatis, qui cum legationibus mittuntur. Terentius Hecyra:

aliquó mihist
*hinc* áblegandus, dúm parit Philúmena.

ARCANVM dicitur secretum vel absconditum: quod quae in arcis sunt celata sint et abscondita. Vergilius Aeneidos lib. IIII:

solam nam perfidus ille
te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.

et [Aeneidos] lib. I:

longius et volvens fatorum arcana movebo.

TORMINA, genus morbi, dicti quod dolore torqueat. Cicero Tusculanarum lib. II: quamvis idem forticulum se in torminibus et in stranguria sua praebeat. — et quarto: itaque dicimus gravidinosos *quosdam*, quosdam torminosos.

MONVMENTI proprietatem a monendo M. Tullius exprimendam putavit ad Caesarem Epistularum II: sed ego, quae monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor. ad memoriam magis spectare debet posteritatis quam ad praesentis temporis gratiam. Vergilius lib. V:

quem candida Dido
esse sui dederat monumentum et pignus amoris.

---

34 II, 2, 75 || 36 Varro Sequulixe || 2 III, 3, 54 || 6 IV, 421 || 9 I, 262 || 11 II, 19, 45 || 13 IV, 12, 27 || 15 M. Tull. ad Caesarem Epist. II || 18 V, 571.

---

**32** libro *m. 2 add. H, om. L.* — **33** si *ex* se *corr. H.* — inritaris tuo *M;* irritarit (inr. $L_1$) suo *cdd.* — **34** Amphitrione *L, H,* Amfitryone *G.* — **36** sesq: *L,* sesque *H;* ulixes *L, H;* sesqulixes *G testante Schneidero.* — **37** *cf. odyss. V, 292 sq.* — **1** propriae $L_1$. — **4** hinc *om. cdd.* — Filumena (Filiumena $L_1$) *id.* — **6** caelata $L_2$, *H, G, Bamb.,* caelato $L_1$. — sint *Quicheratus,* sunt *cdd.* — abcondita *L.* — **9** et Aen.; aetate neidos $L_1$*;* Aen. *seclus. M.* — **10** factorum *G.* — **11** Tormina *Quicheratus;* Tormines *C,* Torminae (ae *in ras.*) *Bamb.* — tormines; sic solent ponere, qui minus considerate locuntur *mrg. H.* — torqueant $L_2$, *G,* $H_1$ (torqueat $H_2$, *sed deinde restitutum illud*). — *f.* dicta q. d. torqueant. — **12** Tusculanorum $L_1$. — **13** straguria $L_1$, $H_2$*;* stransguria $L_2$, $H_1$. — et quattuor $L_1$. — *cet. cf. pg. 115 l.* gravidinosi. — **14** quosdam *add. docti; om. C et Cic. cdd. mel.* — term. $L_1$, $H_1$ *; pars mel. cdd. Cic.* — **15** Men $H_1$. — **16** Cesarem *L, H.* — *puto add.* iuniorem; *cf. comm. in 436* contemnere. — Epistularum *M,* epistula (epistola $H_1$) *C.* — **17** memoriam agis *L prius;* ma *in ras.* $H_1$. — **21** esse viderat m. *L.* — monumenti $H_1$.

RIVALES dicti sunt quasi in unum amorem derivantes. Terentius Eunucho:

> milés Thraso,
> Phaédriae rivális.

GESTIRE significat laetum esse: dictum a gesticulis facilioribus. Terentius in Eunucho:

> Chaerea, quid est quod sic gestis? aut quid hic sibi vestitus quaerit?

Vergilius Georgicorum lib. I:

> et studio incassum videas gestire lavandi.

INVOLARE est inruere, insilire, aut a volatu aut a vola, id est media manu, dictum. Terentius Eunucho:

> ut ego únguibus facile ílli in oculos ínvolem .... ||

Lucilius lib. XXX:

> inde canino *ori si* ritu oculisque
> involem.

PROPINARE a graeco tractum est: post potum tradere. Terentius Eunucho:

> húnc vobis comedéndum [et bibendum] propino ét deridendúm . .

Ennius Satyrarum lib. III:

> Enní poeta, sálve, qui mortálibus
> versús propinas flámmeos medúllitus.

PEDETEMTIM dicitur caute. Cicero in Verrinarum actione I: quae tamen a me pedetemtim cauteque dicentur.

INSVLSVM, proprie fatuum, quasi sine sale. M. Tullius ad Caesarem iuniorem Epistularum secundo: sed ita locutus insulse

---

22 II, 3, 62 || 27 III, 5, 10 || 29 I, 387 || 32 IV, 3, 6 || 1 Luc. l. XXX || 4 V, 8, 57 || 7 Ennius Satyr. lib. III || 10 7, 18 || 12 M. Tull. ad Caesarem iun. Epist. II.

---

22 Rivalis $L_1$, Rivantes *Bamb.* — dirivantes *id.* — 23 Eunuco $L_1$. — — 24 Traso $L_1$. — 25 Faedriae *cdd.* — 26 gestaculis *prius H.* — fac.; *f.* agilioribus *vel* lascivioribus. — 27 Eunuco $L_1$. — 28 *versus metrum nondum sat expeditum, videturque gravior antiquitus et in hoc in sequentibus duobus propagata interpolatio.* — Cherea *G,* Cerea *L, H.* — aut quid sibi hic vestitus quaerit *maior pars libror. deteriorum Ter.;* quid (quidve *Bembin.*) sibi h. v. q. *rell.* — 30 labandi $L_1$. — 31 *cf. 128 id. l.* — irruere *C pr.* $L_1$. — 32 Eunuco $L_1$. — 2 ori si *add. M.* — ritu *supra* rito *scr. in cd. Fiechtiensi; et ita Aldus;* rito *C.* — 4 greco *L, H.* — 6 *ita M; cdd.* hunc vobis *(add.* hunc, *sed m. 2 del. H)* com. et bibendum et deridendum propino. — *Bembin.* hunc com. vob. prop. et diridendum; *deteriores* h. c. et der. vobis propino *vel* praebebo. — 7 Ennius; *cf. 139 l.* medullitus. — 8 Ennio eta selve *C h. l.* — 10 *cf. pg. 29 l.* pedetemtim. *om. h. l. Bamb.* — in Verrinarum *(vel* in Verrem) *M,* in Verrinis *cdd.* — 11 id.; *corr. Me.* — 11 cautequi $H_1$. — 12 Insultum *G.* — 13 Epistolarum lib. II *Quicheratus;* epistula (epistola $L_2$, $H_1$) secunda *C.*

est, ut mirum senatus convicium exceperit. — et de oratore lib. II: ut nihil aliud eorum quam ipsa insulsitas rideatur.

IGNAVVM et SEGNE, torpidum, feriatum et sine igni. Vergilius Georgicorum lib. IIII:

ignavum fucos pecus a praesepibus arcent.

et [Georgicorum] lib. III:

en age, segnis
rumpe moras.

M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II: in quo tua me provocavit oratio, mea consecuta est segnis. — et de senectute: quae vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignavae, somniculosae senectutis.

CALAMITOSVM dicitur malis et calamitatibus praegravatum. M. Tullius in Verrinarum Divinatione: et honoris amplissimi puto esse et accusare inprobos et miseros calamitososque defendere.

SERIVM, triste et quasi sine risu. [M.] Afranius Privigno:

non égo te novi trístem, saevum, sérium?

Plautus Amphitryone:

núnc quidem praetérnos || nemost: díc mihi verum sério.

INTERPOLARE est inmittere et interponere et novam formam e vetere fingere. M. Tullius in Verrem actione II: 'aliquid demendo, mutando, interpolando.' — et est tractum ab arte fullonum, qui poliendo diligenter vetera quaeque quasi in novam speciem mutant. Plautus Amphitryone:

íllic homo me intérpolabit meúmque os finget dénuo.

---

14 II, 54, 217 || 17 IV, 168 || 19 III, 42 || 22 Cicero ad Caesarem iun. lib. II || 23 II, 36 || 27 21, 70 || 29 Afranius Privigno || 31 II, 2, 225 || 3 I, 61, 158 || 6 I, 1, 161.

---

14 convitium $H_1$. — 15 deorum *L*, $H_1$. — ipsam $H_1$. — 16 *cf. 386* segne. — et segne *ed. Bas.*; est s. *L, H, Bamb.* — *puto* et quasi sine. — igne $H_1$. — 18 pres. *H*. — 19 et *om.* $L_1$. — Georg. *secl. M.* — IIII *cdd.* — 22 II libro *cdd.* — provocavit *ed. a. 1476*; provocabit *cdd.* — 23 signis $L_1$, $H_1$. — 24 inertis *Cic.*, incertae (incerte $L_1$) *cdd.* — ignave $L_1$. — 26 calamitas, quod calamos atterat *mg. G.* — calamitalibus *L*. — 27 Verinarum $H_1$; *puto* in Verrem. — 28 improbos *H*. — 29 risumen $H_1$; risum̃ *id. 2; et ita* $L_1$ (*2* risu m̃); risu. M. *ed. Bas.* — *fuit haud dubie olim* risum. — M. *del. Quicheratus.* — *cet. cf. 409 l.* triste. — 30 saevum *Stevechius*, servum *cdd.*; *eadem varietas script. ap. Hor. c. I, 35, 17.* — 31 Amfitreone *L*, Amfitrione *H*, Amfitryone *G*. — 2 immittere $L_2$, immitere $H_1$, intermitere *id. 2*, intermittere *G in mrg.* — 3 evertere $H_2$, *P*; *sed in illo restitutum* e vetere. — 4 fullonum *Quicheratus*, fullonia *cdd.* — 5 veterem $H_1$. — in *add.* $H_2$. — 6 Amfitryone *G*, Amfitreone $H_2$, Amfitrione $H_1$, *L*. — 7 illuc *L*, *G*; *de H nihil notatum.* — interpolabit *ed. Bas.*, *v.*; interpolavit *L*, *H*. — os finget; offinget *prius H*.

EVERRICVLVM genus est retis piscatorii, a verrendo dictum, vel quod trahatur vel quod, siquid fuerit piscium nactum, everratur. ab hoc M. Tullius Verrinarum lib. V, de signis: quod umquam, iudices, huiuscemodi everriculum ulla in provincia fuit?

DIVARICARI [dictum] est distendi, dictum ab his qui vitio naturae ita sunt pedibus discretis, ut eos in diversum habeant separatos. M. Tullius de signis: Sopatrum, hominem [summum] domi nobilem, summo magistratu praeditum, divaricari ac deligari iubet.

VACCILLARE est trepidare vel cum lassitudine niti, a senibus, qui sint aevo defessi atque ad sustinendam lassitudinem baculo tarditatem levent. M. Tullius Philippicarum lib. III: in Galliam mutilatum ducit exercitum, cum una legione et ea vaccillante.

PRAESTRINGERE dictum est non valde stringere, eludere. Plautus in Milite glorioso:

praestríngat oculorum áciem in acie hóstibus.

Lucilius lib. XXX:

praestringat [oculorum aciem in acie hostibus] splendore micanti.

M. Tullius de senectute: voluptas rationi || inimica est, mentis, ut ita dicam, praestringit oculos nec habet ullum cum virtute commercium. — Varro Andabatis: non mirum si caecutis; aurum enim non minus praestringit oculos quam ὁ πολὺς ἄκρατος. —

---

10 IV, 24, 53 || 14 IV, 40, 86 || 18 III, 12, 31 || 21 I, 1, 4 || 23 Luc. l. XXX || 1 12, 42 || 3 Varro Andabatis.

---

8 piscatorii *Ald.*, piscatorium *cdd.* — **9** vel siq. *m. 2 add.* quod, *H.* — natum everrat *cdd.* — **10** ab hoc *M*, ad hoc *v.* — **11** iudices *ed. Bas., v.;* iudex *L, H.* — **12** Divarricari $H_1$. — dictum *secl. M.* — vitium *L*, $H_1$. — **14. 15** s. *secl. M;* s. d. n. *om. L;* summo *m. 2 add. H.* — hominem cum domi nobilem tum s. m. pr. *cdd. Cic.* — praedictum $L_1$; predictum, *sed eras.* c *H.* — divarricari *Ho.* — delicari *L*, $H_1$. — **16** Vaccillare *L, prius H;* Vacillare *H post ras., G, ut vid.* — est *om. G.* — nati $H_1$. — **17** ad *om. L, G.* — bac.; *cf. comm. in 78 l.* bulga. — **19** reg. $L_1$. — vaccillante *C* (vacillante *rad. fact. H*). — L. fratrem exspectat *add. Cic.* — **20** *cf. pg. 373 l.* praestringere. — Prestringere $L_1$. — eludere *M;* et laudere $L_1$; et laudare $L_2$; *in mrg. add.* ·p; et plaudare, *del.* plaudare *et in mrg. adscr. m. 2* cl(u)adere *H;* et claudere *G;* et plaudere *Bamb.* — **21** *cf. pg. 373 l. m.* — **22** prestringat *L.* — in aciem *L*, $H_1$. — in acied *Ritschelius.* — **24** *ita M;* praestringant *(ita v. cd. eius)* oculorum aciem splendore micanti *Dousa pater, f. recte;* prestringat $L_1$. — in *post* hostibus *add. L*, $H_1$. — **1. 2** *ita Non.; Cic.* impedit enim consilium voluptas, rationi inimica est, mentis *e. q. s.* — volumtas $L_1$; voluntas *id. 2.* — prestringat *L*, praestringat $H_1$. — **3** comuercium $L_1$. — caecuttis $H_2$, *G.* — **4** prestringit *L, H.* — ποαυcαυκρατοc *(o in init. add. G*, $H_2$*) C; corr. Turneb.; cf. Menandr. Monost. 420.*

35 M.

Cicero de fato * * * et de finibus bonorum et malorum lib. IIII: aciem animorum nostrorum virtutis splendore praestringitis.

ANGINA, genus morbi, eo quod angat; et graece synanche appellatur. Lucilius lib. XXX:

insperato abiit; quem una angina sustulit hora.

ARQVATVS morbus dictus, qui regius dicitur, quod arcus sit concolor, de virore vel quod ita stringat corpora ut in arcum ducat. [quod] *Lucilius lib. XXX:*

nos esse arquatos? surgamus, eamus, agamus!

Varro Eumenidibus: nam ut arquatis et lutea quae non sunt et quae sunt lutea videntur; sic insanis sani et furiosi videntur esse insani.

PRIVVM est proprium uniuscuiusque; unde et res privata. Lucilius lib. XXX:

culcitulae accedunt privae centonibu' binis.

idem:

abdomina tunni
. . . . priva dabo.

NVGATOR, nugas, turbator. Lucilius lib. XXX:

quo me hoc tempore nugator cognoscere non vis?

FORAMINA quasi diminutive a foribus dicta. Cicero Tusculanarum lib. I: nam nunc quidem, quamquam foramina illa, quae

---

5 Cicero de fato ‖ 5 IV, 14, 37 ‖ 8 Luc. l. XXX ‖ 12 Luc. l. XXX ‖ 14 Varro Eumenidibus ‖ 18 Luc. l. XXX ‖ 20 Luc. l. I ‖ 23 l. XXX ‖ 26 I, 20, 47.

---

5 lib. IV *v., ed. Bas.;* libro secundo *H*, $L_2$, liber secundus *id. 1.* — 6 prestringitis $L_1$. — 7 ngina *G, in quo et alibi aliquando omissa initialis lemmatum littera.* — grece *L.* — ϲυνάγχη *docti*, synantea *L*, $H_1$, synancea $H_2$, synanca *G.* — 9 *cf. comm. in Luc. XXX, 34;* abiit *Iun.*, abit *cdd.;* obiit *docti* (*praecedit* o). — anguina *G; cet. conf. comm. Luc. l. m.* — 10 arcuatus *Bamb. in ras.* — arcus$^{\text{gñ}}$ sit *Bamb.; f. olim fuit:* q. arcus, quae graece dicitur ἶριϲ, sit c. — 12 quod *del. Iun.* — Lucilius lib. XXX *Kettnerus observ. crit. in Varr. scripta et glosaria latina pg. 16; Schmidtius pg. 70; Lucilii v. iam agnovere Bentinus aliique.* — 13 surgam *Bamb.* — 14 et lutea quae *cdd. 549 s. v.* luteus; et uterque *id. h. l.* — 15 et *om. L.* — *ante* quae c, *ut vid., scriptum in L, sed statim delet.* — 18 lib. *om. L*, $H_1$. — 19 culcituae *L*, $H_1$*;* cultitulae *prius G.* — accendunt *L, H.* — 20 idem; *lib. I; cf. pg. 159 l.* priva; *Gell. X, 20.* — 21 tunni *C.* — 22 advenientibu' priva dabo *Lucil.* — da *supra add. in G.* — 23 nugis *C, Bamb.; sed H in mrg.* nugas, turbans aliquam rem; nugas *Quicheratius;* a nugis *Me.* — tubator *G* (nugitur *pro* nugis turbator $L_1$). — Luc. lib. XXX *om. L.* — 24 quo (*vel* quei) *M;* quam *cdd.* — 25 dimminutive *L.* — toribus $L_1$. — Tusculanorum $L_1$. — 26 quanquam *C pr.* $L_1$.

patent ad animum a corpore, callidissimo artificio natura fabricata est.

DISCERNICVLVM, acus quae capillos mulierum ante frontem dividit: dictum a discernendo. Lucilius lib. XXX:

euplocamo digitis discerniculumque capillo.

FRATRVM proprietatem Nigidius acutissime || dixit: frater est, inquid, dictus quasi fere alter.

SVBPLANTARE dictum est pedem subponere. Lucilius lib. XXVIIII:

subplantare aiunt Graeci.

M. Tullius de officiis lib. III: contendere debet, quam maxume possit, ut vincat; subplantare eum quicum certet aut manu pellere nullo modo debet.

CONIVGARE, copulare, dictum est a iugo. Lucilius lib. XXVIIII:

quam mi ílle quantumst ínter humanúm genus
ferúmque interse cóniugat, commúnicat!

FENESTRAE a graeco vocabulo conversum est in latinum, *ἀπὸ τοῦ φαίνειν*. Cicero Tusculanarum lib. I: non eas partis, quae quasi fenestrae sunt animi.

EMVNGI ex manifesta significatione manat. Lucilius lib. XXVIIII:

ín me illis spem esse ómnem, quovis pósse me emungí bolo.

Terentius:

émunxi argentó senem.

---

30 Luc. l. XXX || 32 Nigidius || 3 Luc. l. XXVIIII || 5 III, 10, 42 || 8 Luc. l. XXVIIII || 12 I, 20, 46 || 14 Luc. l. XXVIII || 16 IV, 4, 1.

---

**27. 28** animum *Cic.*, animos *cdd.* — fabricata est $L_2$; fabricatur $L_1$, $G$, $H_2$; fabricatu $H_1$. — **30** dictum *ed. a. 1476;* dicta *cdd.* — ad $H_1$. — **31** diligitis *G.* — capillos $H_1$. — *supplendum ut puta* aptat. — **32** *cf. Gell. XIII, 10.* — **1** inquit $G$, $H_2$; inqui $H_1$. — **2** Supplantare $L_2$, $H$, *Bamb.* — supponere $L_2$, $G$; supra ponere $H_2$, *id. 1* sūponere. — **4** supplantare $L_2$. — Graeci ὑποσκελίζειν dicunt *cdd. ante Me; quae verba a Quicherato adiecta ad Nonii lemma. mihi tamen videntur tradita, quae apte vel in trochaicos vel in iambicos quadrant numeros, habere sat bene. nec enim improbabile est a Lucilio, qui non minus quam Ennius et Cato sermonem ditavit latinum, fictum vocabulum illud ad exemplum Graecorum idque eum ipsum professum.* — **5** maxime $L_1$. — **6** supplantare $L_2$, $H_2$. — certe $L$, $G$, $H_1$. — **8** coniugare *Passerat.;* coniungere *cdd.* — **9. 10** mi ille *M*, mihi *cdd.* — in $H_1$. — rerumque *C; corr. Me.* — h., f. *genet* (h. *pro* hominum). — coningat *Bentin.;* coniungat *cdd.* — **11. 12** greco *L*, *H.* — *ἀπὸ τοῦ φαίνειν v.;* apo tu fininio *C.* — Thusculanorum $L_1$. — non aes $L$, $H_1$. — **13** sint *cdd. Cic.* — **14** *cf.* **103** emungere. — **15** in me illis *Iun. in Erratis, Carrio, alii;* in mellis *cdd.* — possem emungi volo *id.; corr. Carrio.* — **16** Terentius *v.;* ter *C.*

ADGLOMERARE, inplicare, coniungere; dictum a glomere. Vergilius Aeneidos lib. II:

et lateri adglomerant nostro.

COLLARE est vinculi genus, quo collum adstringitur. Lucilius lib. XXVIIII:

cum manicis, catulo collareique, ut fugitivum,
deportem.

DEPILATI dictum rarefacti. Lucilius lib. XXVIIII:

'Gnató, quid actumst?' — 'dépilati omnés sumus.'

EXCVRIARI, curia excludi. Varro Hippocyne: Apollonium ideo excuriant, quia nihil habebat.

PENSVM significat exaequatum, quod sine inclinatione sunt quae penduntur. Lucilius lib. XXVIII:

nil párvo huic pensi. haut lítteras doceás lutum. ||

AQVA INTERCVS, hydropum morbus; quasi aqua inter cutem. Lucilius lib. XXVIII:

aquam te in ánimo habere intércutem.

M. Tullius de officiis lib. III: siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem.

MALTAS veteres molles appellari voluerunt, a graeco, quasi μαλθακούς. Lucilius lib. XXVII:

ínsanum vocánt quem maltam ac féminam dicí vident.

MONOGRAMMI dicti sunt homines macie pertenues ac decolores:

---

19 II, 341 || 22 Luc. l. XXVIIII || 25 l. XXVIIII || 27 Varro Hippocyne || 30 Luc. l. XXVIII || 2 l. XXVIII || 4 III, 24, 92 || 7 Luc. l. XXVII.

---

18 Adglomerare $L_1$, $Ho_2$; Aggl. *rel.* — inplicare $L_1$, *Bamb.*; impl. *rel.*; applicare *Quicheratus.* — 19 id eneidos $L_1$, in aeneidos *id. 2; G;* aeidos *H.* — *id.* lib. secundo. — 20 agglom. $L_2$, *H;* aglom. *G.* — 21 quod *Bamb.* — asstr. $L_2$; astr. *H;* adstringit (it *in ras.*) *Bamb.* — 22 XXVIII *H.* — 23 collarique *Iun.;* collareque *cdd.* — 25. 26 *puto* Dispalati; *nisi n. N.* — dicitur *Bamb. m. 2.* — Gnatho *Me,* nato *cdd.* — 27 Ἱπποκύνῃ *Iun.; sed cf. Gell. III, 18, 5.* — Appollonium (Appollonio $H_1$) *C.* — 28 qua $L_1$. — *post* nihil a *litt. erasa in H.* — 29 *non l. nov. in L.* — 30 XXVIII *ed. Bas.;* XX. octavo *L, H.* — 31 nil parvo (*i. e.* puero) huic *M,* nihil parvi ac *cdd.* — haut *M,* uti *cdd.* — littera *id.* (litera $H_1$); litteras *Gerlachius.* — lutum *de homine dictum, ut ap. Plautum.* — 1 *non l. nov. in L; om. Bamb.* — est hydropum *H;* est *deinde deletum, sed rursus restitutum.* — aquam *cdd.* — 3 *cf. comm. Luc. XXVIII, 18.* — te *om. G.* — alnimo *prius H.* — 4 *cf. 345* medicamentum. — 6 altas *G;* Multas *Bamb.;* Malthas *ed. a. 1476.* — greco *L, H.* — 7 μαλθακούς *ed. 1476* (μαλακούς *al.*), malacus *cdd.* — 8 multam *G.* — vident *Turnebus,* videt *cdd.* — 9 onogrammi *G.* — maciae pertenuaes *prius H.*

tractum a pictura, quae priusquam coloribus corporatur, umbra fingitur. Lucilius lib. II:

vix vivo homini ac monogrammo.

et XXVII:

quaé pietas? monográmmi quinque addúcti pietatém vocant!

PORTORIVM dicitur merces quae portitoribus datur. Lucilius lib. XXVII:

fácit idem quod illí qui inscriptum e pórtu exportant cláncnlum,
né portoriúm dent.

INPERTIRE est participare et partem dare. Lucilius lib. XXVII:

quíbu' potest, inpértit.

Novius Decuma:

si ignótis inpertíbis, fient fácilius.

M. Tullius de re publica lib. V: quod molestiis senectutis suae vestras familias inpertire posset. — et ad Hirtium lib. V: et quoniam, ut hoc tempus est, nihil habeo, patriae quod inpertiam.

SEDVLO significat sine dolo. Lucilius lib. XXVII:

salútem fictis vérsibus Lucílius,
quíbu' potest, inpértit totumque hóc studiose et sédulo.

M. Tullius de finibus bonorum et malorum: sedulo, inquam, faciam; sed 'fortuna fortis': quare conare, quaeso.

SCRIBTVRARIOS veteres, quos nunc tabularios || dicimus, dici voluerunt, quod scripturis et commentariis omnia vel urbium vel provinciarum conplecterentur. Lucilius lib. XXVI:

públicanu' véro ut Asiae fíam scripturárius.

---

11 Luc. l. II || 13 l. XXVII || 16 l. XXVII || 19 l. XXVII || 21 Novius Decuma || 23 M. Tullius de re publica l. V || 24 ad Hirtium l. V || 26 Luc. l. XXVII || 29 III, 4, 16 || 3 Luc. l. XXVI.

---

**10** tract *(tum ras.)* um *H*. — **12** viyo $H_1$; vino *G*. — monogramo *L*. — **13** vicesimo VII *C* (viginti VII $L_1$). — **14** piaetatem $H_1$. — **17** *f.* quod i. — scriptum $H_1$. — clamculum $L_1$. — **18** portitorium *L*, $H_1$. — **19** Impertire *C pr.* $L_1$. — pariem $L_1$. — Lucilius (Lucius *H*); *cf. sequens l. et 308 l.* fingere. — **20** impertit $L_2$, *G*. — **21** Nobius $L_1$. — Decyma $H_1$. — **22** ignotis *pro* ignaris, *ut vid.* — impertibis *Me*, inpertibus (imp. $L_2$) *cdd.* — flent *id.*; fient *Ribbeckius*. — **23** molestis *C*; molestias *Me*. — **24** vestras *Quicheratus*, vestris *cdd.* — impertire *C pr.* $L_1$. — Hircium *L*, *H*. — **25** ut ac *C*; ut hoc *v.* — abeo $H_1$. — impertiam *C pr.* $L_1$. — **26** Sedulo *v.*; Sedulum *cdd.* — XXVI $H_1$. — **27** factis *L*, $H_1$. — **28** imp. *C pr.* $L_1$. — **30** fortis *v.* (*cf. Ter. Phorm. I, 4, 25* fortis fortuna adiuvat); toriis *C* (toris $H_1$). — **1. 2** Scripturarios *cdd. pr.* $L_1$. — voluerunt *Quicheratus;* volunt *cdd.* — scripturiis $L_1$. — **3** propinciarum $L_1$; provintearum $H_1$. — compl. *C pr.* $L_1$. — Luc.; *cf. 351 l.* mutare. — **4** publicanum vero *C* (publica numero $H_1$; publicanus v. *leg. 351*). — fiam *cdd. 351;* fiam ut *h. l.*

38 M.

VERSIPELLES dicti sunt quolibet genere se commutantes. Lucilius lib. XXVI:

ád libertinús Tricorius, Sýrus ipse ac mastícias,
quícum versipéllis fio et quícum conmuto ómnia.

Plautus Amphitryone:

. vérsipellem sé facit, quandó lubet.

CONBIBONES, conpotores, a bibendo dicti. Lucilius lib. XXVI:

quándoquidem res périit magnis cónbibonum ex cópiis.

CAPITAL dictum est capitis periculum. Plautus Menaechmis:

numquam hércle effugiet, tamétsi capital fécerit.

Lucilius lib. XXVI:

fácile deridémur: scimus cápital esse iráscier.

CLANDESTINO est abscondite. Lucilius lib. XXVI:

ád enim dicis, clándestino tíbi quod commissúm foret,
neú muteires quídquam neu mystéria ecferrés foras.

IDIOTA a graeco tractum, inutilis; quasi sibi tantum, non plurimis utilis. Lucilius lib. XXVI:

quídnei tu idem inlítteratum me átque idiotam díceres?

EXPIRARE dictum est vel ab spiritu effuso vel ab spiraminibus. Lucilius lib. III:

exspirans animam pulmonibus aeger agebat.

---

6 Luc. l. XXVI ‖ 9 prol. 123 ‖ 11 Luc. l. XXVI ‖ 13 I, 1, 16 ‖ 15 Luc. l. XXVI ‖ 17 l. XXVI ‖ 21 l. XXVI ‖ 24 l. III.

---

7 ad *C.* — Tricolius $H_1$; tricosus *Scal., sine causa.* — Sirus *cdd.* — iste *ed. a. 1476.* — ad *cdd.;* ac *Scal.* — mestitias (*pr.* mæst.) $H_1$; mastigias *v.; f.* masticia, *ut* masticias *sit a librariis scriptum propter praecedens* ad. — 8 comm. $L_2$, $H_2$, *G.* — 9 *cf. pg. 41 l.* tergiversari *cum comment.* — Amfitreone $L_1$, Amfitrione $L_2$, *H,* Amfitryone *G.* — 10 ita *add. ap. Pl.* — versipellet *prius H.* — 11 Combibones *cd. Palatin. testante Quicherato, v.;* convivones $L_2$, $H_1$; Conviviones $L_1$; onviviones *G;* Conbiviones $H_2$. — comp. *C pr.* $L_1$. — dicit $H_1$. — 12 res periit *Quicheratus, M;* repperi *cdd.* (*prius M in textu* reperti). — combibonum *v.;* convivorum *cdd.* — 13 Menechmis *C.* — 17 Clamdestino $L_1$; *Bamb.* — Luc.; *cf. 249 l.* committere, credere. — 18 at *C pr.* $L_1$. — dixi *vel* dixti *Dousa pater.* — clamd. $L_1$. — 19 mittere *h. l. cdd.* — quicquam *G,* quiquam $L_2$, *H.* — misteria *C.* — ecferret *L,* $H_1$. — 20 *ita M;* Idiotas *v.* — greco *L, H.* — inutiles $H_2$, *G.* — sibi non tantum (non *del. m. 2*) *L.* — plurimis; *f.* pluribus. — 21 utiles *C pr.* $H_1$. — 22 quidnei tu *M;* quidni et tu (et tu *add.* $H_2$) *v.* — 23 Exspirare *Bamb.* — a *H.* — spiratu $H_1$. — 24 Luc.; *cf. 279 l.* deponere, desperare. — 25 expirans $L_2$, *G;* exalans *cdd. 279.*

idem XXVI:

. . . . út, si eluviem fácere per ventrém velis,
súdor se omnibús distento córpore expirét viis.

ELIMINARE, extra limen eicere. Pacuvius Doloreste:

úbi illic est? me míseram! quonam clánculum se elíminat?

Pomponius Conca:

vós ‖ istic manéte: eliminábo extra aedis cóniugem.

Ennius Medea exule:

antíqua erilis fída custos córporis,
quid síc te extra aedis éxanimata clíminas?

Accius Meleagro:

timide elíminor,
*cúm* clamore símul ac nota vóx ad aures áccidit.

INCOXARE, in coxam sídere. Pomponius Pannuceatis:

neque ínterim cacándi causa umquam *úsquam* incoxaví nate.

CONDEPSERE, conmiscere, a graeco tractum. Homerus Odyssia:

*κηρὸν δεψήσας μελιηδέα.*

Pomponius Nuptiis:

partem ínsipavi, cóntusi, condépsui.

DARE VITIO dictum est vituperare, tamquam culpae vel displicentiae. Terentius in Andria:

---

26 Luc. l. XXVI ‖ 29 Pacuv. Doloreste ‖ 31 Pompon. Conca ‖ 2 Ennius Medea ‖ 5 Accius Meleagro ‖ 8 Pomponius Pannuceatis ‖ 10 XII, 48 ‖ 12 Pomponius Nuptiis ‖ 15 prol. 8.

---

**26** *cf. 103 l.* eloviem. — **28** sudor se *M*, curare *v.* — *f.* expirat. — vis *cdd.* — **29** *cf. 292 l.* eliminare. — **30** *cf. 292.* — clanculum se *Bergkius* (se *iam Hermannus*) clam clam el. (*292* clamor elim.) *cdd.* — **31. 1** *cf. 292* concavus *L*, $H_1$. — manete, el. *v.;* manete liminabo *L*, manet eliminabo *H*, *G h. l.; 292 C.* — **2** *cf. 292.* — Ennium $L_1$; Enius $H_1$. — et ea *L*, $H_1$. — **3** antiquerilis $H^1$. — corporis *cdd. 292; h. l.* $H_2$, *G;* foris $H_1$, $L_2$; poris $L_1$. — **4** sic te — exanimata *v.;* sit — examinata *cdd. l. utroque.* — eliminas *v.;* elimina *cdd. h. l.*, eliminat *292.* — **6** timide (timida *Ribbeckius*) el.; timide lim. $L_1$ *h. l.;* tum ut deliminor $H_1$; tum ut elim. $L_2$, $H_2$, *G;* tim. el. *cdd. 292.* — **7** cum *add. M.* — **8** *f. a* coxa *lemmatis in fonte Nonii ductum erat initium. certe quae secuntur usque ad* Verminatim *alphabeti ordine procedunt.* — **9** candida causa $H_2$, *G.* — usquam *add. M.;* causa cumquam i. n. *Ribbeckius.* — incoxamvi n. $L_1$, $H_2$, *G* (incoxam cunate *Gs;* natae *H*). — nates *N. Faber;* natem *Ribbeckius;* nate *legit certe Non.* — **10** *cf. 99* depsere. — commiscere *C pr.* $L_1$. — greco *L*, *H.* — omerus $L_1$. — odyssea *G.* — **11** *L* *κερονacνεacsεαιηαεα*; $H_1$ *κερονacνεacoεαιηαεα; id. 2 post ε alt. add.* c, *ex o inseq. fact.* c. — **13** patem $L_1$. — insipavi *Iun.;* insipui *v.; fuit qui coniceret* patellae insipui. *cet. cf. Fest. 105; 310.* — contusi *Hildebrandius in Arnob. V, 29;* conclusi *cdd.* — condempsui *G.* — **14** *ita M;* Vitup. d. e. vitio d. *cdd.* — *apparet h. l. initium esse debere a* dare vitio, *cum ob ord. alphab. quem supra notavi, tum quod omnino* vituperandi *voc. non egebat explicatione, adeoque adhibita*

nunc quám rem vitio dént, quaeso, animo adténdite.

et in sequentibus:

id stí vituperant fáctum.

lectum est autem et **vitium dare**, hoc est unicuique rei culpam applicare; sed hoc in incertae auctoritatis scriptoribus invenitur.

ORDIRE est promere, incipere. Accius Amphitryone:

'non párvam *iam* rem ordíbor.' — 'ne retice, óbsecro.'

Afranius Suspecta:

'támen a minimo ordíre oportet *haéc* me.' — 'pausa paúlulum!'

PILARE dictum est, ut **plumare**, pilis vestiri. Afranius Compitalibus:

praetérea nunc corpús meum piláre primum coépit.

Novius Exodio:

patí dum poterunt: ántequam pugaé pilant.

POPVLARE significat populi amorem conciliare: unde **populares** dicti de uno populo amici. Pacuvius Chryse:

átque, ut promeruít, pater mi pátriam populavít meam.

Terentius Phormione:

amícus summus méus et popularís Geta. ||

RABERE dictum est a rabie. Varro, idem Atti quod Tetti:

quid ést? quid latras? quíd rabis? quid vís tibi?

---

17 prol. 15 || 19 cf. commentar. || 22 Accius Amphitryone || 24 Afranius Suspecta || 26 Afranius Compitalibus || 29 Novius Exodio || 32 Pacuvius Chryse || 34 I, 1, 1 || 1 Varro, Idem Atti quod Titi.

---

*elocutione multo rariore.* — tamquam *L, Bamb.*, tanquam *H, G.* — **16** numquam *H.* — attendite *C pr.* $L_1$. — **18** id isti *C pr.* $L_1$. — vituperent *G.* — **19. 20** *credunt hic respici ad Gell. XI, 13, 10, ubi deter. cdd.* non ut C. Graccho vitium darem. — regi *prius H.* — applicare *v.;* amplicare $L_2$, $G_1$; anplic. $L_1$, $H_1$ (amplificare $H_2$, $G_2$). — incerte $L_1$, *H.* — hauctoritatis *prius H.* — **22** Ordire *L, G, gl.;* Ordiri *Bamb.*, $H_1$ *(m. 2* Ordire, *sed deinde restitutum illud).* — promere *M* (exponere *Quicheratus*); ponere *cdd.* — Amphitrione $L_2$, *H,* Amphitrone $L_1$, Amfitryone *G.* — **23** iam *add. M.* — *f.* ordibo. — **25** a minimo *Buechelerus, M;* animo *cdd.* — ordiri $H_1$. — me oportet *Vrbin. 307.* obportet $H_1$. — haec *add. M.* — pausa *Both.;* paula *cdd.; cf. Pl. Trin. 187.* — **26** pelis $L_1$; pillis $H_1$. — Comp. *C pr.* $L_1$. — **28** cepit $H_1$. — **30** potuerunt $H_1$. — pugae (πυγαί) *libri Merceri;* puge *C.* — **32** Chryse *Ald.;* gresse *C.* — **33** mihi *cdd.* — **1** rabiae $L_1$. — anti *G.* — quot *C pr.* $H_1$. — tetti (tecti $H_1$) *cdd.;* Titi (Titii *Iun.*) *v.;* Tetti *M. Hertzius comm. in Gell. III, 16, 14, qui recte notat, numquam apud iurisconsultos Attium et Titium, qui ibi aliquando fictarum personarum vices agunt, memorari una. — inepte quidam de tragicis poetis cognominibus cogitarunt, cum praesertim* Accius *audiat tragicus, non* Attius; *receptam autem lect., quae Gellianis quoque libris adseritur, in quibus* tetio, tecio, teti *legitur, etiam allitteratione magis commendari quam alteram bene monet Hertzius.* — **2** lateras *G;* blateras *Ald., al.; minus recte.*

Caecilius Hypobolimaeo, Rastraria:

rabere se ait.

SVPERSEDERE, mittere, aspernari, quasi sine voluntate et consilio sedere. Turpilius Paedio:

ut ille hác sese abstinéret, ego supérsederem núptiis.

Plautus Epidico:

'supérsede istis rébu' iam.' — 'tu ipse, úbi lubet, finém face.'

Sisenna Hist. lib. IIII: de virtute eorum accussanda proloqui supersederunt.

TINTINNIRE dicitur sonare: unde et tintinnacula sunt appellata. Afranius Vopisco:

tíntinnire iánitoris ínpedimenta aúdio.

Nigidius lib. XVIII: itaque aere in saliaribus Albanus 'tintinnat', id est: 'sonat'.

VERMINARI positum torqueri, a vermibus, quod facile se torqueant. Pomponius Hirnea Pappi:

'décumus mensis ést cum factumst.' — 'ita fit, ita sempér solet:
décumo mense démum turgens vérminatur, párturit.'

CANATIM, SVATIM, BOVATIM, canum et suum et boum genere.

---

3 Caecilius Hypobolimaeo ‖ 6 Turpilius Paedio ‖ 8 I, 1, 37 ‖ 10 Sisenna Hist. IV ‖ 13 Afranius Vopisco ‖ 15 Nigidius l. XVIII ‖ 18 Pomponius Hirnea Pappi.

---

3 Cecilius *C.* — Hipobolimaeo trastrabia *L*, Hipobolimaeo trastrabria $H_1$; *id. 2 cum G* Hipolimaeo rastrabia. *cf. comm. in pg. 16 l.* lactare. — 4 rebere *L.* — agit *H.* — 5 Supersidere $H_1$. — mittere, aspernari, quasi sine *M*; manere, perseverare quasi in *cdd.* — volumtate $L_1$. — 6 sidere *cdd.; sed* sideretur filius $L_1$ (sideretur *Bamb., qui seq. om.*). — Pedio *C, ut saepe.* — 7 i. ac *H.* — supersid. $H_1$. — 8 Aepid. *H.* — 9 superside $H_1$. — faces $H_1$. — 10 isenna $H_1$. — Hiist $L_1$; Historia $H_1$; Historiarum *uterque m. 2;* Hist. *ed. Bas.* — accussanda $H_1$, accusanda *rell.* — proliqui *L*, *Florent. m. 1.* — 11 supersiderunt $H_1$, *Fl. m. 1.* — 12 *ut nos, Bamb.; G; $H_2$;* Cintinnire *L*, Tintinire $H_1$. — tinam (*mutat. in* tinani) tinacula $L_1$; tintinacula $H_1$; titinnacula *G* (titinnabula *Pius ed. a. 1511*). — 13 Vobisco $L_1$. — 14 *cf. Fest. 364 s. l.* tintinnare, *ubi male* ostiarii imp. tintinnire audio. — tintinire *H*, titinnire *G.* — imp. *C pr.* $L_1$. — 15 aere (ex aere *Ald.*) *Corssenus de origin. poesis Romanae pg. 81;* ex re *cdd.* — in in *L*, *H.* — Albanus *Lips. Antiq. lect. V, 14; Corssenus; qui recte de Salio videtur intellegere, non ut Lips. de monte;* adtanus (aptanus $H_1$) *cdd.* — tintinat *H*, titinnat *G.* — 16 id est sonat *suspectat Quicheratus; sed cf. pg. 21 s. l.* quiritare *comm. ad eiusdem Nig. verba.* — 17 Verminare — torquere *Bamb.* — facele $H_1$. — sedorqueant $H_1$. — 18 hyrnea *G.* — 19 decimus (detimus $H_1$) *C.* — menses $L_1$. — 20 decumomẽ se *L;* decum omnes se $H_1$. — demun *L*, $H_2$, demon $H_1$. — 21 Canatur $H_1$. — bomatim $L_1$, *Bamb.;* boatim *gl.* — bovum *(L)* $H_2$, *G;* boum $H_1$, *Bamb.; item L testante Gerl.*

Nigidius Commentariis grammaticis: sunt etiam adsimulanter dicta haec: canatim, suatim, bovatim; quae ab animalibus sumuntur.

COSSIM dictum quasi coxim. Pomponius Porcaria:

sciúnt hoc omnes, quántumst qui cossím cacant.

INFABRE, foede; ut est adfabre, pulchre. Pacuvius Niptris:

barbáricam pristim súbinis nostris óptulit,
nová figura fáctam, conmissam ínfabre. ||

SAEPIVNT significat tenent, inpediunt, dictum a saepibus, quae obiectae iter cludunt; unde et Circus Saeptum dicitur. Afranius Materteris:

perii! lácrimae linguam saépiunt.

STICMATIAS veteres punctos [in] notis dici voluerunt. M. Tullius de officiis lib. II: o miserum, qui fideliorem et barbarum et stigmatiam putaret quam coniugem!

RESERARE, aperire: a sera dictum, qua remota valvae patefiunt. M. Tullius de officiis lib. II: nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit, nec ita reseranda, ut pateat omnibus. Vergilius lib. VIII:

non secus ac siqua penitus vi terra dehiscens
infernas reserat sedes.

ABVNDARE, supra modum ali, adcrescere. Vergilius Georgicorum lib. IIII:

---

22 Nigidius Comment. gramm. || 24 Pomponius Porcaria || 26 Pacuvius Niptris || 2 Afranius Materteris || 6 II, 7, 25 || 9 II, 15, 55 || 11 VIII, 243 || 15 IV, 139.

---

**22** Commentariis grammaticis *docti;* commento $L_2$, $H_2$, *G;* conmen $L_1$, comment $H_1$; grammo *L, H;* grammatico *ed. Basil.* — adsimultanter $H_1$, adsimutanter *L,* adsimulantur *G.* — **23** botim $L_1$. — **24** Cuossim $H_1$. — *id.* quoxim; coxum *L.* — Procaria $H_1$. — *cet. cf. Gell. XVIII, 6, 6, ubi* Porcetram *fuisse titulum dicitur.* — **25** hoc sciunt *cdd.; corr. Guietus, Bothius;* hoc scibunt *Ribbeckius.* — quã tum (*prius* cum) *H.* — quoxim $H_1$. — **26** Infabrae $L_1$. — fede *H, G, Bamb.* — adfabrae $L_1$; affabre $L_2$, $H_2$, *Bamb.;* afabre $H_1$, *G.* — pulcre $H_1$. — Nyptris *Ald.;* Niptra *cdd.; ita semper id. pr. pg. 222 l.* specus, *ubi legitur* Accius Niptris. *illud utrum Nonii an librariorum vitio evenerit haud facile discreveris.* — **27. 28** *cf. 248* conmittere, effigiare. — pristim; pristem *Quicheratus;* pestem *cdd. l. utroque.* — sibunis; *cf. not. ad 248 l. m.; hic cdd.* navibus. — optum *L,* obtulit *G.* — factum (*prius* factam) omnis sam $H_1$ (commissam $L_2$, $H_2$, *G*). — **1** Sepiunt *H.* — segnificant $H_1$, significant $L_1$. — imped. *cdd. pr.* $L_1$, *Bamb.* — sepibus *H, G.* — **2** cludent *L,* $H_1$. — et Circus Saeptum *M;* et circum septum *C* (ea et $L_1$); haec et circum septum *Bamb.* — **4** sepiunt *H, G.* — **5** $\bar{\mathrm{f}}$ ticmatios $H_1$; Stigmatias *docti.* — punctos notis *Me;* punctos in notis *C, Bamb.;* puncto. sinodis *gl.;* punctos in fronte notis *Stewechius ad Veget. pg. 96.* — **6** omnis erum $H_1$. — **7** sticmatiam *cdd.* — quam c. *om. L, G; del.* $H_2$. — **9** ciaudenda $L_1$. — **10** possis — reserenda $L_1$. — **13** reseret *recte pars cdd. Verg.* — fides $L_1$. — **14** a., ad.

ergo apibus fetis idem atque examine multo
primus abundare.

tractum ab amnibus qui, cotiens augentur ec crebris imbribus, maioribus undis eriguntur. Vergilius Georgicorum lib. primo:

praesertim incertis si mesibus amnis abundans
exit.

TERGIVERSARI, fallere et dicta mutare. et est quasi tergum vertere; ut ait Plautus Amphitryone:

. vérsipellem sé facit, quandó lubet.

M. Tullius de officiis lib. III: tribus generibus, quo modo possunt, non incallide tergiversantur. — *idem Tusculanarum lib.* V: itaque illam tergiversari non sinent secumque rapient.

PRVDENTIAM a providendo dictam dilucide ostendit M. Tullius in Hortensio: id enim est sapientis, providere: ex quo sapientia est appellata prudentia. — et de senectute: quid multa? sic mihi persuasi, || sic sentio, cum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria praeteritorum futurorumque prudentia. — et de re publica lib. VI: tuten igitur expectas prudentiam huius rectoris, quae ipsum nomen hoc nacta est ex providendo?

ADPENDIX dicitur quod alii est adiunctum, quasi ex alio pendens. M. Tullius in Hortensio: vidit enim quod videndum fuit, adpendicem animi esse corpus nihilque esse in eo magnum.

CONVIVII proprietatem M. Tullius de senectute demonstrat:

---

19 I, 115 || 23 prol. 123 || 25 III, 33, 118 || 26 V, 28, 81 || 29 M. Tullius in Hortensio || 30 21, 78 || 2 M. Tullius de re publica VI || 6 M. Tullius in Hortensio || 8 13, 45.

---

*M,* aliquid esse *v.* — **16** foetis *C* (tetis $L_1$; fietis *Hs*, fretis $Ho_1$). — **18. 19** ab a. *M,* ex a. *v.* (examinibus *L*). — quotiens *H, item G, ut vid.* — augentur ec crebris imbribus, maioribus *M;* augentur imbribus maioribus et cr. *v.* — primo lib. G. *C.* — **20** mesibus $L_1$, mens. *rell.* — **22** mulare *prius L.* — **23. 24** ut ait — lubet *videntur ab interpol. adiecta; cf. pg. 38 l.* versipellis. — Amphitrione *L, H;* Amfitryone *G.* — ita *add. Pl.* — **25** atque in his tamen tr. g., quoquo m. p. *Cic.* — **26. 27** id. Tusculanarum lib. *add. Me.* — VI *prius H.* — eam *ap. Cic.;* illa *H, G, om. L.* — rapienti *C.* — **29** Hortentio *prius H.* — prodere *L.* — **30** prudentiam *m. 2 del.* m *et add. et eras.* e *ut vid.* $H_1$; providentiae *G;* prudentiae *L.* — et *om. L, pro quo add. m. 2* idem. — dene sen. *H.* — **1** perversi $L_1$. — si *pro* sit *H.* — **2** preteritorum *H.* — futurorum *m. 2 add. L.* — **3** tuten, *i. e.* tutine *M;* totan $H_1$, totam *rell.* — huius, *i. e.* tam inconsulti et temerarii. — rictoris *L, H.* — que *H,* q: *L.* — **4** nata est $H_1$. — prividendo $L_1$, prev. *id. 2.* — **5** App. $L_2$, *Hsoq.* — ali (alii *m. 2, poster.* i *ut vid. in ras.*) est̃ (~ *f. m. 2*) *L;* aliis est *Bamb.* — pendens; pendeat *G, H (hic* at *m. 2 in ras.),* pendat *L;* adpendix quasi ex alio pendens *mrg. H, gl.* — **6. 7** app. $L_2$, *H.* — **8** Convivi *Bamb.* — *M.;* men *prius H.* — *cet. cf. 193 l.* accubitionem.

bene enim maiores accubitionem epularem amicorum, quae vitae coniunctionem haberet, convivium nominaverunt.

OCCATIONEM ab occaecatis seminibus [qua id efficitur] dici M. Tullius voluit de senectute: sparsum semen excepit, primum id occaecatum cohibet: ex quo occatio, quae hoc efficit, nominata est.

COAGMENTA dicta sunt coniunctiones aptae et conpares a coagendo, id est stringendo; unde et coagulum dicitur. M. Tullius de senectute: vivundi est finis optumus, cum, integra mente certisque sensibus, opus ipsa suum eadem, quae coagmentavit, natura dissolvit.

VERNILITER pro adulatorie, a vernis, quibus haec vivendi ars est. Caecilius Feneratore:

'credó.' — 'nimis tandem hóce fit verníliter.'

PECVNIOSORVM et LOCVPLETIVM proprietatem aperuit M. Tullius de re publica lib. II, a pecore pecuniosos et a possessionibus locorum locupletes appellatos adserens: 'multaeque dictione ovium et boum, quod tunc erat res in pecore et || locorum possessionibus; ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur.'

VIRITIM dictum est separatim et per singulos viros. M. Tullius de re publica lib. II: ac primus agros, quos bello Romulus ceperat, divisit viritim civibus. — Plautus Aulularia aliter, sub hac tamen significantia:

divídere argenti díxit nummos ín viros.

---

12 15, 51 || 16 20, 72 || 20 Caecilius Feneratore || 23 II, 9, 16 || 4 II, 14, 26 || 5 I, 2, 30.

---

9 accumbitionem *L*, $H_1$, *Bamb.* — quae *L*, $H_1$, *Bamb.*; quia $H_2$, *G*, *ut ap. Cic.* — *melius pg. 193* quasi. — **11** *cf. pg. 61 l.* occationis. — Ooccationem $L_1$. — occecatis *G*, obcec. *L*, *H*. — qua id. eff. *secl. M.* — **12** M. Tullius; *cf. 401* subigere, mollire. — excepit *cdd. 401*; cohibet *C* (accipit $Ho_2$); quae (terra) cum gremio mollito ac subacto sp. s. excepit *Cic.*, *et ita (exc. quod leg.* et sub.) *pg. 401 l. m.* — **13** obcaecatum *L*, *H*, *cd. Bas.* — **14** aptae *M*; artae *C* (arte $L_1$). — conpares $L_1$, comp. *rell.* — cogendo (a *supra*) *G*. — **15** men *prius H.* — **16** sed v. e. f. *Cic.* — vivendi $L_1$, $H_1$, *G*, vivundi $L_2$, $H_2$ (*vid. fuisse in arch.* vivondi). — optimus $L_1$; obtimus $H_1$. — **17** quae coagm.; q: (*corr. m. 1 vel 2* q̄:) agm. $L_1$ (coaugm. *id. 2*); quae coaugm. *H*, *in quo* co *lineolis del.*, *sed deinde restitut.*; que augm. *G*. — **19** adolatoriae $L_1$. — *post* vivendi *deficit Bamb.* (*non Lugd. alter*) *usque add. pg. 66 l.* manum: noctis diei pars prima. — **20** Cecilius *L*, *H*. — Fener. *Spengelius*; Venatore (Venatori $L_2$, $H_2$, *G*) *C*. — **21** *diverbium instituit M.* — tandem *pro* tamen; *cf. 405 l.* tandem. — hocce *Bothius*, hoc *cdd.* — sit *Vrbin. 307.* — verneliter *prius H.* — **22** et *m. 1 vel 2 supra add. L.* — men *prius H.* — **24** asser. *C pr.* $L_1$. — *affert h. l. et Isid. X, 155.* — multeque $L_1$, *id. 2 cum G et ut vid. H*; multaque (multaque, e *supra* a *scr.*, *palimps. Cic.*). — dictione *Cic.*; ditione *L*, $H_1$, dicione $H_2$, *G*. — **1** bovum — tum *cd. Cic.* — **3** men $H_1$. — **4** primum *Cic.* — **5** in Aul. *H*. — **6** significantiam $H_1$.

Varro de vita populi Romani lib. I: et extra urbem in regiones XXVI agros viritim liberis adtribuit.

VERNAS veteres appellabant qui vere sacro fuerant nati; et habebatur nomen hoc pro vili vel maledicto. Plautus Amphitryone:

hic, qui verna natust, queritur.

Lucilius:

. . . . . . vernam ac cercupithecon.

Plautus, ubi supra:

cúm cruciatu tuo ístaec hodie, vérna, verba fúnditas.

CONCINNARE est facere; ut Plautus Amphitryone:

lácrimantem ex abitú concinnas tú tuam uxorém . .

Plautus Asinaria:

aúceps quando cóncinnavit áream, obfundít cibum.

sed proprietas verbi haec est, quod apud veteres cinnus potionis genus ex multis liquoribus confectum dici solet. recte autem CONCINNARE et consentire intellegi potest, quasi concinere, ut multis diverse canentibus unus efficiatur modus. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. IIII: cum is, cum quibus re concinebat, verbis discrepare. — idem in Academicorum lib. I: queicum similitudine verbi concinere maxime sibi videretur.

---

8 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 11 I, 1, 24 ‖ 13 Lucilius ‖ 15 Pl. Amphitr. IV, 2, 13 ‖ 17 I, 3, 31 ‖ 19 III, 3, 64 ‖ 25 IV, 22, 60 ‖ 26 M. Tullius Academ. I.

---

8 p. r. *supra add. m. 2 in L.* — **10** ver s. $H_1$. — fuerat niti *m. 1 L.* **11** — vili vel *M;* vitavili *L,* $H_1$*;* vitabibi *G;* vitabili $H_2$, *Lugd.;* evitabili *v. c. Dousae; a. 1476 ed.;* et mal. *Ald.* — Amphitrione *L, H,* Amfitryone *G.* — **12** qui *om. L, m. 2 add. H.* — verna *f. ablat.* — natus est quaeritur *cdd. Non. et Pl.* — *dim. anapaest. instituit Spengelius pg. 233; trim. bacchiacum cum aliis Goetzius, qui scr. cum Ritschel.* natust conqueritur; *sed cf. Spengel. l. m.* — **14** vernam ac cercopithecon *Me,* verna accer (acer $H_1$) cupit hecon *C.* — **15** ubi *M,* qui *v.* — **16** cruciatur *cdd.* — istahaec *G.* — **17** Concinare $H_1$. — Amphitreone $L_1$*;* Amphitrione $L_2$, *H;* Amfitryone *G.* — **18** lacrimante ex habitu *cdd.* — concennas $L_1$*;* concinna $H_1$. — **19. 20** *recte videtur traiecisse huc Quicheratius* (*nam in libris sunt posita post illa* unus efficiatur modus), *ita quidem ut pro* Plautus *olim fuerit positum* idem *vel* et. — offundit *C pr.* $L_1$. — **23** quas $L_1$. — concinere *ed. Bas.;* concinnare (*m. 1* concennare) *L;* concinaere (*m. 1* connare) *H.* — **24** efficiatur *Quicheratius;* efficitur *v.* — malorum et $L_1$. — *in seq. utrum Non. an librariorum socordia turbatum sit vix definias. nam et alibi apud illum inveniuntur exempla, quae non ad lemma, sed ad eius explicationem pertineant, ut pg. 7 s. v. defloccare.* — men $H_1$. — **25. 26** concinebat, verbis *Cic.;* concinebatur verbis $H_2$, *G;* concinebatur his *L,* $H_1$ (concinnebatur $H_1$*; supra* u *unum vel duo puncta add.* $L_1$). — in Ac.; in achademinicis *H,* naeadami *L.* — libro II *L, prius H.* — queicum; quae cum *L, H;* quicum *G.* — **27** concinnere *L,* concinnare $H_1$, *id. 2* concinaere. — maxime *om. L.* — sibi maxime $H_1$.

43. 44 M.

PAVPERTAS dicta est a pecunia parva. Varro de vita populi Romani lib. I: pecuniaque erat parva: ab eo paupertas dicta. cuius [paupertatis] magnum || testimonium est.

PANDERE Varro existimat ea causa dici, quod qui ope indigerent et ad asylum Cereris confugissent panis *is* daretur [pandere ergo quasi panem dare] de vita populi Romani lib. I: hanc deam Aelius putat esse Cererem; sed quod in asylum qui confugissent panis *is* daretur, esse nomen fictum a pane dando; et quod numquam fanum talibus clauderetur, *dictum* pandere quod est aperire.

BLATIS et BLATERAS, confingis aut incondite et inaniter loqueris * * * aut a balatu. Plautus in Amphitryone:

quí, malum, intellégere quisquam pótis est? ita naugás blatis.

idem in Aulularia:

úbi tute es, quae déblaterasti iám vicinis ómnibus?

PERCONTARI, diligenter inquirere. Plautus Amphitryone:

quí istuc in mentést tibi, ex me, mí vir, percontárier?

et est proprietas verbi ab eo tracta quod vada in fluminibus contis exquirunt.

PRODIGIA dicta sunt porro adigenda. Plautus Amphitryone:

séd, mulier, postquam éxperrecta es, té prodigialí Iovi
aút mola salsa hódie aut ture cónprecatam opórtuit.

---

28 Varro de vita pop. Rom. I || 4 Varro de vita pop. Rom. I || 9 II, 1, 79 || 11 II, 3, 1 || 13 II, 2, 78 || 17 II, 2, 107.

---

**29** pecunia quae *cdd.;* pecuniaque *Me; f.* pecunia quia. — **1** paupertatis *secl. M.* — estimonium $L_1$*; post* testi *ras.* m *litterae ut vid. in H.* — *sententia in fine Non., nisi fallor, culpa manca.* — **2** quod *om. Lugd.* — **3** asilum $H_1$, *Lugd.* — panis is *M,* panis *v.* — **3. 4** pandere — dare *secl. M.* — **4. 5** h. d.; *i. e.* Pandam. — deam Aelius *Carrio Ant. lect. I, 3 ex cd. Elnonensi;* deam melius *C.* — **5. 6. 7** confugissent *Aldus,* confugisset *C* (confu *prius L*). — is *add. M.* — factum *Popma.* — et — clauderetur, *quae in cdd. leg. v. 4 post* panem dare *huc traiecit M.* — tabulis *pro* talibus *L.* — dictum *add. M.* — quod est *H, G;* hoc est *L.* — **8** *cf. pg. 76 l.* blaterare. — *post* loqueris *dimidius versus vacat in G; etiam in Iun. libro manuscr. defectus indicium.* — *bene graeca desse statuit Iun., ut puta haec:* aut ἀπὸ τοῦ βλάζειν; *cf. Fest. 34.* — **9** ut *L,* $H_1$, *Lugd.* — ablatur *L;* ablatu $H_1$. — Amphitrione *L, H,* Amfitryone *G.* — **10** naugas *M;* naugias $H_1$, nagis *L,* nugas $H_2$, *G.* — **11** idem *om. L, G; del.* $H_2$. — **12** tute es *M,* tu es *cdd. Non. et Pl.* (*ap. Pl. legitur minus bene* ubi tu es quae deblateravisti *ex libro interpolato; nam in sinceris est* deblattavisti). — **13** Percontrari *prius H;* Perc. *in* $L_1$ *non lemmatis modo distinctum.* — Amph.; *eadem varietas quae supra.* — **14** percontrarier *prius H.* — **17** *cf. 429* monstra et ostenta; *435* monstra et prodigia. — adindigenda $H_1$. — Amphytrione *L,* Amphitrione *H,* Amfitryone *G.* — **18** es, te *Me,* est e (e *add.* $H_2$) *C; om.* te *libri Pl.* — **19** malas alsa $H_1$ (molas alsa *L*). — aucture $H_1$. — conpraecatam $L_1$, compr. *id. 2;* comprecatam $H_2$, *G;* comprecatum $H_1$. — opportuit $H_1$.

CERRITI et LARVATI, male sani et aut Cereris ira aut larvarum incursatione animo vexati. Plautus Amphitryone:

láruatu's. édepol hominem míserum! medicum quaéritat.

idem ubi supra [in Amphitryone]:

'quaese ádvenienti mórbo medicarí Iovem.' —
'tu cérte aut laruátus aut cerrítus es.'

CALCITRONES, qui infestant calcibus. Plautus in Asinaria:

clamát, procul siquém videt || ire ád se calcitrónem.

Varro Sesquulixe:

ítaque tunc ecúm mordacem cálcitronem *atque* hórridum
míles acer nón vitabat.

VOTITAM veteres religione aliqua prohibitum vel interdictum dici voluerunt. Plautus in Asinaria:

nolo íllam habere caúsam et votitam dícere.

VERBERARE non solum a verberibus dictum est, sed et a verbis. Plautus in Aulularia:

nam cúr me miseram vérberas?

CASSVM veteres inane posuerunt. et arbitrandum est eius verbi proprietatem magis ab aranearum cassibus ductam, quod sint leves ac nullius ponderis, non, ut quibusdam videtur, quasi quassum. Plautus in Aulularia:

vírginem habeo grándem, dote cássam adque inlocábilem.

---

21 Plautus Amphitryone || 23 Plautus Amphitryone || 26 II, 3, 11 || 1 Varro Sesquulixe || 5 IV, 1, 44 || 8 I, 1, 3 || 13 II, 2, 14.

---

**20** *post* sani *ras. in H.* — et; *puto* id est (*praec.* i). — au C. $H_1$. — ut larbiarum $L_1$. — **21** anmo *prius H.* — Amphitrione *L nec non H*, Amfitryone *G.* — **22** laruatu's *v.;* larvatus *cdd.* — etdepol *prius H.* — **23** ubi *M*, qui *v.* — in Amph. *(ead. var. quae in v. 9) om. v., add. cdd.* — **24. 25** — *cf. 247 l.* advenire. *diverbio haec discripsit M.* — quaese *Acidal.;* quasi *cdd. h. l.;* quaeso *id. 247.* — medicari Iovem *Quicheratus;* medicati iuvenem *C* (iuvem *G, Vict.*). — **25** aut l. (larbatus $L_1$) es (*add. m. 2 H*) aut c. (ceteris $L_1$) *cdd.; corr. Acidal.* — **26** Caccitrones *prius L.* — infestent *L*, $H_1$. — **1** sesqueulixe (*post* x *eras.* s) *H*, sesq: (sesq; *G*) ulixe *L, G.* — **2** tunc *Roeperus, qui et versus agnovit;* tum *C.* — atque *add. M.* — **3** acer *M; cf. Hor. c. III, 2, 2;* ac vir *v.* — **4** Votitum *C exc. quod* Vocitum $H_1$; V^e^otitum *Par. 7665.* — votitum devotum religiosum *mrg. G;* votitum religiosum *mrg. H.* — **6** abere $H_1$. — votivam $H_1$, *id. 2* votitam. — **9** num $L_1$. — **10** Caseum $H_1$. — **11** verbis *prius L.* — ceassibus *prius L.* — ductam *M;* dictam $H_1$; dictum *L, G*, $H_2$, *sed* u *rursus eras.* — **12** levis *C pr.* $H_1$. — **13** quasum $H_1$. — **14** *cf. 340* locare, marito dare. — abeo $L_1$, $H_1$. — atque *H, G.* — illocab. $L_2$, *H.*

Propriam corvorum vocem GROCCITVM veteres esse voluerunt. Plautus in Aulularia:

> símul radebat pédibus terram et vóce groccibát sua.

SVBLEVIT *os* significat inlusit et pro ridiculo habuit, tractum a genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur. Plautus in Aularia:

> Fideí censebam máxumam multó fidem.
> en, éa sublevit ós mihi penissume.

INVESTES dicuntur inpuberes, quibus propter teneram aetatem nulla pars corporis pilat. hoc et Aeneidos VIII videtur sensisse Vergilius:

> aurea caesaries ollis atque aurea vestis.

sed melius intellegi potest investes appellatos quasi in Vesta, id est in pudicitia et castitate.

INFERVM ab infimo dictum; unde inferi quibus inferius nihil; *vel* quod infertur; unde inferum recte potest dici || quidquid desuper mittitur. Varro Marcipore:

> nubés aquales frígido veló leves
> caelí cavernas aúreas subdúxerant,
> aquámt vomentes ínferam mortálibus.

SYRVS * * * a graeco magis tractum est, ἀπὸ τοῦ σύρειν. has nos scopas, rustici eo nomine [syrus] vocant. Varro Marcipore:

---

16 IV, 3, 2 || 19 IV, 6, 1 || 24 VIII, 659 || 2 Varro Marcipore || 7 Varro Marcipore.

---

15 *cf. 455* grocire. — grochitum $L_1$, crocchitum $H_1$; crochitum $L_2$, $H_2$, *G; in margine Ho* grocire (*notat Siev. in mrg. m. 2 hic pro* crochitum *repositum* croghitum, *et 17 pro* crocibat crogibat. *sed aut ipsius aut librarii fuit error, qui vellet refingi* grochitum, grocibat). — 17 simul; *cf. Goetzii ed.* — croccibat *L ex corr.*, $H_1$, *G;* crocibat $H_2$, *sed lineola, qua* c *prior transfixa, rursus deleta.* — 18 os *add. Quicheratus.* — illusit *C pr.* $L_1$. — abuit $H_1$. — 21 *cf. Charis. 53; item 40.* — Fide *recte ex Charis. Goetzius.* — maximam *C.* — 22 *cf. Char. 170.* — esse: ea *cdd. Pl.;* esse a *C; sed displicet sensus interstitium post primum semipedem. reponendum videtur* en, ea sublevit os m. p.; *nam quae Ribbeckius in libello de particulis latinis a. 1869 edito de* en *et* em *particulis proposuit, argutius quam verius disputata olim diximus.* — 23 imp. $L_2$, *H.* — 24 lib. VIII *Me;* quinto *L, H;* lib. q. *ed. Bas.* — 26 caesarie ollis $L_1$. — 28 puditītia $H_1$. — et in c. *H.* — 29 Inferrum *prius L.* — infimo *Quicheratus,* imo *cdd.* — 1 vel quod infertur; unde inferum *M;* unde quod infertur *L*, $H_1$, *Lugd.; om.* quod $H_2$, *G* (unde inferum *Iun.*). — quicq. *C. pr.* $L_1$. — 3 aquales *Scal.* (*fuerat* aqualis); aquali *v.* — leves, *i. e.* agiles, mobiles. — 5 aquam *propter praecedens* aqualem *suspectum.* — inferam *v.;* inferant *cdd.* — 6 Syrus *dubium an perperam explicetur.* cf. Suid. s. l. cυρφετόc. — *add. velut* a suro putant dictum, sed. — cυριν *cdd.* — 7 h. nos sc. *litteris maiusculis L; item H.* — hos *Quicheratus.* — copas $H_1$. — *f.* hos rustici eo nomine vocant, nos scopas. — rusticio *H pro* rustici eo $H_1$. — syrus *secl. M.*

ventíque frigidó se ab axe erúperant,
phrenítici septéntrionum fílii,
secúm ferentes tégulas, ramós, syrus.

EVIRARI dicitur virilitatem amittere, ecfeminari. Varro Marcipore:

spatula évirávit ómnés puerós venérivagá.

LVDIBRIA proprietatem trahunt a levi ac sine pondere et contemnendo aut, quod magis verum est, ludicro. Vergilius lib. VI:

foliis tantum ne carmina manda,
ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

FEBRIS proprietatem a feritate morbi vel mali * * * ut a calendo calorem vel caldorem Varro Andabatis aperiendam putat:

ídeoque alterum áppellamus á calendo cáldorem,
álterum a fervóre febrim.

VVLPINARI dictum est fraudibus et mendaciis vera pervertere vel effugere, [dictum] ab incerto et intorto vulpium cursu. Varro Mysteriis:

vulpinare modo et concursa qualubet, erro!

SVFFLATVM dicitur proprie tumidum, erectum et quasi vento quodam elatius factum. Varro Agathone:

neque aúro aut genere aut múltiplici sciéntia
sufflátus quaerit Sócratis vestígia.

VESPERTILIO, animal volucre, biforme, || dictum quod vespero se ad volatum praeparet noctis. Varro Agathone: quid multa?

---

12 Varro Marcipore || 16 VI, 74 || 20 Varro Andabatis || 24 Varro Mysteriis || 28 Varro Agathone || 1 Varro Agathone.

---

9 *corr. Iun.;* frigido sab axe erumpebant (fricidos, *mut. in* frigidos sab *L;* frigidos ab $H_2$, *G.* — ase $H_1$) *C.* — *fuerat olim* erumperant. — *f.* v. ab axe fr. se er. — **10** *ita Scal. coni. in Varr. pg. 72 ed. a. 1619;* frenetici *C.* *f.* s. fil. phr. — **11** ramo *H.* — serus $L_1$. — **12** Evirari *Quicheratus,* Evirare *cdd.* — viritatem *L.* — am., ecfeminari *M,* am. (ammitter $L_1$), et effem. *v.* — Mancipore $L_1$. — **14** spatula $M_1$; spatale *Iun.* — *aut hoc aut illud amplectendum; nam* spatule *ut puto non magis latinum quam* Hecube. — pueros venerivaga *Vahlenus* (p. venerifuga *iam Lachm.*); venerivaga p. *cdd.;* *f.* veneri' vaga. — *cet. cf. Hor. sat. I, 3, 109 sq.* — **15. 16** contempnendo *G.* — ludichro *L.* — **19. 20** fervitate $H_1$. — *in seqq. excidit etymologia ea, cuius Varro auctor ponitur. cet. cf. et Isidor. IV, 6, 2.* — calorem vel *videtur delendum.* — candorem *L,* $H_1$. — Andauatis $L_1$. — **21. 22** *versus restituit M.* — ideoque *Rothius,* idque *v.* — caldorem *M,* calorem *cdd.* — **23** Vulpinari, ἀλωπεκίζειν. — mendacis $H_1$. — **24** effug. *vid. add. a Non. propter Varr. exemplum.* — dictum *secl. M.* — incerto et (et *iam Riesius*) *M,* inrecto (inrectum $H_1$) sed *cdd.* — **26** Misteriis $H_1$. — **26** erro (*seq.* s) *M;* erras, *quod pro* errans *positum volunt, cdd.* — **27** *ante* Suffl. *trium fere litt. ras. in L.* — erectum *Me,* et rectum *cdd.* — **29** iscientia $L_1$. — **30** querit $L_1$. — **31** Verpestilio $L_1$. — bitorme $L_1$, forme $H_1$. — vespere *Ald.* — **1** praeparet

47 M.

factus sum vespertilio; neque in muribus plane neque in volucribus sum.

EXPORRECTVM, extentum: porrectum est enim tentum, id est, porro tractum. Varro Endymionibus: quare si in somnum reccideris et ἐν ᾅδου δήποτε eris iterum experrectus.

IVGATVM, coniunctum: a iugo dictum. Cicero Tusculanarum lib. III: hoc quidem est commune virtutum; omnes enim inter se iugatae sunt.

PRODIVS dictum ulterius, longius: a prodeundo, quasi porro eundo. Varro Vergula divina: primum venit in urbem atque intra muros *publicos;* deinde accedit propius atque introit domum id est [intra] privatos muros.

GRANARIA, loca in horreis, servandis seminum granis. Varro Gerontodidascalo:

vél decem messís ubi una saépiant granária.

TORCVLVM (quod usu torcular dicunt), quod intortum laticem vitis vel oleae exprimat. Varro Gerontodidascalo:

víneis ubi ámpla cella, tórculum respóndeat.

CINGILLVM, a cingendo: quod incingulum plerumque dicitur. Varro Gerontodidascalo: novos maritus tacitulus taxim uxoris solvebat cingillum.

---

5 Varro Endymionibus ‖ 7 III, 8, 17 ‖ 11 Varro Vergula divina ‖ 14 Varro Gerontodidascalo ‖ 18 Varro Gerontodidascalo ‖ 21 Varro Gerontodidascalo.

*M;* praeparat *Bentin. et ut puto Ald.* (*nam ille conicit scribendum* properat); properat *L;* proferat *rell.* — **5** Endimionibus *cdd.* — quare si in *Iun.;* quae (q̃; *H,* q̃: *prius L, sed statim deleta virgula*) res in *C.* — somnum *ed. a. 1476;* somnium *cdd.* — **6** et ἐν ᾅδου *Turnebus;* δήποτε *M;* et αουρεποτε *L,* et αουcρεποτε $H_1$, *id. 2* et δδουcρεποτε; et δδουρεποτε *G.* — experrectus *ed. a. 1476;* exporrectus *Non.* — **7** Lugatum *prius L.* — **8. 9** commune *C pr.* $L_1$. — inter se nexae et iug. s. *ap. Cic.* — iugate $L_1$. — **10. 12** Propius *Buechelerus mus. Rhen. XIII, 597; Ritschel. opusc. IV, 763;* Proius *Non.* — prodius *qui a* prode *adverbio ortum volunt, eos fugit non posse dici* prodius accedere. — ulterius *Pohlius apud Ritsch., Quicheratus;* interius *cdd.* — **11** Vergula $L_1$; Virgula *rell.* — publicos *addendum esse sensit Roeperus. — videtur Varro hic ut saepe in saturis rem tetigisse grammaticam, ut puto, quo demonstraret etiam aedificiorum singulorum muros posse dici.* — **12** *post* introit *duarum litt. rasura in H.* — **13** intra *secl. M.* — **14** Granaria *pr. m. non lemma in L.* — **15** *(item v. 18)* Gerontodidasculo *H.* — **16** messis *Buechelerus, M;* mensis *v.* — **17** dicunt *M;* dico *cdd.* — intortum *nominativ.* — **18** exprimant *C.* — **20** Cingulum *Lugd., gl.; et ita v.; sed etiam Varr. d. l. l. V, 114* cinctus et cingillum; *not. Tiron. pg. 158* cingillum. — incingulum; *scribendum vid.* cingulum. — **21** tacitulus *Me,* taciturus *cdd.* — uxosis *fact. ex* uxoris *L; etiam pro* x *alia fuerat littera, f.* r; usosis *Ald.* — *fuere qui haec iambice vel sotadice discriberent ita:* novós maritus tácitulus taxim úxoris solvébat | cingíllum *et* nóvo' marítu' tácitulús taxim úxóri' solvébát | cíngíllum; *sed utrum-*

TVTILINA dea est, a tuendo dicta. Varro Hercules tuam fidem:

⏑ – – ⏑ nón Tútilínám, quam ego ípse ínvocó, quód meae aúrés
abs téte óbsidéntúr?

TVTANVS deus, a tutando. Varro Hercules tuam fidem:

noctu Hánnibalis cúm fugavi exércitum, ||
tutátus haec, Tutánu' Romae núncupor:
hacprópter omnes, quí laborant, ínvocant.

SILICERNIVN pessime intellegentes ita posuisse Terentium putant, quod incurvitate silices cernat senex. silicernium est proprie convivium funebre, quod senibus exhibetur. Varro Meleagris: funus exequiati laute ad sepulchrum antiquo more silicernium confecimus, id est *περίδειπνον*. quo pasti discedentes dicimus alius alii: vale.

SVFFVNDATVM dictum est subiectum, [dictum] a fundamentis. Varro *Ταφῇ Μενίππου*: ut antiqui nostri in domibus latericiis paululum modo lapidibus suffundatis, ut umorem ecfugerent, habitabant.

EDONES et PHAGONES ab edacitate: unum latinum, aliud graecum. Varro *Ταφῇ Μενίππου*: sunt ἀπέραντοι edones Romae, ut turba incendant annonam; sed propter phagones ficetulam pinguem aut turdum nisi volantem non video.

---

23 Varro Hercules tuam fidem || 26 Varro Hercules tuam fidem || 3 cf. Adelph. IV, 2, 48 || 5 Varro Meleagris || 9 Varro *Ταφῇ Μενίππου* || 13 Varro *Ταφῇ Μενίππου*.

---

*que aspernante r. m. — est oratio haud dubie pedestris.* — **23. 26** *illa* Tutilina, Tutanus *inverso quidem ordine post* proboscis *l. pg. 49 leguntur in cdd. ante Me.* — **25** *bacchiacos numeros primus notavit M. perinde continuatos eosdem habes pg. 336 s. l.* levare; *ubi conf. comm.* — Tutilam *L*; Titulinam $H_1$. — abs tete *M*, abs te *v*. — **27** Hannibalis *producta paenult., ut Ennius in Scipione.* — **1** tut. haec Tut. *M* (tut. *iam mrg. Iun.* — Tut. *Scal.*); tutanus hoc tutanum *cdd.* — noncupor $H_1$. — **4. 5** convium *L*. — exibetur *id.* — Varro $L_2$ *add.* — Meleachris *L*, meleaorhis $H_1$. — **6** exequiati *Bentinus*, exiquiatis *C*. — laute *Lips.*, laude *cdd.*; avide, *quod ad sequentia traheretur, Me.* — sepulcrum *C pr.* $L_1$. — **7** *περιαεπε* non $H_1$; *id. 2 m*, $L_1$, *G περιαειτι* non ($L_2$ *περιαεπι* non); *corr. Cuiac. Observ. XI, 21.* — quo pasti *M*; quo pransi *v*. — **8** dict. *secl. M.* — **9** *Ταφῇ Μενίππου*: ut antiqui *Iun. (T. M.*: antiqui *Ald. cum* $H_1$; *f. recte)*; tafemenippu tantiqui *L*; tafenippu tantiqui *G*; tafemenippu antiqui $H_1$, *id 2.* tafeminippu tantiqui. — nostri in *Iun.* (nostri *iam Bentin.*); nostrun $L_1$, $H_1$, nostrum $L_2$, $H_2$, *G*. — **10** lapidibus *Ald.*; lapiditus *C*. — ecfugerent *Me*, et fugerent *C*. — **12** fagones *C*. — grecum *L*. — edacitale $L_1$. — **13** *Ταφῇ Μενίππου (ita v.)*: sunt *ἀπέραντοι* ed. *M*; tafe Menippos (Menipsos $H_1$; Minippos $H_2$, *G*) *C*; *tum* $H_1$ *Ειαπααααπτοι* cocedenes; *id. 2 Ειαπααααντοτ* coc cdones; $L_1$ *Fιαπααααντοι* cocedo nes; *τοι m. 2 iunct. cum seq.*; *post* coc *supra erasa interpunctio, ut vid., quae m. 2 esset addita*; *Fιαπααααντοτ*coc edones *G*. — Romae (*vel* Romanam) *M*; Romani *Me*; Romam *cdd.* — **14** incendant *Me (cf. Varr. de r. r. III, 2, 16; Oehler. Varr. Sat. rell. pg. 223)*; intendant *cdd.* — annonam

ELIXVM, quidquid ex aqua mollitur vel dequoquitur; nam lixam aquam veteres dixerunt. unde et lixæ dicti qui militibus aquam ad castra vel ad tentoria solent ferre. Varro *Ταφῇ Μενίππου*: in pavimento non audes facere laconam; at in humu canales fac sis elixos.

PAROCOS a graeco tractum est nomen, quod vehicula praebeat: *ὀχήματα* enim graece, latine vehicula appellantur. et est officii genus quod administrantibus paret. Varro Sesquulixe:

hic enim ómnia:
idém sacerdos, praétor, parocos dénique,
idém senatus, ídem erat populí kaput. ||

TROSSVLI equites Romani dicti sunt *quasi* torosuli. Varro Sesquulixe:

núnc emúnt tróssulí
nárdo nítidí talénto Atticó vúlgo ecúm.

PROBOSCIS graecum nomen est, dicta quod ante depascat. et est porrecta corporis pars inhaerens naribus, quae excepto homine in aliquis animalibus invenitur. Varro Sexagesi: invenisse se,

---

18 Varro *Ταφῇ Μενίππου* || 23 Varro Sequulixe || 1 Varro Sequulixe || 7 Varro Sexagesi.

---

*Iun.*, annona *v.* — et propter *Buechelerus.* — fagones (facones $L_1$) *cdd.* — ficedulam *docti; sed cf. Lchm. ad Lucr. III, 1014.* — **16** *cf. 62 l.* lixarum. — Clixum $H_1$. — quidquid $L_1$, quicq. *rell.* — dequoquitur $H_1$; decoquitur *rell.* — liq *(sed del.)* lixam *L.* — **17** veteres — aquam *om.* $H_1$. — veteres esse *cdd.; om.* esse *Quicheratus, per incuriam quidem, sed recte.* — tunde elixae $L_1$. — **18** Varro; *cf. 488 l.* humu. — tafemenippoy (femenippoy $L_1$, tafeminippoy $H_2$) *C.* — **19. 20** addes *G.* — calceos (caleos $L_1$) facis elixos *cdd.;* c. fac sis el. *M; n. N.; nam V. existimandus est etymologiae quodam ludibrio captus, sicut modo vidimus in illo* aquam vomentes inferam mortalibus *(pg. 45), voluisse* elixum *idem esse quod* prolixum. — *praecesserant autem haud dubie illa quae pg. 544 leg. s. v.* urnarium. — **21** Parochos *v.;* Paracos *cdd.* — greco *L.* — vehiculam $H_1$. — praebeat *Iun.,* praeeat *C.* — **22** *ὀχήματα Guil. Canterus Nov. Lect. V, 22;* hoc schemate (hoc se hemate $L_1$) *C.* — grece *L;* graece *f. delend.* — **23** adminustrantibus $L_1$; aministrantibus $H_1$; magistratibus *Leopardus; sed cf. pg. 58 l.* accensi: genus militiae est admin. proximum. — sesq: ulixe *L, G;* sesqueulixe *H; ita et 49, 2.* — **24—26** *trimetros agnovit Roeperus.* — praeter *G.* — parochos *v.;* paracos $H_2$, *G;* paratos *rell.* — id. e.; erat *quod in libris est post* omnia *huc revoc. M.* — popnli *v.,* populus *cdd.* — caput $H_2$, *G.* — *cet. conf. Archilochi illud (frgm. 69 Bergk.) νῦν δὲ Λεώφιλος μὲν ἄρχει e. q. s.* — **1** Trossuli e. R. d. tross. dicti s. $H_1$ (*supra* equites *erasa quaedam, f.* dicti sunt); *illa* e. R. d. trossuli *del. m. 2;* Trosuli (Trossuli $L_2$, *G*) dicti sunt torosuli *L, G.* — quasi *quidam ap. Bentin. add.* — **3. 4** *versus constituit M; cdd.* nardo nit. vulgo Attico talento ecum (equum $H_2$, *G*). — *quidam septenarios troch. pessimos, quor. prior post* emunt *finiretur, instituerunt.* — **5** grecum *L.* — dicta *Quicheratus,* dictum *cdd.* — *in mrg. H, G haec sunt* proboscis quod inde pascatur a greco qui boscen pascere dicunt. — **6** prorecta $H_1$. — inherens *L.* — **7** aliquis *M,* alis

cum dormire coepisset tam glaber quam Socratis calva, esse factum ericium cum proboscide e pilis albis.

CETARII genus est piscatorum quod maiores pisces capit, dictum ab eo quod cete in mari maiora sunt piscium genera; *a* quo Vergilius:

inmania cete.

Varro *Γνῶθι σεαυτόν*: non animadvertis cetarios, cum videre volunt in mari thunnos, escendere in malum alte, ut penitus per aquam perspiciant pisces?

TONIMVS positum sonamus cum modo, a tono. Varro Eumenidibus:

tibi týpana nón inání sonitú mátri' deúm
tonimús.

TIBINOS, a tibiis. Varro Eumenidibus:

sonitú mátri' deúm
tonimús modós, tibí nós, tibi núnc sémivirí.

DIERECTI dicti cruci fixi, quasi ad diem erecti. Varro Eumenidibus:

apage ín dierectum á domo nostra ístam insanitátem!

PRAESEPIA non tantum quibus aut cantherii aut iumenta cetera aut veterina animalia pabulantur; sed et omnia loca clausa et tuta dicta praesepia. Vergilius Aeneidos lib. I:

aut agmine facto
ignavum fucos pecus a praesepibus arcent.

---

12 V, 822 ‖ 14 Varro *Γνῶθι ϲεαυτόν* ‖ 17 Varro Eumenidibus ‖ 21 Varro Eumenidibus ‖ 24 Varro Eumenidibus ‖ 29 I, 434.

---

(aliis *cum Lugd.* $L_2$, *H*) *C.* — Sexage *(tum ras.)* si *H.* — *cet. cf. 106 l.* ericium. — **8. 9** cepis sed $H_1$. — claber *L.* — Socrates *106 C.* — calva *M,* calvum *cdd. hic,* galbam *106.* — cum prob. e pilis albis *M;* e pilis (epulis *Bamb. 106*) *cdd. l. utroque.* — *significatur hominem, rhinocerotis similem factum, habere iam pilos in nare stantes, ut Ovidius dicit.* — pilis a. c. prob. *Popma.* — **10** Cetarii *v.*, Cetari *cdd.* — capi $H_1$. — **11** cetae *L.* — a quo *M (praecedit* a); quod *v.* — **13** immania $L_2$, *H.* — cetae *L, H.* — **14** cnothi seauton (seaucton *L,* $H_1$) *C.* — non animaceterarios $H_1$. — **15** thunnos *Bentinus et ut puto iam Ald.*, thunnas (tunnas *G*) *C.* — sescedere *L.* — **16** *puto* prospiciant. — **17** *cf. seq. l. et 328* iactare, excutere. — **19** typana *G. Hermannus el. d. m. pg. 506;* tympana *cdd.;* typanum *et Catullus.* — inani sonitu *Bentinus (vel Ald.),* inanis sonitum *cdd.* — **21—23** Tibinos — semiviri *om. cdd. saec. XV.* — a tibiis modos *cdd.; ego illud* modos *retraxi ad Varronis exemplum, ubi iam Lchm. opusc. 57 recte* tonimus modos tibi nos. — **22—25** sonitu — Eumenidibus *om. Iun. (sed in add. corr.); Me*$_1$. — sonitus *cdd.* — tibi nos *Scal., Mc,* tibinos *Non.* — nun $L_1$. — **24** crucefixi *L,* $H_2$. — **26** *cf. 122 l.* insanitas. — directum *L,* $H_1$. — adsanitatem *L,* $H_1$. — **27** cantheria (*seq.* a) *C;* cantherii *Quicheratus.* — cetere *prius H.* — **28** vetera *C pr.* $H_1$ *(non Paris. 7665; 6; Lugd.).* — tuta vita *cdd. pr.* $H_2$. — **31** presep. *H.*

Varro *Ὄνος λύρας*:

siquís *μελῳδεῖν scít nec* est *ὄνος λύρας*,
praesépibus ‖ se rétineat forénsibus.

SVBRIGERE significat susum erigere: quo verbo rustici utuntur, cum tritae fruges ad ventilandum in areis eriguntur. Vergilius Aeneidos lib. IIII:

tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit auris.

LINGVLACAE, locutuleiae, a procacitate linguae et loquendi proprietatem trahunt. Plautus in Casina:

. língulacast . .; nam numquám tacet.

FVRES significationem habere a furvo, quod Romani veteres *furvum* atrum appellaverint et quod per obscuras atque atras noctes oportuna sit eis mali effectio, eos dictos fures Varro *putat* rerum divinarum lib. XIIII: furem ex eo dictum quod furvum atrum appellaverint et fures per obscuras noctes atque atras facilius furentur. — Homerus:

*κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω.*

VENTORVM proprietates et vocabulorum significationes, in tractatibus nobilium philosophorum quaesitas, has apertissimas potuimus invenire. Eurum dictum *ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέοντα*, quod flatus eius ab oriente sit hiemali; Austrum, qui graece *Νότος* dicitur, ab umore et nebula, quod *νοτὶς* [graece] umor latina interpretatione dicatur ac sit is ventus sudoris effector, ut est Homeri:

*κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἱδρώς;*

32 Varro *Ὄνος λύρας* ‖ 4 IV, 183 ‖ 7 II, 8, 62 ‖ 11 Varro rer. divin. XIV (sed sunt verba Gellii a. N. inversa) ‖ 14 Il. III, 11 ‖ 21 Il. XI, 810.

**32** onos $H_1$, $L_2$; honos $H_2$, *G*, onus $L_1$. — liras *H*. — **33** *μελωδεῖν G. Canterus n. l. V, 22;* melodin *cdd.* — scit nec *add. M.* — est *Me*, ist *C.* — onos lyras (lyrase *prius H*) *id.* — **2** Subr. *v.*; Surr. $L_2$, *Hs.* — significet $L_1$. — **3** tritas *L*, $H_1$, *Lugd.*, *Parisini.* — erigunt $H_1$, *Lugd.*, *Paris.* — **5** surrigit *C pr.* $L_1$, *G.* — a *pro* auris $H_1$. — **6** *cf. 26 l.* lingulacae. — a *add.* $L_2$. — procacitate $H_1$. — **8** ea lingulacast nobis; n. n. t. *Pl.* — **9** *cf. Gell. I, 18, 4.* — a furu *L*, $H_1$. — **10** furvum *add. vir doct. ap. Quicheratum in ed. Iun.* — a. atres $H_1$. — **11** eis *ed. a. 1476*, eius *cdd.* — efectio *L*, $H_1$. — *illa* eos d. f. *supervacanea existimat Me.* — eos *add.* $L_2$. — putat *add. M*; *cf. Gell. I, 18, 6.* — **12** furvum *v.*, furum *C.* — **15** *καεττε* (*καετιτε, m. 2 κλετιτε H*) *δε* (*λε* $H_1$) *τεννκιοcαμινον* (*δμινον δ ex λ facto m. 2 H*) *L, H (de G nihil relat.).* — *cet. Homeri exemplum non e Gellio add. a Non.* — **16** *cf. Gell. II, 22;* tractibus $H_1$. — **17** philosoforum *L, G, Lugd.* — **18** *ηουc* $H_2$, *G, libri Me*; *voc L*; *vouc* $H_1$. — *ϱονταc C.* — **19** grecae *H.* — notos *C.* — dictus *L, G, Lugd.*; dicitur, *corr.* dictus, *sed illud restit. H.* — **20. 21** hum. $H_2$. — notos *C*; *νοτίc ed. a. 1476.* — grece *L, H*; graece *delendum.* — interpraet. *L.* — dicta *Lugd.* — ac sic *G*; ac ut *prius L.* — omeri $L_1$. — **22** *de G in seq. parum constat.* *καταταaεvοτιοcϱενιδϱωc* (*ιαϱωc* $H_1$) *H, L.*

Circium, a turbine ac vertigine; Boream, hoc est Aquilonem, ἀπὸ τῆς βοῆς, quod sonorus sit et procellosus. Homerus:

καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης, μέγα κῦμα κυλίνδων.

et in alio loco: ‖

οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάᾳ ποτὶ χερσόν,
ποντόθεν ὀρνύμενον πνοιῇ Βορέω ἀλεγεινῇ.

PENI *vel* PENVS vel PENORIS (sic enim a plurimis declinatum est) proprietatem docti veteres hanc esse voluerunt, quod, quae in ea sunt, quasi penitus et in penetralibus recondantur. hoc et in antiquis libris et philosophorum tractatibus invenitur.

LEVVM significari veteres putant quasi a levando. Vergilium quoque sub hac ostentatione posuisse voluerunt Georgicorum lib. IIII:

siquem
numina laeva sinunt auditque vocatus Apollo.

Ennius Annalium lib. III:

olim de caelo laevum dedit inclitu' signum.

RVDENTES ea causa sapientissimi dictos volunt, quod funes, cum vento verberentur, r u d e r e existimentur; adque hunc sonum proprium funium, non asinorum putant.

INFESTI proprietatem hanc esse Nigidius voluit, quasi nimium festinantis ad scelus vel ad fraudem.

MATVRARE non, uti consuetudo est, properare dicendum est, sed cum modo studium adhibere festinum: a maturitate dictum, quae ratione naturae modificatione quadam nec praecipitatur, ne

---

24 Odyss. V, 296 ‖ 26 Hom. Il. XIV, 395 ‖ 8 IV, 6 ‖ 11 Enn. Annal. III ‖ 16 Nigidius.

---

25 *αεθρητενετηϲ μετα* (*μετδ* $H_2$) *L, H.* — *κνα* $H_1$, *κῦμα om. L.* — *ιναωνετ* $H_1$, *ικδινδωνετ* $H_2$; *κυλιναωνετ L.* — 26 et *om. L, H. cf. comm. in v. superiorem.* — 1 *θαλαϲϲηϲ* $H_2$; *θααασσηϲ L*, *θαααωηϲ* $H_1$. -- *κιμα* $H_1$. — *τοϲβον βοα L, H.* — *νοτι* $H_1$. — *χερων H.* — 2 *τιοντονεν L, H.* — *ορνουμενον ιτνοιη* (*πν.* $H_2$) *L, H.* — *βορεναααετινηρενι L*; *βορεπααaετινηρενι* $H_1$; *id. 2 βορεναaλετινη* peni (*ρενι etiam cd. Vict.*). — 3 *cf. Gell. IV, 1.* — Peni *om. cdd.; cf. comm. ad priora.* — *etiam sequentia in cdd. usque ad* Pietatem *ad praecedens l. tracta.* — Peni — decl. est *om. edd. ante Me.* — vel *add. M.* — penus *add. Me ex Gell.* — noris $H_1$. — *post* plur. *ras. H.* — 4 Pietatem *cdd., etiam Lugd., mrg. H, G* (*in gl.* quare pietas dicatur; quod penitus animo recordat); *corr. Me.* — dicti $H_1$, *prius L.* — 5 penetrabilibus *H.* — recordantur $H_1$; recordatur *L, Lugd.* — et *om. G.* — 6 filosophorum $L_1$, *G*; phil. *etiam Lugd.* — 7 *aliter Gell. V, 12, 13.* — 8 haec $L_1$. — 10 leva *L, G, Non.* — audique $L_1$. — 11 Annali *cdd.* — liber $L_1$; *id. 2* libero. — 12 olli *Passerat.* — levum *C, Non.* — inlitlytus *L*, inclytus *H, G.* — 14 verberemtur $L_1$. — rudere *v.*; rudere $H_1$; budere $L_1$; ludere $L_2$, $H_2$, *G.* — atque $L_2$, $H_2$, *G.* — 16 *cf. pg. 129; Gell. IX, 12, 6.* — Infestum *non lemma m. 1 in L.* — 18 *cf. Gell. X, 11.* — 20 mature *L;*

praecox quid fiat, neque differtur, ne senio dissolvatur. Vergilius Georgicorum lib. I:

frigidus agricolam siquando continet imber,
multa, forent quae mox caelo properanda sereno,
maturare datur.

LICTORIS proprietatem a ligando ductam vetustas putat: is enim carnificis officium antiquitus fungebatur. M. Tullius pro Rabirio: lictor, inquid, conliga manus. ||

SORORIS appellationem veteres eliganti interpretatione posuerunt; itaque maxime iuris scriptores exprimendam putaverunt. Antistius Labeo: soror, inquid, appellata est quod quasi seorsum nascitur separaturque ab ea domo in qua nata est.

LVES a rebus *luendis id est* solvendis posita. Licinius Macer Annalium lib. II: nequaquam sui levandi *causa* reluont arma [lue].

HVMANITATEM non solum, uti nunc consuetudine persuasum est, de benivolentia, dexteritateque *et* comitate veteres dicendam putaverunt, quam Graeci φιλανθρωπίαν vocant; sed honestorum studiorum et artium adpetitum, quod nulli animantium generi absque hominibus concessus sit. Varro Rerum humanarum primo: Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est paululum modo humaniori *ignotus*.

ADOR, frumenti genus, quod epulis et immolationibus sacris pium putatur; unde et adorare, propitiare religiones, potest dictum videri. Varro de re rustica lib. I: in loco umidiore far adoreum potius serunt quam tritticum. — Vergilius lib. VII:

22 I, 259 || 27 4, 13 || 3 Antistius Labeo || 5 Licinius Macer Annal. II || 11 Varro Rerum hum. I || 16 I, 9, 4 || 17 VII, 109.

naturae, n *ex* m *f.*, *H.* — **23** agricola $L_2$, $H_1$; auricola $L_1$. — **24** mala $L_1$. — **26** *cf. Gell. XII, 3.* — Lictoris *non l. in L m. 1.* — dictam *cdd.* — is *M*, ita *v.* — **27** fulg. $H_1$. — **28** lector $L_1$. — inquit *H, G.* — coll. $L_2$, *H.* — **1** *cf. Gell. XIII, 10.* — veteris $L_1$. — eliganti *C.* — interpraetatione *L.* — **2** maximi *Bentin.; Iun.; Me.* — scriptoris $L_1$. — **3** inquit *L, G.* — **4** separaturquae $L_1$. — **5** *cf. Fest. 120 s. v.* lues. — *nullum l. m. 1 in L.* — a rebus; tebus $L_1$. — luendis id est *add. M.* — posita *M*, propos. *v.* — **6** Annalibus *cdd.* — *f.* nequeiquam. — levandi *M*, lavandi (lavadi *L*, $H_1$) *C.* — causa *add. M.* — reluont *M*, reluant *v.* — lue (luae $H_1$) *secl. M.* — *quantum ad exemplum, cf. 7* defloccare; *50* fures *al.* — **7** *cf. Gell. XIII, 17.* — *nullum l. in L m. 1.* — consuaetudine *prius H.* — **8** benivolentia *C.* — dexteritateque et comit. *Bentin. (vel Ald.)*; dexteritatem quoque communitatem *cdd.* — **9** Greci *L, H.* — φιλανορωπιαν $H_1$; φιαδνορωιπαν *L.* — **10** app. *C pr.* $L_1$. — **11** concessa *cdd.* — pr. *L*, $H_1$; lib. I $H_2$, *G.* — **12** Praxitelis *L, H.* — nimini $L_1$. — paulum *cdd. Gell.* — **13** humanior *cdd.* — ignotus *ex Gell. add. docti.* — **14** iammolationibus $H_1$. — **15** pium; *f.* aptum. — propitiore $L_1$. — prop. *i. e.* colere. — religionis $H_1$. — religiones, *i. e.* numina; *ut 57 s. l.* enixae. — **16** re *add.* $H_2$. — umidiore *Varro*, umido sed *cdd.* — **17** tritticum $L_1$, triticum *rell.*

et adorea liba per herbam
subiciunt epulis.

FACIEM, totius corporis formam, *non tantum* *πρόσωπον*, id est os, posuit antiquitas prudens. ut a spectu species et a fingendo figura, ita a factura corporis facies. Plautus Poenulo:

'sed eárum nutrix quá sit facie mi éxpedi.'
'statúra hau magna, córpore aquilost.' — 'ípsa east.'

Pacuvius Niptris:

aetate íntegra,
feróci ingenio, fácie procerá.. ||

Sallustius Historiarum lib. II: Sardinia in Africo mari, facie vestigii humani, in occidentem quam in orientem latior.

VESTIBVLA quidam putant sub ea proprietate distincta, quod in primis ingressibus et in spatiis domorum Vestae [hoc est] arae ac foci soleant haberi. invenitur etiam aput veteres doctos vestibula ob eam significantiam dicta, quod in his locis, ad salutandos dominos domorum quicumque venissent, stare solerent, dum introeundi daretur copia; atque ob hanc constitionem et quasi stabulationem primos ingressus domorum vestibula nominatos. sed sive sic *sive aliter* intellegi debent, non abhorret a vocabuli proprio, *quod dixit* Cicero in Oratore: vestibula nimirum honesta aditusque ad causam faciet.

---

22 V, 2, 151 || 25 Pacuvius Niptris || 1 Sallustius Hist. II || 11 15, 50.

---

**19** subitiunt $H_1$. — **20** *cf. Gell. XIII, 30.* — non tantum *add. Me; cf. Gell. l. m.* — **προcοπον** *L.* — **21** os *om. Lugd.* — antiquitatis $H_1$. — a sp. *P; Bothius;* ab asp. *cdd. G. et N.* — speties $H_1$. — **22** Pen. $L_1$. — **23** mihi *L, G (de H non const.).* — **24** hau *Ambros. Pl.* (haud *vel* haut *rell.*); non *cdd. G. et N.; sed in L* non *m. 1 vel 2 supra add.* — aquilo *cdd. Pl.;* aquilost *vel* aquilo est *cdd. Gell.;* aquilino *Non.* — ipsa est *Gell.; Non.* — **25** Niptris *docti,* nupta *cdd.* — **27** procero *prius H.* — virum *add. docti ex Gell.* — **1** *cf. Isidor. Orig. XIV, 6, 39; 7, 1.* — **2** horientem *prius H.* — in orientem quam in (in *om. QZ*) occidentem *rectius Gell. cum Isidoro.* — lat. prominet *Gell., Isid.* — **3** *cf. Gell. XVI, 5.* — *non tamen ex hoc omnia petita, sed pars ex scriptis inconcinnis et absurdis, quibus de hoc voc. actum testatur G.* — distinta $H_1$. — **4** hoc est *secl. M.* — **5** *verba* sed — proprio, *quae leguntur in libris scriptis post illud* haberi, *ante id quod est* Cicero *collocavit M.* — *sequentia pr. Cic. exempl. ex G. excerpta, nota quidem socordia, cum velut venientium stabula intellexisse videatur* vestibula *N.* — apud *C pr.* $L_1$. — dictos $L_1$. — **6** dictam $H_1$. — salutandis $L_1$. — **7** venissent $Ho_1$, $Ho_3$; venisset *rell.* — solerent *Quicheratus,* soleant *cdd.* — dum *Me,* cum *cdd.* — **8** quae *pro* atque $L_1$. — constitionem *Turnebus;* consistione *Gellii et Macrobii libri; ubi recte edd. vetustae* constitione; consictionem $L_1$, consitionem *rell.* — **10** sive aliter *add. M.* — **11** quod dixit *add. M.* — niminarum $H_1$. — **12** faciet *v.;* faciem *L,* $H_2$, *G;* faciam $H_1$. — illustres *add. Cic.*

BIDENTES qui aestimant ob eam causam oves a Vergilio dictas, quod duos dentes habeant, pessime a vitio intellegunt. nam nec duos dentes habent, et hoc quidem et genus mostri est. et melius intellegi potest, si *bidennis quasi* biennis dixeris auctoritate. Pomponius in Atellana:

Mars, tíbi facturum vóveo, si umquam rédierit,
bidénti verre.

Laberius in Paupertate:

vísus hac noctú bidenti fácere *sum* proptér viam.

et Nigidius Figulus dicit b i d e n t a l vocari, quod bimae pecudes inmolentur.

IVGERI proprietatem Varro designat, de re rustica primo: in agro Romano ac Latino iugeris. i u g u m vocant quod iuncti boves uno die exarare possint * * *

FAENVS ab eo dictum est quod pecuniam pariat || increscentem tempore, quasi fetus aut fetura; nam et graece τόκος dicitur ἀπὸ τοῦ τίκτειν, quod est parere. Varro lib. III de sermone latino: 'faenus autem dictum a fetu et quasi fetura quadam pecuniae.' — nam et Catonem et ceteros antiquiores sine a littera f e n u s pronuntiasse contendit, ut f e t u s et f e c u n d i t a s.

---

16 Pomponius Atellana (Gallis Transalpinis) || 20 Laberius Paupertate || 22 Nigid. Fig. || 24 I, 10, 1 || 2 Varro de serm. lat. III || 4 Cato. antiquiores.

---

**13** *cf. Gell. XVI, 6.* — quia $L_1$. — dictos $H_1$. — **14** a vitio *M;* a vitiose $H_1$*;* ac vitiose *rell.* — *nota saepius in hoc capite a praepos. liberius usum N.* — **15** monstri *H, G, Lugd.* — **16** bid. quasi *add. M; cf. Gell. l. m. paragr. 13.* — dixeris *M,* dixerit *cdd.* — auctoritatem *L,* $H_1$*;* actoritatem *Lugd.* — *omissum sive Nonii sive librariorum culpa illud, quod dixerat Gell. non solas oves dici* bidentes, *quodque etymologia illa ducta ex commentariis iuris pontificii.* — Pomponius atellanarum poeta in Gallis Transalpinis *Gellius.* — **18** tibi f. v. *Fleckeisenus,* tibi v. f. *cdd. Gell. et Non.* — **19** bidentis, *sed eras.* s, *H.* — **20** Paupere *Vrbin. 307.* — **21** hac *v.;* ac *C.* — noctu *Quicheratus,* nocte *cdd.* — bidentis *id.* — bidente *Leopardus;* bidenti *Ribbeckius.* — *recte notat Me coll. Fest. pg. 229 aliis auctoribus agi de sacrificio Herculi oblato.* — facere sum p. v. *Quicheratus,* p. v. f. *cdd.* — **22** bime $L_1$. — **24** Iugeri *non lemma m. 1 in L.* — primo *v.;* prima *C.* — **25** *praecedit ap. Varr.* metiuntur. — iugum; *aut* iugerum *scr. a Non., aut intercepta quae secuntur ap. Varr.:* versum dicunt centum pedes quoquo versum quadratum; iugerum quod quadratos duos actus habeat. — **27** *cf. Gell. XVI, 12.* — Faenus *C* (Foenus *G m. 2*); Fenus *Lugd.* — increscentem *Quicheratus ex Gellio, ubi est* pecuniae parientis atque increscentis. — **1** foetus — foetura $L_2$, $H_2$, *G.* — et *om. Lugd.* — grece *L.* — **2** τίκτειν *v.;* υκτα *L,* $H_1$ *(de G non constat),* υκται $H_2$. — de l. s. *cdd.; cet. cf. Gell. l. m. 7.* — **3** fenus $L_1$*;* foenus $H_2$, *G.* — faetu $H_1$*;* foetu $L_2$, $H_2$, *G.* — fetura quadam $H_1$*;* foeturam (feturam *L*) quandam *L,* $H_2$, *G;* a fetura quadam *Varr. ap. Gell.* — **4** antiquiores *in mrg. add.* $H_2$. — a *in spatio vacuo add.* $H_2$*; omitti in L testatur Gerlachius.* — foenus $H_2$*;* faenus *G, f. recte;* paenus *L.* — pronunciasse $H_1$*;* pronuntias $L_1$. — **5** fetus,

54 M.

RECEPTICIVM servum quidam ab ea proprietate dictum volunt, ut, si nequam et nihili sit qui venundatus *est* ob aliquod vitium aut malefactum, a distractore recipiatur. sed vera haec est eius nominis interpretatio: quem in data dote aut donatione quis exceperit, quod est proprie r e c e p e r i t. Plautus Trinummo:

postículum hoc recépit, cum aedeis véndidit.

Cato: mulier et magnam dotem dat et magnam pecuniam retinet. ex ea igitur re familiari, [ex] quam sibi dote data retinuit, *pecuniam viro mutuam dat. eam* pecuniam a viro forte irata repetere instituit. adponit ei flagitatorem *servum* r e c e p t i c i u m, hoc est proprium, suum, quem cum reliqua pecunia receperat nec dederat doti, set exceperat. — Cicero de oratore lib. II: sed dicis te cum aedis venderes ne in rutis quidem et caesis solium tibi paternum recepisse.

SITICINES. ut l i t i c i n e s a lituo, ut t u b i c i n e s a tuba, ita s i t i c i n e s, qui aput funeratos vel vita functos et sepultos, hoc est iam sitos, canere soliti erant honoris causa cantus lamentabilis. hoc in libris Coniectaneorum Atei Capitonis invenitur et Cato id vocabulum indubitanter adposuit.

---

10 I, 2, 157 ‖ 12 (Cato Suasione legis Voconiae; cf. comment.) ‖ 17 II, 55, 226 ‖ 23 Ateius Capito libris Coniectaneorum ‖ 24 Cato.

---

o *supra* e, *sed eras. in H.* — 6 *conf. Gell. XVII, 6; Fest. 282 s. l.* recepticium servum. — quedam $H_1$. — proprietatae *H;* proprieta $L_1$. — 7 et *om.* $L_1$. — nihili *Bentin. (vel Ald.);* nihil *cdd.* (nequam et nulli pretii *Gell.*). — est *add. M* (cum venum esset datus *Gell.*). — vicium ut $L_1$. — 8 districtore *L,* $H_1$. — 9 interpraetatio *L, H.* — **11** *cf. 384 l.* recipere, exceptum facere. — recipit *C h. l.; item Gellius* (recipi *X*); recepit *Non. 384 (qui locus non e G. petitus).* — edeis $H_1$*;* ediis *L;* edis *G;* edes $H_2$. — **12. 13** *ita verissime libri Non.; item duo optimi ex Gellianis; rell. aperta interpolatione:* pecuniam recipit, hoc est: et magnam dotem dat et magnam pecuniam retinet. *haec qui probarent vel cum Gronovio scriberent* recipit hoc est retinet, *eos fugit paraphrasin Cat. verborum exhiberi a Gellio.* — [ex] quam *M;* ex qua *v.* — **14** pecuniam — eam *ex Gell. add. viri docti; porro apud h. legitur:* eam pecuniam cum viro *e. q. s.* — **15** apponit *C pr.* $L_1$. — flagitorem *L.* — servum *ex Gell. add. Quicheratus.* — **16** proprium, suum; proprium servum suum *cdd. Gell.;* proprium servum *Ald.* — cum *habet* $H_1$*, Gell.; om.* $H_2$*, L, G.* — reciperat $L_1$. — **17** dotis et *L, H.* — exciperat $L_1$. — lib. II *ed. Basil.;* in lib. II *L, H.* — *cf. 164; 384 l.* ruta; recipere. — dicet *Cic.;* dicis *ter Non.* — **18** edis *H.* — vinderes $L_1$. — cessis *L, prius H (deinde* cesis). — solium *Cic.;* obum *C, sed* $H_2$ solum. — **20** Siticines; *cf. Gell. XX, 2.* — litui $H_1$*;* litu $L_1$. — ista $L_1$. — *cct. vid. scribend.* Siticines, ut liticines a lituo vel tubicines a tuba [ita siticines], qui. *cf. tamen 63* fulguratores. — **21** aput $L_1$*;* apud $L_2$*, H, G.* — aput funeratos vel vita functos et sepultos; apud sitos — hoc est vita functos et sepultos *Gell.* — **22** honores $L_1$. — cautus $H_1$. — **23** in libris Coniectaneorum *Quicheratus,* in libris Coniectaneis *cdd.* (in Capitonis Atei coniectaneis *Gell.*) — **24** apposuit *C pr.* $L_1$.

IVMENTVM a iungendo veteres dictum putant, g littera in eo nomine adtrita. nam et vectabulum || dictum, quod nunc vehiculum dicitur.

ARCERA plaustrum est rusticum tectum undique, quasi arca. hoc vocabulum et aput Varronem et aput M. Tullium invenitur. hoc autem vehiculi genere senes et aegroti vectari solent. Varro Gerontodidascalo: vehebatur cum uxore vehiculo semel aut bis anno, cum arceram, si non vellet, non sterneret.

TROPAEI significantiam propriam Varro Bimarco ostendit: ideo fuga hostium graece vocatur τροπή. hinc spolia capta, fixa in stipitibus, appellantur tropaea.

LVXVM, id est vulsum et loco motum, quod nunc luxatum ignari latine dicimus. inde luxuria, quia a recta vivendi via sit exclusa et eiecta.

COLINAM veteres dixerunt, non coquinam, ut nunc vulgus putat. Varro Modio: et hoc interest inter Epicurum et ganeones nostros, quibus modulus est vitae culina. — Plautus Mostellaria:

exi é culina, sís, foras, mastígia,
qui mi ínter patinas éxhibes argútias.

Varro de vita populi Romani lib. I: qua fini sit antica et postica. in postica parte erat culina, dicta ab eo quod ibi colebant

---

4 Varro. M. Tullius || 6 Varro Gerontodidascalo || 8 Varro Bimarco || 15 Varro Modio || 16 I, 1, 1 || 19 Varro de vita pop. Rom. I.

---

25 *cf. Gell. XX, 1, 28. — mrg. G:* a iungendo, alii a iugando. — 1 adtrita $L_1$, *ed. Bas.;* attrita $L_2$, *H.* — et tu ectabulum $H_1$. — dictum *M,* dicunt v. — 3 *cf. Gell. XX, 1, 29.* — 4 aput $L_1$, *ed. Bas.;* apud $L_2$, *H.* — aput *ed. Bas.;* apud *rell.* — *V. et C. ap. G. mentio nulla.* — 5. 6. 7 Varrot $L_1$. — Gerotodidascalo $L_1$; Gerontodidasculo $H_1$; *m. 2* Geruntodidascalo, *tum* Gerontodidascalo; *et ita G.* — vehiculo *om. cd. Vrsini; male, cum non omnia vehicula sint arcerae.* — se mala ut $H_1$. — in anno *ed. a. 1476.* — cum arceram; *falso hic de lacuna suspicati docti, cum nullo pacto possit cogitari hic locum ex XII tabulis, quem Gell. laudat, olim fuisse positum. cf. quaest. Non. cap. II. quamquam Varro quin respexisse videatur locum legis, quem adf. Gell. paragr. 25, non moror. cet.* cum macera *L;* cum marcera $H_1$; cum arcera $H_2$, *G.* — si non plueret *minus probabiliter Bentleius m. Rhen. XXXIII, 465; cf. Gell. paragr. 25.* — 8 Tropei *L, H.* — 9 ostium *L,* $H_1$. — grece *L,* $H_1$. — trope *cdd.* — 10 tropea *L, H.* — 11 luxatum *Quicheratus;* luxari *v.; cf. Paul. 120:* luxantur *(Pl. Pseud. IV, 7, 6)* a luxu dictum *e. q. s.* — 12 a *m. 2 add. L.* — 14 Culinam $H_1$, *Lugd.* — v. d., n. c. *Lipsius;* v. c. d., non *cdd.* — coquinam, *mut. in* quoquinam, *Lugd.* — nunc *om. Lugd.* — 15 *cf. 119* ganeones. — 16 colina $H_2$, *G.* — Plautus; *cf. 239* argutum, audax. — Mustellaria *C pr.* $L_1$. — 17 colina $H_2$, *G.* — 18 mihi *cdd.* — patenas $L_2$, $H_1$. — 19. 20 qua — et postica *inscriptum fuisse capiti Varronis intellexit Palmerius.* — erant $H_2$, *G.* — colina $H_2$, *G.*

ignem. locupletiorum domus quam fuerint angustiis paupertinis coactae, ipsa nomina declarant.

MODESTVM, a modico, hoc est a moderato, positum. Varro Modio: non eos optume vixe qui diutissime vixent, sed qui modestissime [id est modice].

INFANS a non fando dictus est. Cicero in Oratore: || 'nam et infantes actionis saepe fructum tulerunt.' — et est quod aut dici non debeat aut fari non possit; nam et infantes usque eo appellandi sunt donec coeperint fari. Lucilius lib. XVIIII:

ut pueri infantes faciunt, mulierculam honestam.

et XV:

ut pueri infantes credunt signa omnia aena
vivere et esse homines.

Vergilius Aeneidos lib. II:

infandum, regina, iubes renovare dolorem.

Varro *Ὄνος λύρας*:

vocés tragoedum, iúbeas agere Amphíonis
partís, infantiórem quam meus múliost.

Accius Athamante:

priu' quam ínfans facinus óculi vescuntúr tui.

Varro Eumenidibus:

postrémo nemo aegrótus quicquam sómniat
tam infándum, quod non áliquis dicat phílosophus.

---

24 Varro Modio || 1 17, 56 || 4 Luc. l. XVIIII || 6 l. XV || 9 II, 3 || 11 Varro *Ὄνος λύρας* || 14 Accius Athamante || 16 Varro Eumenidibus.

---

21 *puto* vel *(quod compendio scriptum facillime potuit excidere) add. ante* locupl. — locupleticorum $H_1$. — fuerit $H_1$. — 22 per sua *pro* ipsa $H_1$. — 24 vixe *M;* dixe $H_2$, dixisse *rell.;* vixisse *v.* — vixissent *L, H.* — medestissime *L.* — 25 id est modice *secl. M.* — 2 actionis dignitate eloquentiae saepe fructum tulerunt *Cic.* — quod au $L_1$. — 4 Lucilius *ex Lactantio Iun.;* Curius *cdd.* — 5 *recte monitum est h. v. subiciendum esse ei qui legitur 149 s. l.* peniculamentum. — 7 ut *Lactantius,* et *C.* — ena *L.* — 8 homnes $H_1$. — 9 aeidos *H.* — 11 onos lyras (onus $L_1$) *C.* — 12. 13 *senarios primus detexit Roeperus Philolog. IX, 263.* — 12 *ita M; cdd.* v. Amfionem trag. (trog. $H_1$ *et si Riesio fides L*), i. Amfionis agere; v. tr., i. a. Amphionem *Quicheratus.* — Amph., *i. e.* omnium heroum disertissimi. — 13 meus muliost *M;* m. est mulio *cdd.;* meust mulio *Roeperus.* — 14 *cf. 416 l.* vesci. — 15 infans *cdd. 416;* infortis *L,* $H_1$*;* infantis $H_2$, *G.* — oli culi $H_1$. — vescuntur *cdd. 416;* vesciuntur *H;* vesciumtur *L;* vestiuntur *G.* — 17. 18 *nota ad rei atrocitatem depingendam Varr. in his v. continuis usum spondeis vel dactylis.* — *cet. cf. Cic. de divin. II, 58, 119.* — egrotus *G.* — somniat an quicquam somniat *C; corr. ed. a. 1476.* — filosophus $L_1$, *ed. Bas.* (phil. *G test. Riesio*).

56. 57 M.

Cicero de Oratore lib. III: modo hoc constet neque infantiam eius qui rem noverit, sed eam explicare dicendo non queat, neque inscitiam illius cui res non subpetat, verba non desint, esse laudandam.

SARCINATRICIS, non, ut quidam volunt, sarcitricis, quasi a sarciendo, sed magis a sarcinis, quod plurimum vestitum suant. Varro Ὄνος λύρας: homines rusticos in vindemia incondita cantare, sarcinatricis in machinis.

PETAVRISTAE a veteribus dicebantur qui saltibus vel schemis levioribus moverentur: et haec proprietas a graeca nominatione descendit, ἀπὸ τοῦ πετᾶσθαι. Varro epistula ad Caesarem: convocat Ptolomaeum cinaedologon, Nicona petauristen, Diona aulopoion. — idem de vita populi Romani lib. II: nec minus alio in genere sunt ludi velites Galli, Germani petauristae. ||

CVRIAM a cura dictam Varro designat de vita populi Romani lib. II: itaque propterea locus quoque, quo suam quisque domo senator confert curam, curia appellatur.

LEGIONVM proprietatem a dilectu militum Varro de vita populi Romani lib. III dictam interpretatur: 'tum appellatus est dilectus ab electione, et legio. ab hac supervacaneorum consuetudine adscribtivi.'

ASSAS nutrices difficilis multi existimant intellectus. at vero

---

19 III, 35, 142 || 25 Varro Ὄνος λύρας || 29 Varro epistula ad Caesarem || 31 Varro de vita pop. Rom. II || 1 Varro de vita pop. Rom. II || 4 Varro de vita pop. Rom. III.

---

**19** constat $H_1$. — **21** insc. *Cic.;* scitiam *C.* — suppetat *Cic.;* subpeditat $L_1$, $H_1$ (*hic* eras. *post* di *litt.*); *at* $L_2$ suppetit at; $H_2$ subpedita at, a *priore in ras.* (subpediat at $Ho_2$, subpedita at $Ho_3$); subpediat aut *G.* — **23** quandam $H_1$. — sastitricis *Lugd.* — **24** vestitum *M,* vestium *v.* — suant *Gulielm.;* sumant *v.* — **26** in machinis; 'machinae pergulae sunt, in quibus sarcinatrices opus factitabant' *Gulielm. Verisim. II, 12.* — **27** chemis $H_1$; schenis $H_2$, *G.* — *in mrg. H mirifica addita haec:* quod nos dicimus laubias. laop dicitur germanice folium; inde laubia facta tecta ex foliis. — **28** greca *L, H.* — **29** epistula $L_1$; *edit. Bas.;* epistola $L_2$, *H.* — *cet. videtur scribendum* Epistulis. — **30** Ptolomeum *L, H.* — cinaedologon *Iun.;* cinedoloco *C* (*seq.* n). — pataurister $L_1$. — aulopoion *C.* — **31** vita *add.* $H_2$. — ludii *male Palmerius; sed idem recte, ut vid.,* velites; vellitis *H, G,* vellidis *L.* — **1** curam dictum $H_1$. — **2** propterea *M,* propter *v.* — curam *quod sequitur ante* curia *reposuit M.* — **3** domo *Me,* domum *cdd.* — saenator *H.* — curia appellatur *Popma,* curiam appellat *v.* — **4** delectu $H_2$; dilectum tum *pro* dilectu militum $L_1$. — **5** dictas $L_1$, *Lugd.* — interpraetatur *L.* — tunc *Lugd.; Par. 7665; 6.* — delectus $Ho_2$. — **6** ab el., et *M;* et ab el. *cdd.* — *f.* at ab s. — supervacuaneorum *L.* — **7** adscribtivi *Me (in Corrigendis);* adscribuntur $L_1$, *G;* ascr. *H;* asscr. $L_2$, *prius H.* — **8** defelicis $H_1$; dificili $L_1$; *id. m. 2* dificilis. — intellectu $H_1$; *id.* sat, *mut. in* ut.

acri intentione potuimus indagare ob eam proprietatem officii eo nomine nuncupari, quod assint his quos nutriant nec vel exiguo divellantur: unde *et* asseculas, ab eo quod assint et omnibus iussis dominorum praesto sint, esse vocitatos.

ENIXAE dicuntur feminae nitendi, hoc est conandi et dolendi, labore perfunctae; *vel* a Nixis, quae religionum genera parientibus praesunt. sed elegantior intellectus, ut ex hoc dictae esse credantur, quod vinculis quibusdam periculi, quibus inplicarentur, fuerint exolutae: nexum enim dicimus aptum et conligatum. Plautus in Amphitryone id probat dicens:

uno út labore absólvat erumnás duas.

REMVLCO TRAHERE dictum quasi molli et leni tractu ad progressum mulcere. Sisenna Histor. lib. II: siqua celeriter solvi poterat, in altum remulco trahit.

CONGENVCLARE est genu replicato cadere. Sisenna Historiarum lib. III: multi, plagis adversis icti et congenuclati, Romanis praecipatis ipsi supra voluti in caput. ||

AGILEM, celerem, ab agendo. Sisenna Historiarum lib. III: agilem dari facilemque victoriam neque fossas aut vallum remoraturum.

18 I, 2, 26 || 21 Sisenna Hist. II || 23 Sis. Hist. III || 1 Sis. Hist. III.

9 indicare $L_1$. — ob eam *om.* $L_1$. — **10** nunccupari *H.* — adsint $L_1$, *G, Lugd.* — **11** et *add. M.* — adseculas — adsint $L_1$, *G, Lugd.* — **13** Enixe — femine $L_1$. — **14** perfructae (*cum ras. infra* r alt. *et supra* uc). — vel *add. Quicheratus.* — a Nixis quae *Lips.;* mixisque (mixisq: *L*) *C; cf. Fest. 174 l.* Nixi di *ibique interpretes.* — parietibus *L*, $H_1$. — **15** eligantior *C pr.* $L_1$. — esse *om. Lugd.* — **16** impl. $L_2$, *H, Lugd.* — **17** exolutae *H;* exsolae $L_1$. — nexum; enixum *Lugd.;* aliter enixum *in mrg.* $H_2$. — aptum *M;* actum *L, H, Lugd.;* artum $Ho_2$*;* arctum *ed. Bas.; cf. 234* aptum — conexum et conligatum. — conl. $L_1$, *ed. Bas.;* coll. *cum Lugd. H,* $L_2$*; f.* coniugatum. — **18** Amfitrione *L, H,* Amfitryone *G.* — u $L_1$, $H_1$ *(in H post* u *litt. eras.);* uno $H_2$, *G;* ut $L_2$ *(*$Ho_1$*);* uno ut *Pl.* — absolvat *Plaut.;* exsolveret (exol. *H*) *cdd.; quod ex praecedente* exsolutae *et sequente* erumnas *vid. ortum.* — **20** Remulco trahere *Quicheratus; cf. infra notata;* Remulcare *cdd.* — molu $L_1$. — **21** historiae *C.* — lib. I *H, Florent.; suspectus numerus, cum alias nusquam secundus Sis. liber memoretur a Non.; quamquam ab eodem, si codicibus fides, etiam ex VI, IX adeoque XXIII singula adlata cum numeris exempla.* — siqua $H_1$; siquae *L,* $H_2$, *G;* sique *Flor.* — **22** remulco trahit *Freundius* (remulco retrahit *Flor. Sabin. ap. Grut. Lamp. Cr. I, 1031*); remulco (*ita* $L_1$*;* remulca *rell.*) retrahit *C.* — **23** *cf. pg. 89 l.* congenuclare. Congenulare *cdd. et ut puto ipse Non.; certe ap. eund. 361 s. l.* obesum *etiam* tardi ingenulo *legitur pro* tardigenuclo; *ubi vide comment.; rectam formam restit. Forcellinius s. v.* congenulatus. — **24** liber *G.* — multi; *sc.* equi; *cf. pg. 89 l. l.* — congenulati *cdd.* — **25** ipsis *L, G.* — voluti *Bentin.;* volvit *cdd.;* volvi *Passerat.* — **1** melerem $L_1$. — in lib. $H_1$, *Flor.;* lib. *G.* — **2** bellum remoratum *C; corr. Me.*

58 M.

EXPEDITI et INPEDITI ex una proprietate habent vocabuli causam, aut exolutis pedibus aut inligatis. Sisenna Histor. lib. IIII: inermos armati, inpeditos expediti sine ullo suorum vulnere cunctos interficiunt.

TESTVDINES sunt loca in aedificiis camerata, ad similitudinem aquatilium testudinum, quae duris tergoribus sunt et incurvis. Vergilius Aeneidos lib. I:

> in foribus divae, media testudine templi.

Sisenna Historiarum lib. IIII: Gaius Titinius queidam, cui minus sobrietas mentis ab natura tradita videretur, primo ante testudinem constitit; deinde aput consulem causam atque excusationem proferre coepit.

INSINVARE est inmitti, quasi sinu accipi. Sisenna Historiarum lib. IIII: agmen perturbatum pedites insinuant ac loco movent.

ADOLERE verbum est proprie sacra reddentium, quod significat votis vel supplicationibus numen auctius facere; ut est in isdem: macte esto. et intellegi debet ab eo quod est adolevit, id est crevit, et adultum, quod est auctum et aut aetate aut aliqua causa maius solito factum, ducere proprietatem. Vergilius Aeneidos lib. I:

> cura penum struere et flammis adolere penates.

idem in septimo:

> adolet cum altaria taedis;

et in Bucolicis:

---

5 Sisenna Hist. IV ‖ 10 I, 505 ‖ 12 Sisenna Hist. IV ‖ 16 Sisenna Hist. IV ‖ 23 I, 704 ‖ 25 VII, 71 ‖ 27 VIII, 65.

---

**4** imped. $L_2$, *H.* — **5** exsolutis *H, G.* — illig. $L_2$, *H; puto* inplicatis. — Historiae *cdd.* — **6** armati *Iun.;* armat *cdd.* — **8** a $L_2$. — **11** tum f. *Verg.* — **12** Tintinius $H_1$; Titinnius $L_2$, *G.* — Gaius Titius *coll. Cass. Dion. frgm. 100 pg. 90 ed. Bekker. probabiliter admodum Petrus.* — queidam; quadam $H_1$; quidam *rell.* — **13** sobrietas *M;* mentis *Iun.* (sobria mens *M. Hauptius*)*;* proprietas menis *cdd.* — *notandum hic ut in aliis multis Sisennae fragmentis contortum et affectatum dicendi genus.* — **14** constituit $H_1$. — apud *C pr.* $L_1$. — proferre *Rothius,* praeferre *v.* — **16** Insinuare *Quicheratus,* Insinuari *cdd.* — inm. $L_1$, *ed. Bas.;* imm. *rell.* — **17** peditis *C.* — loco movent *M;* l. commovent *v.* — **18** *cf. 247* adolere. — est *om.* $L_1$. — **19** vel *LH, Paris. 7665, 6;* ac *Iun., Me (non priores), ed. Bas., errore ut puto omnes; neque ea re quod ex Lugd. nihil a nobis notatum firmari illud* ac *docent libri Danielis et Colbert.* — — **20** hisdem *C pr.* $H_1$. — macte *i. e.* magis aucte; *cf. 247.* — intellegi; e *alterum m.* 2 *addit erasa litt. H.* — **21** aut aetate *Lipsius;* aucta aet. *cdd.* — **24** poenum $L_2$, $H_1$. — **26** *cf. 247* adolere; *440* castitas. — adoletque $H_2$, *G;* dum

verbenasque adole pinguis et mascula tura;

quod est: adde, cumula; et Georgicorum lib. IIII:

Panchaeis adolescunt ignibus arae.

ACCENSI genus militiae est administrantibus || proximum. Varro Rerum humanarum lib. XX: 'ut consules ac praetores qui secuntur in castra accensi dicti, quod ad necessarias res saepius acciantur, velut accensiti.' — *hi,* quos nunc dicimus, deputati.

NEFARII proprietatem in lib. I de vita populi Romani Varro patefacit a farre: 'quod adoreum est, [in] quo scelerati uti non debeant, non triticum, sed far.' — hoc quoque idem adsignificat, quod qui indigni sunt qui vivant nefarii vocentur. — ADOREVM quoque ab eo dictum putat quod cibi ora, id est principium, sit far.

PROPITIVM dicitur prorsus pium aut proprie pium; ut apud Terentium in Adelphis:

. . . quam ea quaé parentis própitii;

aut certe porro pium, quod est vehementer et valde; ut aput eundem [Terentium] in prologo Andriae:

dehinc út quiescant, pórro moneo, et désinant
maledícere, malefácta ne noscánt sua.

---

29 IV, 379 || 1 Varro rerum hum. XX || 5. 7. 8 Varro de vita pop. Rom. I || 12 I, 1, 6 || 15 v. 22.

---

*Vergil.* (cum *libri etiam 247; 440*). — alteri atedis, *m. 2* altaria tedis *H.* — **28** adolet $L_1$. — **29** liber $H_1$. — **30** Pancheis *C.* — **1** admin.; *cf. 48 l.* parochos. — **2** Rer. hum. *Scal.;* rhetoricorum *H, G;* rethoricorum (rheth. *m. 2*) *L.* — **4** accersiti $H_2$, *G.* — hi *add. M.* — quos n. d. d. *om. Ald.; Iun.; f. recte.* — deputati; *cf. Veg. de rc. m. II, 19:* ad obsequia tamen iudicum uel tribunorum nec non etiam principalium deputabantur milites, qui vocabantur accensi, hoc est postea additi, quam fuisset legio completa; quos nunc supernumerarios vocant. — **6. 7** adhorreum $L_1$*; id. 2* adhoreum; ad reum *Lugd.* — est in *cdd.* (in *del.* $L_2$*; item* $H_2$*, sed ut deinceps sit restitutum; ed. a. 1476*). — debeant; *aut* debent *scribendum aut illud* est *cum parum commodo loco sit positum cumque* debeant *possit servari, si alterius auctoris, ut saepe, a Varrone adlatam statuerimus opinionem, dubito plerumque an locus ita sit constituendus:* quod adoreum, quo scelerati uti non debeant, non triticum siet, sed far. — **8** nefari $L_1$, *Lugd.* — vocentur *M;* vocantur *v.* — Ad.; *nov. l. cdd.; v.* — Adhorreum $L_1$*; id. 2* Adhoreum. — **11** dicimus *edd. inde a Iun.* — prorsus picium $H_1$. — propriae $L_1$. — **12** Adelfis *C; cet. cf. 463* propitios. — **13. 14** quam illa *Ter.;* quam ut ea *cdd. 463.* — parentes *cdd. Ter.; item Non. 463.* — propitii aut *v.;* propitia ut *Lugd.*, $H_1$*;* propitiat aut *id. 2, G;* propiciat (propit. *m. 2*) ut *L.* — poro $H_1$*;* pro $L_1$. — ut *om. L.* — apud *C pr.* $L_1$. — **15** Ter. *secl. M.* — **16** porro *ad* moneo *rett. Non.*, cum *ad* quiescant *deberet trahi. neque* valde *illud significat, sed* in futurum. — **17** *post* maledicere *ap. Ter. videtur excidisse* ut. — noscans *prius H.*

59. 60 M.

INPANCRARE est invadere: verbum a graeco tractum, quasi πᾶν κρέας consumere. Varro: eccos. iam in regiam arcam inpancrarunt!

MANSVETVM dictum est quasi manu suetum, quod omnia, quae sunt natura fera, manuum permulsione mitescant. unde Vergilius Georgicorum lib. III:

et plausae sonitum cervicis amare.

et Aen. lib. VII:

ille manum patiens;

quoniam supra dixerat:

pectebatque ferum puroque in fonte lavabat.

CINNVS est conmixtio plurimorum; unde et concinnare dicitur. Cicero in Oratore: est autem quidam interiectus inter hos medius et quasi temperatus nec acumine posteriorum nec flumine ‖ utens superiorum, ut cinnus amborum, neutro excellens, utriusque particeps vel utriusque, si verum quaerimus, potius expers.

ENVCLEATE dicitur purgate, exquisite et sine asperitate aut duritia, ab eo quod nucibus separatis, id est testis, nuculeorum utilis usus habeatur. Cicero in Oratore: modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum attice dicere. — idem Tusculanarum lib. IIII: habes ea quae de perturbationibus enucleate disputant.

RVTVNDVM a rota dictum est vel rota a rutundo. et est rutundum collectum et per omnem circuitum sine offensione asperi aut anguli leve. quam significantiam Cicero in Oratore etiam ad

---

19 Varro; cf. comm. ‖ 23 III, 186 ‖ 25 VII, 490 ‖ 27 Verg. Aen. VII, 489 ‖ 30 6, 21 ‖ 5 9, 28 ‖ 7 IV, 14, 33 ‖ 10 13, 40.

---

**18. 19** Inpancrare *(ita C); n. N.; recte a* pancra *i. e.* rapina *deducit Loewius Prodrom. 340.* — greco *L, H.* — tactum $L_1$. — pancreas *cdd.* — Varro; *ad saturas recte rettulere docti.* — eccos; iam *vel* ecce, iam *M;* ecclesiam *C;* ercles iam *Vahlenus;* Varro Ecclesia: *Scal.* — arcem *cd. Fabri.* — **21** manu suetum *M;* mansuetum $H_1$; manu assuetum (adsuetum $L_1$) *L*, $H_2$, *G.* — **22** permultione (permultiono $H_1$) *cdd.* — mitescunt *Lugd.* — **24** cervices *L*, $H_1$. — **26** manum *ed. Bas.*, manu *L, H.* — **28** lababat $L_1$. — **29** conm. $L_1$, *cd. Bas.;* comm. $L_2$, *H.* — **30** in hos $H_1$. — **1** ut cinnus *Non.; H, G;* vicinus *prius L, ut Cic.* — in neutro *cdd. Cic.* — nutro *prius L; post* neutro *ras. in H.* — **2** utrius $H_1$. — popotius *prius* $H_1$; potius *om. L.* — **3** asp.; ase experitate $L_1$. — **4** testis $H_1$; testi *L*, *H* $o_2$, *G;* testi, *supra* i *scr.* v, *H* $s_2$. — nucleorum *Lugd.* — **5** ut illis *L*, $H_1$. — eliganter $L_2$, *G;* eligantur *H.* — **6** diceret $L_1$, $H_1$. — Tusculanorum $L_1$. — **8** *cf. 164* rutunde. — et est; et *(in ras. m. 2)* ẹç *(punct. add. m. 2)* · ẽ · *H.* — **10** ut *Lugd.* — anguli *G;* augulis *Lugd., L* (s *f. m.* 2 *add. L*); anguliṣ *punct. add. m. 1 vel 2 H.*

humani ingenii transtulit formam: 'Theodectes autem praefractior nec satis, ut ita dicam, rutundus: primus instituit dilatare verbis.'

RABVLA a rabie dictus est: quem nunc advocatum vel causarum patronum dicimus. Cicero in Oratore: non enim declamatorem aliquem de ludo aut rabulam de foro, sed doctissimum et perfectissimum quaerimus. — inde et Sallustius: canina, ut ait Appius, facundia exercebatur.

MERIDIES manifeste medius dies. Cicero in Oratore: iam videtur nescire dulcius. ipsum meridiem cur non medidiem?

INEPTI proprietatem Cicero de oratore lib. II patefecit: quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum quod non sit aptus.

DEVORSORIA dicta sunt hospitia, a devortendo. Cicero de oratore lib. II: quiescam in Caesaris || sermone quasi in aliquo opportuno devorsorio.

SANNIONES dicuntur a sannis qui sunt in dictis fatui et in motibus et in schemis; quos moros vocant Graeci. Terentius in Eunucho:

solus sánnio servát domi.

Cicero de oratore lib. II: quid enim pote tam ridiculum quam sannio est? qui ore, vultu, imitandis motibus, voce, denique corpore ridetur ipso.

HEREDIOLI proprietatem indicat Varro de re rustica lib. I: bina iugera, quod a Romulo primum divisa viritim, quae heredem sequerentur, *herediolum appellarunt.*

---

14 15, 47 || 16 Sallustius (historiarum libris); Appius || 18 47, 157 || 20 II, 4, 17 || 24 II, 57, 234 || 5 IV, 7, 10 || 7 II, 61, 251 || 10 I, 10, 2.

---

**11** ingenti *L.* — Thucydides *codd. Cic.;* Theodorus *recte Ernestius.* — **12** anstituit *L, $H_1$.* — **13** rabiae — quaem *fact. m. 2 ex* rabia — quam *H.* — est *f. m. 2 add. in L.* — **15** de udo *L.* — **16** pertectissimum *L.* — **21** his *prius H.* — ho *$L_1$.* — **22** ductum *v.*, dictum *C, Lugd.* — **23** Devarsoria *$L_1$.* — devarando *prius L;* devorando *$H_1$; L ex corr.; Lugd.;* devortendo *$H_2$, G* (a devertendo *mrg. G*). — **1** oportuno *$L_2$, $H_2$, G;* peropportuno *Cic.* — **3** a sanniis *Lugd.; porro sec. ed. Basil. G, L; item Hqo, P;* a sànnis *Hs; Me.* — **4** montibus *L, $H_1$.* — scenis *L, $H_1$;* schenis *rell.; corr. Lips.* — **7** pote *M;* potest *C; Erlang. alt. Cic.; ubi v.* potest esse. — **8** qui are *L, $H_1$;* quare *$H_2$, G.* — motibus *sec. ed. Bas. G, idque verissime;* moribus *L, H; cdd. Cic.* — **9** ipso corpore ridetur *minus bene lege eurythmiae cdd. Cic.* — **10** Haeredii *Ald. ex Varr.* — re *suprascr. m. 2 in H.* — **11** div. dicebantur viritim *cdd. Varr.* — vitim *$L_1$.* — q: *L,* que *H.* — **12** sequerentur *Varro;* sequentur *cdd.* — herediolum appellarunt *ex Varrone add. docti, ap. quem legitur* heredium.

61. 62 M.

LEGVMINA Varro de re rustica lib. I dicta existimat quod non secentur, sed [quod] legantur: 'cetera quae velluntur *e terra, non subsecantur; quae quod ita leguntur*, legumina dicta'.

PORCAE agri, quam dicimus, significantiam Varro designat de re rustica lib. I: qua aratrum vomere lacunam, striam facit, sulcus vocatur. quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porricit. — Accius Parergorum lib. I:

venaé proscissae cóssim goerare órdine
porcás bidenti férro, rectas cérnere.

[porcae sunt signa sulcorum, quae ultra se iaci semina prohibeant; porcere enim prohibere saepius legimus.]

OCCATIONIS proprietas his indiciis aperitur. Varro de re rustica lib. I: et postea occare, id est conminuere, ne sit gleba: quod ita occidunt, occare dictum. — Serenus:

occátio occaecátiost.

POMORVM a Varrone proprietas explanata est de re rustica lib. I: aquam addi cotidie vesperi; || a quo, quod indigent potuis, poma dicta esse possunt.

FRACCESCERE, tamquam fricari et putrefieri vetustate. Varro de re rustica lib. I: haec, de qua fit oleum, congeri solet acervatim dies singulos in tabulata, ut ibi mediocriter fraccescat.

LIXARVM proprietas haec est, quod officium sustineant militibus aquae vehendae; lixam namque aquam veteres vocaverunt;

---

13 I, 23, 2 || 17 I, 29, 3 || 19 Accius Parergorum I || 25 I, 31, 1 || 26 Serenus (opusc. rural.) || 1 I, 31, 6 || 4 I, 55, 5.

---

**13. 14** quod non *Quicheratus;* non quod *v.* — sed quod; quod *vid. delend.* — *ap. Varr. fertur* hoc enim (cicer) quoque legumen, ut cetera, quae velluntur e terra, non subsecantur; quae quod ita leguntur legumina dicta — **16. 17** *cf. Fest. 238.* — qua *Varro,* quae *cdd.* — lacunam *del. Guietus.* — istriam *C, Lugd.* — fecit *libri Varr.* — **18** quod est; quod *pro* quoad. — **19** seges *Varro,* secus *C, Lugd* — porrigit *cdd. Non., item Varron. praeter alt. m. Parisini et mrg. exemplaris Politiani* (porrigant *et Festi cd. l. m.*). — *cet. aliter Varro de l. l. V, 39.* — **20** venae proscissae *M,* bene proscissas *cdd.* — cossim girare (goerare *M*) *Scal.;* cossigerare *cdd.* — **21** rectas, *sc.* lineas. — cernere (*i. e.* cernendo efficere) *M,* derevere *cdd.* — **22. 23** *illa* porcae — legimus *ab interpolatore addita. a porcendo autem etiam Fest. 218 porcae nomen repetit, alia quidem addita explicatione.* — porcaere enim *L.* — **24** *cf. 42* occationem. — **25** conminuere $L_1$, *ed. Bas.;* comm. $L_2$, *H, Lugd.* — glebat $L_1$. — **27** occecatio est *L, H.* — **1** *cf. 502* dativus pro ablativo. — vesperi *om. cdd. Varr.* — potuis *Quicheratus;* potui *Non. 502; h. l.* potui *L, G,* potus (s *in ras. m. 1 vel 2*) *H*; potu *Lugd.; Paris. 7665; 6; libri Varr.* — **3** Fraccessere $H_2$, *Lugd.* — friari *Lugd., prius L* (c *add. ut vid. m. 1*); *H in mrg. m. 2* aliter friari. — **5** fraccescant *Lugd.* — **6** *cf. 48* elixum. — **7** lixam; *ita et H; sed* lixa *in ras.*

unde elixum dicimus aqua coctum. lixa etiam cinis dicitur vel umor cineri mixtus; nam etiamnunc id genus lexivum vocatur. Varro de vita populi Romani lib. I: proinde ut elixum panem ex farre et aqua frigida fingebant.

CALONVM quoque proprietas haec habetur, quod ligna militibus subministrent: *κᾶλα* enim Graeci ligna dicunt. ut Homerus:

*ἐπὶ δὲ ξύλα πόλλ' ὑπέθεντο.*

CONFLVGES, loca in quae rivi diversi confluant Livius Andromeda:

cónfluges ubí conventu cámpum totum inúmigant.

CONSEDO, a consedendo, ut adsedo vel adsessor. Cassius Hemina Annalium lib. IIII: nemo vicinus consedo.

CONTICINIVM, noctis primum tempus, quo omnia quiescendi gratia conticescunt. auctores multi sunt mihi, sed auctoritate deficiunt.

---

10 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 13 Homerus (cf. comm.) ‖ 15 Livius Andromeda ‖ 18 Cassius Hemina Annal. IV.

---

8 lixa *M; lix cdd.* — 9 humor $H_2$; *G.* — lixivium *Paris. 7665; 6.* — 11 ferre $L_1$. — 12 *cf. Fest. 62.* — haec *m. 1 vel 2 add. in L.* — 13 subministrent *ed. Bas.;* subministret $L_1$, $H_2$; sumministret $L_2$, $H_1$; subministrant *Lugd.* — greci *L, H;* graece l. dicuntur *G,* $Ho_2$, *sed ut deinceps restituta sit scriptura prior, cum Me.* — 14 *etiam h. l. quae tradita erant antiquitus, desperata illa prorsus ac deposita, ad sanitatem tandem revocare ut liceret, antiquissimorum criticorum opera est effectum. nec enim dubitari potest, quin recte a nobis haec accommodata sint ad Il. VIII, 547, cum in C habeantur talia:* πιαεξυλαλυπεθεντο; *excepto quod in H m. altera del. α prius, item priore scriptum* ξυc. — *scilicet verissime coniectavit Me non ad probandum illud* κᾶλα, *quod apud Homerum ne invenitur quidem (nam hymnos in quibus semel ponitur non magis respexit Non. quam Hesiodum apud quem item legitur), allata verba illa, sed quo demonstraretur iam olim calonum usum fuisse in re bellica. — itaque exemplum adlatum, sicuti saepius, non pertinet ad glosam ipsam, sed ad eius explicationem. cf. pg. 7; 18; 50 l.* defloccare; nebulones; fures. — *notabilis autem lectionis varietas apud Non.; sicuti supra pg. 10 s. l.* bardum. *nam aperte apud Homer. post illud* ἐπὶ δὲ ξύλα πόλλ' ἐλέγοντο *(sic enim ibi fertur) hiat oratio, cum ignis incensi et epularum apparatarum et sumptarum a Troianis plane contra usum Homericum nulla usquequaque fiat mentio. — itaque quod leg. ap. Non.* ὑπέθεντο, *ab auctore petitum est, qui uteretur Homeri exemplari vel pleniore quam quale nunc est (et addidere docti h. l. pro supplemento versus quosdam parum aptos quidem ex Platonis Alcibiade) vel in quo illud substitutum esset loco eius quod est* ἐλέγοντο *rudi quodam conatu emendandi.* — 15 Confluges *C, Lugd.; cf.* confrages *ap. Isid. XIV, 8, 27.* — 17 confluges *H;* confluge *L, H ex corr.;* conflugae *G.* — conventu *Iun.;* conventum *C.* — 18 considendo $H_1$. — adsedo $L_1$, *ed. Bas.;* assedo $L_2$; assaedo *H.* — adsessor $L_1$, *ed. Bas.;* ass. $L_2$, *H.* — 20 *cf. Varr. VI, 7; VII, 79; Macrob. I, 3, 12.* — Concinium $L_1$. — 21 conciscunt $L_1$; conticiscunt *gl.* — miri *cdd.; corr. Iun.*

DELIBRATVM, decorticatum; ut deartuatum, per artus discissum. Vergilius Georgicorum lib. II:

udoque docent inolescere libro.

EXTEREBRARE est vi aliquid extorquere aut curiosius quaerere et scrutari. Plautus in || Astraba, cum in curiosum iocaretur:

térebra tu quidém pertundis.

GRVMAE sunt loca media, in quae directae quattuor congregantur et conveniunt viae. est autem gruma mensura quaedam, qua fixa viae ad lineam deriguntur, ut est agrimensorum et talium. — Ennius lib. XVIII [gruma derigere dixit]:

degrumare forum.

Lucilius lib. III:

viamque
degrumabis, uti castris mensor facit olim.

LVCVLENTVM, pulchrum et bonum et perspicuum: dictum a luce. Licinius Macer Annalium lib. I: auspicia pulchra et luculenta conmemorat. — Plautus Cornicula:

púlchrum et luculéntum hoc nobis hódie evenit proélium.

LOGI, a graeco, sermones, dicta vel ridicula et contemnenda. Cicero pro Gallio: ego te certe scio omnes logos, qui ludis dicti sunt, animadvertisse. Turpilius Canephoro:

'testamentum érgo celabís?' — 'logi.'

FVLGVRATORES. ut *extorum* extispices et aruspices, ita

---

24 II, 77 || 1 Plautus Astraba || 6 Ennius Ann. XVIII || 8 Luc. l. III || 12 Licinius Macer Ann. I || 13 Plautus Cornicula || 16 Cicero pro Gallio || 17 Turpilius Canephoro.

---

23 artum *L*, $H_1$, *Lugd.* — discessum $L_1$. — 24 *Verg.; cf. 451* librum. — 25 docendi nolescere $L_1$, *ut 451.* — 26. 1 *ita M;* et scrutari aut curiosius quaerere (curiosus *C pr.* $H_1$. — querere *L*) *C.* — 1. 2 locaretur — terebratum *C; correx. Turneb.* — partundis $H_1$. — 3 *cf. Paul. pg. 96 s. l.* groma. — Brumae *G*, Grume $L_1$. — 4 grumma $H_2$. — 5 fixae *L*, $H_1$ (*in mrg. H:* qua posita). — deriguntur *Par. 7665; 6;* dir. *C.* — et talium *om. Lugd.* — 6. 7 *ita Vahlenus* (dixit *secl. M*)*;* gr. der. (dir. $H_1$, *G*) d. degrumari ferrum *C.* — 8 Licilius *L.* — 9 viamquae *C.* — 10 degrumabis *Me;* degrumavis *C.* — ut *id.;* uti *M;* ut in *Merula.* — 11 Luculentum *non lemma m. 1 in L.* — prespic. $L_1$. — 12 Lucinius $L_1$. — annali *C.* — auspitia $H_1$. — comm. *H.* — 13 Corn.; *ita et 147 s. l.* oculitus; *Diomed. 378; at N. 134 bis* Cornicularia; *220* Cornice; *cf. Ritschel. Parerga Plaut. 154 sq.* — 15 Logi *m. 1 non l. in L.* — greco *L*, *H.* — sermone *cdd.; corr. ed. a. 1476.* — dicta (*i. e.* dicteria) vel *Me;* vel dicta *L*, *G*, *Lugd.;* dicta, *supra add.* vel, *sed rursus del., H.* — 16 pro Gallio *Ald.;* pro Callio *C.* — certe (*prius* certę) *eraso* o *supra* e *altero H;* certo *L*, *G.* — 17 Caneforo (Canoforo $H_1$) *C.* — 18 caelabis *G.* — *diverbio haec contineantur necne non sat constat.* — 19 Fulguratoris (Fulgurtoris $L_1$; Fulgorat. $L_2$, *Lugd.*) *cdd. pr.* $H_1$. — extorum *add. M.* —

hi fulgurum inspectores. Cato de moribus Claudi Neronis: haruspicem, fulguratorem siquis adducat.

MOLETRINA, a molendo, quod pistrinum dicimus; ut ferratrina aut fetutina. Cato in Thermum: nervo, carcere, moletrina.

PANIS proprietatem a pascendo putant veteres aestimandam. Varro de vita populi Romani lib. I: pastillos et panes; haec vocabula *a* pastu, quod esse pascere dicebant.

MVSTVLENTVM, ut vinulentum et feculentum. Plautus Cistellaria:

nam ita mústulentus || aéstus nares ádtigit;

ut sit odor musti aut musto oblitus ac madens.

CONVICIVM dictum est quasi e vicis iactum, *in* quis secundum ignobilitatem loci maledictis et dictis turpibus cavilletur.

*PROLVBIVM* * * *

prolubiumst pétere amicitiam ét fidem.

Accius Andromeda:

mulíebre ingenium, prólubium, *hora,* occássio.

Naevius Colace:

ét volo et vereór et facere in prólubiost.

---

20 Cato de moribus Claudi Neronis || 23 Cato in Thermum || 25 Varro de vita pop. Rom. I || 27 Plautus Cistellaria || 6 tragicus incertus || 7 Accius Andromeda || 9 Naevius Colace.

---

extispicis et aruspicis *cdd. pr.* $H_1$. — **20** fulgorum $L_2$. — inspectoris $H_1$; *f.* spectores; *cf. 16* extispices. — haruspicem *C.* — **22** pistirnum $L_1$. — feratrina *cdd.; corr. Me.* — **23** aut; ut $H_2$, *G.* — foetutina *Paris. 7665; 6;* faetutina *Lugd.* — Coto $H_1$. — **24** a *add.* $L_2$. — aestimandum *cdd.* — **25** pastillas $H_1$. — hae *L,* $H_1$. — **26** vocabula a pastu (*vel* a pastu sunt) *M ann. philol. a. 1867 pg. 490;* vocabula pastus *C* (passus *Hs*); *Lugd.; Paris. 7665; 6.* — esse (*i. e.* edere) *M ib.;* esset *v.* — **27** Mustolentum ut *Paris. 7665; 6;* Mustulentum et *C.* — vinolentum *Parisini.* — et $L_1$, *Lugd.;* ut $L_2$, *H, G; de Par. non constat.* — faculentum *Lugd.* — *cet. cf. quae ad inseq. l. finem sunt notata.* — Cist. *cdd. et hic et 415 s. l.* ventus; Clitellaria *Scal.* — **1** nam *om. cdd. 415.* — itta $L_1$. — estus *H,* $L_2$ ($L_1$ estur). — attigit *C pr.* $L_1$. — ita mustilentus ventus naris obtigit *cdd. pg. 415.* — **3** *cf. Fest. 41.* — Convitium *L, Lugd.* — vitiis *C* (vicis $H_2$*; in mrg. G*), *Lugd.* — iactum *M;* locum *C, Lugd.;* iocum *Me; sed* iocum *alibi non videtur inveniri.* — in quis *M* (*seq.* s); qui *cdd.;* quia *Lips. ant. lect. I, 2.* — **4** cavilletur *passive;* cavillentur *Lips.; post* cav. *add.* $L_1$*:* mustolentum et vinulentum ut faculentum. *haec del. m. 2.* — **5** *cf. Varro de l. lat. VI, 47.* — Prolubium *add. Lips. ant. lect. IV, 17; qui et exemplum tragici haud dubie poetae agnovit.* — *cet. in mrg. H:* patentem amicitiam; potius: immunditias. profluvium *(ita et G in mrg.)* a fluendo, proluvies a lubidine. lucus Veneris libentina. — **6** Proluvium est *cdd.; item ubique per* v *in seqq.* — patere *id.; corr. Lips.* — **8** hora, occassio *M;* hoccassio *prius H;* occasio *id. ex corr.;* occasio *L, G.* — **9** Nevius *C.* — **10** proluvium *habere primam correptam hoc pariter et seq. exemplo docet r. m.*

64 M.

Laberius Conpitalibus:

quó quidem
me á matronalí pudore prólubium meretrícium
prógredi coégit!

Varro de lingua latina lib. V: prolubium et [pro] lubidinem dici ab eo quod lubeat: unde etiam lucus Veneris Lubentinae dicatur.

PEDATV positum pro repetitu vel accessu, quasi per pedem, sicuti nunc vulgo dicitur. [tertio pedato] Cato Originum lib. I: igitur tertio pedatu bellum nobis facere. — idem in Dissuasione de feneratione: tertio autem pedatu item ex faenore discordia excrescebat.

PRAECLAVIVM, pars vestis quae ante clavum texitur. Afranius Omine:

tértium diém praeclavium únum *te* detéxere!

idem Fratriis:

mea nútrix, surge, sí vis; profer púrpuram.
praeclávium contéxtumst.

PROPAGES est series et adfixio continuo vel iuge ducta. pages enim conpactio; unde conpages et propagare genus, iuge [longe] emittere. Pacuvius Antiopa:

---

11 Laberius Conpitalibus ‖ 15 Varro de lingua latina V ‖ 19 Cato Orig. I ‖ 20 Cato in Dissuasione de feneratione ‖ 23 Afranius Omine ‖ 26 Afranius Fratriis ‖ 31 Pacuvius Antiopa.

---

**11** Laverius *C.* — Conpital. $L_1$, *ed. Bas.;* Comp. $L_2$, *H.* — **13** pudure *G.* — ad prol. *Guietus; quod si cui placuerit, scribendum erit supra* quom quidem. — meretricium *Ribbeckius,* meretricis *cdd.* — **15** IIII *H, G;* V *L* (*videtur fuisse in archet.* IV). — *seq. male quidam rettulere ad Varr. VI, 47.* — proluviem *C; corr. Guietus.* — lubidinem *Quicheratus;* proluvidinem (proluvidine $L_1$, proluvidinum $H_1$) *C; f.* porro lubidinem. — **16** habeo *prius H.* — libeat $L_1$. — Lubentina (Lib. $L_1$) *C.* — **18** *cf. Charis. 191.* — Pedatu *Leopardus VI, 16; cf. et Turneb. XXVIII, 1;* Pedato *ubique cdd. et f. ipse N.* — accensu *L.* — **19. 20** tertio pedato *seclus. M* (tertio pedato Cato *male Acidal.*). — fecere *Acidalius.* — dissuatione $H_1$; dissuassione *L.* — **21** veneratione $H_1$. — fenore *ed. Bas.* — **23** texitu $H_1$. — **24** Omine *mrg. Iun. pg. 421 s. l.* cupido; *Bothius;* Homine *hic ut plerumque cdd.* — **25** te detexere! *M,* texere *cdd.* — **26** item *H.* — Fratriis *v.;* Fratris (Fratri $H_1$) *cdd.* — **28** contextumst *Ribbeckius* (*fuerat* contextust); contextus *C pr.* $H_1$; *qui* contextum. — **29** adfixio $L_1$, $H_1$, *ed. Bas.;* aff. $L_2$, $H_2$ (*in hoc teste Sieversio supra* i *additum* l, *quod deinde eras.; hinc P* afflictio); adfixi *Paris. 7665; 6; f.* adnexio. — continuo *M;* continua *v.* — iuge *Quicheratus;* longe *cdd.* — **30** compactio $L_2$; conpectio $H_2$. — compages $L_2$. — et propagare genus, iuge emittere *M (nisi illud* iuge emittere *putaris secludendum);* et pr. g., iuge (iugae $L_1$) longe mittere *cdd.* — (*post* genus *vel* propagare *add. edd. inde ab Aldo:* id est; *om. C, Lugd., Paris. uterque).*

salvéte, gemini, méa propages sánguinis.

Ennius:

nobis unde forent fructus vitaeque propagen?

PRAEGRADAT, antevenit, dictum a gradu. || Pacuvius Atalanta:

éxtremum intra cámterem ipsum Párthenopaeum praégradat.

PROMICARE, extendere et porro iacere, *a micando;* unde e m i c a r e. Naevius Agrypnuntibus:

'siquidém loqui vis, nóli perdocére *me*
*tam* múlta!' — 'longe prómicanda orátiost'.

PRAEVIVS dictus est antecedens. Cicero Alcyonibus:

hunc genuit claris delapsus ab astris
praevius Aurorae, solis noctisque satelles.

DIGLADIARI [dictum] est dissentire et dissidere: dictum a gladiis. Cicero Academicorum lib. I: quid autem stomachatur Mnesarchus? quid Antipater digladiatur cum Carneade tot voluminibus? — idem tertio: digladiari autem semper, depugnare in facinorosis et audacibus quis non cum miserrimum, tum etiam stultissimum dixerit?

AEQVOR, ab aequo et plano Cicero Academicorum lib. II vocabulum accepisse confirmat: 'quid tam planum videtur quam mare? e quo etiam a e q u o r illud poetae vocant'.

MAENIANA ab inventore eorum Maenio dicta sunt; unde et co-

---

33 Ennius || 1 Pacuvius Atalanta || 4 Naevius Agrypnuntibus I || 7 Cicero Alcyonibus || 11 Cic. Academ. I || 13 Academ. III || 16 Academ. II.

---

32 *cf. 221 l.* propago. — salvaete $L_1$. — mei *Madv. Adversar. II, 659.* — 33 *cf. 221 l. m.* — 34 nobis *Iun.;* novis *cdd. h. l.;* bonis *221.* — florent *L, Hqo.* — vitaequae *L.* — propaginem *cdd. hic,* propagmen *vel* propagimen *221; corr. Columna* (propagmen *male Iun.*). — 1 Praegradat *M;* Praegreditur *cdd.;* Praegradat, praegreditur *Iun.* — Tantalo *cdd.; corr. Iun.* — *cet. cf. quae pg. 84 ad l.* cette *sunt notata.* — 2 camterem, *i. e.* campterem. — Parth. praegr. *Quicheratus;* praegr. Parthenoreum *(corr. Scal.) cdd.* — 3 *nullum l. in L.* — est *(m. 2 del., sed restit.)* extendere *H.* — a m. *add. M.* — aemicare *L.* — Nevius *H.* — τϱυπνουντιβουϲ *C; corr. Iun.* — 5. 6 noli *M;* non *cdd.* — me tam *add. M.* — *diverb. instit. M.* — promicando *L, H.* — oratiosi *L;* oratio est *G.* — 7 tantecedens $L_1$. — Alcyonibus *Quicheratus;* Alcion *L, H;* Alcyon *G (titulum libri inesse in hoc iam Olivetus intellexerat); cf. Iul. Capitol. Gordian. 3.* — 8 hunc *i. e.* Ceycem; ut $H_1$. — claris *Ald.;* cladis *L,* $H_1$*;* claudis $H_2$, *G.* — 9 Aurore *L, H.* — 10 Dicladiari $L_1$*;* Digradiari $H_1$. — dictum *secl. M.* — disesidere *prius H.* — 11 Mnesarchus *Iun.;* mnsarcus *C; in L post* N *(sic) supra erasa littera;* minisarcus $H_1$. — 12 digladiatur *v.;* digladietur *C.* — 18 e quo; ego $L_1$. — paetae, *ut vid.,* $L_1$. — 19 *cf. comm. Lucil. 283.* — Meniana *C, Lugd.* — Moenio *G;* Moenia *L,* $H_1$*;* Monia $H_2$*;* Menia *Lugd.* — unde et c. M. *om. Lugd.*

65. 66 M.

lumna Maenia. Cicero Academicorum lib. IIII: interim ille, cum aestuaret, veterum, ut Maenianorum, sic Academicorum umbram secutus est.

NATRICES dicuntur angues natantes. Cicero Academicorum lib. IIII: (sic enim vultis) tantam vim natricum viperarumque fecerit? — Lucilius Satyrarum lib. II:

si natibus natricem inpressit crassam et capitatam.

EXVLTARE dictum est exilire. Cicero Academicorum lib. III: et ut nos nunc sedemus ad Lucrinum || pisciculosque exultantes videmus. — Vergilius Aeneidos lib. III:

exultantque vada atque aestu miscentur harenae.

EXCORDES, *VAECORDES* CONCORDESque a corde significantiam ducunt. Cicero Tusculanarum lib. I: aut unde, magna dissensio est. aliis cor ipsum animus videtur: e quo excordes, væcordes concordesque dicuntur.

MANVM dicitur clarum: unde etiam mane post tenebras noctis diei pars prima; inde Matuta, quae graece Leucothea. nam inde volunt etiam deos Manes manes appellari, id est bonos ac prosperos, quod melior mors sapientibus quam vita probetur. Cicero Tusculanarum lib. I: 'quid? Ino, Cadmi filia, nonne *Λευκοθέα* nominata a Graecis Matuta habetur a nostris?' — inde inmanes, non boni, ut saepe.

---

20 Cic. Acad. IV (II, 22, 70) || 23 Cic. Acad. IV (II, 38, 120) || 25 Lucil. l. II || 27 Cic. Acad. III || 2 III, 557 || 5 I, 9, 18 || 11 I, 12, 28.

---

**20** item ille *Cic.* — **21** Menianorum $L_1$, *H.* — Acdademicorum $H_1$. — umbram *Cic.*; viam *cdd.* — **24** *praemissa ap. Cic.*: cur deus, omnia nostra causa cum faceret. — **25** Saturarum $L_1$; Satirarum *H.* — **26** inpr. $L_1$, *ed. Bas.*; impr. (impraessit *H*) $L_2$, *H.* — **1** pisciculosquae (o *ex* a *fact.*) *H*; *id mutatum in* pisculosque *quod habent L, G* (*L* pisculosquae). — **2** videmus *Iun.*; videamus *C.* — **3** exultantquae *L.* — extumescentur $L_1$, *id. 2* estu miscentur. — arene $H_1$. — **4** vaecordes concordesque a corde *M*; concordesvae ex corde $L_1$, $H_1$; concordesve ex corde $L_2$, $H_2$, *G*; *Lugd.*; excordes concordesve a corde *Ho in mrg.* — **5. 6** dicunt *Lugd.* — Tusculanorum $L_1$, *Lugd.* — *ap. Cic. praecedunt haec:* quid sit porro ipse animus aut ubi. — dissentio *Ho*; dissensiones tatilis cor $L_1$, *Lugd.* — e quo *M*; *cf. l.* aequor; aequo $L_1$, *Lugd.*; ex quo *rell.* — exordes *prius L.* — vaecordes *L, G*; vecordes *m. 1 in mrg. suppletum H.* — **7** concordes $L_1$; *Lugd.*; concordesquae *prius H.* — **8** eti *prius H.* — noctes $L_1$. — **9** grece *H.* — Leuchotea $L_1$; Leuchothea *H.* — **10. 11** Manes *del.* $L_2$. — manes del. *H m. 1 vel 2; om. Lugd.*; *f. recte; cf. 55 l.* infans: nam et infantes usque eo appellandi sunt. — quod melior mors *add.* $L_2$. — sapientibus *ed. a. 1476*; sapientioribus *cdd.* — vitam $H_1$. — Tusculanorum $L_1$. — **12** qui $L_1$. — Leucotea $L_1$; Leucothea *id. 2, sed del. et suprascr. Λευκοθεα.* — **13** Grecis *L, H.* — Mutata $L_1$. — habeatur *H.* — inm. $L_1$, *ed. Bas.*; imm. $L_2$, *H.* — **14** bono $H_1$. — saepae *H.*

FODICARE est fodere, a fodiendo dictum. Cicero Tusculanarum lib. III: non est enim in nostra potestate fodicantibus eis rebus quas malas opinamur dissimulatio vel oblivio.

POLITIONES, agrorum cultus diligentes: ut polita omnia dicimus exculta et ad nitorem deducta. Ennius Satyrarum lib. III:

testes sunt . . . .
lati campi, quos gerit Africa terra politos.

idem Annalium lib. VIIII:

rastros dentefabres† capsit causa poliendi
agri.

Varro: quid vero? ex agri politionibus deiciuntur; hic in cenaculo polito recipiuntur.

PRAEFICAE dicebantur aput veteres quae athiberi solerent funeri, mercede conductae, ut et flerent et fortia facta laudarent. Plautus [in] Frivolaria: ||

superáboque omnis árgutando praéficas.

idem Truculento:

praéfica,
quae álios conlaudáre, eapse *sése* vero nón potest.

Lucilius lib. XXVII:

*út* mercede quaé conductae flént alieno in fúnere
praéficae multo ét capillos scíndunt et clamánt magis.

Varro de vita populi Romani lib. IIII: dein neniam cantari

---

16 III, 16, 35 || 19 Ennius Sat. III || 22 Ennius Annal. IX || 25 Varro (in saturis, ut vid.) || 29 Plautus Frivolaria || 2 II, 6, 14 || 5 Luc. l. XXVII || 8 Varro de vita pop. Rom. IV.

---

**15** est *v.;* et *cdd.* — est fodere *delendum videtur Quicherato.* — Tusculanorum $L_1$; Tuscularum *H.* — **16** enim *om. ed. a. 1476.* — nostra *om. G; ed. a. 1476.* — **19** Satirararum $L_1$, $H_1$. — **20. 21** *cf. Cic. de or. III, 42, 167.* — testes sunt campi magni *om. rell. Cic.* (testes *dest Abrincensi*). — testes sunt campi magni virtuti' meai *M in ed. Ennii; sed f. scrib.:* testes sunt campi magni . . . . . . . . . quos gerit A. t. p. — **22** Annali *cdd.* (i *f. m. 2 add. in L*). — **23** ratros *L;* rastoros $H_1$. — dentefabres *corruptum;* dentiferos *Hugius.* — **25** vero *M;* mirum *v.* — pol. deiciuntur *M;* depol. eic. *C.* — **27** apud *C pr.* $L_1$. — hathiberi $L_1$; adhiberi *rcll.* — solerent *Quicheratus,* solent *cdd.* — **1** omnes *ed. Bas.* — praeficas *mut. in* pref. *H.* — **2. 3** idem Truculento praeficas *m. 2 add. H;* Trululento $L_1$. — *cet. cf. Varr. de l. l. VII, 70.* — pro praefica *Plaut., Varro* (profecta *libri Plauti*); praeficas *cdd.;* praeficast *f. Non., nisi illud irrepsit ex superioribus.* — **4** que *G, item H post ras.* (*fuerat* quae). — conlaudat, eapse sese *Bothius;* conlaudare (coll. *ed. Bas.*) a se *C;* conlaudate apsa se (*vel* abse se) *cdd. Pl.* — **5** XXVII *M,* XXII *cdd.* — **6** ut *add. M coll. Hor. ep. II, 3, 431 sqq.* — **8. 9** *III* $H_1$; *cet. cf. 145* nenia. — neniam *L, H;* naen. *ed. Bas.* — cantari solitam at *cdd. 145;* cantoris (cantaoris *L*) solatam (solitam $H_1$) at *(de* at *ex H nihil notat.,*

67 M.

solitam at tibias et fides eorum quei ludis troicis cursitassent. haec mulier vocitata olim praefica usque ad poenicum bellum.

PARENTACTOI, qui de pueritia veniunt ad pubertatem; a graeco vocabulum sumptum. Lucilius lib. VIIII:

'unde parentactoe?' — 'chlamydast ac barbula prima.'

idem XXVIII:

ephébum quendam, quém parentactón vocant.

Varro de compositione Saturarum: parentactoe adsunt mulierque [mulier] venusta.

PROLETARII dicti sunt plebei, qui nihil rei publicae exhibeant, sed tantum prolem sufficiant. Cato de tribunis militum: expedito pauperem, plebeium atque proletarium. — Cassius Emina Annalium lib. II: tunc Marcius pro consule primus proletarios armavit, — Varro de vita populi Romani lib. I: quibus erat pecuniae satis,

---

12 Luc. l. IX ‖ 14 Luc. l. XXVIII ‖ 16 Varro de compos. saturarum ‖ 19 Cato de tribunis militum ‖ 20 Cassius Emina Annal. II ‖ 22 Varro de vita pop. Rom I.

---

*sed habet P) h. l.* — eorum qui ludis Troicis *Scal.;* eorumque (eorumquae $H_1$) ludis tricas *C.* — cursicassent (cursiccassent *prius H*) *C;* cursitassent *ed. a. 1476;* — bae $H_1$. — **10** profica *prius H.* — **11** Parentactoe *Bentl. m. Rhen. XXXIII, 465; Onionsius pg. 94 coll. Suid. l.* *παρεμβολή (826 ed. Bekker): παρένταξις ἡ τῶν ἀνομοίων* (*παρένθεσις*) *οἷον ὁπλιτῶν πρὸς ψιλοὺς ἢ ψιλῶν πρὸς ὁπλίτας*; Parectatohi *L, G, Bamb.;* Parectatum hi $H_1$, *id. 2* Parectaton (*in mrg.* parectato) hi; Parettatoi *Turic.;* parectato quasi aetate iactato *mrg. G.* — *cet. cf. 449 s. l.* interfici: Cic. Oiconomico. — **12** suptum *L;* sumtum *prius H.* — **13** inde $H_2$, *G.* — parentactoi? chlamydast *M;* parectato ecalami (*tum ras. trium litt., f.* des *vel* his) *L;* parectato et calumi $H_1$*;* p. e calumides *id. m. 2;* parectato ecalamides *G.* — **14** XXVIII *M,* vicesimo tuum *cdd.* — **15** efoebum *id.* — *supra* quendam amo *scr. m. 2 in G.* — parentacton vocant *Onions.;* vocant parectaton *H, G;* vocant praeutacton (eu *f. in ras. m. 2*) $L_1$, *id. 2* pareùtaton, *deinde hoc punctis deleto infra in mrg.* parectaton. — **16. 17** Satyrarum $L_2$*;* Satirarum *H.* — parentactoe *Onions.;* praeutactae *L;* pareutacte (parentacte *Ho*) $H_1$*;* parectate *id. m. 2; G.* — assunt $L_2$, *H.* — mulierque venusta *M;* mulierque mulier venus caput (capud $H_1$) *C* (put *ortum ex seq. l. initio*; *fuerat olim* venus cap̄). — **18** *cf. 155* proletarii. — Proletarii $L_2$, $Ho_1$*;* Proletari $L_1$, $H_2$, *G; Bamb.;* Proletani $Hs_1$. — regi *prius H.* — publice *H.* — exibeant *L.* — **19** prolem *ex* ilicem *corr. m. 1 vel 2 in L; quod irrepsit ex sequente* militum. — expedito; ex atque proletarium pedito $H_1$. — **20** atque prol. *om. L; in mrg. add.* $H_2$. — **20** Annali *cdd.* — **21** thunc $L_1$. — Marcus *C; corr. Lips.; cf. Enn. Ann. 183 sqq.; Oros. IV, 1 pg. 206 ed. Zangem.* — pro consule *Petrus;* praetor *Lipsius;* praeco *cdd.* — primus *Freinshemius ad Flor. III, 1, 13; qui praeterea male* tum C. Marius consul; *cf. Petri Histor. Rom. Rel. pg. 103;* primum *C.* — prolaterios $L_1$*;* prolaetarios *H.* — **22** erat *M,* erant *codd.* — pecunie *H.*

locupletis, adsiduos; contrarios proletarios. adsiduo neminem vindicem voluerunt *nisi adsiduum id est* locupletem.

PROSAPIES, generis longitudo: dicta a prosupando aut proserendo. Cato Originum lib. I: 'veteris prosapie.' — et multa talia aput multos.

OPTIONES in chortibus qui sunt honesti gradus, ut optatos, quod est electos, et adoptatos, ‖ quod adscitos, Varro de vita populi Romani lib. III existimat appellatos: 'referentibus centurionibus et decurionibus adoptati in cohortes *et in turmas* subibant, ut semper plenae essent legiones. a quo optiones in turmis decurionum et in cohortibus centurionum appellati.'

---

26 Cato Orig. I ‖ 1 Varro de vita pop. Rom. III.

---

**23** assid. *C pr.* $L_1$. — prolaetarios *H.* — assid. *C pr.* $L_1$. — **24** nisi adsiduum id est locupletem *Turneb. XXIX, 15.* — locupleti (locupepleti *prius H*) *cdd.* — *cf. Gell. XVI, 10, 5.* — **25** Prosapie $L_1$, Prosapiaes, *tum* Prosapiae *H*, Prosapia *Bamb.* — **26** veteris prosapie *M* (veteris prosapiae *Iordanus*); veteres prosapia (*seq.* e) *libri; cf. Sall. Iug. 85, 10* hominem veteris prosapie, *ubi item fertur* prosapiae. — talia *M*, alia *v.* — **27** apud *C pr.* $L_1$. — **28** chortibus $L_1$; quohortibus $H_1$; cohortibus $L_2$, $H_2$, *G.* — sunt *v.*; sint *C, Bamb.* — onesti $H_1$. — et *pro* ut $H_1$. — **1** quod est *in ras.* $H_1$. — quod *v.*; quodquod $L_1$; quodquot $H_1$; quotquot $L_2$, $H_2$, *G*; *Turicens.*; quotquod *Bamb.* — adscitos $L_1$, *Bamb.*; ascitos *C pr.* $L_1$. — **2. 3** referentibus *quidam ap. Bentinum*; referentur *C.* — et decurionibus *solus H; in quo haec m. 2 del.* — quoortes, *tum* quohortes *id.* — et in turmas *add. M.* — subibam $H_1$; subiant *G.* — **4** esset $L_1$. — obtiones *H.* — in turmis dunturmis *L.* — **5** quoortibus $H_1$, quohortibus *id. 2.*

# II.

# INCIPIT
# DE HONESTE SET NOVE DICTIS
## PER LITTERAS.

## INCIPIT PER A LITTERAM.

APVD, iuxta. Sisenna Historiarum lib. IIII: dum pristinum vitium apud ignem per sudorem corpore exhauserunt. — M. Tullius de officiis * * * *idem de re publica lib. III:* cuius focum mirari solitus Cato; apud quem ille sedens Samnitum, quondam hostium, iam clientium suorum, munera repudiaverat. — et de oratore lib. II: cum etiam tum in lecto Crassus esset et apud eum Sulpicius sederet.

APISCI, invenire. Sisenna Historiarum lib. IIII: itaque postero die legatos Iguium redeuntis apiscitur.

---

11 Sisenna Hist. IV || 13 M. Tull. de officiis (III, 30, 109; de re publica) III, 28, 40 || 16 II, 3, 12 || 18 Sisenna Hist. IV.

---

II. *Hinc omitti iam dittographias eas, quae ad orthographiae minutissima quaeque spectarent, item alias, quibus cognitis neque utilitas ulla neque iucunditas praeberetur legentibus, Quaest. Non. cap. VI est adnotatum. — de inscriptione cf. et Indicem.* — **7. 8. 9. 10** Explicit de proprietate verborum. Incipit de inhonestis et nove veterum dictis per litteras, id est (i. e. *del. m. 2*) per A litteram incipit (eram incipit *m. 2 add.*, *supra* tt *erasa virgula*) *H.* — Incipit — per litteras (et *minusculis litteris postea interpositum*) id est populi romani A litteram *L.* — Incipit de honestis et nove veterum dictis per litteras. Per A litteram incipit *G.* — *in Bamb. inscriptiones capitum praeter minutias eaedem ubique quae in L, H.* — **8** honeste *i. e.* decore dicta; *ut pg. 148* opuliscere — dictum decore; *ita saepe ultimorum temporum grammatici.* — set nove; *declarat N, quae hoc cap. notentur non ex proprietate verborum, sed auctorum ex arbitriis fluxisse. quamquam qua est idem levitate subinde etiam origines respiciuntur.* — *notandum autem quod in hac parte multa lemmata inveniuntur, quae careant enarratione.* — **11** Apud (Aput *gl.*), iuxta; *cf. 522* aput. — Sisennam $L_1$. — historiarum *ed. a. 1476;* historiographus *cdd.* — **12** vitium *Iun.*, vinum *cdd.* — corpora *Vrsinus.* — exauserunt *G, Bamb.* — *locus num iam satis sit apertus et expeditus amplius quaerendum.* — M. *add.* $L_2$. — **13** *videntur excidisse ut puta haec:* lib. III: cum male pugnatum apud Caudium esset. — idem de re publica lib. III; *nam turbatum olim in archetypo ea re comparet, quod etiam* cuius *om. L. verba ex l. III de rep. etiam adlata pg. 522, et quidem ex uberiore fonte et puriore; totus ibi l. conferendus.* — **14** solitos $H_1$. — Capto *C pr.* $H_2$. — Sannitum $H_1$; Samnitium *cdd. 522.* — **15** tum iam *cdd. 522.* — suore *L.* — **16** in lecto *ed. a. 1476;* intellecto *C; idem vitium in verbis Varr. de v. p. R. pg. 540 s. l.* toga. — **18. 19** *cf. pg. 74 l.* apisci. — Aspici *L, Bamb.* —

*ABSTEMIVS* * * * abstemius est, immo scit quo rete leporem teneat lupum non teneri. — Apuleius in libro Ludicrorum:

sei fuisti quóndam Athenis párcus atque abstémius.

Lucilius Satyrarum lib. VI:

ϑαῦμα μέγ', inquid balba, sororem
lanificam dici, siccam atque abstemiam ubi audit.

Varro de vita populi Romani lib. I: quantopere abstemias mulieres voluerint esse, vel ex uno exemplo || pote videri.

ADIPATVM veteres honeste pro pingui et suculento et opimo posuerunt. Cicero in Oratore: adsciverunt *aptum* suis auribus opimum quoddam et tamquam adipatae dictionis genus.

ADAMARE. Cicero Academicorum lib. II: qui enim serius honores adamaverunt, vix admittuntur ad eos, nec satis commendati multitudini possunt esse.

ADSTIPVLARI positum est adsentiri. Cicero in Academicorum libro IIII: falsum esse stoici dicunt et eorum adstipulator Antiochus.

---

20 auct. inc., f. Varro in saturis || 21 Apuleius libro Ludicrorum || 23 Lucil. l. VI || 26 Varro de vita pop. Rom. I || 3 8, 25 || 5 Cicero Academ. II || 8 Academ. IV (II, 21, 67).

---

istoriarum *ed. a. 1476,* historiographus *C.* — die legatos *Iun.;* Iguvium *Turnebus* (Signiam *Iun.*); deligato siguvium (siguium $H_1$) *C; cf. 162* proicere. — redeuntur *Flor.;* redeuntes, *prius* redeundes, *Hs.* — aspicitur *L, item* $G_1$, *Flor.*$_1$. — **20** *ita Rothius;* Abstemius est *C cum Bamb.* — abstemius, de vino abstinens *mrg. H;* Abstenens, subrius *gl.* — *illa* abstemius — teneri *f. Varronis Menippei.* — inmo *H.* — **21** tenebat *G.* — Aplileius *prius L;* Apelius *Bamb.* — *illa* in l. Lud. *posita in cdd. post* paucius atque abstemius. — *quod in L inveniuntur puncta bina supra* us *in* Apul. *et* in, *commaculata haec pagina punctis quattuor, quae pg. 69 s. l.* adamare *posita sunt supra* am *in* adammittuntur. — luderorum $H_1$; ludricorum *G;* ludiccorum *prius L.* — **22** sei *M;* in se *C (cf. comm. ad v. praeced.), Bamb.;* in sise *Turicens.* — parcus *ed. a. 1476;* paucius *cdd.* — **24** ϑαῦμα μέγ' *M;* thaûma mén *Lachmann. Opusc. pg. 73;* thaunumeno *L,* thaunomeno *H, G.* — inquit $H_2$, *G.* — balba *Dousa pater;* valva *cdd.* — **26** quantoper *L, prius H;* quantopere *H ex corr., G.* — **1** potest $L_2$, *H, G.* — *post* videri *litt. eras. in H; quae fuit f.* t. — **2** seculento *L.* — **3** puerunt $L_1$. — de oratore *cdd.;* in Orat. *Me.* — assciverunt $L_2$. — aptum suis auribus *Cic.;* suis artibus *cdd.* — **5** adamare, obligare, inherere *(om. G),* ab hamo tractum *mrg. H, G;* Adamare, oblegari, inherere, ab amo trahere *gl.* — Academico *L, Bamb.;* Academicho $H_1$. — **6** adamaverunt; *multi acceperunt pro* adhamaverunt, *etiam Scal. Catal. pg. 286; qui comparat Petronii illud 5:* artis severae siquis hamat (amat *cdd.*) effectus; *ubi male Buechelerus:* ambit. — adammttuntur, i *supra add. L.* — **8** Asstipulari $L_2$, $H_2$; Astip. $H_1$. — adsentiri $L_1$, *Bamb.; ed. Bas.;* assentiri $L_2$, $H_2$; assentire $H_1$; Adstipolari, adsentire *gl.* — Academicis *C;* Academici *Bamb.* — **9** astipulator *H;* asstipulator $L_2$. — Anthiochus $H_1$.

69. 70 M.

ADDICTVM est quasi devotum vel obnoxium. Cicero Tusculanarum lib. II: qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati sunt.

AQVILEX. Varro Quinquatribus: an hoc praestat Herophilus Diogeni, quod ille e ventre aquam mittit? [ad] hoc te iactas? ad hoc pacto utilior te Tuscus aquilex.

AEQVIMENTVM positum est non aequamentum, quasi parem vicem, sed merces pro eo quod dicitur admissura. Varro Sexagesi: an, seiquam emisses quadripedem, ut meo asino Reatino admitteres, quantum poposcissem, dedisses aequimenti?

AERIFICVM dictum quod fit ex aere. Varro *Γνῶθι σεαυτόν*:

nil súnt Musae *ad* Polyclís vestrae,
quas aérifice duxtí.

APLVDAS frumenti furfures dixerunt rustici veteres. hoc in antiquis invenitur, quorum in dubio est auctoritas; quamquam et Plautus in Astraba || fabula ita dixerit. cuius incertum est an sit comoedia; atque ideo eius versus de eo ponere supersedimus.

ADVLTERIONEM pro adultero Laberius Cophino. quem si quis

---

11 II, 2, 5 || 14 Varro Quinquatribus || 18 Varro Sexagesi || 21 Varro *Γνῶθι σεαυτόν* || 1 Plautus Astraba || 3 (Laberius Cophino.)

---

**11** hobnoxium $H_1$. — Thusculanorum $L_1$. — **14** Aquilex, aquam colligens *gl.* — Varro; *cf. 371* praestare, antecellere. — prestat *L*, $H_1$. — Herophilus *Iun.;* Herofilius *cdd. loco utroque.* — Herophilus, *Chalcedonius, medicus Ptolomaei Lagi tempore celeberrimus. — recte dicit Oehlerus compellari medicum arte sua tumentem. cf. et Turneb. Advers. XXIX, 3.* — **15** Diogeni *Turneb.;* Diogenis *cdd. h. l.;* Diogene *371.* — e (ae $L_1$) ventre, *scil. hydropici.* — ad hoc te *cdd.: del.* ad *Riesius.* — ad (*pro* at) *C.* — **17** Equimentum *L, gl.;* Aequim. *H, G, Bamb., sicut ipse N. illud quidem verius videtur, ductum ab equiendi verbo, quo usus est Plinius, nisi Varronem etymologico quodam lusu existimaris lapsum. cf. quae pg. 48 s. l.* elixum *ad Varronis verba sunt notata.* — **18** admissura *Oehlerus; cf. et Turneb. XXIX, 3;* admissum *cdd.* — **19** an seiquam *M;* an si equam *v.* — *cet. cf. pg. 106 l.* equilam. — **20** dedisses *Ald.;* dedisse *C.* — aequimenti *Ald.;* aequamenti (eq. *L*) *C.* — **21** Aerificum *Bamb.* (eriificum *gl.*); Aerificium (Er. *L*) *C.* — Varro; *cf. 283* ducere, fabricare. — **22. 23** *dimetros anapaesticos iam agnovit Hermannus el. d. m. 388; al. ita scandunt:* nil sunt Musae ád Polyclis | vestraé, quas aerificé duxti. — nihil *cdd.* — ad *add. M.* — Polyclis *Lipsius;* policis *cdd.* (populicis $G_1$). — vestrae *om. G.* — quasi *cdd. h. l.* — erif. *L;* aerificae *G.* — duxti *cdd. pg. 283; hic L,* $H_1$ dixi, $H_2$, *G* duxi. — *apparet a Varrone carpi malum sculptorem, ut supra fastidiosum medicum. — de Polycle cf. Cic. ad Att. VI, 1, 17:* in illa item (statua), quae est ad *Πολυκλέους* Herculem (*sc.* Musarum). — **24** *cf. Gell. XI, 7.* — flum. *(ita et Bamb.)* furfure $L_1$. — dix. *Quicheratus;* dicunt *cdd.* (*idem error pg. 54 s. l.* iumentum); *cf. Gell. l. m. 5:* legerat — apludam veteres rusticos frumenti furfurem dixisse. — **25** quam *L;* quanquam *H, G.* — **2** comoedia; atque ideo eius versus de eo *M;* eius com. (comedia $L_1$) a. i. versus eosdem *cdd.* — **3** *cf. Gell. XVI, 7, 1—2;*

legere voluerit, ibi inveniet et fidem nostram sua diligentia adiuvabit.

ANTICIPARE posuerunt veteres praevenire, hoc est antecapere. Varro Bimarco:

ipseí scitis δὸς καὶ λάβ', id est: sivís contendite sívi,
antícipate atque addíte calcar, stultós contemnite dócti.

AVRIGATVR honeste positum pro moderatur ac regit. Varro Modio: asse vinum, asse pulmentarium, secundas, quoi natura aurigatur, non necessitudo.

ARCHITECTARI. Cicero de finibus bonorum et malorum [et Marcus] lib. II: an quod ita callidast, ut optime possit architectari voluptates?

AIAT, [quod] est dicat. Cicero de finibus bonorum et malorum [et Marcus] *lib. II*: quasi ego id curem, quod ille aiat aut neget.

ANELLVS. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. V: nec tamen Epicuri licet oblivisci, si cupiam; cuius imaginem non modo in tabulis nostri familiaris, sed etiam in poculis et in anellis habent.

AMATIO. Plautus Rudente:

nimi' paéne inepta atque ódiosa eius amátiost.

ADESVM, consumptum. Sisenna Historiarum lib. III: isdem temporibus Aesernini, duplici fossa valloque || circumdati, frumento adeso quod ex arvis in oppidum conportatum erat.

---

7 Varro Bimarco ‖ 11 Varro Modio ‖ 14 II, 16, 52 ‖ 17 II, 22, 70 ‖ 18 V, 1, 3 ‖ 22 IV, 5, 14 ‖ 24 Sisenna Hist. III.

---

*cuius testimonio per socordiam abusus Non. uni Cophino tribuit, quae passim ex mimis Laberii decerpta a se ille memorat. — cf. 140 l.* mendicimonium. — cophino *cdd. Gell.;* quoprino *L, G, prius H;* coprino *H ex corr.; Bamb.;* cropium *vel* gropium *cdd. pg. 140.* — **8** *ita M;* ipse fistis dicite labdeae et vivos contemnite vivi *C.* — δὸς καὶ λαβέ; *cf. Sexages. pg. 502 s. l.* fervit: δὸς καὶ λαβὲ fervit omnino. — sivis; *cf. Varr. VII, 107* persibum (persibus *v.*) a 'perite'. itaque sub hoc glosema 'callide' subscribunt; *Paul. 336* sibus, callidus sive acutus. — contendere *cum dat., ut ap. Lucr.* quid enim contendat hirundo cycnis? — **10** *cf. 353* necessitudo. — **11** asse vinum, asse *cdd. 353;* ad se unum esse *h. l.* — secundas, *i. e.* mensas. — quoi *M,* quo *v.* — *hominis divitis eiusdemque sobrii mores describi apparet.* — **13** *(item 16)* et malorum et marcus *C; om.* et marcus *ed. a. 1476.* — *apparet in archetypo pro eo quod praecedit* et malorum *scriptum fuisse* et mal. *atque ita ortum errorem.* — **14** callidast; callida est *Cic.;* classidas *C.* — archetectari *L, H.* — **16** quod *secl. M (modo praecesserat).* — **17** quid ille *recte cdd. Cic.* — **19** Epicuri *Cic.;* Epicureum *cdd.* (Epicurum *minus bene Bentin. vel Ald.*). — **20** familiaris *nominativus.* — **21** habent *Cic.;* habebant (abebant $L_1$) *cdd.* — **23** pene *L, G;* penae *Bamb.* — eius *monosyllabum.* — **24** hisdem *L.* — **1** Aesernini *Ald.;* eserenni (es. erenni *H*) *C.* — **2** adeco $L_1$*;* adeoso *G.* —

71 M.

ADTENDERE, pro intendere, cogitare. Cicero de oratore: 'nihilne vobis in mentem venit quod praeterea a Crasso requiratis?' — 'id mercules ipsum, inquit, adtendo.'

ADCOMMODAT, adiungit, adplicat. Cicero de oratore lib. II: Africano illi superiori, coronam sibi in convivio ad caput adcommodanti. — Vergilius Aen. lib. II:

laterique Argivum adconmodat ensem.

AVTVMNITAS pro autumno. Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν: retinet viatorem meridie praetereuntem fons, quod autumnitas in anni tetrachordo mensum praeterierat. — idem Quinquatrubus:

cape hánc caducam Líberi mollém dapem
de frónde Bromiae autúmnitatis úvida.

neutro. Varro Ephemeride navali: etesiae diutius et uberius flarant et autumnum ventosum fuerat.

ARITVDINEM pro ariditate. Varro Prometheo libero:

humánae quandam géntem stirpis cónquoquit,

---

3 I, 35, 160 ‖ 6 II, 61, 250 ‖ 8 II, 393 ‖ 10 Varro Serrano ‖ 12 Varro Quinquatrubus ‖ 15 Varro Ephemeride navali ‖ 17 Varro Prometheo libero.

---

arvis *M;* areis (ariis $L_1$) *C.* — opidum $H_1$. — conportatum erat *M;* portatum est *v.* — **3** cogere *L* (*del. supra* e *priore* i); $H_1$. — in oratore *cdd.; corr. Me.* — **4** nobis $H_1$. — nihil in oratore in m. v. *L.* — quid *cdd.* — **5** id mercules; *cf. Lachm. comm. in Lucr. pg. 152.* — id me Hercules *Me;* idem herculis *C;* id mehercule *cdd. Cic.* — inquit, ipsum *id.* — **6** adiungit *etiam gl.;* adiungat *G;* adiugat *Me; sed conf. 244* accommodatum dicitur adiunctum. — adpl. *ed. Bas.;* apl. $L_1$; appl. $L_2$, *H, Bamb.* — libro secundo *H.* — **7** maiori *cdd. mel. Cic.* — sibi, *m. 2 add.* in, *H;* in *om. L.* — accommodant (adc. $L_1$) *C.* — **8** Verg.; *cf. 244* accommodatum. — Aenei *L;* Aeneidis *H.* — **9** adconmodat $L_1$, *ed. Bas.;* acconm. $L_2$; accomm. *H.* — **10** Varro; *cf. 193* autumnus — feminini. — varrano *pro* V. S. *Bamb.* — Serano (n *in ras.*) $H_1$; μαρχαιρεσιων *C, Bamb.* — **11** fons *Guietus;* fontem *cdd. l. utroque.* — **12** tetrachordo mensum *cdd. 193; hic* tetraordo (tretaordo *prius G*) mensem. — *de tetrachordo cf. Macrob. I, 19, 15.* — mensum *pro* mensura *positum intellexit Oehlerus.* — Quinquatribus $H_2$, *Bamb.*$_2$. — **13** *cf. 253* capere, accipere, *ubi citata illa:* cape — dapem. — care *cdd. h. l.* — caducum *Bamb.; C pr.* $G_1$. — **13. 14** dapem de fronde *Scal. Coniect. pg. 86;* dapem *cdd. 253; hic* depende frondem. — Bromiae *Scal.* (Bromii *male Ald.*), bromi *cdd.* — autumnitalis *C pr.* $H_1$; autumnitas *Bamb.* — uvida *M,* uvidam *Scal.;* ubidam *cdd.* — **15. 16** *recte dicit Quicheratus videri haec ad tertii libri l.* autumnus, *quod est pg. 193 referenda.* — efemeridae *C, Bamb.* — navali *C;* naudi *Bamb.* — etesiae *Ald.;* ellesiae *cdd.* — flavant *id.;* flaverant *Iun.; sed hoc contra usum Varr.; cf. Spengel. emend. Varr. spec. I pg. 5; Kettneri comm. in Varronem et glosaria pg. 1;* flarant *Rothius.* — **17** Antitudinem *prius H.* — aritate $L_1$. — Varro Prometheo *(ita iam Ald.)* libero *Oehlerus* (Prom. liberato *Me*); Varro metheo in libro I *H, G;* Varro methoan libro I *L.* — **18** humanae *Scal., qui et versus agnovit;* humanarum (rerum hum. *ed. a. 1476*) *cdd.* — quondam *Ribbeckius trag. lat. rel. ed. I pg. 302.* — conquoquit; conquit *cdd.;* concoquit *Iun.*

frigús calore atque úmore aritúdinem
miscét.

ABORIATVR pro abortum *faciat.* Varro [pro] Gallo ad Fundanium, de admirandis [rebus]: vinum, quod ibi natum sit in quodam loco, si pregnans biberit, fieri ut aboriatur.

ADVLESCENTIARIS. Varro *Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐκαιρίας*: tu quidem ut taceas censeo, quoniam tu quoque athuc adulescentiaris.

ANCILLANTVR pro serviunt. Titinius || Proelia:

verum énim dotibu' delíniti ultro etiam úxoribus ancíllantur.

Accius Meleagro:

quam invíta ancillans dícto oboedierís viri.

---

21 Varro Gallo ad Fundanium || 24 Varro Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον || 1 Titinius Proelia || 3 Accius Meleagro.

---

**19. 20** *quae secuntur ex septenario trochaico Ennii reficta (sat. 40):* frigori miscet calorem atque umori aritudinem. — umore, *supra add.* h, *L;* humore *rell.* — **21** pro abortum faciat *M;* pro abortiat *Iun.;* pro abortu *C;* pro abortet *mrg. H, G;* per avortet *gl.* — Gallo *v.;* pro callio *H, Bamb.; item L, in quo* g *supra* c *eras.;* pro gallio *Montepessul., Parisin. 7666, $Ho_2$;* pro *om. ed. Bas., haud dubie per incuriam.* — ad Fundanium *M; cf. comm. ad pg. 205 l.* fretum; vel Fundanio *cdd.* — **22** de adm. rebus *id.; om. illud* rebus *Quicheratus; quod librariorum potius quam N. culpa videtur additum.* — ubi *Bamb.* — **23** pregnans *L, H, Bamb.;* praegnans *ed. Bas.* — oboriatur *$L_1$.* — **24** adulescentiaris, luxuriaris *mrg. H;* Aduliscenciaris pro luxoriaris *gl.* — *Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον*; *exitus trimetri iambici vel tetr. troch., ut illud* mutuum mali scabunt; *cet. cf. Gell. XIII, 29, 5; Athenaei IV pg. 160; Turneb. Advers. XXIX, 3;* tire πιτη φακημυρον *C, Bamb.* (φακμυρον, *m. 2* φακμιρον *H;* μιρον *etiam Bamb.*). — περὶ εὐκαιρίας *Buechelerus, M;* περι ευτερια ac *cdd.* — *illud quidem ut sententiae optime convenit, facillime potuisse abire in ea, quae in libris Nonii leguntur, intercepta ante* ε *dextra parte* κ *litterae, cum* αι *mutata esset in* ε, *sine negotio intellegent libr. veterum periti. male Turnebus* εὐτελείας; *nam illo* τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον *demonstratur homo loco et tempore aliena agens.* — **25** taceas *vel* facias *Erycius in exemplari ab Hertzio nunt. doct. Monac. a. 1845 pg. 507 memorato;* faciat *cdd.* — geneseo *$L_1$.* — athuc *$L_1$,* adhuc *rell.* — adolescentiaris *L* (*supra* o *eras* u), *$H_1$.* — **1** Titinius; *cf. 278* delenitus, mente alienatus. — Praelia *ed. Bas.; Hqo.* — **2** delinito *L,* deleniti *H, G.* — *anapaesticum tetrametrum statuit esse C. F. W. Muellerus prosod. Plaut. 105; neque habeo cur fuisse talem negetur; nam illud* enim *pyrrichiacum insequente consona apud Titinium in initio certe versus nihil videtur habere offensionis, neque opus esse eo quod Bongarsius coniecit:* viri enim. *non est quidem admodum elegans versus, tamen ut ferri possit. trochaici autem numeri non possunt concinnari nisi sic:* verum enim | dotibus deleniti etiam ultro ancillant uxoribus, *violentiore paulo mutatione ac ne sic quidem ut satisfiat ab omni parte rationi musicae.* — **4** *f.* quom. — oboedieris *M,* oboediens (obediens *ut vid. H*) *C, contra r. m.* — *fuit qui coniceret:* viro quam invita ancillans, dicto oboediens *ac simili errore peccatum moneret pg. 507 s. v.* nivit. — *agitur de Atalanta coniugia adspernante.*

ABSONVM, sine sono. Cicero de oratore: sed sunt quidam aut ita lingua haesitantes aut ita voce absoni.

ALGV pro algore. Accius Andromeda:

misera óbvallata sáxo, sanie, pédore alguque ét fame.

Varro Ἔχω σε, [aut] περὶ τύχης:

tegés pruina né iacentem súb *deo*
deálbet algu déntientem, frígore.

Lucilius:

manca algu atque rigore manus.

Lucretius lib. III:

morbis alguque fameque.

AETATEM positum pro saepe aut diu. Plautus Asinaria:

ádeo ut aetatem ámbo ambobus *nóbis* sint obnóxii.

idem eadem:

aétatem velím servire, Líbanum qui modo cónve[n]am.

ALTILE, non solum pingue, ab alendo, verum etiam opulentum. Plautus Cistellaria:

prohibét divitiis máximis, dote áltili atque opíma.

ASSVLATIM, ut minutatim. Plautus Captivis:

príu' quam pulsando ássulatim fóribus exitiúm dabo.

---

5 I, 25, 115 ‖ 7 Accius Andromeda ‖ 9 Varro Ἔχω σε ‖ 12 Lucilius ‖ 14 III, 732 ‖ 16 II, 2, 18 ‖ 18 II, 2, 8 ‖ 21 Plautus Cistellaria ‖ 23 IV, 2, 52.

---

**5** de or.; I de oratore *Me*, in or. *cdd.* — **6** hes. *L*, $H_1$. — **8** misere *Both.* — obvallata *Delrio, Passerat.;* obvalla (obvala $H_1$) *C.* — sanie *M;* senio *v.; cf. eiusd. Androm. v. pg. 323 s. l.* inmane: inmanei tabei templum, obvallatum ossibus. — pedore *L, H;* pudore *G.* — **9** Ἔχω σε; Ἔχω σε ἢ *Iun.; cf. 179* terta; *327* torquem; *342* modicum; ethos aut *C.* — *recte confert Oehlerus Cic. Tusc. V, 26* Metrodorus 'occupavi te' inquit 'Fortuna atque cepi' e. q. s. — **10. 11** teges *Scal. Catal. pg. 232; quod tamen pro participio accipi praestat;* leges (LEGes *L*) *C.* — pruina *Passerat., Roth. (quod pro nominativo habendum);* ruina *cdd. (id. vitium ap. Prop. I, 8, 7).* — deo *add. Scal.* — dealbet $H_1$; deabbet *rell.* — *scil.:* dentientem algu, frig.; *cf. Lucilii v.* — dentientem *Scaliger,* danti *v.* — *a Scal. ita, minus quidem bene, constitutus locus:* teges ruina, ne iacentem sub deo ambesset algus dentientem frigore. — **13** manca *M;* nantam *L;* natam, *supra scr.* n, *G;* non tam $H_1$, *id. 2* nam tam. — rigore *Gerlachius;* nigrore *cdd.* — maius *id.;* manus *Iun.* — **14** IIII *L, prius H.* — **15** albuque $L_1$. — **16** Aetatem *v.;* Aetate *cdd.* — saepe aut diu *Paris. 7666;* saepe ac diu aut diu *Parisin. 7665, Bamb.;* saepe ac diu *C.* — **17** adeo ut aetatem *Plaut.;* abeo ut ad aetatem *(om.* ut *G) C.* — nobis *Plaut.; om. C.* — **18** *cf. 270* convenire, videre. — **19** qui (*pro* ut) modo convenam *M,* qui convenam modo $H_1$; qui conveniam modo *rell.;* Libanum ut conveniam modo *per interpol. cdd. Plaut.; item Non. 270.* — **20** Attile $L_1$. — **22** divitiis *v.*, divitis *C.* — **23** Asulatim *gl.* — **24** pultando *Plaut.* — exit. adfero *cdd. Pl.*

Sueius Pullis:

escam ec iúre in os pulló dato
fítillas, simul ássulatim víscus assumít cibum.

Plautus Menaechmis:

... nisi dédolabo ássulatim víscera.

ANXITVDO. Attius Eurysace:

persuásit meror, ánxitudo, egrór, dolor.

idem Armorum iudicio:

úbi curast, ibi ánxitudo.

M. Tullius de re publica lib. II: quartaque anxitudo, prona ad luctum et merens semperque ipsa se sollicitans.—Pacuvius Hermiona:

tristítia atque animi intóleranda || anxitúdine.

*ACERBAT* * * * acerbat ibi cuncta consiliorum ratio et fortitudine fit * * *

ALBITVDINEM pro albore. Plautus Trinummo:

úbi habitet, item álterum ad istam cápitis albitúdinem.

ADHAESVM ab adhaerendo dixit Lucretius lib. III:

nam neque pulveris interdum sentimus adhaesum.

idem lib. IIII:

tenue locis quia non potis est adfigere adhaesum.

AMOLIMINI est recedite vel tollite. Terentius [in] Andria:

proinde hínc vos amolímini; nam mi ínpedimento éstis.

Pacuvius Hermiona:

---

25 Sueius Pullis || 28 V, 2, 106 || 30 Accius Eurysace || 32 Accius Armorum iudicio || 34 II, 41 || 35 Pacuvius Hermiona || 2 auctor incertus || 4 IV, 2, 32 || 6 III, 381 || 8 IIII, 1242 || IV, 2, 24 || 12 Pacuvius Hermiona.

---

25 Sueius *M*, uaeius *C*; *cf. Lucil. ed. pg. 319.* — **26. 27** *ita M;* escam hic iure inops pullo da adscint ille (ascilserit illae $Hs_1$; *id. 2* ascintille; assint illae $Ho_1$; adsint illae $Ho_2$; ascintille $Ho_3$) s. assul. vis *(post* s *ras. in H)* aias sumit cibum *C.* — **29** assullatim *H.* — iscera *L.* — *f. ap. Pl.:* atque huíc seni | mále mi sit nisi ássulatim dédolabo víscera. — **31** meror *C.* — aegror *Lachm. c. Lucr. pg. 416;* error *cdd.* — **31. 32. 33** error — ibi anx. *om. Bamb.* — **35** merens *C.* — **2. 3** Acerbat — fortitudine fit *huc transtul. M in libris posita post illud:* ubi curast, ibi anxitudo. — Acerbat *cum lacunae signo add. M.* — acervat i. $L_1$, *Lugd., Paris. uterq., Montepess.; Bamb.:* accius *(sed in ras.)* vatibi. — ibi *f. irrepsit e v. Accii.* — cuncta *accus.* — et fortitudine fit *M;* et fortitudine sit $H_1$; et fortunae sit $L_1$, *Bamb. (qui sequentia omittit);* et f. (fortune *H*) sic $L_2$, $H_2$, *G.* — **4** alvore $L_1$, *Bamb.* — **5** et item *cdd. Pl.* — ad ipsam *C;* ad istane *cdd. Plaut.;* istanc *v.* — **6** Adaesum *L*, $H_1$; Adhesum *G*, *Bamb.* — ab adhaerendo *M;* a coherendo *cdd.* — Adhesum, coherentem *gl.* — lib. IIII *Bamb.* — **7** adhesum *C*, *Bamb.* — **9** iocis *cdd.* — affligere $H_2$ (affigere *m. 1*), *G.* — adhesum *C pr.* $H_2$? *Bamb.* — **11** amalimini $H_1$. — mihi *cdd.*

73 M.

non tú te e conspectu hínc amolire? . . .

idem Antiopa:

nonne hínc vos propere *e* stábulis amolímini?

Sisenna Histor. lib. IIII: inpedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur.

ACRIMONIA est animi vivacitas. Naevius Lycurgo:

ne ílle mei ferét ingenui aeque ánimi acrem acrimóniam!

Accius Neoptolomo:

vím, ferociam, ánimum, atrocitátem, iram, acrimóniam.

ABIVGAT, separat, alienat. Pacuvius Medo:

'quae rés te ab stabulis ábiugat?' — 'certúmst loqui.'

ANGVSTITATEM. Accius Oenomao:

sáxum id facit angústitatem et súb eo saxo exúberans
scátebra fluviae rádit rupem.

[Angustitatem dictum pro angustia.] Accius Alphesiboea:

sét *speluncam* angústitate inclúsam ac saxis squálidam.

ADSESTRIX femininum est ab eo quod est assessor. Afranius Fratriis:

dimíttit adsestrícem, me ad sesé vocat.

ATRI dies dicuntur quos nunc nefastos vel inprosperos vocant. Afranius Fratriis:

Septémbris heri caléndas; hodie atér dies. ||

---

14 Pacuvius Antiopa || 16 Sisenna Hist. IV || 18 Naevius Lycurgo XX || 20 Accius Neoptolomo || 22 Pacuvius Medo || 24 Accius Oenomao || 27 Accius Alphesiboea || 29. 33 Afranius Fratriis.

---

nam íta mihi Telamónis patris, avi Aéaci et proaví Iovis
grátia astet átque hoc lumen cándidum clarét mihi.

CASTERIA, locus ubi, cum navigatio conquiescit, remi et gubernacula conquiescunt†. Plautus Asinaria:

quín pol, si reposeívi remum, sóla ego in castéria
úbi quiesco, omnís familiae caúsa consistít tibi.

---

9 IV, 11, 26 ‖ 11 Accius Phoenisis ‖ 13 Accius Erigona ‖ 15 cf. comm. ‖ 16 VI, 3 ‖ 17 M. Tullius de re publ. I ‖ 19 Turpilius Pedio ‖ 21 Ennius Telamone ‖ 25 III, 1, 16.

---

*origine Parthenopaei et Telephi et mox coram eos interpellantis. XII) huc etiam pertinet servatus a Festo 375 s. v.* ungulus *versus, quamquam ad eam fabulae partem referendus videtur, qua primum se obtulerat Parthenopaeus Atalantae, nisi pro* ostendo *scribendum* ostende. *XIII—XVII) Non. 506* expedibo; *Fest. 334* sexu; *Non. 160* porcet; *id. 486* parti; *id. 382* rimari; *verba Atalantae filium de rebus utriusque docentis.* — **8** cette *h. l. repos. a M; post* datum est *legitur in C.* — his *G.* — *fuit qui creticum esse putaret tetram.; f. rectius.* — **9** Cupedia *Bamb.* (Cuppedia, mulierositas, pervicacia, linguiatio, violencia *gl.*). — **10** ligureitio *M;* liguratio $L$, $H_1$, *Bamb.;* ligurritio $H_2$, *G.* — **11** castitate *C.* — foenisis $H_1$; foenissis *rell.* — **13** Cobitasset (*i. c.* cubitasset) *Passeratius, Guietus;* Comitasset *C, Bamb.; gl.* — cubuisset *Bamb.;* cobuisset *C;* habuisset *gl.* — **14** cum *M;* tum. — Aegistus (Eg. *L, H*) *C.* — heu me *M;* si me esse *C;* simul *Guietus.* — patri, *pro* cum patre. — **15** Cytuma, proxima *gl.* — coelo *Bamb.* — *ante illud* caelo *excidisse exempli pars videbatur Mercero; ego dubito an* caelo *ex seq. v. sit repetit.,* milia *ex* M. Tullius *ortum.* — M. Tull.; *cf. Prisc. 607.* — **16** ea *add.* $H_2$. — a caelo $L_1$; caelo *rell.* — **17** et lib. I *ed. Bas.* — *cet. cf. 289* deducere, revocare. — **18** de caelo *cdd. 289;* de eo loco (deoloco $H_1$) *hic C.* — **19** sit *M;* est *v.* — **20** da *add. M* (*seq.* cla). — hoc die cl. *Ribbeckius.* — **22** avi Aeaci et *Bergkius;* atque faciet *C.* — tovis *L.* — **23** astet *Buechelerus,* ea est *cdd.* — **24** navigiotio $L_1$. — **26** pol si; pulsi *C.* — reposeivi; reposivi *Plaut.;* repulsavi *C* (repulsivi $H_2$). — rem *L.* — **27** familia *H.* — cibi *L*, $H_1$; ibi *G*, $H_2$.

COQVINATVM, ad quoquendum. Plautus Aulularia:

néque ego umquam, nisi hódie, ad Bacchas véni in bacchanál coquinatum. ||

CVRIO, curiosus. Plautus Aulularia:

volo scíre ego ex te, quí sit agnus cúrio.

CVLCITA. Varro Quinquatribus: quam in testudineo lecto culcita plumea in diem dormire. — idem de vita populi Romani lib. I: qui primum uxorem ducebat, duabus culcitis ac duabus tori plagulis cum strasset.

CITRVS. Varro Gerontodidascalo:

ín quibus Libýssa citrus fásceis cingít fores.

CAECVTTIVNT. Varro Gerontodidascalo: utrum oculi mei caecuttiunt? an ego vidi servos in armis contra dominos?

CABALLVS. Lucilius lib. II:

succusatoris, taetri tardique caballi.

Varro Parmenone:

áli' cabállum árborís râmo in úmili ádligátúm relínquít.

idem Sesquulixe: in castris permansi; inde caballum reduxi ad censorem.

CODA. Varro *Ταφῇ Μενίππου*: sed ut canis sine coda.

CASNARES, seniculos. Varro Sexagesi: vix ecfatus erat, cum

---

29 III, 1, 3 || 1 III, 6, 27 || 3 Varro Quinquatribus || 4 Varro de vita pop. Rom. || 7. 9 Varro Gerontodidascalo || 11 Luc. l. II || 13 Varro Parmenone || 15 Varro Sesquulixe || 17 Varro *Ταφῇ Μενίππου* || 18 Varro Sexagesi.

---

28 Coquinatum *C, cdd. Plaut.; Goetzius; Sauppius Quaest. Plaut. pg. 10; at Paul. 61* coquitare pro coctitare, id est frequenter coquere, Plautus posuit. — ad coquendum *Bamb.* — **29. 30** Baccas *prius H.* — in in *L.* — baccanal *C pr.* $H_1$. — coquintum $H_1$. — **2** volo ego ex te scire *minus concinne cdd. Plaut.* — que $H_1$. — **3** Culta *prius H.* — **4** in diem *vir doctus apud Oehlerum;* in die *v.* — **5** primum *M;* primus *v.* — tori *Guietus;* toros *Popma;* toris $H_2$, *G;* oris *L;* toribi $H_1$; $H_2$ *in mrg., Bamberg., Montepess.:* toribus. — **7** Cytrus *L, G, non H, Bamb.* — Varro; *cf. 451* fasceam. — Gerontodidasculo *H.* — **8** Libyssa *docti ex 451;* libia *C;* lybia *Bamb.* — citrus et $H_1$. — fasceis *Bentinus;* fasces (faces $H_1$) *cdd. h. l.;* fasciis *451.* — forem *cdd. 451.* — **9. 10** Cecuttiunt *L, H;* Cecutiunt *Bamb.;* Cicuciunt cuppiunt (*legend.* lippiunt) *gl.* — *in seq. illud* mei *utrum nomin. sit an dat. definiri nequit. porro* utrum oculi *(om. Ho)* cecuttiunt lippiunt oculi mei cecuttiunt $H_1$; *id. 2* utrum oculi mei (ih) cecuttiunt; mihi *L, G, Bamb.;* cecuttiunt *L, G;* caecuttiunt *Bamb.* — ango *pro* an ego $H_1$. — **11** Lucilius; *cf. 16* succussare. — **12** succussatoris $H_1$; succusatori *L*, $H_2$, *G;* succusator *Bamb.* — tetri *H, G.* — caballo $L_1$. — **13** *cf. 79* bipinnis. — **14** ali' *M;* alius *r.* — arboris *ed. a. 1476,* arbori *cdd.* — humili *H, G.* — **15** redduxi *G.* — **17** tafe *om. Bamb.* — Menippo $L_1$; *Bamb.;* Minippo $H_1$, $L_2$. — Minippu $H_2$, *G.* — secoda *Turic.* — **18. 19** Casnares *Iun.;* Carnales *cdd.* — seniculos *M* (senes

more maiorum ultro casnares arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant.

CRASSVM positum pro hebeti et stulto. Varro Sexagesi:

> sénsibus crassís homulli nón videmu' quíd fiat.

CANVM, vetus, anticum. Vergilius lib. I:

> cana Fides et Vesta.

Varro Eumenidibus:

> écce de inproviso ad nos accédit cana Véritas,
> Attices philosóphiae alumna.

CISSIVM, vehiculi biroti genus. M. Tullius Philipp. libro II: delituit in quadam caupona atque ibi se occultans perpotavit *ad vesperam. inde* cisio domum venit. ||

CELERATIM, celeriter. Sisenna Historiarum lib. V: quo magis celeratim poterat, *in* insidiis suos disponit.

COPIANTVR, a copia, honeste positum, ut lignantur et pa-

---

21 Varro Sexagesi || 23 Aen. I, 292 || 25 Varro Eumenidibus || 28 II, 31, 77 || 1 Sisenna Hist. V.

---

*Iun.*); sedules (sedulas $H_1$; *id. 2* setdules; seddules *prius G*) *C;* se *Bamb., Tur.* — *cf. Varro VII, 29* senem quod Osci casnar appellant; *item Paul. 47. at Rothius:* Carnales, edules; *neque abhorret ab omni probabilitate eum, qui Viriatum habuit pro adiectivo, in corrupto* casnarium *vocabulo perinde ridiculo modo lapsum.* — ecfatus (*vel* haec fatus) *Iun.;* et fatus (effatus $H_1$) *C;* et factus *Bamb.* — **19** de ponte *Iun.;* de fonte *cdd.* — *huic praecedit frgm. illud quod legitur 214 s. v.* murmur. — **21** ebeti *L;* hebet *pr. Hs;* ebet $Ho_1$, ebeti $Ho_2$. — sulto *Bamb.* — *f.* pro hebete, stulto. — **22** sensibus cr. homulli *Meinekius;* senibus (*idem vitium 106 s. l.* edulcare *in verbis Mattii)* cr. homuli humuli $G_1$; homili $H_1$, humili *L*) *C.* — videmus *Scal.; Meinekius, qui versum agnovit,* vidimus *v.* — videmu' *Lachm. ad Lucr. pg. 29 propter r. m., idque melius, quamquam fallitur, cum negat a Varrone in scazontibus umquam iambum paenultimum mutatum spondeo. quod ne in eos quidem cadit, qui plane graecanica arte sunt compositi; cf. vv. illius pg. 199 s. l.* calx. — **23** antiquum $H_2$, *Bamb.* — Verg.; *cf. 313* fides. — **25** Varro; *cf. 242* alumnos. — **26. 27** *versus agnovit Meinekius.* — et ecce *bis cdd.; delevit Fleckeisenus; idque melius, cum vix sit probabile Varronem iambos et trochaeos promiscue in eodem carmine admisisse. illud quidem* et ecce, *quo et Verg. et alii usi, recte habet.* — inproviso *cdd. 242; h. l. H;* inprovisos *G,* inprovisus *L.* — Atticis *hic C.* — *item* filoprae (filopre *H*). — alumina $H_1$. — **28** Cass. *L;* Ciss. *H, G, Bamb.* — uiroti *L,* $H_1$, *Turic.* — M. Tull.; *cf. Gell. VI, 11, 6; ex quo tamen ducta Noniana non constat.* — philippi (fil. $L_1$) *C;* philipp *Bamb.* — **29. 30** delituit *Cic.;* delevit *cdd.* — cauponula *Cic.; Gell.* — ubi *Bamb.* — occulans *cdd. Gell.* — perpotavit ad vesperam (vesperum *Gell.; deter. cdd. Cic.*). — inde cisio *Cic.; Gell.;* perpotum cissim (scissim *L; Bamb.*) *C, Bamb.* — celeriter ad urbem advectus d. v. ore obvoluto (invol. *cdd. det. Cic.; Gellius*) *Cic.; Gell.* — **1. 2** *cf. Gell. XII, 15; ex quo num sua sumpserit N., incertum.* — celatim *ter cdd. Gell.; sed* celeratim *melius.* — celiter *L.* — in historiarum sexto *Gell.* — quam (*f.* qua) maxime *recte Gell.* — poterat, in *Gell.;* poterant *C.* — **3** *cf. Gell. XVII, 2, 9.* — Copiatur $L_1$, *Bamb., G.* —

bulantur et aquantur. Caelius lib. I: *multis* armis et magno commeatu et praeda ingenti copiantur. — Vergilius Georgicorum lib. IIII:

sub moenibus urbis aquantur.

CONFVTARE est confundere vel conmiscere. Varro Manio: harum aedium asymmetria confutabat architectones. — idem lib. I * * * Titinius Setina:

cocu' mágnum ahenum, quándo fervit, paúla confutát trua.

CONPLVRIES, frequenter. Cato Suasione in legem *M.* Popili: quod conpluries usu venit homini, *in* tempore anteventum e re publica credimus. — idem Originum lib. IIII: conpluries eorum milites mercennarii inter se inulti alteri alteros in castris occidere. — Plautus in Persa:

'quíd? metuis?' — 'metuo hércle vero: sénsi ego *hoc* conplúries.'

COGNOMINE, eiusdem nominis. Afranius Divortio:

letium genus cognominationis morborum cognominis†.

CLIPEAT. Pacuvius Hermiona:

---

4 cf. comm. ‖ 5 IIII, 193 ‖ 8 Varro Manio ‖ 9 Varro lib. I ‖ 10 Titinius Setina ‖ 12 Cato Suasione in legem M. Popilli ‖ 14 Cato Orig. IV ‖ 16 IV, 3, 65 ‖ 18 Afranius Divortio ‖ 20 Pacuvius Hermiona.

---

4 Celius $H_1$; Coelius *G.* — Claudius *Gell.; cf. lemma et paragr. 2;* Caelius *falso hic ut 129* inlatebrare; *405* subnixum; *113* frunisci; *ubi hoc utitur item capite, quo excerpta a se ex Q. Claudii primo annali contineri testatur Gell., praeterea cf. pg. 100 l.* diurnare. — *atque ex his locis apparet, quanta cum levitate aliquando usus sit N. fontibus suis.* — multis *om. C.* — **5** commeatu (cumm. *prius L*) set (sed $L_2$, *H, G*) *C;* et *Me;* praedaque *Gell.* — *V. exempl. non petit. e G. et f. ab interpol. add.* — in G. $H_1$. — **7** menibus $L_1$. — **8** Confuture *L.* — commiscere *docti ap. Me;* committere (conm. $H_1$) *C; f.* conmovere; *cf. 249* confutare. — **9** asummetria *Aem. Bacrensius;* summeatria *C.* — architecthones $H_1$. — **10** Titinnius Setina *Bentin.;* nius sedina (sed in $H_1$) *C.* — *cf. 19* truam; *186* valentia; *249* confutare; *503* fervit. — **11** magnum a. *v.;* magnus nahenum *C.* — tria $L_1$; r *(tum ras.)* na *prius H.* — **12** *cf. Gell. V, 21, 15 sqq.* — suasionem *C.* — populi *L, H;* poli *pr. G;* M. Popili *Momsenus;* Petillii *Bolhuisius.* — **13. 14** homini, in tempore (*vel* homini, tempori) *M;* omni tempore *C, Bamb.* — ant. e *M,* a. esse *cdd.;* ant. esse e *H. Keilius.* — re publica credimus *H. Keilius;* rem publicam reddimus (reddidimus $H_1$) *C, Bamb.* — **15** mercennarii *Montepess.; Bamb.; Gell.;* mercennari *L, G,* $H_2$; mercenari $H_1$. — inulti *Turic. et fort. Bamb.; Me;* multi *C, item cdd. Gell., apud quem videtur ortum ex eo quod* sequitur* conpluriens multi. — in castris *om. cdd. Gell.* — **17** sensi ego *Gell.; Non.;* sensi ego iam *cdd. Pl.; minus bene propter r. m.; Pl. scripsisse puto:* sensi ego hoc conpl. — **18** Cognomine *Neukirchius;* Cognomen est. — **19** *verba corrupta, neque quidquam profectum doctorum commentis.* — *in illud* cognominationis *puto illatum id quod est* cognomines. — *videtur autem latere septen. troch.* — laetium *Bamb.; Montepess.* — **20** Clipeat coperit (op. *mrg. H*), galeare (gall. *gl.*) operire *mrg. H., gl.* (*l.* Cl., clipeo op.; galeare, galea op.).

cúrrum liquit, clámide contorta ástu clipeat bráccium.

ita et galeare. Cinna in Epigrammatis:

miseras audet galeare puellas.

CONVASARE dicitur furto omnia† colligere. Terentius Phormione:

áliquid convasássem atque hinc me [ego] coícerem protinam ín pedes.

CLVET, nominatur. Lucilius lib. XXX:

cuia opera Troginu' calix per castra cluebat.

Ennius || Ambracia:

pér gentes Asiaé cluebat ómnium misérrimus.

Pacuvius Iliona:

set heíc cluentur hóspitum infeidíssimi.

Varro *Ὄνος λύρας*:

Pacvi discipulus dicor. porro is fuit *Enni*,
Enniu' Musarum. Pompilius clueor.

CIBICIDAS. Lucilius lib. XXVII:

víginti domi án triginta an céntum cibicidás alas.

CONTENTVRVM. Lucil. lib. XXVII:

tu Lucílium
crédis contentúrum, cum me rúperim, summa ómnia
fécerim *ima?*

*CIBARIVM.* Varro Cato vel de liberis educandis: vel maxime

---

22 Cinna Epigrammatis || 24 I, 4, 13 || 26 Luc. l. XXX || 1 Ennius Ambracia || 3 Pacuvius Iliona || 5 Varro *Ὄνος λύρας* (Pompilius) || 8 Luc. l. XXVII || 10 Luc. l. XXVII || 14 Varro Cato.

---

**21** liquid *Bamb.;* linquit *Quicheratus, f. recte.* — clamyde *ed. Bas.;* clamide *L, H Bamb.; Flor. Varr. d. l. l. V, 7.* — clipeatur *Bamb.; Montepess.;* clupeat *Varr.* — bacchium *Flor. Varr.;* etaccium *cdd.* (operit clipeat etaccium $H_1$*;* accipium *Bamb.*). — **22** calcare *cdd.* — **23** g. p. galeare operire $H_1$. — **24** Conversare $L_1$, Convars. *id. 2;* Convass. $H_2$. — T. form. *C.* — **25** me *om. L.* — ego *om.* $H_1$. — oicerem, *m. 2* eicerem *L.* — protinam *Nigidius legit ap. Ter.;* protinus *cdd. huius et Non.* — **26** Luc.; *cf. 81* cuia. — **27** quia *cdd. h. l.* — **1** Ambratia *C.* — **2** Asiae *Buechelerus, M;* esse *v.* — **4** sed $L_2$, $H_2$, *G;* est $H_1$. — heic *M;* haec *cdd.* — infeidissimi *M* (infidissimi *Guietus*); infidelissimi *cdd.* — **6** Pacvi *Lachm. comm. in Lucr. 306;* Pacuvius *C.* — poreis $H_1$*;* poro is *id. 2, G.* — Enni *add. Rothius.* — **8** Tibicidas *hic et infra cdd. (nullum novum lemma in H, G, gl.); corr. Iun.* — tibicidas, tibicinas *mrg. H, G;* tibicinas, tibicidas *gl.* — XXVIII *Lugd.* — **9** an trig.; a trig. *Lugd.; f.* aut trig. — an *M;* vel *C.* — cibicidas *recte videtur dictum vocari parasitos.* — **10** Contenturi $H_1$*;* Contenturum, contentum *Bamb.; mrg. H; gl.* — Lucil.; *cf. 382* rumpere. — **12** c. m. ruperim *Iun.;* c. m. ruperint (cum mercum perint $H_1$) *C.* — **13** ima *add. M.* — **14** Cibarius *add. Popma.* — *cf. 93* cibarium.

illic didici et sitienti videri aquam mulsum *et* esurienti panem cibarium siligineum et exercitato somnum suavem.

CANICAS veteres furfures esse voluerunt. Lucilius lib. XXVII:

quánti vellet quántum canicai ad púltem ec maconis manu.

CONCORDITAS, pro concordia. Pacuvius Hermiona:

concórditatem auspício adiunctam pérpetem
probitáte conservétis.

CONMENTVM, pro conmonitum. Plautus Amphitryone:

fac *iám* iam Amphitryonem ádvenientem ab aédibus
ut ábeat quovis pácto [fac] conmentús sies.

CRIBRVM. Lucilius lib. XXVI:

críbrum in cerniculum, ín laternam lúcem, in telam lícium.

CONTEMNIFICVM. Lucilius lib. XXVI:

égo enim contemníficus fieri et fástidire Agamémnonis.

CORDI EST, honeste dictum, animo sedet. Lucilius lib. XXVI:

ét quod tibi magno ópere cordist, míhi vementer dísplicet.

idemque:

sí tibi || porro istaéc res cordi idcírcost, quod rere útilem.

CONGENVCLARE. Caelius Annalium lib. VII: ipse regis eminus equo ferit pectus advorsum. congenuclat percussus, deiecit dominum.

CAVSARI, causam dicere vel defendere. Accius Medea:

---

17 Luc. l. XXVII || 19 Pacuvius Hermiona || 22 III, 3, 23 || 25 Luc. l. XXVI || 27 l. XXVI || 29 l. XXVI || 31 Lucil. || 2 Caelius Annal. VII || 5 Accius Medea.

---

15 videri aquam (*fuit olim* acam) *Iun.*; teriacam *C.* — mulsam *G.* — et *add. Riesius.* — 16 silicineum *L*, $H_1$. — 18 quantum canicai ad pultem ec *M;* quam canicas a pulte et (apud te et *G*) *C.* — magonis *G, H; in hoc eras. post* g c *vel* o. — 20 auspicio *M* (*scil.* nuptiali); hospitio (hospicio $L_1$) *C.* — 21 probitate *Delrio;* probitatem *cdd.* — 22 *n. N.* — pro conmunitum (comm. $L_2$, *H*) *C;* commentum (*om. mrg. G*) pro commonitum *mrg. H, G; gl.* — 23 fac iam iam *M;* faciam *C.* — Amfitrione (Amfitryone *G*) *C;* fac Amphitrionem *cdd. Plaut.* — *ceterum illud* faciam *cum potuerit originem trahere ex seq. vocabulo, nescio an melius Pylades scripserit:* fac Amphitruonem huc adv. ex aed. — 24 ut abigas *recte cdd. Pl.; cf. Caesar pg. 75.* — *post* ut abeat *interpunctum voluit N.* — fac conm. *C; corr. Pareus.* — 25 VI *Bamb.* — 26 in laternam lucem *M;* lucernam in laterem *C (in L supra* rem *videtur* N *deletum);* luc. in lateram *Bamb.;* l. in laternam *v. c. Dousae.* — in t. *om. Bamb.;* in tellam *Lugd.* — 27 lib. *om. L; in mrg. add. H.* — VI *Bamb.* — 29 animo sed *L, prius H.* — 30 vehementer *cdd.* — 31 *puto* idem. — 1 cordi idcircost *M,* idcirco est cordi *v.* — rere *Iun.;* re *cdd.* — 2 *cf. 57* congenuclare. — Cecilius *H;* Coelius *Bamb.* — Annalium l. *M;* Annali libro *C;* Annalibus *Bamb.* — 3 equo *add.* $L_2$. — advorsum *ed. a. 1476;* avorsum *cdd.* — deiecit, *praesens.* — 4 dominum, *i. e.* Syphacem.

89 M.

quí potis est refélli quisquam, ubi núllust causandí locus?

Afranius Emancipato:

vide, út facunde cóntra causerís patrem!

Pacuvius Armorum iudicio:

. . . qui sése adfines ésse ad causandúm volunt,
dé virtute his égo cernundi dó potestatem ómnibus.

CELEBRESCAT. Accius Diomede:

et quális fuerit, fáma celebrescát tua.

COEPERE, incipere. Caecilius Hypobolimaeo, Rastraria:

'ere, óbsecro hercle, désine'. — 'itane?' — 'coépiam'.

Plautus Menaechmis:

néque ego insanió neque pugnas néque ego litis coépio.

idem Truculento:

dum hábeat, tum amet; úbi nil habeat, álium quaestum coépiat.

* * *

ábeam quondam et coépiam.

CERTISCANT, certa fiant. Pacuvius Chryse:

atque eccos, únde certiscánt.

CELEBRE, non solum frequens, sed etiam velox. Accius Aegistho:

celebrí gradu gressum ádcelerasse *núnc* decet.

CALLVERVNT pro occalluerunt. Cato de bello Carthaginiensi: aures nobis calluerunt ad iniurias.

---

7 Afranius Emancipato ‖ 9 Pacuvius Armorum iudicio ‖ 12 Accius Diomede ‖ 14 Caecilius Hypobolimaeo, Rastraria ‖ 16 V, 5, 57 ‖ 18 II, 1, 23 ‖ 20 cf. comm. ‖ 22 Pacuv. Chryse ‖ 24 Accius Aegistho ‖ 26 Cato de bello Carthagin.

---

6 refelli *Gulielm.;* repelli *cdd.* — nullus est *id.;* nullu'st *Vossius.* — **8** vide ut *Bentinus;* videt *cdd.* — causaris *id.;* causseris *Iun.* — **10** adfines *Gothofredus;* adfinem *cdd.* — **11** is *C pr.* $H_1$. — **13** *f.* ecqualis. — **14** Cepere *L, H, gl.* — Hypobolimaeo; Hypobolimea *Scal.;* Periboea *cdd.* — **15** obsecro *Spengelius;* obscuro *C.* — itane *M, qui et personas distinxit;* mane *v.* — copiam $L_1$. — **17** sanio *G.* — neque ego *cdd. Pl.;* ne *C;* ego nec *Ritschelius.* — **18** Trunculento $L_1$. — **19. 21** *ita M; apparet quippe propter similitudinem sonorum duos locos in unum conflatos, deinde cum pararetur tollere vitium in alienum locum aberratum;* dum abeam quodam et ubi nihil coepiam; *tum post Catonis verba in l.* calluerunt: habeat alium quaestum (questum *L,* $H_1$) coepiat *C; versus prior ex Plauto emendatus; ap. quem haec fere sunt:* dum habeat (habet *Geppertus*), tum amet, ubi nihil habeat (habet), alium quaestum coepiat. — **21** quondam (*pro* aliquando) *M;* quodam *cdd.* — **22** Certissant *cdd.* — certo *Bamb.* — fiat *gl.* — *f.* certiscam; certus fiam. — Crusae $L_1$*;* Crysae $L_2$*, H;* Chrysae *G.* — **23** atque *Vrbin. 307;* aquae *C.* — certiscant *Quicheratus; f.* certiscam; certissent *C.* — **24** *cf. Serv. in Aen. IV, 641.* — egisio *L,* $H_1$ (*id. 2* egisto). — **25** adc. *Iun.;* adcelebrasse (acc. $L_2$*, H*) *C.* — nunc *add. M.* — decet *Bent.;* docet *C.* — *Serv.:* c. g. g. adcelerate. — **26. 27** Calluerunt *hic et ap. Cat. M;* Calliscerunt *v. (videtur verbum quod est*

CONMETARE, conmeare. Novius Bubulco cerdone:

cum ád lupam nostrám tam multi crébro conmetánt lupi.

Afranius Virgine:

'quo tú conmetas?' — 'úbi confixus désides?' ||

CONCALLVIT. M. Tullius ad Atticum lib. IIII: locus ille animi nostri, stomachus ubi habitat, olim concalluit. — et de deorum natura lib. III: quorum, tamquam manus opere, sic animus usu concalluit.

CONCIERE, cum perturbatione conmovere. Accius Medea:

nisi quás terrestris póntus strages cónciet.

Afranius Deposito:

dí sunt iratí tibi,
qui cónciere cógites tantúm mali.

Ennius * * * *Pacuvius* Duloreste:

éxtemplo Aegisthí fidem
núncupantes cónciebunt pópulum.

CONGLOMERARE, involvere, superaddere. Ennius Thyeste:

éheu, mea fortúna, ut omnia ín me conglomerás mala!

CONGERMINASCERE, coalescere, coniungi vel consociari. Quadri-

---

28 Novius Bubulco cerdone || 30 Afranius Virgine || 1 IV, 16, 10 || 2 III, 10, 25 || 5 Accius Medea || 7 Afranius Deposito || 10 Ennius. Pacuvius Duloreste. sed conferendus comment. || 13 Ennius Thyeste || 15 Quadrigarius Annal.

---

calliscere *olim in mrg. positum perperam in textum irrepsisse).* — occalluerunt *Bentin.;* ut calluerunt *cdd.* — ad iniurias; *cf. comment. ad l.* coepere. — **29** lopam $L_1$, *G*, $H_2$, *P.* — crebo *L, H.* — **31** defixus *Bentl. ad Ter. Hautont. III, 1, 35.* — **1. 2. 3. 4** Concalluit *v.;* Concaluit *ter cdd.;* concaluit, incaluit (inculuit *gl.*) *mrg. H, G, gl.* — stomacus $L_1$, *prius H.* — ubi habit *Bamb.* — et deorum $L_1$*;* ut deorum *Bamb.* — tamquam onus *Bamb.* — *cet cf. auct. de dubiis nominibus (gr. lat. V, 575) s. l.* callum. — **6** *cf. Cic. de nat. deor. II, 35, 89.* — **8** sint *probabiliter Ribbeckius.* — **9** cogitas *Vrbin. 307, f. recte.* — **10** Ennius; *utrum errore quodam Ennii nomen sit positum pro Pacuvii an huius exciderit cum exemplo Enniano definiri nequit.* — Doloreste $H_1$, *G; ita et L ex corr.; sed deinde restitutum illud.* — *atque* Doloreste *potius quam* Duloreste *codicum Nonii stat auctoritate. quod utrum evenerit librariorum stupore qui interpretarentur titulum istum per* dolores te *an a Pacuvio sit ita inversum* Dolorestes, *ut ex* λάγυνος *factum* lagona, *incertum.* — **11** exemplo $H_1$. — egisti *L, H.* — **12** noncupantes *G.* — conciebant $G_1$. — **13** in Thieste *ed. a. 1476;* tithe *v.* — **14** eheu *Lachm. ad Lucr. I, 360;* eu *cdd.* — glomeras *G.* — **15** Congerminascere *Salmasius hic et infra*, Congermanescere *cdd.* (Congermaniscere *gl.*). — *quod non magis potest esse verbum probae latinitatis quam* congermanus, confrater, concivis. — consortiare $H_1$*;* consori *prius L.*

garius Annalium * * * facite exemplo eorum, ut vos cum illis congerminascere sciatur. — Varro Rerum humanarum lib. III: postea cum his una rem publicam coniuncti ac congerminati tenuere.

CONLABELLA. Laberius Anna Peranna:

cónlabélla ósculúm.

CYMBALISSARE. Cassius Hemina lib. III: *una* mulier cantabat tibiis Phrygiis et altera cymbalissabat.

CONCINNARE, conficere vel colligere. Naevius Belli Poenici lib. IIII:

transít Melitám Románus [exercitus], ínsulam íntegram, *óram*
urít, populátur, vástat, rem hóstiúm concínnat.

CATVLIRE, surire vel libidinari. Laberius [in] Lacu Averno:

scínde una exoléto inpatienti *hánc* catulientém lupam. ||

CADVCITER, praecipitanter. Varro Erratione:

ut frígidos nimbós aquae cadúciter ruéntis
pertímuerunt aquátiles querquétulae natántes!

CVPIENTER, cupidissime. Accius Philocteta:

cui potéstas *si* detúr tua,
cupiénter malis mémbra discerpát suis.

Ennius Phoenice:

---

17 Varro Rer. hum. III || 19 Laberius Anna Peranna || 21 Cassius Hemina l. III || 23 Naev. bell. Poen. l. IIII || 27 Laberius Lacu Averno || 1 Varro Erratione || 4 Accius Philocteta || 7 Ennius Phoenice.

---

16 Annali VIII *Quicheratus* (*id. lib. citatur 478 s. l.* murmurari). — exemplo *Petrus;* exempla *cdd.* — 17 sciatur; *puto* sentiatur. — 18 ac *L, H;* et *G.* — congerminati $H_1$*;* congerminata *id. 2;* congermanita *L,* congermani *G.* — 19 collabella, adiunge (adiungere *gl.*) labra *mrg. H; gl.* — Anna *Iun.;* Annalium *C.* — 20 *puto* conlabella, oscula! — 21 heminis $L_1$, $H_1$, *Bamb.;* emina *G.* — una *add. Quicheratus.* — 22 frigiis *C;* frygiis *Bamb.* — cimbalissabat *L, G.* — 23 concinarre, hic dissipare, alibi componere (conp. *gl.*) *mrg. H, G, gl.* — Nevius *C.* — 25 Romanus exercitus *cdd.;* exerc. *del. Vahlenus.* — oram *add. M.* — 27 Catullire *cdd.* — surire; est surire *Gesnerus in Thesauro s. v.* catulio; esurire (*praecedit* e) *cdd.* — in *om. L.* — Averno *Bentin.;* balerna *C.* — 28 una *cum dativo,* *ut* idem; *ita et Verg. Aen. VIII, 104 sq.;* una cum *Quicheratus, ut sit octonarius iambicus.* — exoleto *Aldus;* excoleto (exculeto $H_1$) *C.* — hanc *add. M.* — inpatientem *G, f. recte.* — catulentem *L.* — 1 Erratione *Me;* et ratione *C;* et trionem *cd. a* $Me_1$ *memoratus. ita eiusdem Varronis fuit Περίπλους.* Aethrione *non inscite Vahlenus. certe illius et Agatho fertur et Synephebi. et Synephebi quidem, item Aethrio vel Aetherio etiam Caecilii fabulae fuere.* — 2 ut *M;* aut *C.* — ninbos $G_2$. — aquae *Scal.;* aqua icta (*seq.* ca) *C.* — 3 aquatilis *C; quod si servetur, reponendum erit* natantis. — 4 filocteta *C.* — 5 si *add. Passerat., Scriver.* — *fuit qui coniceret* tuei. — 6 cupientis $L_1$, $H_1$. — *ante versum qui est* — lis membra d. suis *in mrg. add.* $L_1$ CVPIDA. — menbra *H.* — 7 Foenice *C.*

stúltus est sicuí cupido cúpiens cupientér cupit.

CONMEMORARE, conmonefacere, in memoriam reducere. M. Tullius de senectute: Pythagoriorumque more exercendae memoriae gratia quid quoque die dixerim, audierim, egerim commemoro vesperi. — idem de Finibus bonorum et malorum lib. V: sed a te oportune facta mentio est. studet enim meus audire Cicero, quaenam sit istius veteris, quam conmemoras, Academiae de finibus bonorum peripateticorumque sententia.

CONSECTARIVM, efficax, perfectum. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. IIII: illud vero minime consectarium, sed in primis hebes illorum.

CONCVBIA nocte, primi somni. Sisenna Historiarum lib. IIII: ipsi legati, concubia nocte oppido digressi, iam supra hostium munitionem succedunt.

CISTAS. Sisenna Histor. lib. IIII: cistasque, quae erant legum ferendarum gratia postae, deiecerant.

CENTONES et CILICIA. Sisenna Historiarum lib. IIII: puppis aceto madefactis centonibus integuntur, quos supra perpetua ac laxe suspensa cilicia obtenduntur.

CREBRITVDINEM, pro crebritatem * * *

*CLANDESTINA*. Sisenna Histor. lib. IIII: nam clandestina celeriter transigi, aput notos cogitata dici decet, non explanari.

---

10 11, 38 ‖ 12 V, 3, 8 ‖ 17 IV, 18, 50 ‖ 19 Sisenna Hist. IV ‖ 22 Sisenna Hist. IV ‖ 24 Sisenna Hist. IV ‖ 27 cf. comm. ‖ 28 Sisenna Hist. IV.

---

8 *ita M;* st. e. qui cupida *C.* — **9** redducere $H_2$. — **10** Pythagoreorumque (Pith. *H*) $L_2$, *H*, *G;* Pythagorioquem $L_1$. — remeae (*pro* more) $L_1$. — **11** gratiae $L_1$. — die *add.* $L_2$. — commem. *C.* — **12** ·U· $H_1$; I *rell.* (V *Me*). — **13** studet *Cic.;* sed et *C.* — meuis $L_2$, *H*, *G.* — **14** conmeras $L_1$; commemoras $L_2$, *H.* — Academicorum et de *cdd.* — **16** Consectarium *Muret.;* Coniectarium (coniecturarium *mrg. G*) *C*, *Bamb.;* coniecturarium, a coniectura, suspicacem *mrg. H*, *gl.* — **17** minime consectarium *Cic.;* mihime coniecturarium *C.* — hebes *v. ap. Cic.; Iun.;* habes *cdd. Cic. (exc. quod de B dubitatur) et Non.; idem error de fin. IV, 24, 65.* — **19** prima $L_2$. — s. *om. L.* — pr. s. tempore *Quicheratus.* — lib. IIII *om. L*, *item Flor. m. 1.* — **20** concupia $L_1$. — **21** succedunt *suspectum.* — **22** Cystas *gl.* — Historiae *C;* Histor̄ *Bamb.* — quaerant *Bamb.* — **23** postae; positae *Petrus;* partha *L*, $H_1$, *Florent.*, parta $H_2$, *G*, *Bamb.;* paratae *Bentin.* — deiecerant *Passerat.;* defecerant *cdd.* — **24** poppis *C*, *Bamb.* (*in H prius* puppis, *dein m. 2 ex* u *fact.* o, *tum ead. supra* o *repositum* u, *item ex* i *fact.* e); puppis *Flor.* — **25** teguntur $L_1$. — ac laxe *Salmas.;* classi (*praecedit* a) *v.* — **26** cicilia *H*, *Flor.* — obtund. *Flor. m. 1*, *G.* — **27** Crepitudinem *gl.* — Celeritudinem pro celeritatem *et in sequentibus* celeritudine *male coniec. N. Faber. apparet quippe aberratum ab uno Sis. loco ad alt.* — **28. 29** Cland. *add. M; cf. 38* clandestino. — Historiae *C.* — clamd. $L_1$ *(in H post* an *ras.).* — transii $H_1$. — apud *C pr.* $L_1$. — notos (totos $G_1$), *i. e.* gnaros. — dici; ci *in ras.* $H_1$.

CAEMENTA, lapides non magni modi, quibus || aedificia consurgunt. Sisenna Histor. lib. IIII: formidine oppressus, quod humilem caementis structum oppidi murum sciebat. — Varro Bimarco: non te pudet, Mani, cum domi tuae vides conmilitonum tuorum cohortis servis tuis ministrare caementa?

CIS positum pro citra. Sallustius *Histor. lib. I: omni Gallia* cis Rhenum atque inter mare nostrum et Oceanum, nisi qua paludibus invia fuit, perdomita. — Varro rerum humanarum lib. XX: eo die cis Tiberim redeundum est, quod de caelo auspicari ius neminist praeter magistratum.

CVADRIFARIAM. Varro Rerum humanarum lib. XX: et ea quae ad mortalis pertinent quadrifariam dispertierim: in homines, in loca, in tempora, in res.

CONCALFACERE, exercitare vel incendere vel hortari. Cicero de oratore lib. II: et ait idem, cum brachium concalfecerit, tum se solere pugnare. — idem ad Pansam lib. III: nos Ventidianis rumoribus concalfacimur.

CAVILLANTVR, ut iocantur. Cicero de oratore lib. III: cavillantur aut aliquid de oratoris arte paucis praecipiunt libellis.

CATVS pro sapiente. Cicero Tusculanarum lib. II: sed homo catus numquam terminat nec magnitudinis nec diuturnitatis modum.

CONTRAHI dictum est honeste quadam tristitia laborare et sollicitudine aut merore. Cicero Tusculanarum lib. III: hoc detracto, quod totum est voluntarium, egritudo erit sublata illa

---

2 Sisenna Hist. IV || 3 Varro Bimarco || 6 Sallustius; cf. comm. || 8 Varro Rer. hum. XX || 11 Varro Rer. hum. XX || 15 II, 78, 316 || 16 Cicero ad Pansam l. III || 18 III, 31, 122 || 20 II, 19, 45 || 23 III, 34, 83.

---

1 Cementa *Bamb.* — 2 Historiae *C.* — 3 cementis *L, G.* — structum *M;* instr. *C.* — Varro; *cf. 196* caementa. — 5 mistrare *prius L.* — *item* cementa. — 6 citra *Guietus;* ultra *cdd. cum gl.; cf. Gell. XII, 13, 8.* — Sall.; *cf. Victorin. ad Cicer. rhetorica pg. 5 ed. Orellii; Dietsch. histor. frgm. I, 8.* — Histor. lib. I: omni Gallia *add. e Victorino Quicheratus.* — 7 quia *Lugd., Paris. 7665.* — 8 fuerit *Bamb.* — rerum humanarum *Popma, Me;* rhetoricorum (rethoricorum $L_1$) *cdd.* — 9 auspicari ius *H;* auspiciarii i. *id. prius;* auspiciari i. (auspiciarius *L*) *L, G.* — 10 neminist *M;* nemini sit *cdd.* — magistratum *Ald.;* magistrum *C.* — 11 Cuadr. *Paris. 7577;* Quadr. *C, Bamb.;* quadrifaria *gl.* (*in hoc l. nullum*). — rhetoricorum (reth. *L*) *C, Bamb.; corr. Popma, Me.* — 12 mortales *Bamb.* — pertinet *H.* — 13 in loca, tempora *prius L.* — 14. 15 Concalfacere pro califacere *gl.* — excitare *Bamb.* — de oratore *Passerat.;* de deorum natura *C.* — 16 sole *L.* — 17 concalfacimur *M;* calfacimur $H_1$; calficimur *L*, $H_2$, *G.* — 20 Castus *L, Bamb., prius H, gl.* — 21 castus *L*, $H_1$, *Bamb.* — 22 laborare *Guietus;* liberari *cdd.* — et *add.* $L_2$. — 23 ut $L_1$. — maerore $H_2$, *Bamb.* — *f.* ec soll. aut maerore. — III *om. L.* — 24 volutarium *H.* — aegritudo $H_2$, *G.*

merens; morsus tamen et contractiunculae quaedam animi relinquentur. || et lib. quarto: itaque haec prima definitio est, ut egritudo sit animi adversante ratione contractio.

CICVRES. Cicero Tusculanarum lib. V: partim solivagas, partim congregatas; inmanes alias, quasdam autem cicures; nonnullas abditas terraque tectas.

CVIAS, unde. Cicero Tusculanarum lib. V: Socrates quidem, cum rogaretur cuiatem se esse diceret, mundanum, inquit.

CIBARIVM, aut de pane sordido aut de alio indigno, quod nunc * * * dicitur. Varro Modio: in cubiculo dormirem mallem scilicet potius, *potus* vinum meum cibarium quam ego dominus cubarem. — idem Ὄνος λύρας: tuus autem iste frater cibarius fuit Aristoxenus? — Cicero Tusculanarum lib. V: cui cum peragranti Aegyptum comitibus non consecutis cibarius in casa panis datus esset, nihil visum illo pane iucundius.

COMEDONES, ab edendo. Varro Modio: putat fore hoc, quod nunc comedonibus venit usu, quibus, mota voluptate com edunt, dumtaxat gula gaudet.

COLEM, vitis robur [quem dicimus caulem, ut Vergilius lib. XII:

puberibus caulem foliis].

Varro de re rustica lib. I: e sarmento coles qui nati sunt, de is, qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnumquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere.

---

1 IV, 6, 14 || 3 V, 13, 38 || 6 V, 37, 108 || 9 Varro Modio || 11 Varro Ὄνος λύρας || 12 V, 34, 97 || 15 Varro Modio || 18 XII, 413 || 20 I, 31, 2.

---

25 maer. $H_2$. — haec contr. *L*, $H_1$. — relincuntur *L*, $H_1$. — **1. 2** lib. IIII *ed. Bas.* — ita $L_1$. — et egr. $L_1$. — aegr. $H_2$, *G*. — **3** *om. h. l. Bamb.; gl.* — **4** cicuras *C pr.* $H_1$. — non alias *L*, $H_1$. — **6** Cuiatis, cuius *gl.* — V *om.* $H_1$. — **7** cuiautem $L_1$, cuiantem *prius H.* — inquid *Bamb.* — **8** indigno *add.* $L_2$. — quod nunc *in cdd. post* Cib. *pos. huc traiec. et lacunam signif. M.* — **9** dicitur *Riesius;* dicatur *cdd.* — Modo *id.* — in bucolico *G, libri Merceri.* — dormirem *M*, dormire *v.* — **10** potius, potus *M* (potus *Bentin.*); potius *cdd.* — dominus, *sc.* convivii. — *f.* quam heic dominus cubarem. — *de cena fastidiosa taediosaque, frequentissima satiricis materia, agi apparet.* — **11** iste *M, qui et interrogandi signum apposuit;* ipse *v.* — Aristoxenus; *musicus nobilissimus.* — **12** peragranti *Cic.;* peregrinanti *C.* — **13** consecutis *cdd. Cic.;* secutis (*praec.* non) *Non.* — **14** visum est *cdd. Cic.* — **15** Modo $H_1$; Medio *Bamb.* — **16** nunc *M*, huic *cdd.* — venit *Laurenbergius*, convenit *v.* — mota voluptate *Popma* (voluptate *iam Iun.*), nota voluntate (nota volutate $H_1$) *C, Bamb.* — **18. 19. 20** Colem *M;* Caul. *v.* — *tum* v. r. Varro d. r. r. l. quem d. c. ut — (lib. XX *H*) foliis. e sarm. *e. q. s.* — libro I *Bamb.; Montepess.;* libro X $L_2$, *H, G;* libro $L_1$. — *illa* quem — foliis, *ut ab interpolatore adscripta, uncis incl. M.* — ex s. *cdd. Non.* — pampinare est e s. *Varro.* — coles *Varro;* caules *C, Bamb.* — **21** his *cdd.* — primum *om. cdd. Varr.*

CONTINVARI, convenire, concurrere. Sisenna Historiarum lib. VI: Marius ostio Liris evehitur adque Aenariam suos continuatur.

CINEFACTVM, in cinerem dissolutum: figuratio, ‖ ut tepefactum et labefactum. Lucretius lib. III:

ad nos horrifico cinefactum te prope busto.

COXENDICES, coxas. Lucilius:

cáput *ut* collo, sústentatur trúncus coxendícibus.

Varro de re rustica lib. I: lata fronte, naribus simis, lato pectore, crassis coxendicibus.

CONDITANEVM, quod condi vel condiri potest, recte dici Varro de re rustica lib. I *ostendit:* 'in agro crasso et calido oleam conditaneam, radium maiorem, sallentinam, orcitem, puseam, sergianam, albicerem, colmineam.'

CENATVS, ut pransus, ut potus, ut lotus, id est confecta cena. Varro de vita populi Romani lib. III: ut eius convivium, qui triumpharet in Capitolio, videretur esse proprium et ipse potius domum reduceretur cenatus a convivio.

CIRROS. Varro Cato vel de liberis educandis: itaque Ambraciae primum capillum puerilem demtum, item cirros, ad Apollinis ponere solent.

CATELLOS. Varro Cato vel de liberis educandis: quare meliusculae *curae* consuetudinis puerilis illorum, qui suis catellis ministrant quod edint.

---

23 Sisenna Hist. VI ‖ 2 III, 906 ‖ 4 Lucilius ‖ 6 I, 20, 1 ‖ 9 I, 24, 1; cf. comm. ‖ 13 Varro de vita pop. Rom. III ‖ 16 Varro Cato ‖ 19 Varro Cato.

---

**23. 24** Continuari *Me,* Continuare *cdd.; cf. infra.* — lib. V *G.* — hostio $G_1$. — adque *Me,* atque *v.; f.* atque ad; *cf. comment. ad pg. 34 l.* vaccillare. — continuatur *om. L, m. 1 Florent.; f.* continuat. — **1. 2** Cinef., i. c. *add.* $L_1$ *in mrg.* — *illa* figuratio ut (et *L,* $H_1$) — labefactum *videntur secludenda.* — **3** ad *pro* at. — horrifico — busto *Lucr.;* horritico — cobus *C.* — **4** Coxendices *Guietus;* Coxendicas *Montepess.; Bamb.;* Cocsendicas *H, G;* Cocsendica *L.* — coxa *L;* cosas $G_1$. — Coxendicas, coxas *gl.* — Lucil.; *cf. comm. in Lucil. 285.* — **5** *ita M* (collo sust. *iam Ald.*)*;* caput colos temtatur (temptatur *G, Bamb.*) truncus (truccus $H_1$) sustinetur a cocsendicibus (coxend. *Montep., Bamb.*) — **6** s., l. *Varro;* simulato *L, G;* simul lato *H.* — **7** classis *C.* — **8** vel cond. *del. Quicheratus.* — **9** Varro; *immo Cato (de re r. cap. 6), quem citat V.* — ostendit *add. Me.* — oleam $H_1$*;* oleo *L,* $H_2$, *G.* — **10. 11** conditivam *Cato.* — horcitem *C.* — pusseam *G; ap. Varr.* poseam (posseam). — sergianam *Varro;* serginam *cdd.* — albicurem (abicurem *G*), colminiam *C;* colminiam, albicerem *ap. Varr.;* colminianam, albicerem *ap. Cat.* — **12** Caenatus *H.* — caena *Bamb.* — **13** ut eius; *cf. Valer. Max. II, 8, 6.* — **14** triumfaret $L_1$, *G.* — videtur *L.* — et ipse *M,* ut ipse *v.* — **15** redduceretur $H_2$, *G.* — **17** demptum *C pr.* $L_1$. — circo $H_1$. — Apollinis *Gothofred.;* Apollinem *C.* — **20** curae *add. Ald.* — ministrent *G.* — **21** edint *H* $o_2$*; Me;* edent *C.*

## INCIPIT PER D LITTERAM.

DEXTIMA, pro dextra. Varro *περὶ αἱρέσεων*: porro inde ab unoquoque compito ternae viae oriuntur, e quibus singulae exitum ac *τέλος* habent proprium. a primo compito dextimam viam munit Epicurus.

DESVEVI illum, pro desuefeci illum, id est consuetudinem ei abstuli. Titinius Gemina: ||

párasitos amóvi, lenonem aédibúst abstérrui,
désuevi nequo ád cenam iret éxtra consilióm meum.

DAPALIS cena est amplis dapibus plena. Titinius Varo:

tóto *tibi* fit ín foco
delíniens dapális cena.

DIVITANT, pro ditis faciunt. Accius Astyanacte:

nil crédo auguribus, qui aúris verbis deívitant
aliénas, suas ut aúro locupletént domos.

Turpilius Thrasyleone:

di me deívitant.

DESQVAMAT, squamis spoliat. Plautus Aulularia:

Dromó, desquama píscis; tu, Machaério,
gongrúm, murenam exdórsua, quantúm potes.

---

23 Varro *περὶ αἱρέσεων* || 28 Titinius Gemina || 3 Titinius Varo || 6 Accius Astyanacte || 9 Turpilius Thrasyleone || 11 II, 9, 1.

---

**23** Varro; *cf. Priscian. 607* et praeterea dextimus et sinistimus. extimus quoque pro extremus dicebant antiqui. — *δερcεων L; αερcεων* $H_1$*; αερεcεων id. 2;* $G_1$*; δερεcεων id. 2.* — **24. 25** ex quibus *pars cdd. Prisc.* — sinegulae $H_1$; sineulle *L.* — exitum ac telos (ad caelos *Caroliruhensis m. 2*) *cdd. Prisciani;* extume exitum ad caelos *C.* — a *om. L.* — conpito *H.* — **27** prodes uesicullum, id est $L_1$. — consuitudinem *L.* — ei *om. Bamb.* — **1** lenon est *Bamb.;* lenonum *Lachm.* — aedibus (edibus *cum Bamb. L, H*); *difficile potest credi etiamtum Titinii tempore, quod Naevii ac Plauti fieri potuisse non neges, productam finalem dativi pluralis tertiae. neque tamen idonea suppetit medela. — non male Bothius* deterrui; *Hermannus* proterrui. — *fuit qui scriberet* aedibus vi absterrui. — *trochaicos autem esse omnino numeros sequente versu demonstratur.* — **2** ne *om. Bamb.;* nae $L_1$. — quod *L;* quoḍ (ḍ *in ras. m. 2*) *H. illud* quod *qui tuerentur fuere frustra.* — caenam *C, non Bamb.* — exiret *L.* — **3** plaena $L_1$. — Varo *Bentin.;* Varro *C.* — **4. 5** *ita M;* toto fit in f. delignis in (*pro hoc, quod ex superioribus huc illat., edd. saec. XV* mihi) d. c. (caena $H_2$*; G;* caenae $H_1$) *C.* — **6** Devitant *L,* $H_1$*, Bamb.;* Div. $H_2$*, G.* — ditis; viditis $L_1$; vites *Bamb.;* divites $L_2$*, H, G* (*in H supra* es *eras.* i). — Accius; *cf. Gell. XIV, 1, 34.* — **7** nihil *cdd. Non.;* nihil, nichil *Gell.* — aures *ap. Gell.* — verris *L.* — devit. *hic et infra L,* $H_1$: div. $H_2$*, G.* — **8** dómus *plures libri ap. Gell.* — **9** Transilione *C.* — **11** spoliat *M;* expoliat *v.* — Plaut.; *cf. 17* exdorsuare. — **12** Dromo *Pl.;* drome $L_1$*,* $H_2$*;* adrome *id. 1;* dromae *G.* — Macherio *C.* — **13** gongrom *H;* congrum *cdd. Pl.* — munerenam $L_1$. — exdordna $L_1$*, ut vid.*

Lucilius Satyrarum lib. VII:

rador, subvellor, desquamor, pumicor, ornor,
expolior, pingor.

DEARTVARE est quasi per artus concidere. Plautus Captivis:

tum ígitur ego derúncinatus, deártuatus súm miser.

idem in eadem:

Deártuasti dílaceravisti átque opes
Confécisti . . . . . . . . .

DEMOLIRI, diruere. Sallustius Historiarum lib. IIII: pluteos rescindit ac munitiones demolitur locoque summo potitur.

DIVIDOS, id est separatos. Accius Andromeda:

nósque ut seorsum dívidos leto ófferas.

DISPVLVERARE est dissolvere. Naevius Gymnastico:

sáxa, silvas, lápides, montes díssicis, dispúlveras.

DIFFERITAS, pro differentia. Lucretius lib. IIII:

tantaque in his rebus distantia differitasque.

DEBIL, debilis. Ennius lib. VIIII:

debil homo. ||

DOMITIONEM. Pacuvius Hermiona:

nam sólus Danais híc domitioném dedit.

Lucilius lib. XXVI:

dómitionis cúpidi imperium régis paene inmínuimus.

---

14 Luc. l. VII || 17 III, 4, 109 || 19 III, 5, 14 || 22 Sisenna Hist. IV || 24 Accius Andromeda || 26 Naevius Gymnastico IV || 28 IV, 636 || 30 Enn. Ann. IX || 1 Pacuvius Hermiona || 3 Luc. l. XXVI.

---

— quam tum $L_1$. — potest *melius L, $H_1$ pg. 17.* — *pro* exdorsua quantum potest *male cdd. Pl.:* exossata fac sient. — **15** rador *Turneb.;* sador *C.* — subbellor *id.;* subv. *cd. Dousae; Turneb.* — **16** exp. *Dousa pater;* expilor *C.* — **18** derunc. *Bentin.;* deuntus $L_1$, *id. 2* deunctus; deuniatus $H_1$*;* deunciatus $H_2$*, G.* — **20. 21** conficisti $L_1$. — *Pl.:* me meamque rem — delacer. deartuavistique opes; conf. omnis res ac rationes meas. — **22** Demolliri $L_1$, *Bamb.* — deruere $L_1$*; Lugd.; Paris. 7665; G.* — Sallustius *postea add. in L.* — **23** monitiones $H_1$. — **24** Devidos *L;* Dividus id est separatus *Bamb. m. 1.* — **25** *propter r. m. aut scribendum cum Ribbeckio* sevorsum *aut scandendum ita:* nósque ut sorsum dívidos leto ófferas. — divides $L_1$, $H_1$*;* devidos $L_2$. — offeras *Scriverius,* offeres *C.* — **26** Nevius *C.* — cimnastico $L_1$*;* gimn. $L_2$, *H.* — **30. 31** debil *Lipsius;* debilo *v.; conf. comm. Enn. pg. 194.* — debiles $L_1$. — **1** Domitionem *M, et ita P; cf. de re m. 419 sq.;* domutionem *cdd. rell.;* Doe muotionem *gl.* — Paccuvius *Bamb.* — **2** Danais *v.;* Danaps (Dalanaps $H_1$) *C, Bamb.* — domutionem *id.;* domit. *M.* — **4** domutionis *C (om. hoc exempl. Bamb.),* domit. *M.* — pene *C.* — *cet. cf. Luc. XXVI, 34.*

DISSIGNARE, cum nota et ignominia aliquid facere. Terentius Adelphis:

illa quae ante fácta sunt
omítto: modo quid díssignavit?

DEBLATERARE, obloqui, confingere. Lucilius lib. XXX:

deblaterant; blennus bonu' rusticu' concinit una.

DELETILE, non quod deleatur, sed quod deleat. Varro Modio:

si dísplicebit tám tibi latúm mare,
parábi' tantum spúngeam delétilem.

DATATIM, id est invicem dando. Plautus Curculione:

túm isti, qui ludúnt datatim sérvi scurrarum ín via.

Afranius Omine:

datátim uxorem ut lúdas.

Pomponius Adelphis:

quid ílle dicit, cúm datatim in lécto tecum lúsi?

Novius Exodio:

non lúdunt in molís pila raptím datatim vórsa?

DIVIDIA est taedium. Accius Armorum iudicio:

huius mé dividia cógit plus quamst pár loqui.

Turpilius Epiclero:

. . . sperabám consilia nóstra dividiaé tibi,
cum aetás accesset, nón fore.

DVLCITAS, DVLCIDO, pro dulcitudo. Accius Tereo:

---

5 I, 2, 6 || 9 Luc. l. XXX || 11 Varro Modio || 14 II, 3, 17 || 16 Afranius Omine || 18 Pomponius Adelphis || 20 Novius Exodio || 22 Accius Armorum iudicio || 24 Turpilius Epiclero || 27 Accius Tereo.

---

5 Dissinnare $H_1$; Designare *G* (*at in mrg.* disignare); *gl.* — 6 Adelfis *C; ita et v. 18.* — antehac *Ter.* — 8 homitto $H_1$. — dissingnavit $H_2$. — designavit *Bembin., quid. cdd. interpol. ap. Ter.* — 9 Depl. *Bamb.* — obliqui *L.* — confringere *Bamb.* — lib. XX *G.* — **10** deplaterant $H_1$; deblaterat *edd. ante Me.* — blennus *Iun.; conf. comm. Luc. 272;* plennus *L, G ex corr.;* plenus (cplenus $H_1$) *H, pr. G.* — concinnit *pr. H.* — *f.* deblaterat blennus, bonu' rusticu' c. u. — **13** parabis t. *Iun.;* partis quantum *C;* para, vis quantam *Popma.* — parabi' quantam *si scripsit Varro, hominem πολυγράφον ab eo apparet irrisum; alterum si est eius, de se ipso videtur locutus; cf. 176* scenatilis. — **15** d. s. sc. *Pl.;* servi scurrarum (servis curarum $H_1$; *id. 2* servi scurarum) datatim *C.* — **16** hominem *L*, $H_1$; homine $H_2$, *G.* — **19** quid *M;* quod *C.* — dixit *Quicheratus.* — **21** *ita M; h. e.* nonne etiam servi aliquando ludunt? in molis non ludunt raptim pila datatim (datim $L_1$) morso. — **22** est id est *Bamb.* — tedium *C, Bamb.* — armi $L_1$. — **25** consilio $H_2$. — **26** *f.* accresset. — **27** dulcido, pro dulcitudo *M;* dulcitudo, pro dulcedo *v.* — Dulcitas, dulcido *gl.*

*o* suavem línguae sonitum! [o] dúlcitas
conspírat animae.

Caecilius Syracusiis:

tántan huic invásit in cor dúlcitas?

Cicero de oratore lib. III: quin etiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius quique dulcedine praeter ceteros sensus commovetur.

DISCORDITAS, pro discordia. Pacuvius ‖ Hermiona:

quántamque ex discórditate cládem inportem fámiliae.

DELETIO. Lucilius lib. XXVIIII:

delétionem nóstri ad unum exércitus.

DEPEILASSERE ac DEARGENTASSERE et DECALAVTICARE *et DESPECVLASSERE.* Lucilius lib. XXVI:

dépeilassere áliqua sperans me ác deargentássere,
décallauticáre, eburno spéculo despeculássere.

DIFFLARE est flatu disturbare. Plautus:

cuius tú legiones dífflavisti spíritu.

Lucilius lib. XXVI:

párs difflatur vénto, pars autem óbrigescit frígore.

DANVNT, dant. Pacuvius Iliona:

di me étsi perdunt, támen esse adiutam éxpetunt,
quod, príu' quam intereo, spátium ulciscendí danunt.

Plautus Pseudolo:

cui séruitutem dí danunt lenóniam.

Naevius Belli Poenici lib. IIII:

---

30 Caecilius Syracusiis ‖ 32 III, 25, 99 ‖ 1 Pacuvius Hermiona ‖ 3 Luc. l. XXVIIII ‖ 6 l. XXVI ‖ 9 Milit. gl. I, 1, 17 ‖ 11 Luc. l. XXVI ‖ 13 Pacuvius Iliona ‖ 16 III, 1, 1 ‖ 18 Naev. Bell. Poen. IIII.

---

28 o *add. Iun.* — o *del. M.* — **29** conspirat *M* (*i. e.* congruit); conspiratum $H_2$, *G;* conspiritum *rell.* — **30** Cecilius *L, H;* Caelius *G.* — Seracusis *L,* $H_1$*;* Siracusis *G* (*sed prius testante Schneid.* Siracusiis), $H_2$. — **31** tantan' *Me,* tantam (tanta $H_1$) *C.* — hinc *libri Merceri.* — in cor *M* (hinc inv. in cor Davi *Me*); in corda in *C.* — **32** de oratore *v.;* de deorum natura *cdd.* — *id. vitium 92 s. v.* concalfacere. — **33** dulcedine $H_1$*;* dulcitudine *rell.* — **1** ermiona *H.* — **2** corditate *L, H.* — **5. 6** Depeil. *hic et infra M;* Depeculassere $H_2$*;* Depoc. *L,* $H_1$, *G, Bamb.* — *mrg. H* quasi pecus auferre. — Decalanticare *Iun.* — Depeculassere deargentasse. re dedauticare *gl.* — et desp. *add. Quicheratus.* — **7** depeculassere *L,* $H_2$*;* depoc. $H_1$, *G.* — me, *puto* meme. — **8** decalauticare *G;* decalluticare $L_1$. — depeculassere *C;* despeculassere *L. F. Schmidtius comm. ad Luc. l. IX pg. 12.* — **12** *fuit qui coniceret* obbrutescit. — **13** Pacubius $L_1$. — *cet. cf. 104* expetunt. — **14** petunt *cdd. h. l.* — **15** spacium *(ut saepe)* $L_1$. — **16** Pseudulo *G.* — **18** Ponici $L_1$.

eám cárnem
victóribús danúnt.

Caecilius Plocio:

at é re quondamst, quándo optata nón danunt.

DEAMARE, vehementius amare. Afranius Vopisco:

voluptátem capio máximam, cruciári tua te cúlpa.
quid dé te et de illa péssime, quam déamas, promerére?

DECOLLARE, ex collo deponere. Caecilius Notho Nicasioni:

habés quidem tibi; trádidi; in tuo cóllost: decollés cave.

DEGVLASSE est gulae dedisse. Afranius Brundisina:

ímmo iamdudum áccubuisse, dégulasse opórtuit.

DELECTARE, inlicere, adtrahere. Ennius Thyeste:

sét me Apollo ipsús delectat *átque* ductat Délphicus.

Quadrigarius Annalium lib. III: Fabius || de nocte coepit hostis castra simulare obpugnare, eum [hostem] delectare, dum collega id caperet quod captabat.

DELICA, explana, indica. Accius Achille:

qua re ália ex crimine ínimicorum effúgere possis, délica.

Caecilius Obolostate:

'immo véro haec ante sólitus sum'. — 'res délicat'.

Titinius Quinto:

quíd istuc est? aut *quíd* istic sibi vult sérmo? mater, délica.

---

21 Caecilius Plocio || 23 Afranius Vopisco || 26 Caecilius Notho Nicasioni || 28 Afranius Brundisina || 30 Ennius Thyeste || 1 Quadrigarius Annal. III || 4 Accius Achille || 6 Caecilius Obolostate || 8 Titinius Quinto.

---

**21** Plothio *L*, $H_1$; Plotio $H_2$; Plocio *ed. Bas.* — **22** at e re quondamst *M;* atiere quod dant $H_1$; patiere quod d. *rell.* — danunt, *sc.* di. — **23** Vobiso $L_1$. — **24** volupt. *Vrbin. 307;* volunt. *v.* — te *add.* $H_2$. — **25** quid *M*, qui *v.* — de te et *Scal.;* det et *cdd.* — pessime *Palmer.;* pessima *cdd.* — promere *L.* — **26** Nicasioni; *cf. Lachm. ad Lucr. I, 739.* — **27** quidem *M;* vide *v.* — **28** Brumdisini *L, H;* Brundisini *G* (Brundisinumo *pro* Brundisini immo *in G esse testatur Schneid.*); Brundisinis *Bentin.* — *sed cum maior Donati de com. pg. XVII Kl. et Festi pg. 321 auctoritas quam Prisc. pg. 879 Brundisinae adserat titulum, hunc in corruptis N. l. et hic et pg. 123 s. l.* inplicare *existimavi restituendum.* — **29** hoccubuisse *C pr.* $H_2$, *qui* occ.; acc. *Madvig. Adversar. II, 656; recte, nisi veteres ut* obire *pro* adire, *ita* occumbere *pro* accumbere *dixisse statueris.* — **30. 31** Theestes et *C.* — ipsus *Bothius;* ipse *cdd.* — atque *add. M.* — Delficus *C.* — **2** hostis *Guietus;* hostibus *C.* — hostem *expunxit Quicheratus; f.* eo hostem. — delatere $H_1$. — **3** captabat; *f.* optabat. — **4** Delica (Delicae $L_1$); *cf. 277* delica. — **5** alia *cdd. pg. 277;* aliae *h. l.* — **6** obolostate *cdd. 277;* obolio istate *hic.* — **7** *cf. comm. in eundem v. pg. 277.* — vere $H_1$. — haec sol ante solitum sum *L.* — **8** in Quinto *cdd. 277;* libro (lib.) quinto *hic.* — **9** quid istic *cdd. 277,* istic *h. l.*

98 M.

DEVORARE, absumere, eripere. Accius Aeneadis:

pátrio exemplo ut mé dicabo aeque ánimam devoro hóstibus.

DIGNET, dignos putet. Pacuvius Iliona:

quis deós infernos, quíbu' caelestis, dígnet decorare hóstiis?

DEBILITER, debilitate. Pacuvius:

miserét me; lacrimis língua debilitér stupet.

DEMAGIS, valde [demagis]. Lucilius lib. XVI:

rex Cotus ille duo hos ventos, eurum atque aquilonem,
novisse aiebat *se* solos demagis; istos
ex nimbo austellos nec nosse nec esse putare.

DIV, pro die: unde et interdiu dicitur. Titinius Fullonibus:

nec nóctu nec diú licet fullónibus quiéscant.

Plautus Mercatore:

noctuque et diu ut viro subdola sis.

idem [in] Aulularia:

nec nóctu nec diú quietus úmquam eram: nunc dórmiam.

DVBITATIM, dubitanter. Caelius Annalium lib. III: imperator

---

10 Accius Aeneadis ‖ 12 Pacuvius Iliona ‖ 14 Pacuvius ‖ 16 Luc. l. XVI ‖ 20 Titinius Fullonibus ‖ 22 Plautus Casina IV, 4, 5; sed cf. comm. ‖ 24 Plautus Aulularia ‖ 26 Caelius Annal. III.

---

**10** Dev., ads. *gl.* — **11** patrio $L_1$ *in ras.* — ut — aeque *M;* et — atque *v.* — devoro *pro* devovero. — **12** *cf. 281* dignatus; *286* dignatus. — **13** quis cael. *Bothius; f. recte.* — hostis *C; corr. Iun.* — **16. 17** Demagis valde [demagis] *M;* Dem. valde magis *v.* — XVI: rex; X uirex *L*, $H_1$. — **17. 18. 19** *tandem hos versus licuit expedire, qui in editione Lucilii nondum erant absoluti. Cotus quippe, hiemalis terrae rex, tantum dicebat sc nosse ventos ibi maxime flantes; austrum, qui rarus et invalidus in Thracam veniret, nosse se negabat.* — duo *Salmas.;* duos (*seq.* hos) *C.* — eurum *M;* austrum *v.* — ‘in aliis scriptum repperi: novisse aiebat se solos’ *Bentinus;* novissime alebat (aiebat $H_2$, *G*) solos *C.* — solos se *Salmas.* — demagis, σφοδρῶς, *gl. Philoxeni; Paulus 71* demagis pro minus; *ubi tamen docti* ‘nimis’. *N. certe post* demagis *voluit interpunctum, potestque id videri factum ut* derepente. — *an negantis vel adversantis potius sit adv. scribendumque cum ed. Turic.* novisse aiebat solos, sed d. i., *amplius quaerendum.* — demagis *per* ceterum *expl. comparato Hispanorum* demas *Buechelerus m. Rhen. XXXVII, 524.* — **19** nos seneces putare *L.* — **20** interduo $H_1$. — **22** Mercatore. *sequitur v. Casinae. excidisse v. Mercatoris 862* non concedam neque quiescam cusquam noctu neque dius (diu *Bothius et, si usus est hoc exemplo, Nonius*) *scite coni. Buechelerus mus. Rhen. XV, 440. illud potest dubitari, Noniine an librariorum neglegentia sit peccatum.* — **23** nec diu $H_1$. — subdolola $H_1$. — **24** idem *add.* $L_2$. — **25** *f. haec in fine Aululariae, qui intercidit, fuere.* — eram $H_1$*;* eam *rell.* — **26** Caecilius *H; Flor.* — Annalium *Iun.;* Annalis *cdd.* — lib. IIII *Bamb., Montepess.* — necclamat $G_1$, conclamant *Bamb.; Paris. 7665; 6.* — velites; ut velites *Ald.;* avelitatis *cdd.* — a sinistro *Quicheratus* (*cf.* avelitatis); in sinistro *C;* in inisstro *Bamb.; nisi error subest Halmii* (inistro *Lugd.*); inistro

conclamat de medio, velites a sinistro cornu removeantur, Gallis non dubitatim inmittantur. — Sisenna Historiarum lib. IIII: quod hostem non dubitatim cum pluteis ac scalis iter || facere cernebat.

DISCEDERE, hiare, dividi, distendi. M. Tullius de officiis lib. III: hinc ille Gyges inducitur a Platone. qui cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus. — Sisenna Historiarum lib. IIII: armati, dextera ducti, *magis* magisque in latitudinem discedunt.

DELEGARI veteres discedere posuerunt vel dispertiri. Plautus Amphitryone:

sicuí favitores délegatos víderint.

DEPSERE [a graeco magis significantiam vel originem trahit. Homerus Odyssia:

δεψήϲαϲ κηρὸν μελιηδέα].

Varro Mysteriis: sed tibi fortasse alius molit et depsit.

DOLITVM, quod dolatum usu dicitur, [quod] est [per caelum] vel abrasum vel effossum. Varro Agathone:

numnám celatus ín manu dextrá scyphus,
caeló dolitus, ártem ostentat Méntoris?

---

28 Sisenna Hist. IV || 4 III, 9, 38 || 5 Sisenna Hist. IV || 9 prol. 67 || 12 XII, 48 || 14 Varro Mysteriis || 16 Varro Agathone.

---

*Paris. 7666* (avelitati sinistro *Paris. 7665; Montepess.*). — *ad pugnam Senensem haec referenda coll. Liv. XXVII, 48 scite suspicatur Petrus.* — **28** lib. quarto *H.* — *om. hoc exempl. Bamb.* — **1** honestem $H_1$. — **3** Discere *Bamb.* — M. Tull.; *cf. 330* inducere. — **4** giges; e *cum ras. m. 2 fact. ex* a *H;* gygyes $L_1$. — **5** discesset $H_1$. — inbribus $L_1$. — **6** magis magisque *Guietus;* magisque *C.* — **8** Delegari — dispertiri *Quicheratus;* Delegare — dispertire *cdd.* — Amfitreone *L;* Amrione $H_1$; Amfitrione $L_2$, $H_2$; Amfitryone *ed. Bas.* — **10** sicui *Plaut.;* cui *cdd.* — *ab illo* cui *usque ad finem paginae, hoc est usque ad* cruribus *in l.* descobinatis, *omnia in rasura scr.* $L_1$. — favitores $H_1$; fautores *rell.; cd. B. ap. Pl.* — delegatos *Pl.;* delegatores *C.* — **11. 12. 13** *cf. pg. 39* condepsere. — Depserere $H_1$. — *om. h. l. gl.* — *illa* a graeco — *μελιηδέα, ut ex pg. 39 huc translata, secl. M.* — Omerus $L_1$, *Bamb.* — Odissia *L, H;* Odyssia *ed. Bas.;* Odyssa *Bamb.* — *iam L λδεπcηcα κηρουμεαιηλεα, G habet αδεπcηcαc,* $H_2$ *λδεπcηcαc (prius λλεπηcα); rell. utriusque cd. et Bamb. dittographias afferre non est tanti.* — **14** Myst. $H_2$; Mist. *rell.* — alius *add.* $L_2$. — **15** Delitum *Bamb.; gl.* — quod *secl. M.* — p. c. *Passerat.; secl. M;* percaesum *v.* — *fraudi fuisse quod errore ap. V. scriptum esset* dolitus *pro* politus *statuere Dubnerus in actis Athenaei Gallici a. 1855 pg. 107; Madvigius Advers. II, 656; vix recte, cum a Varrone poculum rudi arte factum appareat irrideri; cf. Priap. 10, 4.* — **16** Varro; *cf. 436* celare et caelare. — **17** umnam $H_1$; numquam *G.* — caelatus *L, H; ipse Non. 436.* — scifus *C.* — **18** celo *C.*

99. 100 M.

[Cicero dolatum Academicorum lib. IIII: non enim est e saxo sculptus aut e robore dolatus.]

DENTHARPAGAS, quas Graeci ὀδοντάγρας vocant, latine voluit appellari Varro Quinquatribus:

hic fórcipes bipénsiles, denthárpagae.

DESCOBINATIS, sauciis et abrasis et desectis. Varro Meleagris: sin autem delectationis causa venamini, quanto satius est salvis cruribus in circo spectare quam his descobinatis in silva cursare!

DESVBVLARE, perfodere†. Varro Sesquulixe: unam enim viam Senona moenisse duce virtute: hanc esse nobilem; alteram Carneadem desubulasse, bona corporis secutum. ||

DORMITIO. Varro Sexagesi:

o stúlta nostri péctoris dormítio vigilábilis!

et alio loco idem: quid mihi somno, si dormitio tollitur?

DISSENTANEVM, discors et dissentiens, ut consentaneum contra. Nigidius: eum locum facit dissentaneum.

DECIDVA quae decidant, ut occidua quae occidant. Laberius in * * *

---

19 II, 31, 101 || 22 Varro Quinquatribus || 24 Varro Meleagris || 27 Varro Sesquulixe || 1 Varro Sexagesi || 3 Varro (in saturis, ut vid.) || 5 Nigidius || 6 Laberius.

---

**19. 20** Cicero — dol.; *haec ab interpol. vid. adiecta.* — e xaso *G.* — sculptus aut *Cic.;* aut cultus *cdd.* — e robore; ebore *cdd. Cic.* — **21** Dentarpagas *C, non Bamb.* — οδοντατρας *L, H, Bamb.* — harpa *(non ut lemma)* forceps *gl.; cf. et comment. in 120* hallec. — **23** *ita M; trim. graecanicus.* — hic bipensile (bipins. $L_1$; *Bamb.*) *C;* bipensiles *Iun.* — forcipes *id.;* forcipen *C;* forcipem *Bamb.* — denthaspagae $H_1$; dentarpagae $H_2$, *G;* dentbarpage *Bamb.* — bipénsiles hic fórcipes denthárpagae *Guietus.* — *male Buechelerus:* hic bipennis, ille (*debebat certe esse* huic bipennis, illei); *nam bipennibus hic nullus locus.* bipensilis *ut ap. Auson. Epigr. 79, 7 ed. Schenkl.* trifissilis. — **24** sacciis $H_1$; *id. 2* saucciis; saucius *Bamb.* — **25** delectationes $L_1$. — **26** spectare $H_1$ (*in mrg. add. m. 2* ex); expectare *rell. cum Bamb.* — curare *C;* currere *Iun.;* cursare *Volberius.* — **27** Desuberrare *Bamb.;* Desublare *gl.;* desabulare *Scal.* — desubulare *a subula ductum.* — pertodere *prius L;* pertundere *gl.* — *illud* perfodere *parum aptc delectum. melius pro* poliendo *poni dicit Oehlerus; cf. 66 l.* politiones. — sesqueul. *C.* — unam enim viam *Popma* (unam viam *Iun.*); unam veniam *C.* — **28** Zenona (Senona *M*) moenisse (molivisse *Roeperus*) *Lips.;* esse nonamovisse *(post* movi *ras. H) C.* — **29** bonam *L, H.* — bona corporis; *ita perperam a Varrone reddita, quae Carn.* τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν *dixit; cf. doctorum commenta ad Cic. de fin. II, 12, 35; V, 7, 20.* — **1** Varro; *cf. 158* puellos; *ubi locus plenior. minus bene propter r. m. hoc frgm. octonariis iambicis contineri putant v.* — **2** o *om. Bamb.* — peccatoris *Bamb.* — vigilabis *cdd. h. l.* — *illud* vigilabilis *obscurum.* — **3** id est $L_1$, *Bamb.* — *ad saturas recte sequentia rettulere docti.* — *f.* somnum. — **4. 5** dissentanium *bis* $L_1$. — **6** dec. *Quicheratus;* cadant *cdd.* — occididua $H_1$. — **7** *lacunae signum add. M;* sin $L_1$.

autúmno ubi caurus áffatim decídua folia pándit.

DVOVICESIMO, ita ut duodecimo. Varro Humanarum rerum lib. XVI: mortuus est anno duovicesimo; rex fuit annos XXI. — Cato in quarto Originum: deinde duovicesimo anno post dimissum bellum, quod quattuor et viginti annos fuit, Carthaginiensis sextum de foedere decessere.

DIVRNARE, honestum verbum pro diu vivere, ut aput veterem prudentem auctoritatis incognitae: ʻneque optumum quemquam inter nos sinunt diurnare.'

DVRITVDO, pro duritia. Cato in Veturium: ʻqui illius', inquit, ʻinpudentiam [qui] norat et duritudinem'.

DELICIA, numero singulari; quod aut rarum est aut singulare. Plautus:

méa voluptas, méa delicia.

DIRITAS. M. Tullius de senectute: in altero diritas.

DERISSISSIMVM. Varro Bimarco:

scéna quem seném latina vídit derisíssimum.

DIIS, diutinis ac iugibus. Varro *Ὄνος λύρας*:

---

9 Varro Rer. hum. XVI ‖ 11 Cato Orig. IV ‖ 15 Q. Claud. I; cf. comm. ‖ 17 Cato in Veturium ‖ 20 Poen. I, 2, 152 ‖ 22 18, 65 ‖ 23 Varro Bimarco ‖ 25 Varro *Ὄνος λύρας*.

---

8 autumno *Ribbeckius* (in aut. *Bothius*); altum non *H, G;* alium non *L.* — caurus (*pro quo cdd. saepius* carus) *Ribbeckius; caput cdd.* — affatim *M;* a foliis (a folis $L_1$) *C.* — 9 *cf. Gell. V, 4; ex cuius loco sub finem mutilo omnia a N. petita recte statuit Hertzius.* — Duovicesimo *Iun. hic et infra;* Duodevicesimo *ubique cdd. Non.; ap. Gell.* duodevicesimo *cdd. in lemm.; alias* duoetvicesimo; duoetvicesimo *male Me; cf. Hertz. l. m.* — *potius* Rer. human. — 10 *illa* rex — XXI *Hertz. non Varronis, sed Iulii Pauli, quem adfert Gellius, putat.* — 12 *post* bellum sed *eras. in G.* — Carthaginenses *Flor., G.* — 13 federe *G, L, prius Flor.;* fodere, *supra* o *scr.* e, *H.* — decessere *Me e Gell. X, 1, 10;* decernere *cdd.; f.* decleinare. — 14 *cf. Gell. XVII, 2, 16; ubi legend.:* nam in hoc. — vivere *Gell.;* videre *cdd.* — aput $L_1$, apud *rell.* — ap. v. pr.; *Gellium dicit N, cum seq. sint ex. Q. Claudii l. I.* — 15. 16 quemquam *etiam Gell.;* quemque *ed. a. 1476.* — inter nos sinunt *Gell.;* in suos solent (salent *Bamb.*) *cdd.* — diurnare *si scripsit Cl., ac non* diuturnare, *fortasse pro* incolumem esse *voluit dictum. cf. quae praec. ap. G.* — 17. 18 *cf. Gell. XVII, 2, 20, ubi* in L. V. — inquit *Catonis esse putavit N.* — impudentiam *Gell.;* inprudentiam (impr. $L_2$, *H, G*) *C.* — norat *Gell.;* qui norat *C;* quia norat *Rothius contra artis leges.* — 19 *cf. Gell. XIX, 8, 6.* — Deliciam *cdd.;* Dilatia *gl.* — 21 dilicia $L_1$. — 22 *cf. 30* dirum. — Duritas $L_1$. — 23 Dirissississimum *L,* $H_2$, *G; Montepess.;* Disriss. $H_1$. — Dirissimum *mrg. G, Bamb.;* Dirissimum, severum *mrg. H; gl.* — uimarco *cdd. praet.* $H_1$. — 24 senem, *scil.* Pappum. — derisissimum $L_1$*;* dirisissimum $L_2$, $H_2$, *G;* disrisissimum $H_1$*;* dirissimum *Bamb.* — 25 diutinis ac iug.; *n. N.*

divúm lyram qua móbilem sol hârmoge
quadám gubernans mótibus diís veget. ||

DICTERIA. Varro Ὄνος λύρας:

neque órthophallicum áttulit psaltérium,
quibús sonant in Graécia dictéria.

DISPALARI est separari. Sisenna Historiarum lib. III: dispalati ab signis, digressi omnes ac dissipati. — idem: tanto plures passim dispalantur.

DILORICARE dictum est scindere. Cicero de oratore lib. II: qui in causa peroranda non dubitavit excitare reum consularem et eius diloricare tunicam et iudicibus cicatricem adversam senis imperatoris ostendere.

DIVITIOR. Cicero de oratore lib. III: inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambos.

DETVRBARE, deicere, demovere. Sallustius lib. II: moenibus deturbat. — Vergilius lib. V:

puppi deturbat ab alta;

et lib. VI:

inde alias animas, quae per iuga longa sedebant,
deturbat.

DIVIDAE, ut dissensiones. Accius Phoenisis:

ne horum dívidae [et] discórdiae
díssipent, [et] distúrbent tantas ét tam opimas cívium
dítias.

---

1 Varro Ὄνος λύρας || 4 Sisenna Hist. III || 5 Sisenna || 7 II, 28, 124 || 11 III, 48, 185 || 13 Sallustius lib. II || 14 V, 175 || 16 VI, 411 || 19 Accius Phoenisis.

---

**26.** *cf. p. 183* veget. — d. l. qua m. s. h.; *ita M; cdd. l. utroque hoc ordine:* q. m. d. l. s. h. — lyras *h. l. id.* — qua *Scal.; f.* quom; quam *cdd. l. utroque, exc. quod hic* quem *L*, $H_1$. — nobilem $H_1$. — harmoge *Bentin.;* ermoge *cdd. h. l.;* aroge *183.* — **27** viget *id. hic.* — **2** quam mobilem neque *C, Bamb.* — orthophallicum *Iun.;* orhopsalticium *C, Bamb.* — orthophallicum *active positum.* — attuli *Buechelerus; cf. 176* suscitabulum*; 372* producere. — **4** *ita Quicheratus;* Dispalare (Disparare *Bamb.*) est separare *cdd.* — *n. N.* — **5** discipati $H_1$. — **7** Dilodic. $L_1$; Dilordic. $H_1$. — **9** dilodicari *Cic. cd. Abrincensis.* — cicatrices adversas *melius cdd. Cic.* — adhersam $H_1$. — **11** *non videtur scribendum* ditior; *cf. 95* divitant. — lib. IIII *L; Bamb.; prius H.* — **12** vitior $H_1$. — dithyrambos (dithirambos *L, H*); dithyrambus *ap. Cic.* — **13** menibus $L_1$. — **17. 18** sedebat deturbant $L_1$. — **19** Divitiae *prius H.* — dissensionis $L_1$, $H_1$, *gl.* — foenisis *L, H, Bamb.;* foenissis *G.* — **20** neorum $L_1$*; Bamb.;* ne eorum *Scal.* — dividae discordiae *M, ita quidem, ut illud* dividae *sit adiectivum;* dividae et discordiae *C, Bamb.;* dividiae et discordiae *v.;* dividiae, discordiae *minus eleganter propter r. m. Fleckeisenus.* — **21** et dist. *(praec.* ent) *cdd.; del.* et *Scal.* — et tam opimas *cd. Fabri, Lips., al.;* et iam optimas *C, Bamb.* — quivium *Bamb.* — **22** *ita M;* divitias *cdd.*

DEINTEGRARE, deminuere. DEIVGARE, deiungere, separare, dissociare. DENASCI, decrescere. Caecilius:

nómen verginís, nisi mirumst, deíntegravit.

Pacuvius Chryse:

pérque nostram régiam
unánimitatem, quám memoria déiugat.

Cassius Hemina Annalium lib. II: quae nata sunt, ea omnia denasci aiunt.

## INCIPIT PER E LITTERAM.

ELVRESCAT. Varro Prometheo libero:

átque exsanguibús dolore ⁂ elurescát colos. ||

EVALLAVERO dictum excludam et quasi extra vallum mittam. Titinius Prilia:

quam égo hodie extorrem hác domo
fáciam pilatrícem palli púlchreque evallávero.

Varro Epitaphionibus, πεϱὶ τάφων:

donéc foras nos íntus evalláverunt.

---

24 Caecilius || 26 Pacuvius Chryse || 29 Cassius Hemina II || 32 Varro Prometheo || 2 Titinius Prilia || 5 Varro Epitaphionibus.

---

23—30 *tria lemmata, item tria exempla in unum conflata; quae in ordinem redacta ap. Iun. et Me auctore Bentino, qui dicit se in codicibus invenisse.* — *l.* deiug. *om. gl.*; denasci *om. gl., Bamb.* — 23 deminuere *Bamb.*; $L_1$; dim. *ed. Bas.*; dimm. *H*, $L_2$. — 25 verginis *L*, $H_2$; virginis *v.* — novem virgines *Me, ingeniose, sed, ut puto, frustra. quod si scripsit ita Titin., bacchiacus tetram. est instituendus:* novem vergines, ni mirumst, deintegravit. — 26 *cf. 142* memoria. — Crise *L, H.* — 27 regiam *Vossius*; egregiam *Non.* — 28 unianimitatem *L, H.* — immemoria *Vossius; vix recte, si priora respexeris. cf. comm. in pg. 142.* — 29 Annalium lib. II; lib. *vel* libro II annali *C* (Annalium *Petrus*). — et omnia $H_1$. — 32 Elurescat *M*; Eiurescat *L, Bamb.*; Evirescat *H, G; v.* — Eiurescat (evirescat *mrg. H*), pallescat *gl., mrg. H.* — Prometeo $L_1$. — libero *Oehlerus*; lib. XV *C*; *om.* XV *Bamb.* — 33 exsanguinibus *Bamb.*, $L_2$, $H_1$; exsanguibus *proleptice.* — dolere $H_1$. — *post* dolore *ut puta* faxo *potest suppleri.* — elurescat *M*; eiurescat *L*; *Lugd.*; evir. *G, H.* — 1 Evallavero *Quicheratus* (Evallaro *Me; cf. infra*); Evallare (Evallere $L_1$, $H_1$) *cdd.* — 2 pilia *prius L*, $H_1$. — 3. 4 quam *Bothius*; qua *C.* — extorram $L_1$. — hac *Bothius*, hanc *C*; — palli; pallii *Lips.*; pallae *Buechelerus*; pulchreque evallavero *M* (pulchre evallavero *Bothius*; evallavero *iam Lips.*); palia evallavito pulchre *C.* — *numeros disposuit Quicheratus.* — *ingeniose Hermannus:* qua égo hodie extorram hánc domo actam pílatricem pállium | évallaro púlchre; *quod nescio an sit praeferendum, ut tamen reponatur* quam — hac. — 5 *ita Oehlerus*; επιταφιονιβουϲ (*cf. similem errorem 65 s. v.* promicare) *C.* — πεϱι ταφιον *C exc. quod H hic, ut supra,* λ *pro* α. — 6 intus; *i. e.* ex domo. — evallaverint *v. d. in ed. Basil.*

102 M.

EXCANTARE significat excitare. Plautus Bacchidibus:

nam, crédo, cuivis éxcantare cór potest.

Lucilius Satyrarum lib. II:

quaeso nunc Aemilium atque precando
exigo et excanto.

Varro Eumenidibus: ubi vident se cantando ex ara excantare non posse, deripere incipiunt.

EXTVNDERE est extorquere vel invenire. Afranius Epistula:

itaque ádeo extundo, exfício; mandatúr mihi
custódiendus.

Vergilius Georgicon lib. I:

ut varias usus meditando extunderet artis
paulatim.

EXCVLPERE est extorquere. Plautus Cistellaria:

in quaéstione víx exculpsi ut díceret.

Lucilius Satyrarum lib. II:

nunc Nomentani quae ex testibus ipse rogando
exculpo, ecdicam.

idem VII:

esuriente leoni ex ore exculpere praedam.

E REGIONE positum est ex adverso. Cicero Academicorum lib. IIII: nec ego non ita. vos etiam dicitis esse e regione nobis, in contraria parte terrae, qui adversis vestigiis stent ad nostra vestigia?

---

7 Plautus Bacchidibus || 9 Luc. l. II || 12 Varro Eumenidibus || 14 Afranius Epistula || 17 I, 133 || 20 II, 2, 6 || 22 Luc. l. II || 25 l. VII || 27 II, 39, 123.

---

7 excitare *M;* excludere, *quod ex superiore lemmate videtur irrepsisse v.; gl.;* Exantare, excludere, subripere; *cf. Varronis locum.* — Plaut.; *cf. Serv. in bucol. 8, 71.* — Baccidibus *L*, $H_2$. — 8 nam tu quidem cuivis excantare cor facile potes *Serv. l. m.; inde Ritschelius:* nám tu quidem (equidem *Abrahamus hebdomadariis philologicis a. 1885 pg. 271; Goetzius*), credo, éxcantare cuívis facile cór potes. — 10. 11 *ita M* (*vel* quaeque rogo nunc); quae ego nunc Aemilio praecanto atque exigo (exigo no $Hs_1$; exigno $Ho_1$) et excanto *C.* — 13 diripere $H_1$. — 14 Epistola *C pr.* $L_1$. — 15 exficio; *ita L;* ex officio *H, G; ac potius videtur reponendum* ecficio. — mandatur *M;* datur *v.* — 18 varios *G.* — artes $H_1$. — 21 questione *L, H.* — ut *pro* vix *L.* — 23 nunc Nomentani quae *Scal.;* nunc nomen iamque *cdd.* — 24 ecdicam *M*, haec dicam *v.* (edicam *Iun.*). — 25 idem VII *M;* idem uti *cdd.* — 26 esuriente *docti ap. Me;* esurienti ex ore leoni exc. pr. *Dousa pater.* — *cet. hoc frgm. iungendum cum illo quod leg. 457 s. l.* catuli *olim monuimus.* — 27 E rigione *G (ita et infra).* — 28 nec; neque *cdd. Cic.* — non ita. vos etiam dicitis; *cdd. Cic.:* non enim etiam dicitis *vel* n. enim d. e. *vel* nonne etiam dicitis. — 29 e contrar. p. terrae *cdd. Ciceronis. male haec verba a nonnullis pro glosemate habita, quibus omnino opus ad explicandum*

EXORBEBO pro exhauriam. Plautus Epidico:

iam ego mé convortam in irúdinem adque horum éxorbebo sánguinem.

Turpilius Leucadia:

iam ego istám tibi
trístitiam exorbébo.

EGVRGITEM exauriam significat. Plautus || Epidico:

átque *argentum* egúrgitem domo prórsum?

EXPAPILLATO brachio, quasi usque ad papillam renudato. Plautus Milite glorioso:

íd conexum in úmero laevo, écpapillato bráchio.

Exos dicitur sine osse. Lucretius lib. III:

exos et exsanguis tumidos perfluctuat artus.

EXTRARIVM, quasi alienum. Afranius Suspecta:

ut me ésse in hac re dúcat abs te extrárium.

ERRABVNDVS, pro errans. Vergilius:

siqua forte ferant oculis sese obvia nostris
errabunda bovis vestigia.

EXCANDESCENTIA. Cicero Tusculanarum lib. IIII: lubidini ira, excandescentia, odium, inimicitiae, discordia. — idem [in] eodem: excandescentia autem est ira nascens et sine modo aestuans.

---

31 II, 2, 4 || 33 Turpilius Leucadia || 1 IV, 2, 12 || 4 IV, 4, 44 || 6 III, 721 || 8 Afranius Suspecta || 10 Bucol. 6, 57 || 13 IIII, 7, 16 || 14 IV, 9, 21.

---

*illud* e regione. — quia $H_1$. — st. ad n. *Me;* stent contra nostra *cdd. Cic.;* stent ad (stenad $H_1$) contra *C.* — *f.* adstent contra nostra. — **31** Exsorboero *Bamb.;* Exibebo, *ut vid.*, $L_1$. — exhauriam *Quicheratus;* exorbeam $L_2$, *H, G;* exsorbebeam $L_1$*;* exsorbeam *Lugd.;* Exsorbebo, exsorbeam *gl.* — *f. scribend.* exorbam; *nam saepius talia quae ad coniugandi potius vel declinandi modos pertineant in hoc capite referuntur.* — Plautus; *cf. pg. 479 l.* exugebo. — **32** erundinem *libri 479.* — urundine $L_1$*;* irundines $L_2$, *G;* urundinem $Hs_1$*;* irudinem $Hs_2$*;* urundinis $Ho_1$*;* hirudines $Ho_2$*; in quo utique* h *videtur falsum.* — atque *H, G.* — eorum *cdd. 479.* — exurbebo $L_1$. — exugebo *cdd. 479.* — **1** exhauriam *H, G, Bamb. ex corr., non gl.* — **2** atque argent. egurgitem *cdd. Pl.* — *pro* domo, *quod corruptum,* omne *Guietus.* — **3** *n. N.; res tamen nondum expedita: cf. Fest. pg. 79* expapillato; *item 83* effafilatum; *Caesar. pg. 65.* — **5** in num. levo *C.* — ecpapillato *M;* et pap. *L;* expap. *H, G.* — *cet. cf. Ritschel. ad Pl. v.* — **7** arcus $L_1$. — **8** Extranium *gl.; f. recte.* — **9** acre $H_1$. — **10** Errabundus properans *L.* — Verg.; *cf. 265* claudere. — **11. 12** opvia $H_1$. — nostri serabunda $L_1$. — **13** Excadescentia $L_1$*;* Excandiscentia, iracundia frequencia (*l.* frequens *gl.*) — Thusculanorum $L_1$. — lubidini *Cic.;* ludisne *cdd.* — irae $L_1$. — excadiscentia $L_1$. — **14** inimititiae *L,* $H_1$*;* inimiticiae *Bamb.;* inimicitia *recte apud Cic.* — in eod. *C;* eod. *Bamb.* — **15** est; (ut) sit *Cic.* — *puto* ira subito nascens. — aestuans *M;* existens (exs. $L_1$) *C.* — i. n. et m. existens *cdd. Cic.*

EMVNGERE, sine labore tollere. Terentius Phormione:

émunxi argentó senem.

EFFVTIRE, commenticia dicere. Terentius Phormione:

*ne* vos fórte inprudentés *foris*
effútiretis.

Cicero Tusculanarum lib. V: nec haec sic agit ut ex tempore quasi effutire videatur. — Lucretius:

multa licet simili ratione effutiat ore.

ELEVIT, maculavit. Lucilius lib. XXVI:

si hic vestímenta elevít luto,
ádeo risum mágnum inprudens ác cacinum súbicit.

ELOVIEM, purgationem. Lucilius lib. XXVI:

út *si* eloviem fácere per ventrém velis. ||

EXPONERE, pro exempla boni ostentare. Cicero Academicorum lib. II: frangere avaritiam, scelera poenire, vitam suam exponere ad imitandum iuventuti.

EXPETVNT, pro volunt. Pacuvius Iliona:

di me étsi perdunt, támen esse adiutam éxpetunt,
cum príu' quam intereo spátium ulciscendí danunt.

EXPALPARE, elicere. Plautus Poenulo:

'quíd faciam?' — 'exorá, blandire, expálpa.'

Pomponius Collegio:

síquid expalpáre possim ab íllo.

---

16 IV, 4, 1 || 18 V, 1, 18 || 21 V, 31, 88 | 22 V, 910 || 24 Luc. l. XXVI || 27 l. XXVI || 1 Cicero Acad. II || 4 Pacuvius Iliona || 7 I, 2, 144 || 9 Pomponius Collegio.

---

16 Emungere *H* (*m. 2* Emulgere, *sed rurs. corr.*); *Bamb.*; *gl.*; Emulgere *rell.* — Em. per fallaciam (falaciam *gl.*) tollere (circumvenisse *add. gl.*) *gl.*, *mrg. H.* — T. form. *cdd. hic et 18.* — *cet. cf. 36* emungi. — 17 emunexi (*pro* emuncxi) $H_1$. — 18 comm. *M;* cum (com *H*) mendacio (mendatio *L*, $H_1$, *Bamb.*) *cdd.*(Eff. vana d. *gl.*) — 19 ne *et* f. *om. C.* — 21 in temp. $L_1$. — 22 effuttire $L_2$, $H_2$. — 23 maulta $H_1$, mata *rell.* — dicet $H_1$. — similis *cdd.* — ratiore *L*, *H.* — 24 Elevavit $H_1$; Elevit, perleniit (*l.* perlevit), polluit *gl.*; *mrg. H.* — XXVI *Scal.*; VI *cdd.* — 25 sibi *pro* si hic $H_1$. — elovit (*pro* eluvit) *prius M.* — 26 adeo *M;* ab eo *v.* — inprudens ac cacinum *M;* ad (ac *Me*) chacinum (*ita* $L_1$; *id. 2* chacinnum; cacinnum *prius H;* cachinnum *H ex corr.*; $G_1$; *id. 2* chachinnum) inpr. (impr. $L_2$, *H*) *C.* — 27 Eloviem (*pro* Eluviem) *M;* Eleviem *C; gl.; ita ipse, ut puto, N;* Elevem *Bamb.* — Luc.; *cf. 38* expirare. — 28 si *om. h. l. cdd.* — eloviem *M;* eleviem *cdd. h. l.;* eluviem *38.* — per ventum *cdd. hic.* — 1 *n. N.* exemplo *G.* — academicis (ach. $H_1$) *C.* — 2 scelerato $H_1$. — poenire *Guietus* (*f.* punire); ponire $L_1$; ponere *rell.* — 3 mitandum $L_1$. — 4 Pac.; *cf. 97* danunt. — 5 dii *C.* — ad uitam $H_1$. — 6 cum *melius h. l. C;* quod *pg. 97.* — spacium $L_1$. — 8 exhora *L*, *prius H.* — exblandire *bene Goetz.* — palpa *Ambros.*

Plautus Vidularia:

num sérvus argentum á patre expalpábitur?

EXPERGO, pro expergefacio. Accius Antigona:

heús, vigilés, properáte, expérgite!
péctora tárda sopóre, exsúrgite!

Santra Nuntiis Bacchiis:

extemplo éxcita evadít quie
genetríx et omnis vócis expergít sono.

EXTRABVNT, pro exibunt. Afranius Auctione:

simul límen intrabo, ílli extrabunt ílico.

EFFLICTIM, vehementer. Plautus Poenulo:

earum híc adulescens álteram efflictím perit.

Pomponius Dotata:

scío pol te illam amáre efflictim.

Laberius Belonistria:

domina nóstra privignúm suum
ámat efflictim.

EXPVLSIM, dictum a frequenti pulsu. Varro Serapi: reite *te* purgatum scito, quom videbis Romae in foro ante lanienas pueros pila expulsim ludere. — Nigidius Commentariorum *grammaticorum* lib. XX: cuiusmodi genus adverbiorum, a verbis [motu] quod venit, ut expulsim, cursim.

---

11 Plautus Vidularia ‖ 13 Accius Antigona ‖ 16 Santra Nuntiis Bacchiis ‖ 19 Afranius Auctione ‖ 21 prol. 96 ‖ 23 Pomponius Dotata ‖ 25 Laberius Belonistria ‖ 28 Varro Serapi ‖ 30 Nigidius Comment. gramm. lib. XX.

---

**11** Pl.; *cf. 476* expalpabitur. — **12** num *M;* nunc *cdd. h. l.; om. 476.* — expalbabitur *H, prius L.* — **15** sopere *H.* — exsursgite $L_1$*;* exurgite *id. 2.* — **16** Santra *Bentin.;* Satra *C.* — Bacchis *cdd.; cf. comm. ad 78* bacchari. — **17** exemplo $L_1$*;* $H_2$*; G.* — excita evadit *Pontanus;* excit evadit *C;* excitae vadit *iam ed. a. 1476.* — quie *M;* qua *C.* — *ita ap. Laevium:* complexa somno corpora operiuntur ac suavi quie dicantur. — **20** illico $L_1$. — **22** adolescens $H_1$. — **25** Bel. *Iun. Adv. VI, 10;* Bell. *C.* — **28** Serapi: reite *M* (Serapi: recte *Iun.*); sera parecte *L, G;* sera perrectae $H_1$*; id. 2* sera parectae. — *ex compendio male intellecto eius quod est* Serrano περὶ ἀρχαιρεσιῶν *ortum illud suspicatur Quicheratus* (Serano: recte *Merklinus*). — te *add. Riesius.* — **29** quom *Riesius;* quum *Iun.;* quam *cdd.* — lanienas *Turneb.;* ianienas *C* (ante ianuas *Laurenbergius;* ante Iani aedes *v. d. ap. Quicheratum;* ante Iani ad pueros *Iun.*). — ante lan. — ludere; *h. e.:* quando in foro R. nulla erit frequentia hominum. — **30** Commentariorum *Quicheratus;* Conmento $L_1$, *ed. Bas.;* Commento $L_2$*, H.* — gramm. *add. M.* — **31** a verbis *Me;* adverbii *C* (i *alterum f. m. 2 add. in L*). — motu *quod ex illo* modi videtur ortum *secl. M;* a verbis motus *male Me, qui significari putat sic verba transitiva.* — quod venit *Me;* quae venit *C.*

ELVVIO, corruptus et morbifer aeris tractus. ‖ M. Tullius de officiis lib. II: qui collectis ceteris causis eluvionis, pestilentiae, vastitatis.

EXHIBERI, inferri. M. Tullius de officiis lib. III: quod cum audivisset adulescens filius negotium exhiberi patri.

ECVLEOS diminutivum ab equis M. Tullius in Hortensio dici voluit: 'ut igitur domitores equorum non verbera solum adhibent ad domandum, sed cibum etiam saepe subtrahunt, *ut* fame debilitetur eculeorum nimis effrenata vis'. — Varro Eumenidibus: neque furentem eculeum Damacrianum† insanus equiso ex hibus morbi fluctibus educat umquam. — Pomponius Decuma Fullonis:

> ét ubi insilui in cóculeatum ecúleum, ibi tolútim tortor.

EMANCVPATVM, submissum, deditum. M. Tullius de senectute: ita nimirum senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos.

EXIVRARE, ut DEIVRARE, id est valde iurare, et d e a m a r e. Plautus Amphitryone:

> exiúravisti té mihi dixe pér iocum.

EXORNARE, ornare; ut e x t r u e r e, struere. Plautus in Aulularia:

---

2 II, 5, 16 ‖ 4 III, 31, 112 ‖ 6 M. Tull. Hortensio ‖ 9 Varro Eumenidibus ‖ 11 Pomponius Decuma Fullonis ‖ 13 11 ‖ 18 Plautus Amphitryone ‖ 20 IV, 10, 54.

---

1 morbifer aeris *Guietus, Me* (morbifer aer, infecti aeris tractus *Iun.*); morbiferis operis *C, Bamb.* — *ita supra p. 77 s. v.* arci: summo opere *pro* suo aere. — *cet. n. N.* — M. T.; *cf. 184 l.* vastities. — **6** dimmin. *C;* dimin. *Bamb.* — **8** subtraunt *prius H.* — ut *edd. add.* — **9. 10. 11** effranata $H_1$; effraenata *id. 2.* — Varro*; cf. infra s. l.* equiso. — neque *e. q. s.;* Damacrianum, *pro quo infra* Damacrinum, *quo modò emendandum sit vel explicandum, nemo quisquam hactenus expedivit.* — ex hibus *Rothius;* exhibebis *h. l. C, exc. quod* $H_1$ exhibetis; exhibebis *vel* exibebis *id. infra;* ex saevis (*pro quo errore expressum* ex sevis) *Turneb. XXIX, 22.* — educet *cdd. infra.* — *fuere qui haec numeris contineri crederent. cuius rei causam certam video nullam. quamquam poterunt haud ita difficile hexametri concinnari in h. m.:* nempe furentem eculum *(ita Ribbeckius)* Damacrinum† insanus equiso educat morbi saevis ex fluctibus umquam? *nam* equiso *quin producat alteram, ut* agaso, *non videtur posse dubitari.* — Pomp.; *cf. 4* tolutim; *182* tortor. — Decima $L_1$. — **12** *h. l. C* ubi insiluit in culenarum (culeratum $H_2$, *G*) e., i. t. t. — **13** Emancip. *Bamb.* — subm. *M;* obnoxium *Guiet.;* subnixum (subnixsum $H_1$) *cdd.* — **14** nimir. *M;* nimis *C;* enim *minus bene cdd. Cic.* — **15** sin *G.* — menti $H_2$, *G; pars Cic. cdd.* — mancipata est *cdd. Cic.* — utimum $L_1$, *prius H.* — **16** in suos *ex cdd. Nonii solus habet* $H_1$. — **17** Eiurare *gl.* — et dei. *G.* — et *M;* ut *cdd.* — deam.; *cf. pg. 97.* — **19** *cf. Amphitr. III, 2, 35* equidem ioco illa dixeram dudum tibi. — iovem (*suprascr.* cum) *G; sed cf. Poen. V, 3, 50.* — **20** Exhornare *H.* — orare *Bamb.* — struere *Quicheratus;* instruere *cdd.*

répudium rebús paratis, éxornatis núptiis?

[Vergilius Aeneidos lib. IIII:

pulcramqne uxorius urbem
extruis.]

Cicero Tusculanarum lib. II: *si* modo est aliqua patientia; si nulla est, quid exornamur philosophia?

EQVISO, pro equite. Varro Trihodite tripylio, *περὶ ἀρετῆς κτήσεως*:

nam út ecus, qui ad vehéndumst natus, támen hic traditúr magistro,
út equiso doceát tolutim.

idem Marcipore: quam nautici || equisones per viam quom ducerent loro. — idem Eumenidibus: neque furentem eculeum Damacrinum† insanus equiso ex hibus morbi fluctibus educet umquam.

EVNVCHARE. Varro Lege Maenia:

siqui pátriam
máiorem paréntem extingit, ín eost culpa, quód facit
pró sua parte is quí se eunuchat aút alis quei líberos
pérducit.

EQVILAM. Varro Lege Maenia: nemo est tam neglegens, quin summa diligentia eligat asinum, qui suam saliat equilam.

---

22 IV, 266 || 25 II, 14, 33 || 27 Varro Trihodite tripylio || 1 Varro Marcipore || 2 Varro Eumenidibus || 4 Varro Lege Maenia || 9 Varro Lege Maenia.

---

22—24 *seclusit M.* — pulchr. $L_2$, *H corr.*, *G.* — 25 si *om. cdd.* — aliquam patientiam $H_1$. — filiosophia, *m. 2* philiosophia *L.* — quid exornamus philosophiam *male cdd. Cic.* — 27 pro equito $L_2$, $H_1$. — Eqneso, equiti *gl.* — Varro; *cf. 4* tolutim. — triodite (trihodite *G*) trifilio (triphilio *H*) periaretes eos *C.* — 29 sed ut *cdd. 4;* nam aut (eut $L_1$) *h. l.* — equus $H_2$, *item teste Riesio G.* — ad hendum est $H_1$. — 1 idem; *cf. 450* equisones. — nautitiae quisones $L_1$; *id. 2* nautiti aequisones; nautictiae quisones $H_1$; nautica eq. *prius G.* — quum *Scal. catal. pg. 242;* qua *cdd. h. l.;* quam (q *G*) *450; fuit qui scribi vellet* p. v. d. l. — 2 loro *Iun.;* lora *cdd. hic* (lorạ $H_2$); loco *450.* — *sensus Nonii haud dubie mancus culpa.* — idem; *cf. supra l.* eculeos. — 3 quis *L*, $Ho_2$, *P*, *prius G.* — exhibebis *H*, *G;* exibebis *L.* — educat *cdd. supra.* — 4 Eunucare *Bamb.* — moenia *id.*, $H_1$. — 5. 6. 7. 8 *versus agnovit Vahlenus.* — patrem vel patriam *Bamb.;* patrum *Montepess.* — extinguit *cdd. pr. L.* — enucat $L_1$. — alis (alii *prius*) quei *M*, aliqua *L*, $H_1$; aliqui $H_2$, *G;* aliquid *Bamb.* — perducit *M;* producit *v.* — 9. 10 legem *L*, $H_1$. — moenia *H*, *Bamb.;* menia $L_1$. — *sequentia si versibus continentur, sicut olim putavimus, scribendum erit* asinum suam qui saliat equilam, *ut continui decurrant iambici octonarii. tamen res incerta; quamquam humilitate sermonis non impediri quominus numeros inesse in illis putes qui saturas norunt Varronis facile intellegent.* — qui in *L; Bamb.;* quin, *supra scr.* i, *sed eras.*, *H.*

106 M.

ESVRIGO. Varro *Ταφῇ Μενίππου*: 'ubi lubet, ire licet accubitum. accede!' strenuo sussilimus, quod esurigo findebat costas.

ERICIVM. Varro Sexagesi: se cirumspexe atque invenisse *se*, cum dormire coepisset tam glaber quam Socratis calva, esse factum ericium cum proboscide e pilis albis.

ELVCIFICARE, dictum a luce. Laberius:

sic égo fulgentis spléndorem pecúniae
volo élucificare éxitum aetatís meae.

EXIGOR, pro a me exigitur. Caecilius Aeschino:

ego illúd minus nilo éxigor portórium.

EDVLCARE, pro dulcius facere. Mattius:

quaprópter edulcáre convenít vitam
curásque acerbas senibus† gubérnasse.

EQVITEM, pro equo. Vergilius Georgicorum lib. III:

atque equitem docuere sub armis
insultare solo et gressus glomerare superbos.

Ennius Annalium lib. VII:

ac non quadrupedes equites.

---

11 Varro *Ταφῇ Μενίππου*; cf. comm. ‖ 13 V. Sexagesi ‖ 16 Laberius ‖ 19 Caecil. (Hypobolimaeo) Aeschino ‖ 21 Mattius (mimiambis) ‖ 24 III, 116 ‖ 27 Ennius Ann. l. VII.

---

**11** Minippou *C;* Minippu *Bamb.* — ubi lubet, licet ire accubitum *ap. Plaut. legi Menaechm. 368 adnotarunt docti; sed probabile est haec vel simillima sexcenties adhibita hominibus Romanis.* — u. libet — acubitum *Bamb.* — **12** accede *Laurenbergius;* accedo *cdd.;* a sede *Oehlerus.* — strennuo *Bamb.* — desurigo $L_1$. — quostas $H_1$. — **13** *cf. 49* proboscis. — se *ante* cum *h. l. om. cdd.* — **14. 15** *idem:* Socrates galbam, *item* e pilis (epulis *Bamb.; Montepess.*) albis (alvis $L_1$, *Bamb.*) cum proboscide (prouoscide $L_1$, *Bamb.*). — **16** *cf. Gell. X, 17, 4.* — Elucificare, lucidare *mrg. H, gl.* — **17** ego *Gell.;* ito *cdd.* (cito *male edd. vet.*). — fulgenti *L, H, Bamb.* — splendorem *ed. Gell. Tornaesiana;* splendore *cdd. N.;* splendore (spendore) in *Gell.* — **18** velo *cdd. Gell. pr. X.* — elucifecare *L*, $H_1$. — aetati *cdd. Gell.* — *ceterum in his versibus Gellium, ut saepius, memoria lapsum suspicor, editumque a Laberio:* sic ego splendore fulgentis pecuniae volo elucificarei exitu aetatis meae. — **19** *cf. Gell. XV, 14.* — Hypobolimaeo Aeschino *Gell.;* Excino *cdd. Non.* — **20** nihilo *cdd. Non.; item Gell., exc. quod apud hunc XII* nihil, nichil. — **21** *cf. Gell. XV, 25.* — **22** edulcare *cdd. Non. et Gell.; f.* edulcasse; *cf. infra.* — **23** curasque *Gell.;* plurasque *cdd.* — acervas $L_1$, *Bamb.* — *illud* senibus, *pro quo* sensibus *cdd. Gell., corruptum.* — gubernasse *cdd. Non.;* gubernare *Gell.* — **24** *cf. Gell. XVIII, 5; pg. 295* equites. — *Gellio etiam usus Macrobius VI, 9, 8.* — pro eoquo $H_1$. — Verg.; *cf. 295* equites; *330* insultare; *391* superbum. — **26** solo egressus $L_1$. — **27** Annalium *Quicheratus;* Annali *cdd.* — **28** ac *Rothius;* at *Bentin.;* an *C.* — *cf. Gell.* quod Q. Ennius in septimo annali 'quadrupes eques' ac non 'quadrupes ecus', ut multi

Equitare quoque Lucilius ecum dicit, cum sit hominis ecum insidentis:

quis hunc || currere ecum nos atque equitare videmus,
his equitat curritque oculis.

EXEQVIANTVR, ab exequiis, ut convivantur et epulantur. Varro Bimarco:

ipsúm propter vix líberti semátrati exequiántur.

EXEDRA. M. Tullius de [officio et de] finibus bonorum et malorum lib. V: sunt in ipsis locis indicia summorum virorum, tamen ego illa moveor exhedra. — et de oratore lib. III: tunc dedita opera quiescentibus aliis in eam [iam] exhedram venisse, in qua Crassus posito lectulo recubuisset.

ERGO positum pro [ea] causa. Vergilius Aeneidos lib. VI:

illius ergo
venimus et magnos Erebi trasnavimus amnes.

Sisenna Historiarum lib. IIII: milites, ut lex Calpurnia concesserat, virtutis ergo civitate donari.

ENIXIM, pro enixe. Sisenna Historiarum lib. IIII: ego illos malos et audaces semper enixim contra fortunas atque honores huius ordinis omnia fecisse ac dixisse sentio.

---

29 Lucilius || 4 Varro Bimarco || 6 f. Cic. de deor. nat. I, 6, 15; cf. comment.; de fin. V, 2, 4 || 8 III, 5, 17 || 11 VI, 670 || 14 Sisenna Hist. IV || 16 Sisenna Hist. IV.

---

legunt, scriptum reliquit. — *in editione Ennii putaram a Nonio venisse haec:* 'quadrupes eques' ac non 'quadrupes equus'. — *nunc tamen, cum praesertim unus ex melioribus Gellii cdd. l. m. habeat bis* quadrupedes, *potius existimo Nonium ea socordia, qua in I maxime et II capite usus est, leviter inspecto Gellio foedissimum admisisse errorem.* — 29 cum *L*, $H_1$; equm $H_2$; equum *G*. — ecum *Rothius;* secum *C* (equum $H_2$, *v.*). — 1 equum $H_2$, *G*. — nos atque *Gell.;* non aquae *C*. — videmus *Gell.;* videbat *C*. — 2 oculis *ad priora tractum, cum pertineat ad sequentia.* — 3 Exiquiantur, exiquias agunt *gl.* — 5 i. propter; *i. e.* circa ipsum. — propere *Vahlenus;* protervi (*poterat* proptervi) l. *Turneb., minus bene* propter *r. m.; illud* propter *recte se habet; nam* exequiari *hic, ut testatur N., intransitive positum; aliter ap. eund. Varr. 48 s. v.* silicernium. — semiatrati *cdd.* — 6 de officio et de f. *cdd.; delevit* d. o. et *Me. quamquam potest videri illud* d. o. *corrupt. ex* de deor. nat. *et haustus locus, qui legitur I, 6, 15* offendi eum sedentem in exedra et cum C. Velleio senatore disputantem. — malorum et bonorum *Bamb.* — 7 etsi — sunt *Cic.* — sunt morum $H_1$. — 8 exedra *H*, *Bamb.* — 9 alis $L_1$; *Bamb.* — in eam *Cic.;* in eam iam *cdd.* — exedram *H*, *Bamb.* — venisset *Bamb.* — 11 pro causa *Chiffletius; cf. Serv. ad Aen. VI, 670* multi — dicunt positum esse pro causa. — lib. V *Bamb.* — 13 trasnavibus *L*, $H_1$ (transnavibus, *m. 2* tranavibus *Medic. Verg.*); transnavimus $H_2$, *G*, *Bamb.* — amnis *Bamb.* — 15 donare $H_1$. — 16 Enixim; E *m. 2 in ras. duar. litt. H.* — pronixe $H_1$. — 17 renixim $L_1$. — honoris $H_1$, *Flor. m. 2.* — 18 ordines *L*, $H_1$, *Flor.* — ac dixisse *add.* $H_2$.

107. 108 M.

EXINANITA. Sisenna Historiarum lib. IIII: denique exinaniteis castris Romani, qui clauso se loco potuerant expedire.

EXANCLARE est perpeti vel superare. Cicero Academicorum lib. IIII: credoque Clitomacho ita scribenti, velut Herculi quendam laborem exanclatum. — et Tusculanarum lib. I: quod, cum exanclavisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum.

EVGIVM, media pars inter naturalia muliebria. Lucilius [in Epodis]:

Hymnís, sine eugio *áccipi me* ac déstina.

Laberius in Centonario:

quare tam árduum
ascéndas? scindere án concupiisti eúgium? ||

EXOTICVM, adventicium: a graeco. Plautus Mustellaria:

non ómnes possunt ólere ungenta exótica.

EBRVLARE, ebrium facere, et EBRIACVS, ebrius. Laberius in Hetaera:

ébrulati méntem hilaria arrípuit.

idem in Aulularia:

homo ébriacus sómno sanarí solet.

EXFVNDARE, a fundo evertere. Coelius [Antipater] lib. VII: res publica† amisso, exfundato pulcherrimo oppido.

---

19 Sisenna Hist. IV || 21 II, 34, 108 || 23 I, 49, 118 || 26 Lucilius. cf. comm. || 29 Laberius Centonario || 1 I, 1, 41 || 3 Laberius Hetaera || 6 Laberius [Aulularia] || 8 Coelius [Antipater] lib. VII.

---

19 Exinanita, vacua *mrg. H, gl.* — exinaniteis *M;* exinanitis *v.;* exinanitas *cdd.* — 20 quae $H_1$. — seculo se putuerat $H_1$; se loco se *Flor.* — putuerant *prius G.* — 22 Clitomaco *C.* — velut *M;* ut *C; om. cdd. Cic.* — 23. 24 quo $L_1$. — exanclavis *(om. mediis)* sed in $L_1$. — inc. quae in $H_1$. — 26 in Ep. *secl. M; cf. comm. Luc. 256;* libro XXVIII *adscr. v. in ed. Luc.* — 28 sene $H_1$. — accipi me *add. M.* — 29 Centenario *G; item L auctore Zangem.; negante Rothio.* — 30 ardium $H_1$. — 31 sc. an conc. eug. *Ribbeckius;* an concupisti eug. sc. *C.* — 1 adventitium $H_1$. — 2 umgenta $H_1$. — 3 Ebrulare *etiam gl.* — ebriatus $H_1$. — 4 Hetaera *Carrio Emend. I, 2; qui ita in sanctioribus, quos dicit, libris perscriptum testatur;* there *C.* — 5 ebrulati *M;* ebruilati *C;* ebriolati *Carr., f. recte, quamquam saepius* i *propter euphoniam omissa olim, ut et Accius dixit* augura. — hilaria (*i. e.* hilaritas) *Bothius;* hilariam *cdd.* — *Carrio in optimo et vetustissimo Parisiensi libro repperisse se narrat:* ebriolati mentem hilariam accipiunt. — 6 Aulularia *corruptum;* Augure *Stephan.; cf. Charis. 183.* — 7 ebriatus $Ho_1$, *libri quidam Bentini; sed ut a* mero merācus, *ita ab* ebrio ebriācus *videtur posse deduci; cf. de hoc voc. Carr. l. m.; Dietzii lexicon Roman. s. v.* ebbriaco. — 8. 9 Exfundere *G; edd. vet.;* Efundare *gl.* — a fondo *Bamb.* — a fundevetere $L_1$. — Antipater *cdd.;* Annalium *Iun.; ac recte notat Petrus pg. 161 num-*

EXTERNAVIT, ut consternavit, id est dementem fecit. Catullus:

a misera! adsiduis quam luctibus externavit
spinosas Erycina serens in pectore curas.

EXCISATVM, laniatum, vulneratum. Plautus Cistellaria:

capíllo scisso atque éxcisatis aúribus.

EDVSAM et POTINAM deas praesides vult haberi puerorum Varro Cato vel de liberis educandis: cum primo cibo et potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus Edusae, a potione Potinae nutricis.

ESCVLENTVM et ESCARIVM, ab escis et ab edendo dictum. Varro Cato vel de liberis educandis: fortuna se illos, non natura praestare, siquid his datum sit esculentum. — Plautus Menaechmis:

ea ením fere lenta víncla sunt escária.

EPHIPPIVM, tegumen equi ad mollem vecturam paratum. Varro Cato vel de liberis educandis: mihi puero modica una fuit tunica et toga, sine fasceis calciamenta, ecus sine ephippio, balneum non cotidianum, alveus rarus. ||

---

10 64, 71 || 13 Plautus Cistellaria || 16 Varro Cato || 19 Varro Cato || 21 I, 1, 18 || 23 Varro Cato.

---

*quam alias a N. hoc cognomen adici. quod ego ab interpolatore existimo additum, illudque quod sequitur* respub. (res pub: *L;* respub; *H;* respub, *tum ras., Flor.;* respubus *G*) *corruptum ex* rerum punicarum, *quod sciret homo de bello Punico altero relatum a Coelio. ac nescio, an haec sumpserit ex Cic. Orat. 69, 230; cf. et comment. in 188 l.* venalicii. — lib. IIII *Flor. m. 1.* — **10** Exterminavit *L, Bamb.; $Ho_2$; mrg. G; gl.; inter* r *et* n *ras.* i *litt., ut vid., Hs.* — Exterminavit, finibus suis evertit *gl.; mrg. H.* — conternavit *L, $H_1$, Bamb.* — Catulus *C.* — **11** exterminavit *$L_2$.* — **12** Ericina *L, H.* — serens *Cat.;* ferens *C.* — in pectora curas *$H_2$; id. 1* in pectoras. — **13** Excisatum *$H_1$;* Exciss. *rell.* — Excissutum, excissum *gl.* — **14** excisatis *$H_1$; Meursius;* excissatis *$H_2$, L, G.* — **15** praesidis (praessid. *$L_1$*, presid. *Bamb.*) *cdd.* — vul *$L_1$, $H_1$;* aberi *$H_1$.* — **16** Varro; *cf. 480* sacrificantur. — primo *cdd. 480;* pro *h. l.* — civo *$L_1$.* — **17** sacrificantur *h. l. cdd.* — edusae *Bamb. p. 480* (Educae *bene Prellerus*); aedusae (aeduse) *rell. utrobique.* — potina (potinam *$H_1$*) *hic cdd.* — **18** Potinae *v.;* pontinae (pontine, *prius* n *m. 2 in ras., H*) *cdd. h. l.; om. 480.* — nutricis (*pro* nutrices) *Riesius;* nutrici *cdd. l. utroque.* — **19** et scarium *$G_1$;* et escarum *L.* — sed ab edendo *Bamb.* — aedendo *L.* — Esculentum et scarium ab esca *gl.* — **20** fortunasse illos *L, $H_1$.* — nature *$H_1$.* — prestare *H.* — **21** his; *puto* is. — Plautus; *cf. 338* lentum. — **22** ea enim fere *om. pg. 338;* ita istaec nimis lenta *cdd. Plauti; qui videtur scripsisse:* ea enim nimi' lenta. — escaria *Plaut.;* scaria *cdd. l. utroque.* — **23** Efippium *cdd.* — tegumen *$L_1$, Bamb.;* tegimen *rell.;* tegumentum *gl.* — **25** falceis *L* — calciamenta *Bongarsius;* calciamenti *cdd.* — equus *$H_2$.* — efippio (efipio *$H_2$*) *cdd.* — **26** cotidianum *$H_1$;* cottid. *rell.* — albeus (albetis *$H_1$*) *cdd.*

## INCIPIT PER F LITTERAM.

FAMVLANTVR, pro serviunt. M. Tullius de re publica lib. III: est enim genus iniustae servitutis, cum hi sunt alterius qui sui possunt esse; cum autem hi famulantur. — et de officiis lib. III: quam miser virtutis famulatus servientis voluptati!

FIRMITVDO, pro firmitas. Plautus Asinaria:

si ístam firmitúdinem animi óptines, salví sumus.

M. Tullius de re publica lib. I: habet aequabilitatem quandam, qua carere diutius vix possunt liberi; deinde firmitudinem.

FORTVNARE est prosperare et ominibus bonis augere. Plautus Trinummo:

di fórtunabunt vóstra consilia.

M. Tullius ad Curionem: tibi patrimonium di fortunent! — Afranius Emancipato:

deós ego omnis, út fortunassínt, precor.

FALAM, pro falaricam. Novius Decumis:

me nón vocavit. ób eam rem hanc fecí falam.

FICITATEM dictum ut olivitatem, id est fructus fici. Novius Ficitore:

ómnes captant fícitatem; mérs est sine moléstia.

FIMBRIAE sunt omnis extremitas * * *

---

2 III, 25, 37 ‖ 4 III, 33, 117 ‖ 6 II, 2, 54 ‖ 8 I, 45, 69 ‖ 11 II, 4, 175 ‖ 13 Cic. ep. ad fam. II, 2 ‖ 14 Afranius Emancipato ‖ 16 Novius Decumis ‖ 19 Novius Ficitore ‖ 21 cf. comm.

---

**2** men tullius cicero *prius H.* — libro tertio *H.* — **3** iniuste *L, H.* — his (*seq.* s) *prius H.* — **4** sunt esse $H_1$. — famulantur (famulanter *L*); *sententia abrupta Non. culpa. supplebat Maius:* qui sibi moderari nequeunt, nulla iniuria est. — lib. III *add.* $L_2$, $H_2$. — **5** quam miser virtutis *Cic.;* quam hi servitutis *cdd.* — et serv. *id.* — voluptati *Cic.;* voluntati *(post* i *ras. in H, f.* s *litt.) C.* — **7** si istanc animi firmitudinem *Bothius.* — **8** habet *Cic.;* habent *cdd.* — quand. magnam *Cic.; Hqos.* — **9** qua *id.; H post ras.;* quae *rell.* — **10** omnibus *cdd.; M* ominibus. — **12** di *Rothius;* de *C* (dei $H_2$). — vestra $H_1$. — **13** diffort. *L.* — **15** fortuna sint *G.* — praecor *L, H, ut saepe.* — **16** Falam *(ita auctore Bothio)* pro falaricam *M; quamquam siquis Nonii stupore vitium putarit ortum, vix videtur contra dicendum. veterem certe subesse errorem probat Placidus pg. 43 ed. Deuerling.* — Fallam pro fallaciam *cdd.;* Fallam, falaciam, *corr. in* fallaciam *gl.* — **17** vocavit *Iun.;* vocabit *C.* — falam *Bothius;* fallam *cdd.* — **19. 20** Ficitore *Munkius;* ficitores *cdd.* — si omn. *Munkius.* — captant *M;* capiunt *cdd.;* cupiunt *Ribbeckius.* — mers; *cf. Plaut. Menaechm. pg. 1 s. l.* senium. — **21** *haustum videri exemplum ex Naevii carminibus petitum cum lemmate quod est* florus *bene monuit Me.*

FLORA, *florida*. Naevius Lycurgo:

út videam Volcáni opera haece flámmis flora fíeri.

FAMVLITAS est servitus. Accius Andromeda:

nam póstquam per nos vós oppressit fámilitas.

Pacuvius Atalanta:

quás familitas, vís, egestas, fáma, formidó, pudor.

FIDELITATEM, id est fidem. Accius Myrmidonibus:

nolo équidem; sed tu huic, quém scis quali in té siet
fidélitate, ob fídam naturám || viri
ignósce.

Afranius Vopisco:

íd sist intus áctum, periit ópera nimirúm meae
éx animo fidélitatis.

FALSVM HABVIT, pro fefellit. Sallustius in Iugurta: neque ea res me falsum habuit.

FAMVL, famulus. Ennius lib. VIIII:

mortalem summum *miserum* Fortuna repente
reddidit, exutus regno ut famul infimus esset.

FLACCET, languet, deficit. Lucilius lib. VII:

hic est Macedo, sei Gentio' longiu' flaccet.

Accius Achille:

---

22 Naevius Lycurgo XXIV || 24 Accius Andromeda || 26 Pacuvius Atalanta || 28 Accius Myrmidonibus || 3 Afranius Vopisco || 6 10, 1 || 8 Enn. l. VIIII || 11 Luc. l. VII || 13 Accius Achille.

---

22 Ligurgo *L*, $H_1$; Licurgo $H_2$. — 23 Vulgani $L_1$, $H_1$. — haece *M*; haec *C*. — *f.* utinam v. V. opera haec. — flora fieri *Ribbeckius;* fieri flora *C.* — 24 Famulitas; *l. h. om. Bamb.; gl.* — 25 per nos *M;* parvos *v.* — *verba videntur esse Cephei ad Aethiopas promittentis se filiam monstro marino, cui tributum pendere essent coacti, iam ad finiendas miserias oblaturum.* — famulitas *H, G.* — 26 Pacuus *L.* — tatanta $L_1$; Athalanta *id. 2, H.* — 27 famulitas *H, G.* — form., pavor *G.* — 28 Mirmidonibus *L, H.* — 29 hic $L_1$. — 1 fidelitatate *L;* fidelitatem *prius H.* — fidam *f. corruptum.* — 3 Vobisco *L, prius H.* — 4 sist *M;* est *C.* — periit *Vrbin. 307; Hermannus;* perit *C.* — mimirum *L.* — mea $H_2$, *G; cf. infra.* — 5 ex *add. Herm.* (*praec.* ae). — animo *Hermannus;* accio $L_1$, $Hs_1$; actio $L_2$, $Ho_1$; eaio $H_2$, *G.* — *haec si recte habent, ita explicanda:* memoria laborum, quos pro aliis suscipere fidelis me impulit animus, apud hos intercidit. — 6 fellit $H_1$. — Iugurgta $L_1$; Iugurgtha *id. 2;* Iuguntha $H_1$; Iugurtha $H_2$, *G.* — 7 abuit $L_1$. — 9 summa *L*, $H_1$. — miserum *add. M.* — repennte $L_1$, repentente *G.* — 10 exutus *M* (e summo *Gifanius*); summo *add.* — ut f. *Gifanius;* f. ut *C.* — infimus *Lips.; cf. Lucr. III, 1034 sq.;* optimus *(supra* s *punct. add. L m. 1 vel 2) C;* ultimus *N. Faber.* — 11 Flacet *G.* — langet $G_1$. — 12 sei Gentio' *M;* si agrion *C* (agrion $L_2$); fragrion, *om.* si, *v. c. Dousae; ed. a. 1498.* — *cf. Luc. VII, 1.* — Gentio' *pro* Gentios; *cf. comm. Luc. pg. 217.*

110 M.

an scéptra iam flaccént fera?

Afranius Divortio:

dispérii! proturbáta sum! iam fláccet fortitúdo.

Ennius Thyeste:

sín flaccebunt cóndiciones, répudiato et reícito.

FVLGORIVIT, fulgorem fecit vel fulmine afflavit. Naevius Danae:

suo sónitu claro fúlgoreivit Iúpiter.

Lucilius lib. XXVI:

lúcorum exactórem Albanum et fúlguritorem árborum.

FRIGET, frigidum est. Vergilius lib. VI:

corpusque lavant frigentis et ungunt.

Terentius Phormione:

abi, tánge. si non tótus friget, me énica.

FAVITOREM. Lucilius lib. XXVIIII:

favitórem tibi me, amícum, amatorém putes.

FOLLICVLVM Lucilius posuit pro corpore lib. XXVI:

égo siqui sum et quó folliculo núnc sum indutus, nón queo.

FLIGI, adfligi. Livius Aegistho:

ipsús se in terram saúcius fligít cadens.

---

15 Afranius Divortio ‖ 17 Ennius Thyeste ‖ 19 Naevius Danae XI ‖ 22 Luc. l. XXVI ‖ 24 VI, 219 ‖ 26 V, 9, 5 ‖ 28 Luc. l. XXVIIII ‖ 30 Luc. l. XXVI ‖ 32 Livius Aegistho VII.

---

**14** *haec f. integrum per clausulam effecere metrum, ut alibi apud Acc.:* an haec iam obliti sunt Phryges? — sceptra *pro* imperiis. — flacent *L, G.* — fera *Quicheratus;* ferat *v.* — **16** proturbata *M;* perturbata *v.* — sunt *L.* — **18** sin *Gulielmus;* in *C.* — fracebunt, *i. e.* displicebunt, *scite Ribbeckius, Bergkius. quamquam potest videri flaccendi verbum, perinde ac iacendi, ut infirmitatis, ita contemptus continere notionem.* — conditiones *cdd.* — reicito *M;* reddito *v.* — **19** Fulgorivit *L, Bamb., gl.;* Fulgoravit $H_1$*;* Fulgurivit $H_2$, *G.* — affl. *cdd.* — f. affl.; *cf. Aen. II, 649* fulminis afflavit ventis. — Nevius *L, H.* — Danae *Iun.;* sane a *C.* — Danam *fabulam a Naevio videri inscriptam dixi in ed. Naevii fabul. pg. 48 sq.* — **21** fulgoravit $H_1$, fulgurivit *L,* $H_2$*, G.* — Iuppiter *ed. Bas.* — **23** lucorum *Lachmann.;* luporum *C;* lutrarum *prius M; cf. comm. Lucil. 251.* — exactorem (*i. e.* custodem) *Lips.;* exauctorem *C.* — fulguritorem; fulguratorem *Passerat.;* fulguritarem $Hs_1$ (fulguritarum $Ho_1$); fulguritatem *L,* $H_2$*, G* (*hic m. 1* fulgoritatem). — **25** libant $L_1$. — **26. 27** Phormione: abi, tange *docti;* formavit angens (angues *G*) *C.* — **28** Fabitorem *cdd.;* fabitorem (favitorem *Ho*), fautorem *mrg. H.* — Fabtorem, factorem *gl.* — **29** fabitorem *H;* fautorem *Bamb.* (*de Lugd. dittographia nulla a me notata*). — amatorem; *f.* ac Mentōrem. — **30** VI *prius L.* — **31** induutus *om. rell. Bamb.* — **32** adfligi *gl.,* affl. *rell.* — Aegisto *H.* — **33** ipsus *Bothius;* ipse (*seq.* s) *cdd.*

Accius Epinausimache:

nec pérdolescit flígi socios, mórte campos cóntegi?

idem Aegistho:

heu!
cuiátis stirpem fúnditus flígí studet! ||

FRAGESCERE, frangi. Accius Aegistho:

néque fera hominum péctora
fragéscunt, donec vím persensere ímperi.

idem Erysace:

númquam erit tam inmánis, cum *non* méa opera extinctúm sciet,
quín fragiscat.

FVAM, sim vel fiam. Pacuvius Doloreste:

respónsa explanat; mándat ne matrí fuat
cognóscendi umquam aut cóntuendi cópia.

Titinius Fullonia:

perii hércle vero! Tíberi, nunc tecum óbsecro,
ut míhi subvenias, né ego maialís fuam.

Livius Hermiona:

óbsecrato Ancíale, matri néquid tuae advorsús fuat.

Afranius Promo:

cave ne péndeas,
sí fuas in quaéstione.

Ennius Hectoris lytris:

---

34 Accius Epinausimache || 36 Accius Aegistho || 1 Accius Aegistho || 4 Accius Erysace || 7 Pacuvius Doloreste || 10 Titinius Fullonia || 13 Livius Hermiona || 15 Afranius Promo || 18 Ennius Hectoris lytris.

---

34 Epinausimachae *C pr.* $L_1$. — **35. 36** *puto:* nec perdolescit fligi socios Marte, campos contegi; *ita quidem, ut in sequente v. fuerit* caesorum strage *vel simile.* — perdoliscit *C.* — mortem $H_1$. — contegi *v.;* contigi *C.* — Aegisto *L, H* (contigit demaegesto $H_1$). — **38** *illud* cuiatis *non sat intellego.* — **1** Fligestcere $L_1$; Frangescere $H_1$; *Bamb.;* Frogiscere *gl.* — flangi $L_1$. — egisto $L_1$; aegisto *H.* — **2** *f.* fere. — **3** persensere (*vel* persensint) imperi *Hermannus;* imperi persenserint *Bothius;* persenserim ($H_2$ persenserint) imperii *C.* — **4** Eurysace *C pr.* $L_1$. — **5** tam *add.* $H_2$. — cum ea $H_1$. — non *add. Bothius.* — sciet *Me in mrg. ed. Iun.;* sciat *v.* — **6** quin *Me;* qui (quiqui *L,* $H_1$) *C.* — fragescat *C pr.* $L_1$. — **8** mandat *supra add.* $H_1$. — ne *Iun.;* me *cdd.* — **11** peri *cdd.* — tibi $H_1$. — tecum obsecro; *ut Ennius:* quod tecum precibus pater orat. — **12** ut *pro* ne *L.* — quam *id.;* fuam *add.* $H_2$. — **14** obsecrato *vel* obsecra tu *M;* obsecra te *L,* $H_1$, $G_1$; obsecro te $H_2$, $G_2$; *v.* — Anciale *C;* Anchiale *Iun.;* Amphiale *Voss.; nam Pyrri et Andromachae filius* Amphialus *audit ap. Hyginum.* — fuat *M;* fuas *v.* — **17** questione *L, H.* — **18** Haectoris *C.* — lytris *L;* litris $H_1$; listris $H_2$, *G.*

át ego, omnipotens *Iúppiter,*
téd exposco, ut hóc consilium Achívis auxilió fuat.

FACVL, pro faciliter; huic contrarium est difficul. Lucilius lib. VI:

peccare inpune rati sunt
posse et nobilitate facul propellere iniquos.

Pacuvius Teucro:

nos íllum interea pérmulcendo própitiaturós facul
remúr.

Afranius Auctione:

'haut fácul', ut ait Pacúvius, femina *úna* invenietúr bona.

Accius Meleagro:

érat istuc viríle ferre advórsam fortunám facul.

Varro Bimarco:

quod utrúm sit magnum an párvum, facile an dífficul.

FAMVLANTER, pro suppliciter. Accius Tereo:

deúm Cadmigena nátum Semela adfáre et famulantér pete.

FLVCTVATIM, iactanter et solute. Afranius Pompa:

tené tu! in medio némost. magnificé volo
fluctátim ire ad illum. accípito hoc, tege tu et sústine!

FORTVNATIM, prospere. Ennius Annalium lib. || I:

quod mihi reque, fide, regno vobisque, Quiritis,
se fortunatim, feliciter ac bene vortat!

---

21 Luc. l. VI || 25 Pacuvius Teucro || 28 Afranius Auctione || 30 Accius Meleagro || 32 Varro Bimarco || 34 Accius Tereo || 36 Afranius Pompa || 39 Ennius Ann. l. I.

---

**19** at ego; aego $L_1$; a. ego $L_2$; *supra* ae *eras., ut vid., punctum.* — Iuppiter *add. Ribbeckius.* — **20** ted *Bothius;* te *cdd.* — ut *add.* $H_2$. — auxilii *C; corr. Vossius.* — **21** Facul, faciliter *gl.* — huic; ut hic $L_1$. — **24** nolitate *L.* — **26** permulcendo *M;* praeficiendo *C* (o *in H cum ras. fact. ex* e). — propitiares $H_1$. — **28** Autione $H_1$. — **29** *irridetur Pacuv. propter illud* facul; *quod etiam Varro videtur vitavisse, si modo scripsit quod traditur* 'quod utrum sit magnum an parvum, facile an difficul.' *v. infra.* — haut $H_1$*;* haud $H_2$*;* aut *rell.* — ait *monosyllabum.* — una *add. Lachmann. comm. in Lucr. III, 400.* — **31** istuc virile *Vossius;* virile istuc (istud *prius H*) *C.* — adversam $H_1$. — **32** Bimarcho *H.* — **33** an parvum *om. L.* — facul an *Ald.* — **34** Famulantur $L_1$*;* simpliciter $L_1$ (*m. 2* sumpl.), $H_1$. — Acc.; *cf. 463* adfari. — Terei $H_1$. — **35** Cadmigena natum *Vossius;* catmo venatum *cdd. h. l.;* cadmo generatum *id. 463.* — **38** fluctatim *Ribbeckius;* fluctuatim *cdd.* — accipito *M;* accipite *v.* — tege tu; u *in ras.* $H_1$*; f.* tegito. — **39** Fortunatum $H_1$*;* Furtunatim *gl.* — Annalium lib. I *M;* Annali lib. I $H_1$*;* Annalibus I *rell.* — **1** *cf. carmen a Macrob. III, 9, 11 citatum.* — quod *Vahlenus;* ea *C.* — reque; reique *Rothius;* reliquae *C* (raeliquae *Hs;* raliquae $Ho_1$*;* reliquae $Ho_2$). — fidei *cdd.* — vobis qui e $H_1$. — **2** feliceter *L.*

FRVSTATIM et FRVSTILATIM, per frusta, ut minutatim. Pomponius Verre aegroto:

vérum illi valeánt qui . . lúctant cum leónibus:
eís ted obiectés frustatim pásserinum prándium?

*idem* Satura:

non frústilatim néc minutatím dari.

FASTIDILITER, fastidiose. Varro Cras credo, hodie nihil:

quíbus instabilis ánimus ardens mútatiliter hávet habere,
[et] nón habere fástidiliter ínconstanti péctore.

FVGERE dictum est deterius fieri. M. Tullius de officiis lib. III: siqui vinum fugiens vendat sciens.

FATIGARE positum pro fatigari. Vergilius lib. VIII:

olli remigio noctemque diemque fatigant.

FRAVSVS pro fraudatus [id est: ad fraudis fructum ne venerit]. Plautus Asinaria:

nón placet. metuo ín commune néquam fraudem fraúsu' sit.

FAXS, pro faces. Varro Gerontodidascalo: *coetus* confluit mulierum tota Roma * * * quae noctu fieri initio solita etiamnunc spinea faxs indicat. — idem Sexagesi:

---

3 Pomponius Verre aegroto ‖ 7 Pomp. Satura ‖ 9 Varro Cras credam, hodie nihil ‖ 12 III, 23, 91 ‖ 14 VIII, 94 ‖ 17 II, 2, 20 ‖ 19 Varro Gerontodidascalo ‖ 21 Varro Sexagesi (Ennius Alexandro).

---

3 Frustatim, frustilatim *gl.* — Fjrustatim $L_1$, *Bamb.*; Frustrotim (*post* o *eras.* tim) $H_1$. — frustulatim *Bamb.*; frustillatim *docti.* — frustra $L_1$, *Bamb.* — 5 valeant *M;* valent *v.* — *f.* qui validis. — luctant *Bothius;* luctantur *v.* (qui vi luctantur *Ribbeckius*). — 6 eis ted *Bothius* (tete *Ribbeckius*); et (ei $H_1$) te *C.* — frustratim *L*, $H_1$. — 7 Lucilii *nomen Iunius;* Ennii *Planckius addidere. sed rectius, nisi fallor, Ribbeckius per id, quod codd. hab.*, saturarum *Pomp. alteram fabulam significari statuit, cuius bis meminit Priscianus.* — *et potuit post* prandium *facile intercidere* idem. — 8 minutim $L_1$, $H_2$, *G.* — 9 Fastidiligenter $H_1$; *ita et bis in sequentibus.* — Varro; *cf. 139* mutatiliter. — **10. 11** *metrum agnovit Meinekius.* — ennius *pro* animus *L.* — mutabiliter *male cdd. h. l.* — havet habere *Bongars.; cf. comm. ad 139;* habere *hic cdd.; sed v. infra.* — et *secl. M; add. cdd. l. utroque.* — *ad priorem v. male adiunxit Meinekius.* — *post* fastidiliter *add. C* habet habere fastidiliter. — **13** qui *minus concinne cdd. Cic.;* siquis *ed. a. 1476.* — *pro* vinum venenum *cdd. Cic. plerique.* — **14** *n. N.* — **16** *n. N.* — id est — venerit *ut glosema ad Pl. versum pertinens secl. M cum Goetzio.* — ne; non *L, H, Bamb.; om. ed. Bas. cum plerisque priorum;* nisi *ap. Ald.* — **19** Faxs *L, G, Bamb.; non H, Montepess., gl.* — faces *Quicheratus; cf. 114 l.* fros; face *v.* — coet. *add. M.* — mulierem $G_1$.! — **20. 21** tota R.; *cum neque confluendi verbum cum genetivo iunctum possit tolerari, nec sequentia, quibus nuptiarum veterum Romanarum ritus perscribuntur, ullo modo coeant cum prioribus, quae ad Isidis sacra vel ad alia spectant sollemnia,*

'adest fax ínvoluta incéndio.'

idem de vita populi Romani lib. II: cum a nova nupta ignis in face adferretur *e* foco eius sumtus, [cum] fax ex spinu alba esset et eam puer ingenuus anteferret.

FLAVISAS [eas] dici Varro aestimat, quos Graeci thensauros vocant, in epistula quam ad Servium Sulpicium dedit: Quintum Valerium Soranum solitum dicere, quos thensauros graeco nomine appellaremus, priscos Latinos flavissas dixisse, || quod in eos non rude aes argentumque, set flata signataque pecunia conderetur.

FORMIDVLOSVM, et quod ipsum formidet et quod sit formidabile. Sallustius in Catilina: non armatus hostis formidulosus.

FRVNISCI, pro frui. Lucilius lib. XVIII:

aeque fruniscor ego ac tu.

---

23 Varro de vita pop. Rom. II || 26 Varro epistula ad Servium Sulpicium (verba ipsa Gellii) || 5 7, 5 || 6 Luc. l. XVIII.

---

*apparet hic quaedam hausta, illa autem quae secuntur ad alium pertinere locum Varronis atque priora.* — initio *Riccobonus;* initia *cdd.* — spinea *Scal.; cf. l. infra pos.; Fest. 245 s. v.* patrimi; pinea *v.* — faxs *L, $H_2$, G,* fax $H_1$. — Varro; *cf. 328* involutum. — Sexagiesi $L_1$. — **22** *ex Ennii Alexandro petita haec. conf. ed. pg. 92 sq.* — involuta *Varro l. utroque;* obvoluta *melius Cic. de div. I, 31, 67.* — **23** Varro; *cf. comment. in 182* titionem. — **24** face *v.;* facie *cdd.* — e foco *Scal.;* foco $H_1$*;* fuco *rell.* — sumptus *C pr.* $L_1$. — *post* sumtus *illud* cum *repetitum legitur v.; quod om. L,* $H_1$. — ex spinu *Scal.;* (e spina *Turneb.*); ex pinu *C* (ex finu $L_1$*;* ex spin $H_1$). — abbae $L_1$*; id. 2* ablata. — **25** et — anteferret *M;* ut — afferret (adf. $L_1$) *C; cf. Fest. 245.* — **26** *cf. Gell. II, 10.* — Flavisas, thensaurus *gl.* — flavisas *semel cdd. Gell.; alias omissa* l. — eas *del. Quicheratus.* — estimat *L, Bamb.* — Greci *L, H.* — thesauros *cdd. pr.* $L_1$. — **27** epistola $H_1$*, Bamb.;* aepistula, *m. 2* aepistola *L.* — ad Servium *Me; cf. Gell. init. l. l.;* ad servos marcum *Bamb.;* adversus (adveruus $L_1$) marcum *C.* — **28** Soranum *Gell.;* coram nunc *C, Bamb.;* quoram nunc *Montepess.* — diceret *cdd. pr.* $H_2$. — thesauros *cdd. pr.* $L_1$. — greco *L, H; quod scripturae genus notare iam supersedebo.* — **1** latinos $H_1$*, Bamb.; plane ut Gell. l. m. 3;* latine *rell.; v.* — flavisas *cdd. pr.* $L_1$. — **2** rue *Bamb.* — *pro* aes a is $L_1$. — set; esset (*praec.* e) *L,* $H_1$*, Bamb.;* sed $H_2$*, G.* — signa atque (atquae *H*) *L,* $H_1$ (*prius* signut atquae); signu atque *Bamb.* — **4** *cf. Gell. IX, 12.* — Formidolosum, formidabile *gl.* — Formidolosum $H_1$. — *deinde H:* eo (et *m. 2*) quod ipsum eo *(id lineolis add. supra et infra del.)* formidet *(hoc lineola notatum infra, sed eadem erasa)* et *(add. m. 2)* q. s. f. (eo quod ipsum et formidet quod sit $Ho_1$); *at L, G, Bamb.:* et (eo *L*) quod ipsum et quod sit formidabile (formida *rell. om. Bamb.*). — *f. addendum* aliis. — *ap. Gell. est:* ut formidulosus dici potest et qui formidat et qui formidatur. — **5** Catillina *L, G;* Catilinario, *m. 2* Catilina, *Hs;* Sall. in Catilina *Gell.* — ostis *L, G.* — formidolosus $H_1$. — **6** *cf. Gell. XVII, 2, 5 sqq.* — rui $H_1$. — **7** aequa $H_1$*; id. 2* aequae. — rego *G;* eso *L.* — *vix placet reponi* aeque fruniscor res ac tu.

Coelius lib. I: domus suas quosque ire iubet et sua omnia frunisci. — Novius Parco:

quód magno opere quaésiverunt, íd frunisci nón queunt.

FELLARE, sugere, lambere. Varro Manio: tam eum ad quem venerint in hospitium lac humanum fellasse.

FALLACILOQVENTIAE. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. IIII: quae diligentissime contra Aristonem dicuntur a Chrysippo. ex ea difficultate illae fallaciloquentiae.

FABELLAE. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. V: libenterque se cum his congregant dantque se ad ludendum fabellarumque audeitione ducuntur.

FERA VITE positum pro agresti. Sisenna Historiarum lib. IIII: et partim fera vite, partim lauro et arbuto ac multa pinu ac myrtetis abundant.

FORAMEN. Sisenna Historiarum lib. IIII: neque porta neque ullum foramen erat, qua posset eruptio fieri.

FLEXANIMA. Cicero de oratore lib. II: tantam vim habet illa, quae recte a bono poeta dicta est 'flexanima atque ómnium regína rerum orátio'. — Pacuvius Hermiona:

ó flexanima atque ómnium regína rerum orátio! ||

---

8 Coelius lib. I. cf. comm. || 9 Novius Parco || 11 Varro Manio || 14 IV, 25, 68 || 16 V, 15, 42 || 19 Sisenna Hist. IV || 22 Sisenna Hist. IV || 24 II, 44, 187 (Pacuvius Hermiona) || 26 Pacuvius Hermiona.

---

8 Caelius *H;* Q. Claudi *Gell. in lemm. et paragr. 2.* — lib. I *v.;* lib. II *C.* — quosque *Quicheratus; et ita puto scripsisse Gellium, posterioris aetatis usu ductum, cum ipse Claudius edidisset:* suam quemque domum. — quoque *C;* quemque *cdd. Gellii.* — suam $L_1$; *id. 2* sua ni. — **9** pareo *C pr.* $H_1$; parcus *plerique libri Gellii* (partus *Z,* parens *Q*). — **10** quesiverunt $L_1$. — nequeunt $G_1$. — **11** *om. h. l. Bamb.; gl.* — Fellare, exsugere *v.* (sugere *M*); Fallere exsurgere *C* (exur. *H*). — lambere *Me;* iam vere (iam vero $G_1$) *C.* — Varro *om. cdd. pr.* $H_1$. — tam *ex eo quod praecedit* iam *suspicor ortum;* tum *quod non videtur posse tolerari, nisi praecessit* cum, *Iun.;* etiam *Vahlenus.* — **12** venerint *vel* veniant *M; cdd.* veniunt. — in *Iun.;* et *cdd.* — hospicium $Ho_2$; ospicium *L;* ospitium *G.* — veniunt hospitem *Guietus.* — l. h. f.; *i. e.* et ipsum esse hominem. — **13** Fallaci. loquencia, false dicta *gl.* — **14. 15** a Chrysippo *ed. Bas.;* a chiseppo (*m. 2* a chrisippo, *ut et Bamb., tum* a chrisyppo) *L;* archisyppo, *m. 2* a chrisyppo, *H.* — illae fallaciloquae *(ita Manutius;* fallaciloquelae *cdd.),* ut ait Accius, malitiae natae sunt *Cic.* — **16** Fabulae $L_1$; Fabellae, fabulae *gl.* — M. Tull.; *cf. 191* auditus; *282* duci. — **17** congrecant $L_1$. — audeitione; audacione $L_1$; andutione $H_1$; auditione $L_2$, $H_2$, *G.* — **19** vite *hic et infra Canterus, al. multi;* bite *cdd. h. l.; item H infra;* bita *gl.; illud* vite *h. l. videtur delendum.* — historia $H_1$. — **20** et *add.* $H_2$. — partim $H_2$; paratim *rell.* — tera *prius L.* — bitae *L, G.* — arbuto $H_2$, *Quicheratus;* arbusto *L,* $H_1$, *G, v.* — muta *L,* $H_1$. — **21** mirtetis *L,* $H_1$, *G.* — **23** quas $L_1$. — **24** vim *om. Bamb.* — **25** rictae $L_1$. — **26** Pacuvius *e. q. s. om. Bamb.* — **27** o *Bentin.;* hoc *cdd.* — flexanimus *hic*

FROS, pro frondis. Vergilius Georgicorum lib. II:

praecipue cum fros tenera inprudensque laborum.

Varro de re rustica lib. I: quod Cato ait, circum fundum ulmos et populos, unde fros ovibus et bubus sit.

FALAE turres sunt ligneae. Ennius lib. XV:

malos diffindunt; fiunt tabulata falaeque.

haec sunt et in Circo, quae aput veteres propter spectatores e lignis erigebantur.

FORIA, stercora liquidiora. Pomponius Macco:

cónforisti mé, Diomedes!

Laberius [in] Panilicis:

foríolus, em, vidéris; in coleís cacas.

Foriolus, qui foria facile emittat, soluti scilicet ventris.

FLOCES, fex vini. Caecilius:

ad pól ego neque florém neque floces vólo mihi: vinúm volo.

FEBRVARE positum pro purgare et purefacere. Varro de vita

---

1 II, 372 ‖ 3 I, 24, 3 ‖ 5 Ennius Ann. l. XV ‖ 9 Pomponius Macco ‖ 11 Laberius Panilicis (cf. comment.) ‖ 14 Caecilius (Polumenis) ‖ 16 Varro de vita pop. Rom. I.

---

*active, ut ap. Catullum; alibi ap. Pac. passive.* — reginarum *pro* regina rerum *L.* — **1** Fros pro fronde *gl.;* Frons *cdd.* (ns *f. in ras. L*); *cf. Charis. 105.* — frondis *Quicheratus coll. Seren. Samm. v. 185;* fronde (funde *Bamb.*$_1$; frode $H_1$) *v.; mrg. H:* quia frons et frondis dicunt veteres. — *ita id. Non. 553* glandis; *112* faces; *29* calces; *145* neces; *nisi* facis *potius scribendum et* calcis *et* necis. — Verg.; *cf. 486* frons. — lib. II *om. L.* — **2** precipue (praecipuae *teste Onions.*) cum *solus habet* $H_1$. — dum *Vergilius.* — frons *C.* fros *apud V. legisse Servium, quod et h. l. restituit Lips., satis docent, quae adscripsit Ribbeckius adhibitis codicibus.* — **4** fros *Char. 105;* frons *C; cdd. Varr.* — obibus $L_1$. — sit et materies, seri oportere *Varro.* — **6** diff. *Merula;* defindunt *cdd.* — **7** haec *C.* — et circo *G.* — apud *C pr.* $L_1$. — **8** eligebantur $L_2$, $H_1$ (eleg. $L_1$). — **9** Feria $L_1$. — tercora $H_1$. — Maccho *C.* — *neglegentia lapsum Non. et h. l. et pg. 238 s. l.* adtendere Maccum *adferre pro* Macco milite *vel* M. sequestri *vel* M. virgine *probabiliter statuit Ritschelius Parerg. 134. primum tamen titulum ideo excludi praestat, quia M. miles a N. non citatur alibi.* — **10** conforiasti *Salmas.* — **11** Laverius *C.* — Panilicis; *f.* Paliliis *vel* Pariliis (Paliliciis *male Bothius*), *rustica ablat. flexione, ut* Hilariis, iliis; *cf. Neuii gr. lat. I, 291.* — **12** fer. *G.* — em *M;* esse *v.* — videres *L, H,* $G_1$. — coleis; coles (*i. e.* caules) *Buechelerus;* coleos (culeos $H_1$) *C.* — coles *obscene dictum.* — **13** feria $H_1$. — solutis *H;* lutis *L.* — licet *id.* — **14** *cf. Gell. XI, 7.* — flocces *cdd. Gell.* — flex *L,* faex *ed. Bas.;* seces *gl.; f.* feces; *cf. comm. in l.* fros. — fini $H_1$. — Caec.; in Polumenis; *cf. Gell.; qui tamen v. non adfert.* — Polumenis *pro* ad pol *ingeniose Bentinus; quamquam hoc videtur aptissimum. f. illud* Polumenis *per compendium scriptum ante id quod est* ad pol *excidit.* — **15** ad *pro* at. — neque floces neque florem *Vrbin. 307.* — noque florem $L_1$; neoque *id. 2;* $H_2$, *G.* — florem, *sc.* vini. — **16** pura facere *G.*

populi Romani lib. I: in eorum enim sacris, liba cum sunt facta, incerni solent farris semine; ac dicunt se ea februare, id est pura facere.

## INCIPIT PER G LITTERAM.

GRVNNIRE dicuntur porci, quod eorum proprium vocis est. Varro Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως:

grúndít tepidó lácte satúr molá mactátús
pórcús.

Cicero Tusculanarum lib. V: aut grunditum, cum iugulatur, suis. — Laberius in Sedigito:

grúndientem aspéxi scrofam.

Grundulis Lares dicuntur Romae constituti ob honorem porcae quae triginta pepererat. ||

GRANDIRE est grandefacere. Varro rerum divinarum lib. II: cum humus aut semina recipere non possit aut recepta non reddat aut edita grandire nequeat. — Plautus Aulularia:

testúdineum istum tíbi ego grandibó gradum.

Lucretius lib. II:

quae nunc vix nostro grandescunt aucta labore.

---

22 Varro Aboriginibus || 25 V, 40, 116 || 26 Laberius Sedigito || 28 cf. comm. || 1 Varro Rer. hum. I || 3 I, 1, 10 || 5 II, 1160.

---

18 incerni, *supra scr.* inicere, *G.* — incernere *Quicheratus; f. recte; quod si ita est, servari potest infra* dicere. — semina *Riccobonus, satis probabiliter; cf. tamen Heind. ad Hor. sat. II, 4, 75.* — dicunt *M;* dicite *prius H;* dicere *rell.* — 21 Grundire *v.* — *cf. 464* grundire. — Grunire *prius H.* — vocis *om. Bamb.* — 22 Varro; *cf. 156* pipare; *450* gannire. — *πριανορωντων φυcεοο L, H; περι αανορωντων φυcεοc G.* — 23. 24 *vv. constituit Lachm. opusc. pg. 68.* — tepido *Iun.;* lepido (laepido $H_1$) *C.* — 25 *post* Tusculanarum *add.* q̄ $H_1$. — gruntitum *prius L.* — iulatur $H_1$. — 26 Laberius; *cf. 464* grundire. — Sedigito *Bentin.;* Sedicito *h. l. cdd.; 464* Sedicit. — 28 *ante* Grundulis *nescio an Varronis libr. rerum humanarum vel de v. p. R. notio exciderit.* — Grundulis $Ho_2$, *ed. a. 1476;* Grundules *Quicheratus;* Grundulsis *cdd.; gl.* — onorem *L.* — 29 portae *Bamb.* — *ante* pep. *addend. vid.* capita *vel* fetus, *ut Cass. Hemina:* sus parit porcos triginta; *cf. et mrg. H.* — peperat *Bamb.,* $L_1$. — *in mrg. H haec legi testatur Onionsius:* Aeneas cum venit in Italiam habebat porcam, ex qua divinationem solebat capere, quae elapsa peperit XXX porcellos. in eius honorem erant ista sacra, quae istic dicuntur. — 1 grande facere *gl.;* grandem f. *rell.; v.* — Varro; *cf. Cic. de sen. 15, 51* ipsius terrae vis ac natura delectat *e. q. s.* — II *L, prius H;* I *H post ras.; G.* — 2 humus aut *M;* aut humus *v.* — semina recipere *Popma;* seminari (seminare $H_1$) incipere *C.* — 3 edita; *puto* reddita. — nequeant $L_1$. — 4 grandivo *C.* — grandum $H_1$. — 5 lib. III *cdd.* — 6 grandesunt *C pr.* $H_1$. — aucta *Lucr.;* acuta *C.*

115 M.

idem lib. I:

quidque sua de materie grandescere alique.

Accius Meleagro:

fruges próhibet pergrandéscere.

Pacuvius Doloreste:

néc grandiri frúgum fetum pósse nec mitíscere.

GRANDITATEM. Sisenna Historiarum lib. IIII: neque aetatis granditatem neque aera merita neque ordinis honestatem aut *vitae* dignitatem sibi esse excusationi.

GRAVIDINOSI. Cicero Tusculanarum lib. IIII: itaque dicimus gravidinosos *quosdam*, quosdam torminosos.

GRALATORES sunt colobathrarii: g r a l a e enim sunt fustes, quis innituntur. Varro Mútuum mulí scabunt [graece], *περὶ ψωρισμοῦ*: *ut*, g r a l a t o r e s qui gradiuntur, perticae sunt ligneae sine *ῥυθμῷ* et ab homine eo, qui in is stat, agitantur; sic item

---

7 I, 191 ‖ 9 Accius Meleagro ‖ 11 Pacuvius Doloreste ‖ 13 Sisenna hist. IV ‖ 16 IV, 12, 27 ‖ 19 Varro Mutuum muli scabunt.

---

**8** sua de *Lucr.;* surdae *C.* — materie *L;* matereae, *m. 2* materiae *H;* materia *ed. Bas.; item cdd. Lucr.* — alique *Lucr.;* aliqua *C.* — **10** frugis *C.* — **11** Pac.; *cf. 343* mitis — maturus. — Doloreste $H_1$; Dul. *rell.* — **12** foetum *H.* — mitescere *C pr.* $L_1$. — **14** aera *Me;* ea *C; f.* neque emerita stipendia. — neque ord. *G;* ne ord. (hordinis *L*, horridinis *Flor. m. 1*) *L, H, Bamb., Montepess., Flor.; cf. comm. in 124, 17 h. ed.* — vitae *add. Teuffelius ann. philol. a. 1871 pg. 280.* — **15** esset $H_1$. — excusationem *prius Bamb.* — **16. 17** *cf. 32* tormina. — quosdam *alter. om. hic ut 32 cdd.* — terminosos *G, ut 32* $L_1$, $H_1$; terorminosos *Bamb.* — **18** *om. hoc l. gl.* — Gladatores *L, Bamb.;* Gladitores $H_1$; Glaratores *G*, $H_2$ (*hic pr.* Gladrat.)*; cf. Varr. VII, 69; Paul. 97; Placid. 50.* — colobathrarii *Bentin.* (*id. coni.* calob.); colobathatrari *L, H*, $G_2$, *Bamb.;* colobatatrari $G_1$. — grallae *Bentin.;* gralare *L, H, Bamb.*, $G_1$; glarale *id. 2.* — **19** quis innituntur *Pius; fort.* quis nituntur; qui mittuntur (mituntur *prius H*) *C, Bamb.* — *mrg. Ho:* forsitan gladiatores, qui certabant gladiis; *item:* illi fustes, qui in certamine mittebantur, sic dicuntur; mataras, materellos quos dicimus. — Mutuum muli scabunt *Pius;* mutum mulis (malis $H_1$) calvunt *C.* — *animadverte illud esse hemistichium posterius trim. iamb. vel troch. tetram.; nam et alia multa Romanorum proverbia ex comoediis fuere petita.* — *post* scalvunt *add. in cdd.* graece; *om. Ald.* — **20. 21** *ψωρισμοῦ Scal. ad Auson. pg. 75, Me;* ατωριϲμουτ *C.* — *περὶ χωρισμοῦ cdd. 167* pollictores; *228* tractus; *234* aptum, *facili illud quidem errore; et ita inepte v.* — ut *add. Rothius; cf. supra.* — glatatores $L_1$; glaratores $H_2$, *prius G;* gladatores $L_2$, $H_1$; glaatores *G post ras.* — qui *C;* quis *Salmas.; sed potest servari illud; cf. comm. in pg. 11 l.* tororum. — graduntur *L*, $H_1$. — ligna *(ita iam Oehlerus)* sine ῥυθμῷ et *M;* lignae finaremolet $H_1$; lignae (ligne *G*) finareinolet (fyn. *L*) *rell.* — in iis stat *Muretus;* inistat *C.* — agitantur *Muretus;* agitantur *item* $H_1$; angitantur *rell.* — item *M;* ili *C.* — **22** a. u. *L, G;* am IN *(in ras. m. 2)* r̃i *H.* —

animi nostri sunt gralae crura ac pedes [nostri]: ex se ἀκείνητοι, sed ab animo moventur.

GRANDILOQVI. Cicero in oratore: nam et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla et sententiarum gravitate et maiestate verborum. — et Tusculanarum lib. V: qui tandem, isti grandiloqui contra haec duo, quae maxime angunt?

GVTTATIM. Plautus Mercatore:

quód guttatim cóntabescit, quási in aquam indiderís salem.

Ennius Hecuba:

vide húnc, meae in quem || lácrumae guttatím cadunt.

GRACILITVDO pro gracilitas et GRACILENTVM et GRACILENS et GRACILVM pro gracile. Accius Amphitryone:

támen et statei grácilitudo própemodum et luctús facit,
né dubitem.

Ennius lib. VII:

deducunt habiles gladios filo gracilento.

Laevius Protesilaodamia:

gracilenti' colorem;

idem:

ex hoc gracilens fit.

Turpilius Canephoro:

---

24 6, 20 || 26 V, 31, 89 || 28 I, 2, 92 || 30 Ennius Hecuba || 3 Accius Amphitryone || 6 Ennius Ann. l. VII || 8 Laevius Protesilaodamia || 10 Laevius || 12 Turpilius Canephoro.

---

grallae *Iun.*; galaea *L*, $H_1$; galae $H_2$; galeae *G*. — nostri *del. Quicheratus.* — ex se ἀκίνητοι *Muret.*; essiare *(litt. capitalibus)* κεινητοι *C (illud* RE *ex seq.* KEI *ortum).* — ἀκείνητοι; *ita pg. 5 s. l. cinaedus:* ἀπὸ τοῦ κεινεῖν. — **25** gravitatem et maiostate $L_1$. — **26** thusculorum *prius L*; thusculanorum *corr. id. m. 1*; thusculanarum *2.* — gradiloqui $L_1$. — **27** maximae $L_1$. — agunt *pr. L.* — *ap. Cic. seq.:* melius se habent quam Epicurus. — **28** Plaustus *Bamb.* — Plaut.; *cf.* 223 salis. — **29** quod *Pl.*; quo *cdd.* — in aqua *cdd. et hic et 223.* — **30** Haecuba *C.* — **1** hunc — in quem *Me*; hinc — inquam *C* (vi dehinc *omissis mediis* lacrimae $Ho_1$). — lacrimae $H_1$; meae *L.* — **2. 3** *ita M;* Grac. et gracilens pro gracilis et gracilentum (gracilemtum *Bamb.*) pro gracili (gracilis *prius H*) et gracilium (pro gracili et gracilium *om. Bamb.*) pro gracilitas *cdd.*; Gratilitudo, Gratilitas *gl.* — *Quicheratus:* Gracilitudo pro gracilitas, et gracilens, gracilentum et gracilum pro gracile. — **4** statei *M;* statuae et *C.* — *cf. Lucil. l. XXVIII:* quare pro facie, pro statura Acciu' statum? — et propem. *C; del.* et *Grotius.* — **6** Enius *H.* — **7** radios *Lips.*; *sed conf. comment. Enn. 189.* — gracilendo *G.* — **8** Laevius *Osannus;* Naevius *C.* — Protesilatidamia $H_1$; *id. 2, L, G* Protesilaodemia. — **9. 11** *in Laevianis anaepaestici numeri sint an ionici discerni nequit.* — **9** gratilentis $H_1$. — **10. 11** idem: ex h. *Vossius;* dum ex h. *v.* — gracilens *Ald.*; gracilans *C.* — **12** Caneforo *C.*

116 M.

nosti quám sit cracilo córpore.

GRANDAEVITAS. Accius Alcimaeone:

quia néc vos nec ille inpúne inriderét meam
grandaévitatem.

idem Bacchis:

quia néque mors neque vetústas neque grandaévitas.

Pacuvius Hermiona:

quod tamen ipsa órbitas
grandaévitasque Pélei penúria
stirpís subaxit.

GEMINITVDINEM. Pacuvius Atalanta:

hábeo ego, istam quí distinguam intérvos geminitúdinem.

GNARITAS. Sallustius Histor. lib. III: diversa, uti solet rebus perditis, capessivit; namque alii, fiducia gnaritatis locorum, occultam fugam sparsi, *pars* globis eruptionem temptavere.

GALLVLASCERE, pubescere. Novius Exhodio:

púerum mulierí praestare némpe scit, quantó siet
mélior cuius vox gállulascit, cúius iam ramus róborascit.

---

14 Accius Alcmeone ‖ 17 Accius Bacchis ‖ 19 Pacuvius Hermiona ‖ 23 Pacuvius Atalanta ‖ 25 Sallustius Hist. III ‖ 28 Novius Exodio.

---

13 gracilo *Quicheratus;* cracile $L$, $H_1$; gracili $H_2$, $G$. — *cum illo* cracilo, *quod optimis adseritur libris, conf. l. Pauli 53* cracentes, graciles. — corpus *in L esse refert ed. Bas.* — 14 Grandaevitas; *nullum l. in L; om. Bamb.; gl.* — Grandevitas $L_2$, $H$; gramdevitas $L_1$. — Alcimaeone; Alcimachone $L$, $G$; Alcimacchone *prius H.* — 15 quia *f. ex seq. exemplo irrepsit.* — nos *G.* — grandevitatem $L_2$, $H$ (gramdev. $L_1$). — 18 quia; quae *Scal.;* quin *Bothius; fuit qui illud* quia ex *Alcmeonis versu h. l. putaret repetitum.* neque m. n. v. *M;* neque v. n. mors *C.* — grandevitas *L, H.* — 20 quod *pro* ad quod. — 21. 22 grandevitasque *L, H.* — penuria *(ablat.) M* (penuriam st. subauxit *male Ribbeckius*); per penuriam *cdd.* — *displicet quippe illud* per; *quamquam* Pelei *disyllabum in iambico metro potest tolerari; ut alibi ap. Pac.* Capherei *trisyll. in trochaeis; cf. de re m. 266 sq.* — subaxit *Bothius;* subaxet *C.* subaxit *pro* coegerit; *agitur de Pyrrhi coniugio.* — 23 Paccuvius *L.* — Atalanta *ed. Bas.;* Athalantha *L, H;* Athalenta *Bamb.* — 24 abeo $L_1$, $H_1$, *Bamb., Montepess.* — gemitudinem *G.* — 25 Sall., *cf. Prisc. 902* (*ubi est* div. — cap.). — istol, *m. 2* istor *L;* histor *G;* historiarum *H.* — 26 capessiū *Bamb.; quod vel* capessium *potest esse vel* capessivit (*velut 108 s. l.* externavit *habet id.* conternaū *pro* consternavit); capessium *Quicherato teste Paris. 7665; 7666. Bentinus* capessunt; *vix recte, cum Prisc. utatur h. l. ad asserendum perfectum* capessivi; *et potuit praecedere* turba *vel simile.* — fidutia $H_1$. — 27 pars *add. Colerus;* fugam, pars *Me.* — 28 Gallulascere *Quicheratus;* Gallulare *cdd.; gl.* — exhodio $H_1$; exodio *rell.* — 29. 30 nempe scit *M;* noenu scis *Ribbeckius;* nemo scit *C.* — siet melior *Bothius;* melior sit *C.*

GRATVLARI, gratias agere. Ennius Hecuba:

Iúppiter, tibi, súmme, tandem mále re gesta grátulor.

Naevius belli Punici lib. I:

manúsque súsum ad caélum sústulít suás rex
Amúliús *ac laétus* grátulábat dívis.

Afranius Cinerario:

quod sálvús venís méliusquést, grátulór dís. ||

GARRIRE, quasi inepte strepere. Cicero de oratore lib. II: nam et seclis multis ante gymnasia inventa sunt quam in his philosophi garrire coeperunt.

GARGARIDIARE. Varro epistula ad Fufium: Quintiporis Clodi, Antipho eris; ac poemata eius gargaridians dices:

ó fortuna! o fórs fortuna!

GALLINAS. Cicero Academicorum lib. IIII: qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent, i, cum ovum inspexerant, quae gallina peperisset, dicere solebant.

---

31 Ennius Hecuba || 33 Naev. Bell. Pun. I || 36 Afranius Cinerario || 1 II, 5, 21 || 4 Varro Epistula ad Fufium (Ter. Phorm. V, 6, 1) || 7 II, 18, 57.

---

**31** cannius $L_1$. — **32** Iupiter $L_1$, *H*. — **33. 34** nevius (neu *in ras.* $H_2$) *C*. — I *M*; manusque *Merula; III:* isque *v*. — sustulit *om. L*. — rex *Stephanus;* res *C*. — **35** *id.* Amullus; Amulius *quid. ap. Bentin.* — ac laetus (*vel* cunctisque) *add. M.* — gratulabat *id.;* gratulabatur *v*. (*prius M:* Amúliús divísque grátulábátur). — **36** Afran.; *cf. Prisc. p. 804.* — **37** cum *pro* quod *Priscianus.* — meliusque est *Prisc.;* melius est *C*. — diis *C et pars libr.' Prisc.* — *totum fragmentum ita instaurandum:* ió, Séxte frátér, mi sálvé. reváluí (*om. Prisc.*). — quod (*vel* cum) sálvús venís méliusquést grátulór dís. — **1** ineptae $L_1$. — **2. 3** seclis *C;* seculis *vel* saeculis *ap. Cic.* — cymnasia $L_1$. — filosophi $L_1$; philosophia $H_1$. — **4. 5** Gargaridiare *etiam Montepess.;* Gargadiare *L; Bamb.; gl.;* Gragadiare $H_1$. — Varro; *cf. 425* fors et fortuna. — epistola $L_2$, *H*, *Bamb.* — Clodi, Antipho eris *M* (Clodi Antipho fies *Riesius; Antiphonis nomen iam invenit Buechelerus*); clodiant foriae *C;* Clodiani foriae *Scal.; at Clodium, non Clodianum dictum hominem apparet ex l. Bimarci pg. 448 s. v.* edolare. — gargaridi[s]çens *Bamb.;* gargaridans *G teste Schneidero.* — gargaridiare *pro* gargarizare, *ut* Medientius *pro* Mezentius *in quibusdam Vergilii libris, ut* Ariobardianes *pro* Ariobarzanes *ap. Gran. Licin., al.* — *sensus autem, a nemine hactenus perspectus, idque Nonii culpa. nam omissa ab eo, unde suspensum illud Quintiporis Clodi. fuere olim ut puta talia:* invitatus ad audiendos versus Quintiporis Clodi, Antipho eris. *illa autem* o fortuna, o fors fortuna, *quae ironice dicta apparet, cum verba sint Getae Terentiani, qui Phorm. V, 6, 1 tali praeconio prosequitur felicitatem Antiphonis, hic apte translata ad ipsum Antiphonem.* — *male quidam de surreptis a Quintipore, qui et ipse comoedias scribebat, Terentio verbis cogitarunt.* — **7. 8** IIII *Me;* III *cdd.* — i *M;* ii *alter Lugdunensis apud Halmium,* hii *prior et Vindobonens.;* lib. (libro *L*) II *aperta erroris origine* $L_1$; *Bamb.;* idem lib. (libro *L, H*) II $L_2$, *H, G; del.* 'idem lib.' hi *Me.* — *cet. cf. Cic. l.* — quae id *cdd. Cic.*

GABALVM crucem dici veteres volunt. Varro *Ἄμμον μετρεῖς, περὶ φιλαργυρίας*:

nos bárbari, quod ínnocentes ín gabalum suffígimus
Romános, vos non bárbari, qui nóxios absólvitis?

GENIALIS, hospitalis. Santra de antiquitate verborum lib. III: scis enim geniales homines ab antiquis appellatos qui ad invitandum *comiter vino* et largius adparandum cibum promtiores essent.

GANGRENA est cancer. Lucilius Satyrarum lib. I:

serpere uti gangrena malum ad quem herpestica posset.

Varro *περὶ ἐξαγωγῆς*: non vituperamus, cum scimus dictum praecidi oportere, si ob eam rem gangrena non sit ad bracchium ventura. — idem de vita populi Romani lib. III: quo facilius animadvertatur per omnes articulos populi hanc mali gangrenam sanguinulentam permiasse.

GENIVM, parsimoniam. Terentius in Phormione:

suúm defraudans génium conpersít miser.

Lucilius lib. XXVI:

cúret aegrotúm, sumtum homini praébeat, geniúm suum
fraúdet, alii párcat.

GOMIAE, gulosi. Lucilius lib. XXX:

illo quid || fiat, Lamia et Pytho oxyodontes
quod veniunt, gomiae viles, vetulei, inprobei, ineptei?

---

10 Varro *Ἄμμον μετρεῖς* || 14 Santra de antiquitate verborum III || 17 Luc. l. I || 19 Varro *περὶ ἐξαγωγῆς* || 21 Varro de vita pop. Rom. III || 24 I, 1, 10 || 26 Luc. l. XXVI || 29 Luc. l. 30.

---

10 *Ἄμμον* — *φιλ.* *Iun.; δμουμεμειο περι φιααρτυραν C.* — 12 nocentes *male Mc.* — 13 Romanos *M; pro quo v., quod misere abundat,* homines; *cum piratis vel rebellibus, qui captos Romanos cruci affixerant, agi apparet.* — qui *Rothius;* quod *Bentin.;* quid *C.* — absolvitis *Bentin.;* obvestis *C.* — 14 hosp. *Bamb.;* ospicialis *L;* ospitialis *prius H;* ospitalis *H post ras., G, gl.* — 15 *f.* scito. — abpell. quid $L_1$. — 16 com. vino *add. M.* — adparandum; *puto* adponendum. — ciuum $L_1$. — promtiores $L_2$; promtioris *id. 1;* promptiores *H, G.* — 17 Gangrena, cancer *gl.* — carter *Bamb.;* carcer *Par. 7665; 6.* — Lucil. *v.,* Lucretius *C.* — 18 *cf. comm. Luc. pg. 196; Ovid. metam. I, 190 sq.* — malum *M;* malo *C.* — ad quem *(intellegitur populus Romanus) L, H;* atque *G.* — erpestica *prius G.* — 19 *ϑπερι C.* — scimus *M;* sciamus *v.* — dictum, *pro* digitum; *quod coniec. Lips.* — 20 cagrena $L_1$. — bacchium *C.* — 21 id est $L_1$, $H_1$. — lib. IIII *prius H.* — 23 permiasse *Quicheratus;* perimasse *C;* permeasse *v.* — 24 Ter.; *cf. 31* defrudare; *525* demensum. — form. *C.* — 25 defraud. *L,* $H_1$, *Bamb.;* defrud. *H post ras., G.* — conspersit *C, Bamb.; qui seq. exemplum omittit.* — 27 egrotum *L.* — sumtum *C.* — 28 fraudet *M;* defraudet $H_1$; defrudet *L,* $H_2$, *G.* — alii *v.;* ali *C.* — 29 Gemie, golosi *gl.* — Gomiae *M;* Gemiae *cdd.;* Gumiae *v.; cf. comm. in Luc. IV, 2.* — 1 laminae $H_1$. — Pytho oxyodontes *Scal.;* pitto ixiodontes *C.* — 2 viles *M;* illiae *L; H;* illi, *supra scr.* ae, *G.* —

GLVMAM Varro folliculum grani frumentarii dici putat, de re rustica lib. I: granum dictum, quod est intimum soldum; gluma, qui est folliculus eius; arista, quae, ut acus tenuis, longe eminet.

GERDIVS. Lucilius lib. XXX:

curate, domi sint
gerdius, ancillae, pueri, zonariu', textor.

GRAVIDAVIT, implevit. Caecilius Titthe:

pér mysteria híc inhoneste, *incéste* gravidavít probro.

GERMANITVS, fideliter: dictum a germanitate. Pomponius Praefecto morum:

ut, síquis est
amántis animi, gaúdet sicui quíd boni
evénit, cuius amícus est germánitus.

GENEROSVM, nobile vel forte. M. Tullius de officiis lib. III: cumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potenti.

GRATIOSVM, multae gratiae. M. Tullius de officiis lib. III: qui esset, ut argentarius, aput omnes ordines gratiosus.

GRATIFICARI, gratum facere. M. Tullius in Hortensio: quare adgredere, quaeso, et gratificare reipublicae.

GERRAE, nugae, ineptiae; et sunt gerrae fascini, qui sic in Naxo, insula Veneris, ab incolis appellantur. Plautus Asinaria:

gérrae!
qui sése parere ápparent huius légibus profécto.

idem:

---

4 I, 48, 1 ‖ 6 Luc. l. XXX ‖ 9 Caecilius Titthe ‖ 11 Pomponius Praefecto morum ‖ 16 III, 22, 86 ‖ 18 III, 14, 58 ‖ 20 Cicero Hortensio ‖ 23 III, 3, 10 ‖ 26 Plautus Pers. I, 3, 9.

---

vetulei, inprobei, ineptei *M;* vetulae, inprobae, ineptae *v. contra lemma Non.* — *cf. comm. Luc. in XXX, 39.* — **3** frumentarii *prius H;* frumentari *rell.* — **5** aris tamquam $H_1$; aristaque *L, Bamb.* — tenus loco *Bamb.* — longa *minus bene ap. Varr.* — eminet e gluma *ibid.* — **6** *malc mrg. H* gerdius, textor; *gl.* gerdius, toxtor. — **7** curate *Passerat.;* curare *cdd.* — curare *omisso* ut; *cf. comm. in Luc. XXX, 40.* — **8** textor *Iun.;* tector *C, Bamb.* — **9** Gradavit *L.* — Titthe *Iun.;* titte *C.* — **10** misteria *L, Bamb.* — inceste *add. M.* — probo $H_2$, *P, G.* — **11** Germanus $L_1$. — **14** amantis animi *M;* amicus amici *cdd.* — sicui quid *Schneiderus, Duebnerus;* sicui qui *prius H;* sicut qui *L, H ex corr., G;* sicut quid *Bamb., Montepess.* — **15** cuius *ed. a. 1476;* cui *v.* — **17** potente *cdd. Cic.* — **19** quid *L,* $H_1$. — apud *C pr.* $L_1$. — **20** Gratificari *Ald.;* Gratificare *cdd.* — gratum f. *G, gl.;* regratum f. *Bamb., L,* $H_1$; *id. m. 1 vel 2 expuncto* re *supra scr.* se; *quod del. 3 refert Onions.* — **22. 23** *om. h. l. Bamb., gl.* — *f.* et sunt gerrae fascini venerii, qui sic in Naxo insula ab incolis appellantur. — fascini, *sc.* pudenda. — qui sin Naxo *L.* — in Naxo; *Sicula urbs intellegenda; ubi in fano Veneris magna ostentabantur fascina.* — in Asin. $H_1$. — **25** sese p. *Plaut.;* se esperare $H_1$; sesperare $L_1$, *G;* se sperare $L_2$, $H_2$. — prof. *ap. Pl. ad seq. pertinet.* — **26** id est $H_1$.

hic aderit, crédo, congerró meus.

ut conlusor [meus], qui easdem exerceat nugas. Caecilius Portitore:

'fur, dépopulator!' — 'gérro!' ||

GALLARE, id est baccare. Varro Eumenidibus: cum illo venio, video gallorum frequentiam in templo, qui, dum messem hornam adlatam inponunt aedis signo, seic deam gallantes vario recinebant cantu. — *idem* eodem:

nam quaé venustas hís adest gallántibus!

GANEONES a ganeis dicti, ut popinones: ea sunt loca vinulentiae ac libidini apta. Varro Modio: et hoc interest inter Epicurum et ganeones nostros, quibus modulus est vitae culina. — M. Tullius in Catilinam: quis ganeo, quis adulter, quae mulier infamis, quis corruptor iuventutis?

GLVBERE. Varro de re rustica: duritia est enim causa, quod non

---

28 Caecilius Portitore || 1 Varro Eumenidibus || 4 Varro Eumenidibus || 7 Varro Modio || 9 II, 4, 7 || 11 I, 55, 1.

---

**27. 28** adherit *G.* — aderit credo *in ras.* $H_1$. — congerro meus *Bentin.*; congerrae omnia eius $H_1$; $L_2$; *id.* *1* congeri omnia eius; cōgerrae, *in mrg.* cōgerio meus, *del.* omnia eius, $H_2$; congerius meus congerrae *G.* — meus *secl. M.* — qui easdem; *puto* quia easd.; *illa* quod, quia *solere a N. cum coni. iungi notum.* — **30** fur, depopulator (*puto* depilator; *ut alibi invenitur* expilator), gerro *Rostius;* cur depopulator (depopulato *L*) gerrae (gerre $L_1$) *C;* 'cur depopulatur?' — 'gerrae!' *v.* — **1** id *Me;* ut *cdd.* — baccare *L, H, Lugd., gl.;* bacchare *ed. Bas.;* bacchari *Salmas.* — Eomenidibus $H_1$. — illo *Bentin.;* illos *C;* illoc (*pro* illuc) *Ribbeckius.* — **2. 3** venio *Salmas.;* vento *C;* ventum *Quicheratus.* — dum messem hornam adl. imponunt *Lachm.;* dum essena hora nam adl. imponeret (inp. $L_1$) *C.* — aedis signo, sic deam *Iun.;* aedilis signosiae et deam (deum $Ho_1$) *C;* Attidis signo, synodiam *non bene Lachmannus;* dum messem hornam adlatam imponeret aedilis signo Cybelae *(hoc male) Riesius, qui coll. inscriptionibus aedilem eum qui pontificium munus obtineat dici volt.* — **4** recinebant *Guietus, Lachm.;* retinebant *C.* — recinebant cantu: idem (idem *iam Passerat.*) *M;* recinebant studio *C.* — idem eodem; *cf.* *267* castum. — **5** nam quae *v.;* namque *cdd. l. utroque;* vetustas *id. h. l.* — his *Salmas.;* hic *cdd. l. utroque.* — **6** Ganneonis a ganneis *gl.* — popinones *Ald.;* popiones *C, Bamb.* — ea sunt *M;* et sunt *v.* — vinolentiae, u *scr. supra* o, *H.* — **7** libidinis *L,* $H_1$. — Varro; *cf.* *55* colinam. — **9** Catilina (Catillina *L*) *C.* — q. g., quis nepos *(om. cd. Rhenaugiensis),* quis adulter *Cic.* — **11** Gluvere *C;* Gluere *Bamb.;* Glubere, distringere (destr. *mrg. H*) *gl., mrg. H.* — Varro; *cf.* *403* stringere, decerpere: quod non — glubit. — duritia *om. Bamb.;* duricia *G.* — causa *(per compendium scriptum) M;* ea *cdd.* — *ap. Varr. sunt haec:* durities enim eorum (*sc.* digitabulorum) quod; *quae non intellego;* quod *autem ne existimes delendum iuncta Varronis et Non. hic pariter ac 403 librorum obstare videtur auctoritas. ipsum V. puto dedisse:* durities enim eorum causa, quod.

solum stringit bacam, sed etiam ramos glubit ac relinquit ad gelicidium.

GRAMIAE, pituitae oculorum. Caecilius:

grammónsis oculis ípsa, atratis déntibus.

GIGERIA, intestina gallinarum cum isiciis cocta. Lucilius lib. VIII:

gigeria insunt
sive adeo hepatia.

GLIS, nominativus ab eo quod est glires. Laberius in Aquis caldis:

et iam hic me opímus somnus [premit] óppremit,
ut glís * * *

Plautus genetivo plurali: glirium examina.

GENVS, generis. Laberius [in] Imagine:

genus [generis] nostrí parens.

## INCIPIT PER H LITTERAM.

HAVENTIA, ut industria, sapientia, concordia. Claudius libro septimo: 'animos eorum haventia inflarat'. — ab eo quod est havere. ‖

HORA, iuventutis dea. Ennius Annalium lib. I:

*teque*, Quirine pater, veneror, *bene* Horamque Quirini.

---

14 Caecilius ‖ 16 Luc. l. VIII ‖ 20 Laberius Aquis caldis ‖ 24 Plautus ‖ 25 Laberius Imagine ‖ 28 Claudius lib. VII ‖ 1 Enn. Ann. l. I.

---

**12** stringit, *scil.* manus. — bacam $L_1$, $H_2$, *G*; baccam $L_2$; vaccam $H_1$, *Bamb.* — ramos *Varro;* ramis *h. l. cdd.;* ram *403.* — gluvit *cdd. h. l.* — relinquit *Varro;* reliquit *cdd.* — ad gelicidium retectos *Varro.* — **15** grammosis $H_2$, *G;* gramiosis *Me.* — *ita* flexosus *pro* flexuosus, *sim.* — dentibus *Ald.;* gent. *C.* — **16** Gigerica $H_1$. — *cf. comm. in Luc. VIII, 8.* — cum is. *I. Dousa;* conhis et ita *C (om.* conhis et ita cota *Bamb.).* — **18** gigeria *(ita Bentin.);* insunt *M;* gizerini sunt *C.* — **19** hepatia *Iun.*, hepetia *C.* — **20** est *M;* sunt *v.* — **22. 23** et iam *M;* etiam *v.* — opimus *Passerat;* optimus *C.* — opprimit, ut glis *M;* premit (p̄mit *L, H*) opprimitur glis (ut premitur *cd. N. Fabri*) *C.* — **24** genit. *C pr.* $L_1$. — plurari $L_1$. — gliuium *L*, $H_1$. — eximina *G.* — **25** *om. gl.* — Genus *M;* Genus *supra* u *scr.* i *L*, genius *H, G.* — Genius, generis deus *male v.* — *mrg. H inepta interpolatione, ut saepius:* genius naturalis deus, qui ortum nostrum excipit. — in *om.* $H_1$; *habet et Bamb.* — **26** genus *M*, genius *v.* — generis *del. M.* — *quod fuere qui dicerent non admittendam coniecturam nostram, quod non agatur hoc capite de mutatis declinationibus, eos numquam legisse hoc caput satis apparet.* — **28. 29. 30** Habentia — habentia — habere *cdd.; corr. Gifan.* — *n. N.* — ut *add.* $H_1$; aut *L.* — l. septimo (VII *G, Lugd.*) Claudius (Cladius *H*) *cdd.* — animus $L_1$. — habentia *om. G.* — inflaret *G.* — ab — havere *f. delend.* — **1** iuventatis $L_1$; Iuventas dea *Merula; f. recte.* — Annalium *Quicheratus;* Annali *v.* — liber primus $L_1$; *id. 2* libro primo. — **2** teque *(add. Columna)* Q. p. v. bene H. Q. *vel* teque

HALLEC, genere neutro. Plautus in Aulularia:

qui mi ólera cruda pónunt, allec ádduint.

Oratius in lib. II Sermonum:

ego faecem primus et allec
miscui.†

HALOPHANTAM, ut sycophantam, hominum genus nequam, quod ob suenda mendacia miserrima mercede conducitur. Plautus:

hálophantam an sýcophantam mági' dicam esse . . .

et alius nobilitatis obscurae:

halophántam mendacém velit.

HIPPOCAMPI, equi marini, a flexu caudarum, quae piscosae sunt: et est graecum. Menander:

οὐχ οὗτος ἱππόκαμπος ἔστ' ἐν αἰθέρι;

Naevius Sirenocirce:

délphino cinctís vehiculis híppocampisque ásperis.

---

3 Plautus Aulularia (cf. comment.) ‖ 5 II, 4, 73 ‖ 9 Plaut. Curc. IV, 1, 2 ‖ 11 comicus incertus ‖ 14 Menander ‖ 16 Naevius Sirenocirce.

---

Quirine pater bene H. Q. *M;* quirine (quirinė *H*) p. veneror horamque q. (quirint *L*) *C; cf. vit. Enn. pg. 159 sq.* — **3** in *om. $H_2$, G.* — sopularia $L_1$. *vid. latere mendum.* — **4** mihi *cdd.* — hallec *H.* — adduint *Quicheratus;* duint *C* ($L_2$ danunt); etiam allec duint *Wagnerus.* — *servi putat verba Goetzius praeter libertatem donum poscentis.* — **5** oratius *L, G,* horatius *H.* — **6** e. faecem primus et allec *Hor.;* ego primus face nec allec (hallec *H*) *C.* — **7** miscui; *ap. Hor. haec:* primus et invenior piper album cum sale nigro incretum puris circum posuisse catillis. — *f. lacunosus locus Nonii. quamquam quod in gl. seq.* Harpa, forcipes, *id videtur potius repetitum ex pg. 99 ubi post l.* Delitum, dolatum *legitur pro* Dentarpagas harpa, forceps. — *quod autem* hallec *lemma huic capiti potius insertum quam sequenti, vix credo librariorum ac non ipsius Nonii incuriam accusandam, qui cum in alteram partem diversissima inter se congessisset, quae honeste quidem, sed nove dicta ei esse viderentur, postea illa retractare noluit.* — **8** Halofantam *cdd*; Halostatum *gl.* — *halophantae nondum satis expeditum nomen; cf. Paul. 101, ubi legitur* halapanta. *ibi dicitur vocatus* ἀπὸ τῆς ἅλης, *i. e. a fallente, quod fallat* (*v.* halet) *omnia.* — ut *gl.;* aut *cdd.* — sycofantam *cdd.; gl.* — **10** halophantamne *Guietus (posset etiam* halophantam anne, *si modo constaret de quantitate primae);* halofantam (al. $L_1$) *C.* — an *Plaut.;* aut *C.* — sycofantam (sec. $L_1$) *id.* — hunc *add. Pl.* — magis dicam esse *Bothius;* magis esse dicam *cdd. Non.;* magis hoc (*praec.* hunc) esse dicam *Plauti.* — nescio *add. Pl.* — **11** novilitatis $L_1$. — **12** *verba comici.* — halofantam *C.* — **13** Hipocampi $L_1$. — a fluxu *G.* — piscosae *suspectum.* — **14** Meander $H_1$. — **15** *ita Scal., exc. quod* ἔστ' *add. a Bentleio;* uchutos (ucutos $L_1$) hippocampus (hippicantus, *m. 2* hippocantus, *L;* hippocamphus $H_2$, *sed* h *del.*) in aeter (aeter *iunctum cum seq.* nae *vel* ne *in cdd.*) *C, Bamb.* — *illud* ἔστ' *servat accentum propter caesuram.* — **16** Laevius *Hermannus* (Naevius *Iun.*); nae (ne *H, G*) usus *C;* nae (*vel* ne) uius *Bamb.* — Sirenocirce *M;* sireno circes *Bamb.;* sireno citer (cicer *L*) *C.* — **17** delfino *cdd.* — iunctis *Scal.* — ippoc. *G.*

Lucilius transverso ordine posuit: **camphippi**; et: **patherocamelos.**

HARA est porcorum stabulum. Varro Prometheo libero: in tenebris ac suili vivunt; nisi non forum hara atque homines, qui nunc, plerique sues sunt existimandi. — Cicero in Pisonem: ex hara producte, non schola.

HILARITVDINE, pro hilaritate. Plautus Milite glorioso:

> és, bibe, animo obséquere mecum atque ónera te hilaritúdine.

HISCERE [est] pro loqui. Accius Armorum iudicio:

> hem, véreor plus, quam fás est captivum, híscere.

HONESTITVDO, pro honestas. Accius Oenomao:

> hórrida† honestitúdo Europae príncipum primo éx loco.

idem Myrmidonibus:

> tua ‖ honéstitudo Dánaos decepít diu.

HILVM, breve quoddam. Lucilius lib. XXX:

> quo tua *tu* laudes, culpes? non proficis hilum.

Cicero Tusculanarum lib. I: tum illud, quod

> Sisýphu' versat saxúm sudans
> niténdo neque profícit hilum.

HORNVM, ipsius anni. Lucilius lib. XXVIII:

---

18 Lucilius ‖ 20 Varro Prometheo ‖ 22 16, 37 ‖ 24 III, 1, 83 ‖ 26 Accius Armorum iudicio ‖ 28 Accius Oenomao ‖ 30 Accius Myrmidonibus ‖ 2 Luc. l. XXX ‖ 4 I, 5, 10 (tragic. inert.) ‖ 7 Luc. l. XXVIII.

---

**18. 19** *Luc.; om. hoc. exempl. Bamb.* — camphippi *e. q. s.; ita M;* hippocampi elefanto camillos *C;* camphippelephantocamelos *I. Dousa. cf. comm. Lucil. in frgm. inc. 47; 48.* — **20** percorum *prius H.* — libero *Oehlerus;* libro I *C.* — **21** vivunt *H, ut vid.; v.;* viunt *L, G.* — qui; ibi *Gerlachius.* — **23** ara $L_1$. — productae *L,* $H_2$*, G;* producta est $H_1$. — scola *L,* $H_1$*;* non ex schola *cdd. Cic.* — **24** Hilaritudine *Quicheratus;* Hilaritudinem *cdd.* — **25** es (est *B, C, D*) bibe *Plaut.;* sive *cdd.* — honera $H_1$. — **26** H. pro loqui *M;* H. est proprie (propriae $L_1$) loqui *cdd.;* Hiscere, loqui *gl.* — **27** captivam *Grotius, Hermannus ad Tecmessam referentes; sed potius videtur id quod traditum est; quod puto pertinere ad unum ex Troianis, qui captivi iudicium tulere de Aiace et Vlixe.* — **28** Honestudo $L_1$. — honestitas *G.* — **29** horrida, *quod etiam propter r. m. displicet, corruptum.* — Europe $L_1$*, H.* — principum *Vossius, idque recipiendum propter r. m.;* principium *C.* — **1** decepit *Delrius;* decipit *C.* — **3** quo tua tu *M;* quod tua *C.* — laudes *v.;* lades *C.* — culpas, *mut. in* culpaes, $H_1$. — **4** Cic.; *cf. 353* niti. — num *docti ap. Cic. sine causa.* — **5. 6** *versus disposuit M; cet. cf. comm. Luc. 169.* — Sisyphus *Cic.;* isi syfus $L_1$*;* sisyfius *id. 2;* $H_2$*; id. 1 ut vid.* sisyfeus; sifyus, *si recte notavi, G.* — intendo $L_1$. — *molliores sunt numeri, si legatur:* neque nitendo proficit hilum; *et potuit facile memoria labi Cic.* — hilum *etiam Pacuvius dixit in tragoedia pg. 510 s. l.* amiciter. — **7** ipsius; *i. e.* eiusdem.

121 M.

utrum ánno an horno téte abstuleris á viro.

Varro Eumenidibus: cum in eo essem occupatus atque in schola 'curarer', ut scribit Scantius, 'horno' per Dionysia.

HILARESCO. Varro epistularum latinarum lib. I: immo, cum amicorum domus fumat, hilarisco.

HOSTIRE est conprimere, retundere, dictum ab hostia. Pacuvius Teucro:

nisi cohérceo proptérvitatem atque hóstio feróciam.

Hostire, offendere, laedere. Laevius Erotopaegnion lib. II:

numquód meum admissúm nocens
hostít voluntatém tuam?

HALVCINARI, aberrare et non consistere atque dissolvi et obstupefieri atque tardari honeste veteres dixerunt, ut est: 'et adsiduo

---

9 Varro Eumenidibus ‖ 11 Varro Epistularum lat. l. I ‖ 13 Pacuvius Teucro ‖ 16 Laevius Erotopaegn. II ‖ 20 (Gell. VIII, 3.)

---

8 tete *M;* te *C.* — **9** Varro; *cf. 355* occupare, detinere. — **10** in schola (scola $L$, $H_1$); *de balneis videtur agi.* — curarer, ut scr. *cdd. 355;* curaret inscribit *h. l.; f.* uti scr. — orno *L, G.* — 'curarer horno' *pro* 'delectarer musto' *insolentius dictum notat Varro.* — Dionysia (Dyon.) *cdd. 355;* Dionisiam *h. l.* — *illud* 'per Dionysia' *pro* 'per Bacchanalia' *positum vix potuit in Scantio notari ab eo qui ipse plurima in scriptis promiscue adhiberet graeca.* — **11** Hilarisco (hilaresco *mrg. H*), hilaris fio *gl., mrg. H.* — Epistularum latinarum *M;* epistula (*ita* $L_1$, *ed. Bas* ; epistola *Bamb. H,* $L_2$) latina *cdd.* — *nihil de his certi apud Ritschelium opusc. III, 478. equidem non video cur non potuerint esse duo corpora, ex quibus alterum universas Varronis epistulas, quas plurimas fuisse probabile est, complecteretur, alterum discretas graecas ac latinas, sicut et M. Bruti ferebantur litterae graecae pariter ac latinae. atque cdd. Non. omnino adseritur titulus ille.* — in epistola L. Atinii *ingeniose Popma; quamquam de tali Varronis litterarum commercio nihil constat aliunde.* — immo cum *Me;* in voccum *C, Bamb., Montepess.;* libro II: nunc cum *Riesius pg. 43 ed. Satur. Menipp.* — **12** hilaresco *Bamb.; C pr.* $L_1$. — **13** conprimere *ed. Bas.; gl.;* conmere $L_1$; comprimere $L_2$, *H, Bamb.* — retundere *Bentin.;* recidere *Quicheratus;* recedere *cdd.* — dictum *add.* $H_2$. — Pacuv.; *cf. 490* ferocia; *Fest. 270, qui dicit* hostire *h. l. positum pro* aequare. — *nec tamen ap. N. licet reponi, quod fuit qui coniceret* conprimere, reddere. — **15** coerceo *Vrsinus;* coeaceo *cd. Festi;* cohercuero *L,* $H_1$; coerc. $H_2$, *G (mancus est locus pg. 490).* — coherceo *trisyll., ut ap. eundem Pac. pg. 262 s. l.* confidentia coherce *disyll.* — propteruitatem *L,* $H_1$; prot. $H_2$, *G;* protervitates *cd. Festi.* — *cf. Bergk. Opusc. I, 380; Loew. Prodr. 356; Goetz. ad Bacch. 612.* — hostiaero $H_1$. — **16** laedere *Hildebrandius ad gloss. lat. Parisin. pg. 163;* cedere *C, etiam Bamb., qui seq. om.* — Laevius *Me;* Pacuvius *cdd.* — Erotapegnion *C.* — **17** numquod (*fuit* nunquod) *M;* hunc quod *cdd.;* nunc quod *quid. ap. Bentin.* (in aliis addita comperi haec verba: nunc id mihi molestum est quod etc.). — **19** *cf. Gell. VIII, 3; IV, 20, 7, 8; item XVI, 12, 3; II, 3, 3.* — Haluniari *Bamb.* — et obstupef. atque tard.; *cf. Gell. XVI, 12, 3* a tarditate quadam animi et stupore *(ita scribend.),* qui alucinantibus plerumque usu venit. — **20** et adsiduo *e. q. s.; ex Gell. VIII, 3 petita haec intellexit Me.*

oscitantem vidit atque illius quidem delicatissimas mentis et corporis alucinationes'.

HILARETVR. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. II: verum hoc loco sumo verbis his eandem certe vim voluptatis Epicurum notasse quam ceteros. omnes enim iucundum motum, quo sensus hilaretur, graece ἡδονήν, latine voluptatem vocant.

HEBES positum pro obscuro aut obtuso. Cicero Academicorum lib. II: quid? lunae quae liniamenta sunt? potesne dicere? cuius et nascentis et insenescentis || alias hebetiora, alias acutiora videntur cornua.

HINNOS [vel hinnas] sub quo sensu accipere debeamus, Varro designat. ait enim, ex equis et asinis qui nascantur, hinnos vocari.

HILLAS intestina veteres esse dixerunt: unde Bohillae, oppidum in Italia, quod eo bos intestina vulnere trahens advenerit. Laberius:

lávite item hillam. cócu' si lumbum adússit, caedetúr flagris.

idem Catulario:

'nonne áliter hunce pédicabis?' — 'quómodo?' —
'video, ádulescenti nóstro caedis hírulas.'

---

24 II, 3, 8 || 28 Cicero Acad. II || 3 Varro de re rustica II, 8, 6 || 7 Laberius (vid. fabulae nomen haustum) || 9 Laberius Catulario.

---

21 deligatissimas $L_1$. — 22 alucinationes *L, G;* hal. *H, ut vid.;* aluciones *Bamb.* — 23 Hilariter, iucunde (ioc. *gl.*) *gl.; mrg.* $H_1$, *G.* — *add. mrg.* $Hs_2$*:* laetetur, exultet, iucundetur. — M. Tull.; *cf. 396* sumere, suscipere. — 24 sumo *cdd. 396;* summo *h. l.* — verbis *om. Bamb.* — voluptatis *cdd. 396,* voluntatis *hic.* — 25 nosse *cdd. Cic.;* non nosse *C;* non esse *Bamb.;* notasse *recte Davisius.* — 26 grecae *L.* — ἡδονήν *v.;* hedonem *cdd. Cic.;* hedoneum *C, Bamb.* — 28 Haebes *H;* Habes *L;* Hebes *G, Bamb.;* Hebes, obscurum *gl.* — obstuso *G.* — *scribend. vid.:* Hebes pos. pro obstuso. — 29 laeniamenta $H_1$. — sint *Iun.* — potestne *G.* — cuius *v.;* necuius (*praec.* potesne) *C.* — 1 et inseniscentis *H, G; om. L.* — haebetiora *H;* habetiora *L; cf. comm. in pg. 91 l.* consectarium. — 3 Hinnos vel hinnas *cdd.;* Hinnos quid sit *gl.; del.* vel hinnas *Quicheratus.* — 4 asinis *Guietus;* ex equo et asina *Varro;* in nullis $L_1$, $H_1$*;* mulis $L_2$*;* inulis $H_2$*;* innulis *G;* hinnullis *Bamb.* — innos *L.* — 6 Hilla, intestina, unde boelle dicte *gl.;* hilla intestina, unde bohilla dicta *mrg. H.* — Hillas *H.* — Bohilla *C; Bamb.* (Boilla *prius H*); Bohillae *Quicheratus; cf. gl.* — 8 lavite item *Ribbeckius* (lavit it. *Rothius*); lavitatem (lavititem $H_2$*;* labititem *G*) *C.* — illam *L,* $H_1$*; f.* hillas. — coccus $H_1$. — adusit *prius L.* — fragilis *L,* $H_1$*;* flagris $H_2$ *in mrg., G;* caeditur (ced. *L*) *C;* caedetur flagris *Ribbeckius; f.* fragulis caeditor; *cf.* fragellum *ap. Prob. gr. lat. IV, 198.* — 10 nonne *Quicheratus;* neve *C.* — aliter, *i. e.* mollius. — hunce *Ribbeckius;* hunc *C.* — 11 adulesc., i *supra* e *pos., H.* — cedis *L.* — hirulas; hirulam (hillas *Iun.*) *Ribbeckius;* hilla *L, ed. Bas.;* hillam, *deinde* illa *H* (illa *etiam G teste Schneid.*).

122 M.

HINNIBVNDI, pro hinnientes, ab eo quod est hinnio. Claudius annalium lib. XVI: equei hinnibundei, inter se spargentes terram calcibus.

## INCIPIT PER I LITTERAM.

INCVRVISCERE. Cicero de oratore lib. III: ut

bacarum ubértate incurvíscere.

ita et [in] Tusculanarum lib. I.

INFINITATEM. Cicero Academicorum lib. IIII: ad hoc Anaximandro, populari et sodali suo, non persuasit. is enim *infinitatem naturae dixit esse. — idem Tusculanarum lib. V: quibus* infinitatem rerum atque naturae et in hoc mundo ipso caelum, terras, maria cognoscimus.

INSANITAS. Cicero Tusculanarum lib. III: insipientia autem, quasi insanitas, quae est insania eademque dementia. — Varro Eumenidibus:

apage ín dierectum á domo nostra ístam insanitátem!

INFRACTIONEM. Cicero Tusculanarum lib. III: in quem cadat aegritudo, cadere in eum timorem et infractionem quidem animi.

IVGLANDES, agrestes nuces. Cicero Tusculanarum lib. V:

---

12 Claudius lib. XVI ‖ 16 III, 38, 154 (Ennius Eumenidibus) ‖ 18 I, 28, 69 (Enn. Eum.) ‖ 19 II, 37, 118 ‖ 21 V, 36, 105 ‖ 24 III, 5, 10 ‖ 25 Varro Eumenidibus ‖ 28 III, 7, 14 ‖ 30 V, 20, 58.

---

**12** *gl.* Hinnitores; *altero lemm.* Hinnibunde. — *non tamen credo excidisse aliquid in cdd.; sed illud corruptum ex seq.* hinnientes; *cf. comm. ad 125* infestum. — Hinnibundi *M* (Hinnibundae *Quicheratus*); hinnientes *Quicheratus;* Hinnibunde — hinnienter *C (om. l. Bamb.); similis error pg. 130 s. l.* iactuosae. — hinnio *v.;* hinno *C.* — Annalium *M;* Annalibus *C.* — **13** equei (equi *Iun.*) hinnibundei *M;* eque $L_1$*;* equae *rell.;* hinnibunde $L_1$, $H_1$, *Florent.;* hinnibundae $L_2$, $H_2$, *G.* — **16** Incurpiscere $L_1$*;* Incurviscere *etiam gl.* — **17** bacc. ub. inc.; *Ennii Eumenidibus iure tribuit Hermannus; cf. fab. Enn. 229 sqq.* — rami bacarum ubertate incurvescere *Cic. in Tusc.* — bacarum *prius L, ed. Bas.;* baccarum *L ex corr., H, Bamb.* — ubertatem *cdd.; f.* ubertatei. — incurvescere *bis ap. C.* — **18** *haec f. secludenda* — Tusculanarum *Quicheratus;* Tusculanis (Tuslanis *L*) *C, Bamb.* — *ibi plenior adfertur Ennii l.* — **19** III *prius H.* — ad (*pro* at) *etiam Cic. cdd. meliores a pr. m.* — **20** populari *v.;* popularis *C, Bamb.* — his *C;* et *(nota scriptum)* his *Bamb.* — is enim — infinitatem; *lacunam post haec et unde explenda esset locum significavit Rothius.* — **24** Tusculanorum *L, Bamb. hic et l. seq. sine correctura.* — lib. III *v.;* lib. I *cdd.* — **25** insanitas quaedam *Cic.* (quaed. *f. librariorum culpa om.; nam. seq.* quae). — est *Cic.;* esset *cdd.* — eadem quae $L_1$, $H_1$. — Varro; *cf. 49* dierecti. — *om. Varr. exempl. Bamb.* — **28** Infr., torporem *gl.; mrg. H.* — **29** quidem *cdd. mel. Cic.;* quandam *aliquot interpolati.* — **30** iuglantes nucias glandes *add. ad prius lemma gl.* — Cicero *postea add. in L.*

instituitque ut candentibus iuglandium putaminibus || barbam sibi et capillum adureret.

INGENERARETVR, ut innasceretur. Cicero Academicorum lib. III: in tanta animantium varietate homini ut soli cupiditas ingeneraretur cognitionis et scientiae.

IVVENITAS, pro iuventus. Varro Tithono, περὶ γήρως:

quam déreliquid múlticupida iúvenitas.

ITVM, pro incessum. Titinius Setina:

itum,
géstum, amictum quí videbant éius.

IGNAVAVIT, id est ignavum fecit. Accius Aeneadis aut Decio:

fáteor; sed saepe ígnavavit fórtem in spe expectátio.

INPLICARE positum pro ornare. Afranius Brundisina:

parte ínferiore hic ínplicabatúr caput.

INANIIS, pro inanitate. Plautus Aulularia:

ita inániis sunt óppletae atque aràniis.

INCITAS dicitur egestas. Plautus Trinummo:

alii éxsolatum abiérunt; alii emórtui;
. . . . . . hem nunc hic, cúius est,
ut ad íncitas redáctust!

---

3 Cicero Acad. III || 6 Varro Tithono || 8 Titinius Setina || 11 Accius Aeneadis || 13 Afranius Brundisina || 15 I, 2, 6 || 17 II, 4, 134.

---

1 instituit $L$, $H_1$. — cadentibus $L$, $H$; cand. *ed. Bas.*; *Cic.* — adurerent *Cic.* — 4 ingereraretur $L_1$. — 6 Iuvenilitas *C, Bamb.*; Iuvenilias *gl.* — Varro; *cf. 433* iuventus. — Tithono, περὶ γήρωϲ *v.*; tithonio, περι τηρωϲ (τηρωϲ *plerumque cdd.*) *C.* — 7 quam *cdd. 433;* qua *h. l.* — *quidam:* quom. — dereliquit *prius H.* — iuvenitas $G_1$; *Buechelerus;* iuvenilitas *rell. hic et 433.* — 8 incessu *cdd.;* Itum, incessum *gl.* — Sedina $H_1$; sed in *L.* — 9 itu *L.* — 10 cestum *L.* — 11 Ignavavit *Buechelerus, M (item in seq. v.);* Ignavit *cdd.* — *cet. cf. 126 l.* Ignavavit. — ignauuum *H.* — 12 *h. v. post Afranii collocatus in cdd.; reduxit in suum locum ed. a. 1476; excepto primo verbo, quod addidit Me., totum lemma om. Iun.* — ignavit *cdd. h. l.; 126* ignabat. — 13 Brundisina; *cf. comm. in pg. 97 l.* degulasse; Brumdisio in *C;* in *v. ad sequentia relatum, ubi delevit Neukirchius.* — 14 *illud* parte inferiore *obscurum.* — huic *Quicheratus.* — 15 Inaniis *Iun.;* Inanis *cdd., gl.* — 16 inaniis *Pylades;* inanis *cdd. Pl. et Non.* — opletae *L, H.* — araniis; araneis *cdd. Plaut.;* arantes *C.* — 17 incistas *sine lemmatis nota* $L_1$. — Incitas, egestas *gl.* — f. Incitae *(ita Quicheratus)*, egestas. — 18 exolatum *A ap. Pl.;* exulatum *rell.;* exsolati *C.* — 19. 20 alii se suspendere *Pl.; om. C.* — em *melius A, B ap. Pl.* — hemunc *prius H.* — cuius (quoius) est, ut ad *cdd. Pl.;* cuius tuta *C.* — redactust *Ritschelius;* redactus *cdd. Pl.;* redactus est *C* (ut ad incitas. redactus *A; in quo videtur olim fuisse* ut ad incitast redactus; *quod si fuerit, per* ad incita est *esse explicandum recte putant Bergkius et Ritsch.*).

idem Poenulo:

profécto ad incitás lenonem rédiget, si eas abdúxerit.

Lucilius Satyrarum lib. III:

illud ad incita cum redit atque internecionem.

idem lib. XV:

vilicum Aristocratem, mediastrinum atque bubulcum
conmanducatus conrupit, ad incita adegit.

INCERTAT, incertum facit. Pacuvius Doloreste.

set méd incertat díctio: quare éxpedi.

Plautus Epidico:

lónga dies meum incértat animum.

ICIT significat percutit, ab ictu. Plautus Truculento:

fréndit, ícít femúr.

idem Vidularia:

ibi || út piscabar, fúscina ici vídulum.

Pacuvius Armorum iudicio:

nám canis quandóst percussa lápide, non tam illum ádripit
quí sese icit quam [illum] eúmpse *morsu* lápidem qui ipsa ictást petit.

Afranius Simulante:

offéndit, fligit, rúmpit, icit póculo.

Caecilius Demandatis:

si úmquam quisquam vídit quem catapúlta aut balista ícerit.

Lucretius lib. III:

esse animam cum animo coniunctam; quae cum animi vi
percussast, exin corpus propellit et icit.

---

21 IV, 2, 85 || 23 Luc. l. III || 25 Luc. l. XV || 28 Pacuvius Doloreste || 30 IV, 1, 19 || 32 II, 7, 42 || 34 Plautus Vidularia || 2 Pacuvius Armorum iudicio || 5 Afranius Simulante || 7 Caecilius Demandatis || 9 III, 159.

---

22 profecto *ed. Bas.;* profectu *L, H.* — ad incita (incitam $H_1$) *C.* — *item* leonem. — 24 ad *supra add. G.* — incitam $H_1$. — redit *Iun.;* rediit *C.* — aque *prius L.* — 25 idem; *cf. 143* mediastrinos; *478* conmanducatur. — 26 Aristocratem *cdd. 143; 478;* magistograten (magistograthen $H_1$) *h. l.* — 28 Duloreste $H_2$. — 29 sed $L_2$, *Hs.* — med *Bothius* (me *Iun.*); ne *C.* — quare *mscr. Palatin.; Scriverius;* quam rem *C;* quin rem *Scal.* — 32 a victu $L_1$. — 1 ici *v.;* vici (ci *in ras.* $H_1$) *C.* — 3 arripit *M;* appetit (adp. $L_1$) *v.* — 4 sese icit *Vossius;* se sicit $L_1$*;* se icit *rell.;* sed icit *Ritschel. nov. Plaut. excurs. pg. 51.* — quam illum *C; del.* illum *Quicheratus.* — eumpse *Vossius; cf. Caecil. Hephaestionem pg. 1 s. l.* senium; eum ipsum *C.* — morsu *add. M.* 5 Simulante *v.;* Simulantem *C* (Simulante *f.* $L_1$). — 6 fligit *M;* regit *C* (fregit, rupit *parum apte Ribbeckius*). — 8 quam (*m. 2* quaem) $H_1$. — *puto* icier. — 9 Lucreticius *H.* — 10 animam $H_1$*;* animum *rell.* — coniunctum *G.* — vi *docti ap. Lucr.; om. cdd.;* vis *C.* — 11 percussast *cdd. Lucr.;* perculsa est *C.* — et icit *Lucr.;* eicit *C.*

Turpilius Demetrio:

'nam si íceris me pósthac, credas míhi velím',
inquít — quid censes? 'túm dolebit scílicet.'

Naevius Danae:

quam quondam fúlmine icit Iúppiter.

INVNCARE, quasi unco invadere et arripere. Lucilius lib. XV:

at qui nummos tristis inuncat?

INSOLVM, insolitum. Afranius Crimine:

órbitatem tuaé senectutí malam
metuí, quod in solúm non venit caéco ac dementí tibi.

idem Virgine:

né veniret, quód nunc agitur, ín solum.

INIBI, pro sic et mox. Afranius Materteris:

postquam sé videt
inibi ésse, gnatam párvulam soróribus
conméndat.

Caecilius Plocio:

'libérne es?' — 'non sum líber, verum inibíst quasi.'

Pacuvius Iliona:

profécto aut inibist aút iam potiuntúr Phrugum.

---

12 Turpilius Demetrio ‖ 15 Naevius Danae VII ‖ 17 Luc. l. XV ‖ 19 Afranius Crimine ‖ 22 Afranius Virgine ‖ 24 Afranius Materteris ‖ 28 Caecilius Plocio ‖ 30 Pacuvius Iliona.

---

**12. 13** Demetrio: nam *v.;* Demetriona nam *C.* — mehi $H_1$. — *f.* mihi credas. — **14** quid censes tum? *Bothius;* tum quid censes *C.* — tum, *sc.* dixisse eum. — *verborum a nemine intellectorum hic sensus. introducitur gloriosus quidam idemque ignavus nebulo, qui cum primo versu videretur ingentibus minis viam munisse, sequente nihil addit nisi male sibi fore, si iterum vapulasset. nota hodieque narratiuncula de redariis duobus in angiportu congressis alteroque ad locum dandum alteri simili vanitate minandi compulso.* — **15** nevius *H;* inequius *L.* — **16** quam (*sc.* Semelen) *Delrius;* quae *C.* — quandam *cdd. pr.* $H_1$. — flum. *G.* — **17** Inungare $L_1$. — **18** at *L, H;* aut *G.* — qui; *i. e.* quo pacto. — **19** *hic vel Nonium superavit stultitia Nonius; nam* in solum *duobus vocabulis efferendum est. primus id notavit Me.* — **20** tuae senectui *Bothius;* sen. t. *C.* — malam, *i. e.* noxiam. — malum *Ribbeckius.* — **21** dementi tibi *Bothius;* deme tibi *C.* — **22. 23** *puto* Virgine: venit *vel* veniet; ni veniret *Ribbeckius.* — nunc *Iun.;* num $H_2$*, G; om. L,* $H_1$*;* non *Vrbin. 307, edd. ante Iun.* — **25. 26. 27** *institui cum Ribbeckio senarios; quamquam res dubia. nam cum ab illo* inibi *verba per septenarium decurrant iambicum, nescio an priora sic sint constituenda:* . . . . . . . . postquám se vidit ílla. — videt *Quicheratus;* vidit *C.* — inibi esse, *i. e.* in eo statu esse. — gnatam *Quicheratus;* gignatam (gigna, *tum* s, *ut vid., eras.*, tem $H_1$) *C.* — **29** *f.* nondum liber. — liber *et* quasi *om. C pr.* $H_1$. — inibi *pro* sic. — **31** *cf. Cic. Phil. XIV, 2, 5:* quod sperare — debemus — aut inibi esse aut iam esse confectum. — aut iam; *ita* $H_1$*;*

IGNOTI, id est inscii. Naevius Lycurgo:

> ígnoteis iterís sumu'; tute scís?

INIVRE dictum pro iniuriose. Naevius Lycurgo:

> 'óderunt di hominés iniuros.' — 'égone an ille iniúre facimus?'

INCILARE est increpare vel inprobare. Accius Meleagro:

> quis erít qui non me spérnens, || incilâns probris,
> sermóne indecorans túrpi fama dífferet?

idem Clytemestra:

> mátrem ob iure fáctum incilas, génitorem iniustum ádprobas?

Pacuvius Doloreste:

> síquis hac me orátione incílet, quid respóndeam?

Lucilius lib. XXX:

> nunc, Gai, quoniam incilans nos laedi' vicissim.

INNVBERE positum transire, quod hae, quae nubunt, ad domos maritorum transeant. Lucilius Satyrarum lib. VI:

> sese animam insinuare *aeque* atque innubere censent.

INFESTVM MARE HABERET, pro mare latrocinando infestaret. M. Tullius de re publica lib. III: nam cum quaereretur ex eo, quo scelere conpulsus mare haberet infestum uno myoparone: 'eodem, inquit, quo tu orbem terrae.'

---

32 Naevius Lycurgo XII || 34 Naevius Lycurgo XXII || 36 Accius Meleagro || 3 Accius Clytemestra || 5 Pacuvius Doloreste || 7 Luc. l. XXX || 10 Luc. l. VI || 13 M. Tull. de re publica III.

---

*Lips.;* tam iam *rell.* — frugum *cdd.; Pacuvius Ennium suum secutus videtur scripsisse* Brugum. — **32** Ignoti — inscii *M;* Ignote — inscie (insciae *H*) *C; Bamb.; gl.* — Naev. (Nevius *C*); *cf. 485* iteris; *Prisc. 695.* — Licurgo *L, H.* — **33** ignoteis *M;* ignotae *cdd. h. l.;* ignoti *485 et ap. Prisc.* — **34** Iniure *M;* Iniurie (iniuriae $L_1$; $H_1$) *C, Bamb.;* Iniuriae *gl.* — iniuriosae $L_1$. — Ligcurgo $L_1$; Licurgo $L_2$, $H_1$; Ligurgo $H_2$. — **35** oderunti $L_2$, *prius H;* oderunte, *ut vid.*, $L_1$. — dii *C.* — iniuros *Bothius;* iniuriosae $H_1$; iniuniosae *ut vid.* $L_1$; iniuriose *rell.* — iniure *M;* iniurie (iniuriae $L_1$) *v.* — *cf. Plaut. Persae 408.* — **36** improbrare $L_2$. — **1** qui rit *L.* — ingilans *L.* — **2** differet *Iun.;* differret *C.* — **3** Clytemestra *ed. Bas.;* Clistemestra $L_1$, *H;* Clitemestra $L_2$. — **4** matrem ob *Grotius;* matre meo *C.* — **5** Dul. $H_2$, *G.* — **8** nun *prius G.* — gat *L.* — vicissem *id.* — **9** nubant *L.* — **10** transeunt *cdd.* — **11** *cf. comm. Lucil. 215 sq.* — sese animam *M;* suam enim *cdd.* — insinuare *Lachm. comm. Lucr. 181, a quo tamen summa rei non perspecta;* invadere *v.; ita pg. 159 s. v.* priva *pro* insinuari *legitur* invadi (*ex* insinuare, insinuari *prius factum* inuare, inuari). — aeque *add. M.* — **12** *gl.* Infestumare; *tum novo l.* Infestare mare; *cf. comm. in 122* hinnibundi. — infestinaret *G.* — **13** M. Tullius; *cf. 318* habere, facere; *ubi rectam dabimus lectionem; 534* myoparo. — **14. 15** myoparane *L.* — quo tu *C; L prius f.* quo di.

IMBRICES ac TEGVLAS. Sisenna Historiarum lib. III: dissipatis imbricum fragminibus ac testis tegularum.

INPIGRITAS, pro inpigritia. M. Tullius de re publica lib. III: numquam viri fortissimi fortitudinis, inpigritatis, patientiae * * *

INTOLERABILIS, id est qui tolerare non possit. Afranius Privigno:

quod si fecíssem paulo saépius,
didicísset ferre et nón esse intolerábilis.

INCONSVLTI, quibus consulentibus religio nihil diceret. Vergilius Aeneidos lib. III:

inconsulti abeunt sedemque odere Sibyllae.

INLVVIES, sordes. Vergilius Aeneidos lib. III:

respicimus: dira inluvies.

Lucilius lib. XXX:

inluies, scabies oculos huic deque petigo
conscendere.

Varro Manio: ac periret

'squalé scabreque, inlúvie et vastitúdine.'

Lucilius lib. XXVI:

hic || cruciatúr fame,
frígore, inluvie, ínperfundie, ínbalnitie, incúria.

---

16 Sisenna Hist. III || 18 M. Tull. de re publica III || 20 Afranius Privigno || 25 III, 452 || 27 III, 593 || 29 Luc. l. XXX || 32 Varro Manio || 34 Luc. l. XXVI.

---

16 *om. h. l. gl.* — 17 fracminibus *L, H; Paris. 7665; 6.* — 19 *illud* fructu caruerunt *addendum putat Maius.* — 20 Intollerabilis *Bamb.* — qui tolerare *Bongarsius;* quae tolerari (tollerari *Bamb.*) *cdd.* — *om. hoc l. gl.* — 23 didicisset *Scal.* (didicisset is *iam Bentin.*); didicit esse is f. *C.* — intolerabilis *utrum active, ut N. putat, an passive hic sit positum, discerni vix potest.* — 24 religio nihil diceret; *ita Phaedrus in appendice de oraculo Delphico:* mugit adytis religio; *cf. et 57 l.* enixae. — 26 aberunt *L.* — odere *om. L;* odore $H_1$. — Sybille *H;* Sibillae *L.* — 27 Illuvies *C* (Inluviis $L_1$); Inluvis *Bamb.* — Verg.*; cf. 130* inmissum: *330* inmittere; *373* proluvies. — 28 dirae *G.* — inluvies (ill.) *cdd. rell. locis; Verg.;* inluviae $L_1$; illuviae *G;* illuvie $L_2$, *H.* — 29 Lucil.; *cf. 160* petigo. — 30 inluies $L_1$ (*m. 2* ill.); illuvies *H, G.* — deque petigo *Fruterius;* denique spei *C h. l.;* denique petigo *160.* — 32. 33 Varro; *cf. 168* scabre; *184* vastities; *225* squalor. — ager derelinqueretur *add. Non. pg. 225* (derelinquere, *om.* agro, *cdd. 168*). — ager periret; ager relinqueretur ac perbiteret *Meinekius sine causa; nam sequentia a Varrone, ut multa in saturis, ex poeta vetustiore petita, puta ex tragoedia Pacuvii, qui, ut amat crassiora, bis in fragmentis dixisse reperitur* illuviem; *non autem, nisi omnis traditionis fides spernitur, ex Teucri versu, de quo dicetur ad 152 l.* paenitudinem. — scabieque *h. l. C;* scabreque *rell.* (scabre atque *pg. 168, f. recte*). — inluviae $L_1$; illuvie $L_2$, *H, G.* — 2 inluviae $L_1$; illuvie *rell.* — inperfundie, inbalnitie (inbalnitie *Scal.*) *M;* in-

126 M.

INVIDIOSVM, quod sit vitabile ad videndum. Lucilius lib. XXVI:

scúlitate súmma ac scabie súmma in erumna óbrutam,
néque inimicis ínvidiosam néque amico exoptábilem.

INDVLGITATE, pro indulgentia. Sisenna Historiarum lib. III: Bassus adsiduitate, indulgitate victus.

IEIENTARE. Pomponius Buccone adoptato:

iéientare núlla invitat.

Plautus Curculione:

quid? án te pones Véneri ieientáculo?

Afranius Crimine:

haéc ieiuna iéientabit.

Varro Marcipore: ut eat ac rem publicam administret, quod pulli ientent.

[IGNAVAVIT, ignavum fecit. Accius Aeneadis:

fáteor, sed saepe ígnavavit fórtem in spe expectátio.]

INAVDIRE, audire. M. Tullius ad Pansam lib. I: quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum quiddam inaudieram.

Novius Malivolo:

únde hoc tam repénte *tam* iucúndum inaudiví melum?

---

3 Lucil. l. XXVI || 6 Sisenna Hist. III || 8 Afranius Buccone adoptato || 10 I, 1, 73 || 12 Afranius Crimine || 14 Varro Marcipore || 16 Accius Aeneadis || 18 M. Tullius ad Pansam I || 20 Novius Malivolo.

---

vallnitie *L;* invallnitia $H_1$*;* invalnitiae *id. 2;* invalnitie *G;* inperfundiae *L, H;* inperfundie *G.* — **3** videndum *v.;* vivendum *C, Bamb.* — Lucil.; *cf. 225* squalor; *401* summum. — **4. 5** *ex tragoedia quadam, ut puto, Pacuvii haec petita, ut multa, a Luc.* — sculitate *pro* squalitate; *ita 401* isculitate; *198 l.* culest. — *plebeia haec ac rustica, sed servanda, ut Nonii; nam auctoribus ab eo allatis non tribuerim.* — erumna *cdd. 225; 401;* re summa *h. l.* — **6** *indulgitatis vocabulo etiam Coelius in VII usus.* — **7** bassas $G_1$. — adsiduus itate *L;* assiduitate *rell.* — victus *participium.* — **8** Ieientare, ientare *gl.* — Ieientare *L,* $H_1$*, Bamb.; ita idem in sequentibus:* ieientare, ieientaculi, ieientavit; Ientare, ientare, ientaculi, ientavit $H_2$*, G; at in ultimo exemplo omnes* ientent (ientant). — Pomponius *Neukirchius de fab. tog. 168; Ritschel. Parerg. I, 134;* Afranius *C, Bamb.;* Pomp. Bucco adopt. *ter citatur a Non.* — adoptatio *Bamb.* — **9** nulla invitat; *ut* nullus dubito. — **11** an te *Pontanus ap. Pl.;* ante *v.* — ieientaculo *M;* ieientaculi (ient.) *C, Bamb.;* aientaculo *vel* alentaculo *cdd. Plauti.* — **12** Crimine *in ras.* $H_1$. — **13** ieientabit *M;* ieientavit (ient.) *C, Bamb.* — **14** Varro *om. Bamb.* — **15** polli $H_1$*;* publi *Bamb.* — ientant *Bamb.;* ientent *rell.; puto* ieientent. — **16** *cf. 123* ignavavit. — *uncis hoc lemma incl. M.* — Ignavit, ignavum (ignavium $L_1$) facit *cdd.; gl.* — Aen. aut Decio *pg. 123.* — **17** ignabat *C.* — **18. 19** Inrudere, audire *gl.* — *f.* quorsum eruperit illa noxa. — **20** Maliuolo *C.* — **21** tam iuc. *Bothius;* iuc. *C.* — indaudivi *male Ribbeckius euphoniae lege laesa; nam praecedit* iucundum.

Pacuvius Armorum iudicio:

quod égo inaudivi accípite et qui sit fácto opus decérnite.

Afranius Divortio:

*ita* nóbis dictes, quaéso, ne ille inaúdiat.

INFELICENT. Caecilius Nauclero:

út te di omnes ínfelicent cúm male merita mémoria!

Plautus Poenulo:

di illum ínfelicent ómnes!

INIQVAT. Laberius Nuptiis:

aequum ánimum indigna iníquat contumélia.

INTEGRARE, redintegrare. Vergilius Georgicorum lib. IIII:

ramoque sedens miserabile carmen ||
integrat.

Accius Antenoridis:

namque húce venio, ut méa ope opes Troiae íntegrem.

Pacuvius Chryse:

set césso inimicitiam íntegrare.

Sisenna Historiarum lib. IIII: ultro citroque integrant in oppido caedem.

IRASCERE, pro irasci. Pomponius Hetaerista:

nóli, quaeso, iráscere:
móre fit, moríri *semper* suám quisque uxorem út velit.

---

22 Pacuvius Armorum iudicio || 24 Afranius Divortio || 26 Caecilius Nauclero || 28 II, 1, 1 || 30 Laberius Nuptiis || 32 IIII, 514 || 2 Accius Antenoridis || 4 Pacuvius Chryse || 6 Sisenna Hist. IV || 8 Pomponius Hetaerista.

---

23 indaudivi *Kiesslingius*. — qui *M;* quid *v.* — 25 ita *add. M.* — nobis dictes *Lips.;* novis dictis *C* (dictis *abesse ab L tradit Rothius*). — q: so *L;* queso $H_1$. — inaudiatid $L_1$*;* f. ne ille id inaudiat; *ut* ille id in *aequet tribrachum;* ne ille indaudiat *Ribbeckius.* — 26 Infelicent *hic et sqq. vv. Guietus; Bothius;* Infeliciteut *cdd.* — 27 dii *H.* — merita *M;* monita *C;* molita *Bamb.* — 29 dii *C.* — 31 aeq. *ed. Bas.;* eq. *L, H, Bamb.* — indigna *Passerat.;* indignat $L_2$, $Ho_1$ (indignati $L_1$, $Hs_1$), *Bamb., Paris. 7665; Montepess.;* indignant *Paris. 7666;* indignanti $H_2$, *G.* — niquat $L_1$. — 33 ramoque *v.;* ereboque (*del.* $H_2$*;* eroboque *G*) *C. olim videtur fuisse* flet noctem ramoque. — 3 huce v. (v. *iam Iun.*) *M;* huc invenio *C.* — Troiae *Iun.* (*ante hunc* togae); troge $L_1$, $H_1$*;* trogae *rell.* — 4 Chrise *L, H.* — 5 sed $L_2$. — ceso *L.* — *f. interrogandi signum ponendum.* — 6 citoque $L_1$. — 8 Hetaerista *Quicheratus* (hetaerista *i. q.* scortator); etacrista $H_1$*;* etarista *rell.* — Hetaerisca *Salmas.;* Citharista *Me.* — 9 neli *L.* — queso *L,* $H_1$. — 10 semper *add. M.* — quisque *om. L.* — *post* uxorem *litt. quinque spatium relictum a librario in L* (*f. quod omissum erat* quisque).

127 M.

Nigidius Commentariorum grammaticorum lib. VIIII: ita irascere, quod nunc irasci dicitur.

IAMDIV, pro olim. Turpilius Hetaera:

Rhodiénsist, sed stuc cónmigravit iám diu.

Ennius Alcmeone:

factumst iám diu.

Caecilius Pausimacho:

líbera essem iám diu,
habuíssem ingenio sí sto amatorés mihi.

Livius Aiace:

mirúm videtur, quód sit factum iám diu?

INCVRSIM, pro celeriter. Caecilius Fallacia:

núllus sim, nisi meám rem iam omnem própero incursim pérdere.

INDISCRIMINATIM, indifferenter. Varro de lingua latina lib. XVIII: quibus nos in hoc libro, proinde ut nihil intersit, utemur indiscriminatim, promisce.

INSANVM, pro insane; ut INMANE pro inmaniter. Plautus Nervolaria:

insánum uterque déamat.

Sallustius lib. II: inmane quantum animi exarsere [nomen positum pro adverbio].

IVXTIM, pro iuxta. Sisenna: [ab] urbe condita iuxtim Numicium flumen obtruncatur. — Livius Aegistho:

---

11 Nigidius Comm. gramm. IX ‖ 13 Turpilius Hetaera ‖ 15 Ennius Alcmeone ‖ 17 Caecilius Pausimacho ‖ 20 Livius Aiace II ‖ 22 Caecilius Fallacia ‖ 24 Varro de lingua lat. XVIII ‖ 27 Plautus Nervolaria ‖ 30 Sallustius lib. II ‖ 32 Sisenna ‖ 33 Livius Aegistho VI.

---

**11** conmentio $L_1$; commento *rell.* — grammaticis *L*, $H_1$; grammatico $H_2$, *G* (*in hoc prius* grammaticos). — **12** quod *Rutgersius;* quid *C.* — irasci dicitur *Quicheratus;* irascitur *C.* — **13** Iam diu *pro uno vocabulo accepit N., ut* iamdudum. — Hetera *C* (Hetaera *Hs*). — **14** Rhodiensist (*om.* sed) *Carrio;* Rhodiensis est *C.* — stuc $L_1$; istuc *rell.* — **17** Pausimacho *Me;* nausimacho $L_1$; $H_1$; epinausimacho *rell.* — **18** libera *Iun.;* liber *C.* — **19** hab. ing. *om. L.* — si sto *Lachm. comm. Lucr. 197* (si isto *Me*); si ston *L, H, G* ($H_1$ si ston hab. ingen.). — abutores *L; f.* favitores. — **22** pro fallacia $H_1$. — **23** sim *M*, sum *v.* — incursem $L_1$. — **24** indiffirenter $L_1$. — **27** Insantum $L_1$. — immane *C* (imm *m. 1 vel 2 in ras. L*). — inmare (inane *Lugd.*) pro inaniter *Bamb.; Lugd.* — **28** Nervolaria *Lips.;* nervo *C.* — **29** insanum *Lipsius;* insanum valde *C* (valde *ad id quod praecedit* nervo *videtur olim pertinuisse*). — **30** *illa* nomen — adv. *puto secludenda.* — **32** urbe cond. *Me;* ab urbe cond. *C;* at u. c. *Quicheratus.* — *post* u. c. *punctum add.* $L_2$. — **33** obtruncatur, *sc.* Aeneas. — Aegisto *ed. Bas.;* Egisto *L, H.*

in sedes cónlocat se régias,
Clyteméstra iuxtim, tértias natae óccupant.

INANIMA, sine anima. M. Tullius de officiis || lib. II: quae ergo ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, ut aurum, argentum. — et in Ortensio: nam cum omnis sollertia admiranda est, tum ea quae efficit ut inanima quae sint vivere et spirare videantur.

INDOLENTIAM, quod sine dolore sit, nove M. Tullius de officiis *lib. III:* ut i qui rem expetendam vel voluptate vel indolentia metiuntur.

INDICARE, pro remittere, addicere. M. Tullius de officiis lib. III: Scaevola, Publi filius, cum postulasset, ut sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur.

INEPTITVDO, pro ineptia. Caecilius Harpazomene:

qui *tú,* homo ineptitúdinis cumulátus, cultrum oblítus es?

IGITVR positum pro postea. Plautus Amphitryone:

sin alitér sient animáti neque dent quaé petat,
sese ígitur summa ví virisque eorum óppidum oppugnássere.

INVOLARE, inruere, evolare vel insilire vel invadere. Plautus Amphitryone:

cúm clamóre ínvolánt ímpetu álacri.

Cicero de oratore lib. III: ista prudentiae doctrinaeque possessio, in quam homines, quasi caducam atque vacuam, abundantes otio nobis occupatis involaverunt.

---

1 II, 3, 11 || 3 M. Tull. Hortensio || 6 III, 3, 12 || 9 III, 15, 62 || 12 Caecilius Harpazomene || 14 I, 1, 54 || 18 I, 1, 90 || 20 III, 31, 122.

---

35 Clitemestra *L, H.* — nate *C.* — **3** Ortensio $L_1$; Hort. *rell.* — **5** sperare $L_1$. — **6** *ita M; cdd.* Indol. nove M. Tullius quod sine dolore sit de officiis. — **7** lib. III *Quicheratus;* III *Me add.* — ut i; ut ii *L; Turicens.;* ut hi *Bamb.;* ut II $H_1$; II ut $H_2$, *G.* — res expetendas *Cic.;* rem expetendam *C* (q. r. exp. *add.* $L_2$). — indolentiam $H_1$. — **9** pro remittere (*vel* tramittere) *M;* promittere *v.* — **10** vim sibi *L.* — **12** ineptiae *Bamb.* (ineptia *etiam gl.*). — Harpazomene *Bentin.;* arpazone *C.* — **13** quid *Me.* — tu *add. M.* — cultrum *Bothius;* cultum *C.* — *v. septenarium trochaicum ponunt, satis quidem illum elumbem.* — **14** pro postea; *cf. Donat. add. Eun. I, 1, 1:* igitur pro deinde, ut Pl. in Amph.: sin aliter — oppugnassere. — **15** sient *Pl.;* essent *C.* — petant *C (ut ap. Pl. prius D).* — **16** vi virisque *Pl.;* viresque *C. illud* virisque *haud immerito suspectat Caesar pg. 31.* — oppidum oppugnassere *Lindemannus; cf. Donat.;* opp. expugnassere *ap. Pl. D;* opp. expugnasse (expugnassee *E*) *BIE*; oppugnatus se oppidum *C.* — **17. 18. 19** Plautus — involant *om. Bamb.* — imp. al.; *cf. Goetzii comment.* — **20** Cicero *om. Bamb.* — nostra est, inquam, omnis ista *Cic.* — prudentiae *id.;* prudentia *cdd.* — **21** quasi caducam *Cic.;* caducam quasi *cdd.* — **22** novis *cdd.*

IVDICATVM, *adiudicatum* atque addictum. Plautus Asinaria:

> mále cubandumst: iúdicatum me úxor deducít domum.

INPENDIO [pro magis]. Plautus Aulularia:

> atque ílle vero mínu' minusque inpéndio
> curáre minu'que me ínpertire honóribus.

INDIPISCERE, petere, usurpare. Plautus || Aulularia:

> nec partém tibi
> áb eo, cuiust índipisces; néque furem excipiés?

INCRVSTATVM. Varro *Ταφῇ Μενίππου*: lithostrota pavimenta et parietes incrustatos.

INPOTENS, valde potens. Cicero Tusculanarum lib. V: qui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiscant, nulla inpotentia ecferantur.

INAVDITVM, quod non audiat, in veteribus prudentibus lectum est: quaedam animalium aliud alio carent; aut caeca natura gignuntur aut inodora aut inaudita.

INFESTVM, quod aliunde sit INFESTATVM. M. Tullius pro Plancio:

---

23 V, 2, 87 || 25 prol. 18 || 1 IV, 10, 44 || 4 Varro *Ταφῇ Μενίππου* || 6 V, 7, 17 || 9 veteres prudentes (Gellius VI, 6) || 12 1, 1.

---

**23** adiudicatum atque addictum *Freinshemius;* atque indictum *cdd.;* Indicatum ad iudicium ducit *gl.* — **24** maie $H_1$. — iudic. atque indictum me *Bamb.* — deducit *M; quod cum cavillatione videtur positum, cum alias sit honorificum deduci domum principumque virorum proprium;* ducit (dicit *L*) *cdd.; v. ap. Pl.* abducit, *ubi libri* adducit. — *minus bene habet propter r. m.* med uxor ducit domum. — **25** Inpendio *mrg. G;* Inpedio *G;* Impedio *L, H, Bamb.;* Inpedio, |inpendio *gl.;* impedio, impendio *mrg. H.* — pro magis *non habet gl.; mrg. H; G; uncis incl. M; ineptum certe esse apparet. vix enim puto legendum* demagis; *cf. 98* demagis. — **26** inpedio (imp. $L_2$, *H*) *cdd.* — **27** me *om. G.* — impertire $L_2$, $H_2$ ($H_1$ pertire). — **1** Plaut.; *cf. 293* excipere. — **2** neque *cdd. Pl.* — **3** ab eo *Pl.;* adeo *cdd. l. utr.* — cuiust *M;* cui sit *cdd. hic;* cuivis *sim. 293;* cuiquam est *cdd. Pl.;* quoiust *Goetzius.* — inde posces *rectius cdd. Pl.* — **4** intafemenippu $H_1$; $L_2$; itafemenippu $L_1$; itafeminippu *Bamb.* — *λιϑόςτρωτα Iun.* (*f.* et *λιϑ.*); *μεϑοςτροςτα C, Bamb.* — **5** incrustatos *Laurenbergius;* crustatos *Iun.;* crustatus *cdd.* — **6** Inp., valde potens *(ita et gl.); idem Nonii stupor pg. 527 s. l.* inpotentiam. — **7** angantur *Cic.;* agant *C.* — impotenti laetitia *Cic.;* inpotentia (imp.) *cdd.* — **8** ecferantur *G;* haec fer. *L, H* (ecferant *cdd. mel. Cic.*). — **9** *cf. Gell. VI, 6.* — Inauditum *cdd.; et ita ipse haud dubie N.* (Inauditas, auditu carenta *gl.;* inaudita, auditu carentia *mrg. H*); Inaurita *Quicheratus ex Gell.* — **10** alia alio *minus bene cdd. Gell.* — et aut caeca n. *Quicheratus e Gell.;* aut a natura *C;* aut ora natura *Bamb. testante Beckero.* — **11** inaurita *Quicheratus.* — **12** *cf. Gell. IX, 12, 1 sqq.* — Infestim $H_1$. — quod aliunde sit infestatum *M;* aliud aliud (*praecesserat supra* aliud alio) sit infestum *C, Bamb.;* Infestum, quod magis infestetur *gl.;* infestum aliud et aliud infensum *mrg. H.* — *cf. Gell.:* cui aliunde impendet malum, is quoque infestus dicitur. — Plantio *C.*

dolebam, iudices, et acerbe ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua benivolentia, praesidio custodiaque texisset.

IGNARVM, quod nesciatur aut sit incognitum. Vergilius Aeneidos *lib. X:*

ignarum Laurens habet ora Mimanta.

Sallustius Iugurtino bello: amore humanae cupidinis ignara visendei.

INLATEBRARE a latebris honestissime dictum. Caelius Annalium lib. I: arma plerique abiciunt atque inermis inlatebrant se [inlatebrant].

INIMICITIA numero singulari. Ennius:

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – eo ego íngenio
natús sum – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ amícitiam atque inimícitiam in
fronteí promtam gero – ⏑

INPVNO, quod est inpudens. Lucilius lib. II:

homo inpuratus et inpuno estque rapister.

---

16 X, 706 ‖ 19 Sallust. (Iugurth. 93, 3; sed cf. comm.) ‖ 21 Caelius Annal. I; cf. comm. ‖ 24 Ennius (Achille) ‖ 29 Luc. l. II.

---

**13** doleram $L_1$; dolebram $H_1$. — **14** his *L*, $H_1$. — aque *prius L.* — **15** benivolentia *C, cdd. Gell.* — texisse *L, H.* — **16** *cf. Gell. IX, 12, 20.* —
tur a
nesciatur aut $Ho_3$, $Hs_2$, *qui dicit haec tradita* nesciat ut, t *supra scr. in ras.;* nesciat ut $H_1$; nesciat cura ut $Ho_2$; nesciat cur aut *L, G* (*L* at *in ras.; item ex parte* ura). — **17** Aen. *G;* Aeneidos *L, H; om. Gell.* — **19** Iug. bell. *addidit N.; cf. Iug. 93, 3; Historiis rectius tribuere docti.* — in Iug. *ed. Bas.* — Iurgurtino *prius L;* Iugurthino *rell.* — more *recte cdd. Gell.* — **20** visenda *L;* visendi *H, G.* — **21** *cf. Gell. XVII, 2, 3.* — Coelius *G;* Claudius *Gell.* — Annalium *M;* Annalibus *v.* — **22** at *pro* atque *L*, $H_1$. — inhermis *L*, $H_2$, *G.* — inermes $H_1$; inermi (inhermi) *melius cdd. Gell.* — in latebras se inlatebrant *N.; cuius ingens hic stupor. nam ap. Gell. haec sunt:* 'arma plerique abiciunt atque inermi inlatebrant sese.' inlatebrant poeticum verbum visum est, sed non absurdum neque asperum. — **24** *cf. Gell. XIX, 8, 6.* — Ennius; *Achilli tribuit Ribbeckius coll. Il. IX, 312 sq.; et fort. ap. Gellium legendum:* in Achille (*cdd.* in illo) memoratissimo libro *dixi in editione Ennii, nisi magis arridet quod Oiselius invenit:* in illo memoratissimo loco. — **25. 26. 27. 28** *ita M.* — eo; ego $H_1$. — ego *om. cdd. Gell.; add. m. 2 L.* — amicitia modo inimicitiam *L.* — frontei *M;* frontem *C, Bamb.; Gellii X;* fronte *Montepess.; cdd. Gell. pr. X.* — proptam *H;* promptam *G.* — *totus locus ita fere refingendus:* eo ego ingenio | natus sum. odio mihi sunt falsi, | qui amicitiam atque inimicitiam in | frontei promptam gero semper. — *verba enim Ennii a Gellio adulescentulo memoriter excepta et ita multis annis post litteris mandata l. supro adlato monui.* — **29** Inpono, inpune *gl.* — Lucilius; *cf. 167* rapinatores. — **30** estque *M;* est *C.*

INFINITIO, quod sit sine fine et infinitum. Cicero de finibus bonorum et malorum lib. I: quorum incursione non solum videamus, sed etiam cogitemus; infinitio ipsa, quam apeirian vocant, || *tota ab illo est.*

IN POPVLVM, pro ad populum. Sisenna Historiarum lib. III: servulum eius, praemio libertatis inductum magno cum tumultu convenientium in populum produxit armatum.

INMISSVM, pro demissum, prominens et longius pendens. Sisenna Historiarum lib. III: cum conplures menses barba inmissa et intonso capillo. — Vergilius Aeneidos lib. III:

respicimus: dira inluvies inmissaque barba.

IVSSO, pro iussu. Sisenna Historiarum lib. IIII: tamen Tudertibus senati consulto et populi iusso dat civitatem.

IACTVOSAE positum pro iactantes. Cicero in oratore: tum sunt *maxime* luminosae et quasi iactuosae partes duae.

INCISIM. Cicero in oratore: haec quidem duo binis pedibus incisim; deinde membratim: 'tu dicere solebas'.

INPORTATVM, pro inlatum, quomodo exportatum *pro* ablatum. Cicero de oratore *lib. I:* publicis rebus quae adiumenta per homines eloquentissimos inportata. — idem lib. II: modo enim huc ista sunt inportata.

---

31 I, 6, 21 || 2 Sisenna Hist. III || 5 Sisenna Hist. III || 7 III, 593 || 9 Sisenna Hist. IV || 11 36, 125 || 13 63, 213 || 16 I, 9, 38 || 17 II, 12, 53.

---

**31. 32** quod sit —infinit. *M;* quasi (quia *Bamb.*) — indefinitio *cdd.* — atomi — quorum incursione *Cic.;* quarum incursionem *cdd. ac f. ipse Non.* — **33** apeirian; aparian *L*, apiriau *H, G.* — vocant; *add. ap. Cic.* tota ab illo (*i. e.* Democrito) est. — **3** indictum *C pr.* $H_2$. — tumulto $H_1$; tumulo *m. 2 add. Flor.;* tulo $L_1$; populo *prius Flor., item* $L_2$. — convenientium *vel* coeuntium *M;* conventum *v.* — **5** prominens *add.* $L_2$. — Sisenna; *cf. 188* vicatim. — **6** sum *pro* cum *L auctore Rothio.* — **7** intonsa *C pr.* $H_1$. — Verg.; *cf. comm. ad 125* inluvies. — **9** Iussu pro iniussu *gl.* — iussu *ed. a. 1476;* iniussu (iniusso *prius L*) *codd.* — IIII *L*, $H_2$; III $H_1$, *G*, *Flor.* — tamen tu desertibus *Flor.*$_1$; *prius H.* — **10** senati $H_2$, *Flor.*$_2$, *G;* sati $L_1$; *id. m. 2 cum Flor. 1* satis; sentis $H_1$. — iusso *ed. a. 1476;* iussu $H_2$, *Flor.*$_2$; *ed. Bas.;* tussu *L*, *item G auctore Petro;* iussum $H_1$; ussa *prius Flor.* — **11** *n. N.; nam ap. Cic. merito fertur* actuosae. — Iactuosae — iactantes *Iun.;* Iactuose — iactanter *cdd.; idem error pg. 122 s. l.* hinnibundi. — Cic.; *cf. 132* luminosum. — tum *cdd. 132;* cum *h. l.* — **12** max. *id. 132, om. hic.* — luminose — iactuose *C h. l.; cf. comm. in 132 l.* luminosum. — parteduat *L*, $H_1$. — **13** Incisim $H_2$, *G;* Inhisim *L*, $H_1$; Inhissim *Bamb.; mrg. H cum gl.:* Inhisim, simul. — bonis $H_1$. — **14** incisim $H_2$, *G;* inhisim *L*, $H_1$; inhissim (*vel* inhisim) *Bamb.* — tu *Cic.;* tum *C.* — tu solebas dicere *Pideritus.* — **15** pro abl. *Quicheratus;* abl. *cdd.* — **16** de or. lib. I; lib. I de oratore *Me;* in oratore *C.* — plura proferre possim detrimenta publicis rebus quam adiumenta *e. q. s. Cic.*

INFITIATORES sunt falsi criminis obiectores. Cicero de oratore lib. I: non intellegebat, ut, si ille infitiator probasset iudici, ante petitam esse pecuniam quam esset coepta deberi.

INSIGNITE, cum indicio notae. Cicero de oratore lib. II: nec inprobum notari ac vituperari insignite posse.

INVITIVS, ab eo quod est invitus. Cicero de oratore lib. II: quem ego paulo sciebam vel pudentius || vel invitius, nolo enim dicere de tam suavi homine: fastidiosius.

INEXTINGVIBILIS. Varro Cato vel de liberis educandis: mala enim consuetudo, diu inroborata, est inextinguibilis.

INNVMERALI, pro innumerabili. Lucretius lib. II:

non esse unica, sed numero magis innumerali.

## INCIPIT PER L LITTERAM.

LATER. Varro Hecatombe, πεϱὶ ϑυσιῶν:

Ludón fluens sub Sárdibus flumén tulit
aurúm, later quod cónquadravit régius.

idem Sesquulixe:

. . . ubeí deicuntur bárbari innumerábiles
láteres aureós habuisse.

idem Manio:

hic út quadrato látere stipataé strues.

LVTAVI, pro lui. Varro ʽΕκατόμβῃ, πεϱὶ ϑυσιῶν: habes qui

---

19 I, 37, 168 || 22 II, 85, 349 || 24 II, 89, 364 || 3 Varro Cato || 5 II, 1086 || 8 Varro Hecatombe || 11 Varro Sesquulixe || 14 Varro Manio || 16 Varro Hecatombe.

---

**19** *n. N.* — Infinitores $L_1$; Infititores $H_1$. — **20** *praec. ap. Cic.*: quod petitoris causa comparatum esse. — illi *C.* — inficiator *L;* infaciator *H.* — **21** petiam *L.* — deberi; *add. Cic.*: petitor — ne exceptione excluderetur. — **23** ac vitup. sine vitiorum cognitione satis i. atque aspere p. *Cic.* — **1** quam $H_1$. — impud. (inp. $L_1$) *C pr.* $G_2$. — **3** mala *Me;* male *cdd.* — **4** inroborata *Riesius, M;* inproborata $H_1$*; Bamb.; Montepess.;* inprorata *rell.* — **5** Innumerali *Quicheratus* (Innumeralis *Me*)*;* Innumera *cdd.* — **6** unica — sed — innumerali *Lucr.;* una — se (sine $H_1$) — innumera *C.* — **8** Varro; *cf. 520* lateres. — hecatombe *L, G;* hecatonbe *Bamb.;* hec λτουβε *H;* hecaton *maiuscul. litt. supra scr. in L.* — ϑυcιον *C, Bamb.* — **9** Ludon *maiusculis litt. velut ad priora pertineret L, H; ut puto, etiam G et Bamb.;* Ludo *Bamb.; Montepess.; L; in hoc ras. supra* o (*videtur fuisse* Ludō). — **10** regius *cdd. 520;* religio (regio $L_1$) *h. l. C, Bamb.* — **11** sesqueulixe *H, G;* sexq: $L_1$*;* sesq: ulixe $L_2$*;* sexq. *(sic) Bamb.* — **12** ubei *Roeperus;* deicuntur *M* (dicuntur *Oehlerus*); ubi educantur *C;* ubi edicuntur *Bamb.; Montepess.* — barbari *Iun.;* barbati *cdd.* — innum. *accusat.* — **13** *si trimetrum implent quae praecessere, hic ordo instituendus* habuisse (flavisse *Roeperus*) l. aur. — **16** Latavi *Bamb.* — ουcιων *C* (ϑυcιων *prius H*).

et cuius rei causa fecerim hecatomben. in quo ego, ut puto, quoniam est luere solvere, lutavi.

LVCVNS. Varro Periplu lib. II, περὶ φιλοσοφίας:

non ulla ambrosia ac nectar; sunt alia, sardae,
panis, pemma, lucuns, cibu' qui purissimu' multost.

idem Sciamachia, περὶ τύφου:

vinum, pemma, lucuns, nil adiuvat ista ministras.

Afranius Fratriis:

'pistóri nubat.' — 'cúr non scribilitário,
ut míttat fratris fílio lucúnculos?'

LONGVRIO, id est longus. Varro Triphallo, περὶ ἀρρενότητος: ego nihil [Varro] video: ita hic obscurat, qui ante me est, nescio qui longurio.

LOTIOLENTE dictum veluti lutulente, a lotio. Titinius Varo:

'lótiolente!' — 'flócci fiet.' — 'cúlei || cultor!'

LENITVDINE, pro lenitate. Turpilius Philopatro:

míra lenitúdine
ac suávitate abúndat.

Cicero Tusculanarum lib. V:

lénitudo orátionis, móllitudo córporis.

---

19 Varro Periplu II || 22 Varro Sciamachia || 24 Afranius Fratriis || 27 Varro Triphallo || 30 Titinius Varo || 2 Turpilius Philopatro || 5 V, 16, 46 (Pacuv. Niptris).

---

**17** haecatomben *L, G;* haecatombem *Hqos.* — **18** *cf. pg. 52* lues. — lutavi; *ad* litandi *verbum allusisse Varronem apparet.* — **19** Periplum *C, Bamb.* — liber *G.* — φιαοσοφι ac *L, H;* φιαοσοφιας *G, Bamb.* — **20. 21** non ulla *M; f.* hic nulla; nulla *cdd.* — ambrosia — nectar *ed. a. 1480;* ambracia — nector *cdd.* — sunt allia sardae (a., s. *iam Iun.*), panis *M;* non alium et sarde set panis *C, Bamb.* (*in quo* pani spem maculans; maculans *etiam Montepess.*). — sed *Montepess.; Paris. 7666; Hqos.* — lucans $L_1$. — **22** sciamaca *L; item, supra scr. m. 2* ia, *H; inde P* sciamaca ia; sciamacia *G.* — **23** pemma *Iun.;* remma *C.* — nihil *C.* — ista ministras *(particip.);* ista ministrans *Oehlerus* (i. ministrat *Iun.*); istam instrat *L, H,* $G_2$*;* i. instrant $G_1$. — **24** fratris *C.* — **25** nubat *Lips.;* novat *C.* — scribilitario $H_2$*, G; M;* scribitario *L,* $H_1$. *primum* i *correptum ut in* conscrĭbillo; scriblitario *v.* — **26** lucunculos *Lips.;* luculentulus *H, G;* liculentulentulus *L.* — **27** tripallo *C.* — αρρενοτετος *L, H;* αρρενοτετοτ *G.* — **28** Varro *del. Duentzerus ann. antiquitat. studior. a. 1848 pg. 483;* video *Lambecius ad Gell. II, 15* (*qui scr.* ego vero nihil v.); ego nihil varro ideo *C.* — obscurat *Lambecius, Rothius;* curat *C.* — **30** *l. om. Bamb.; gl.* — Liciolente $H_1$. — lotiolentus *ut* violentus; *si recte habet illud.* — fitinius $L_1$*;* titinnius *rell.* — Varo *Stephan.;* Varro *C.* — **1** latiolente *H;* lotilente *Ribbeckius.* — fiet $H_1$*; v.;* fiet et *rell.* — culei *Neukirchius; quod repetendum a nomin.* culus; cular *C.* — **2** *cf. 134* lentitudinem. — filopatro *C.* — **3** *f.* mire. — **4** habundat *L.* — **5** lib. V *v.;* lib. IIII *C.* — **6** *ad Pacuv. Niptra recte rettul. Ribbeckius.*

ea si bona duces, quid erit in philosophi gravitate? — et in Verrem: quanta me tua non modo lenitudo.

LAETITVDINE, pro laetitia. Accius Alcmeone:

út me depositum ínmerentem núntio repéntino alacrem
réddidisti adque éxcitasti ex lúctu in laetitúdinem!

idem Bacchis:

quanta ín venando afféctist laetitúdine!

LARGITAS, pro largitione. Turpilius Paraterusa:

eho díc mi, an oblita óbsecro's eius crébras mansiónes
ad amícam, sumpti lárgitatem? . . . . . . .

M. Tullius de re publica lib. III: Pyrri videlicet largitas Fabricio aut Samnitium copiae Curio defuerunt.

LVMINOSVM positum pro claro. Cicero in oratore: tum sunt maxime luminosae et quasi iactuosae partes duae.

LAXITAS. Sallustius Historiarum lib. IIII: simul eos * * * et cunctos iam inclinatos laxitate loci plures cohortes atque omnes, ut in secunda re, pariter acres invadunt. — M. Tullius de officiis lib. I: et admittenda hominum cuiusque modi multitudo, adhibenda cura est laxitatis.

---

7 Cic. in Verrem (f. IV, 61, 136) ‖ 9 Accius Alcmeone ‖ 12 Accius Bacchis ‖ 14 Turpilius Paraterusa ‖ 17 M. Tull. de re publica III ‖ 19 36, 125 ‖ 21 Sallustius Hist. IV ‖ 23 I, 39, 159.

---

7 si *Cic.;* sibi *C.* — duces *M;* ducens *C;* ducemus *cdd. Cic.* — filos *L.* — et in V.; *confert Me Verr. II, 4, 61, 136* nimia in istum non modo lenitudine, sed etiam liberalitate. — 9 Laet. $H_2$*;* Lenitudine $L_1$ *(in quo prius fuit* Let.); $H_1$*; G (cd. Victor.);* Letitudine $L_2$*; Bamb.* — letitia *L, Bamb.* — Letitudinem, leticiam *gl.; f.* Laetitudinem pro laetitiam. — Alcmenone *C* (Almenone $H_1$*;* Acmenone $L_1$); Alcimeone *Vrbin. 307.* — **10** depositum *Palmerius;* rep. *C.* — et maerentem *Iun.; quod quidem friget admodum.* — immerentem *utrum sit* innocentem *an* indignum, *definiri nequit.* — nuntio repentino alacrem *Bothius;* rep. n. a. *C.* — **11** atque excitasti *Me* (excitasti *iam Bentin. et, ut refert Quicheratus, Perottus*); adive hesitastis *C.* — letit. *L,* $H_1$. — **12** Baccius *C.* — **13** *de Agaue Penthea persequente agitur.* — venando; *cf. Enn. trag. 366.* — affecteist *M;* affectio est *cdd.* — letit. *L,* $H_1$. — **14. 15** Paraterusa: eho *Iun.;* parateruseo *C.* — obsecro es *cdd.* — **17** videlicet *Lambin.;* videt *C.* — Fabricio *Iun.;* acos *C; fuit qui coniceret* Fabricio consuli. — **18** copiae *Maius;* copia *C.* — **19** pro praeclaro *prius H.* — Cic.; *cf. comm. in 130* iactuosae. — **20** luminose *L, H.* — lactuose *L,* $H_1$*;* iactuose $H_2$*;* actuosae, *supra scr.* i, *G.* — **21. 22** Laxitas, latitudo *gl.;* laxitas, laxitudo *mrg. H.* — IIII *postea insertum in L.* — *lacunam significavit M.* — cunctos (cuntos $L_1$) *C, Bamb.; f.* cuneos. — laxitate *Me;* laxitas et *cdd.* — laxitate l.; *ablativus causae qui iungendus est cum sequentibus.* — choortes *G.* — **23** ut secum dare *Bamb.* — acres *Me;* acre *cdd.* — M. Tullius; *cf. 340* laxum. — **24** cuius *L,* $H_1$*;* cuiusque *cdd. etiam 340.*

LAMENTAS, pro lamentationes. Pacuvius Hermiona:

laméntas, fletus fácere conpendí licet.

LAETARE et LAETISCERE, laetificare *et laetum fieri.* Livius Aegistho:

iamne óculos specie laétavisti optábili?

Accius Pelopidis:

et te ut tríplici laetarém ‖ bono.

Sisenna lib. IIII: utrumne divi cultu erga se mortalium laetiscant an superna agentes humana neglegant.

LITTEROSVS, litteratus. Cassius Hemina Annalium lib. III: homo meire litterosus.

LATIBVLET et LATIBVLETVR, pro lateat. Laevius Erotopaegnion * * *:

nocte ut opertus amictu latibulet.

Publilius Putatoribus:

praegrédere et nequis látibuletur próspice.

LVPARI, ut scortari vel prostitui. Atta Aquis caldis:

*quid?* cúm meretrices nóstro ornatu pér vias
lupántur.

Lucilius lib. V:

---

26 Pacuvius Hermiona ‖ 28 Livius Aegistho 1 ‖ 31 Accius Pelopidis ‖ 2 Sisenna Hist. IV ‖ 4 Cassius Hemina Annal. III ‖ 6 Laevius Erotopaegn. ‖ 9 Publilius Putatoribus ‖ 11 Atta Aquis caldis ‖ 14 Luc. l. V.

---

26 pro lamentatione *Bamb.* — 27 *f.* lamentas *verbum et scrib. ita:* lamentas? fletus facere conpendi licet. — 28 Letare et Letiscere *L, H.* — letificare *H, Bamb., non L, G.* — Livius (Lucilius *Bamb.*); *cf. 386* species. — Aegistho *ed. Bas.;* Aegisto *L, H, Bamb.* — 30 spectie $H_1$; spetie *Bamb.* — letavisti $L_2$, *H, Bamb.* (letavisto $L_1$); laetavere *melius, ut puto, cdd. 386.* — obtabili $L_1$. — 31 Pelopedis $H_1$. — 2 divi *Iun.;* uiri (u *in ras. H*) *C.* — erga se *del. Guietus.* — letiscant *H, Flor.* — 3 superna agentes *Ald.;* supernae (superne *L, G*) egentes *cdd.* — *post* humana: annalium, *sed del. G.* 4 Litteratus *Bamb.;* Litteras, litterosus *gl.* — 5 meire (mire *Madvigius Advers. II, 657*) *M;* mere *v.* — 6 Laevius *Me;* Nevius *C.* — Erotopecnion (Erotopegnion *prius H*) *L, H;* Eratopaecnion *fact. ex* Erotop. *G.* — 8 *de metro non constat; f. initio quaed. hausta.* — latibulet *ed. Bas. falso tribuit Iunio;* latibuletur (latibuleter *pr. G*) *cdd.* — 9 Publilius Putatoribus (*ita ed. a. 1476*) *Iun.;* Publili liputatoribus (lipit. $G_1$). — 10 praegredere *Quicheratus;* progr. *v.* — prospice *Vrbin. 307; ed. a. 1476;* persp. *C.* — 11 ut; *puto* id est. — Acta *L, prius H, Bamb.* — Aquis Caldis *Me;* atquis calis *C, Bamb.* — 12 quid? *add. M.* — meretrices *Me;* meretrice e (meretricae e *L, H; in L* e *ante* nostro *m. 2, ut vid., add.*) *C;* metrice, *om.* e, *Bamb.* — *cet. haud absurde Buechelerus:* cum lupantur nostro ornatu per vias meretricie. — *apparet autem dicta haec a matrona sive de filii cuncta meretricibus largientis sive de filiarum ultra decus virosarum querente moribus.*

et divos ture precemur,
consilium fassi, placeatne inpune luperis.

LVSVS vel LVSIO, qui ab nobis ludus dicitur. Varro Marcipore: utri magis sunt pueri? hi pusilline, qui spectant nundina, ut magister dimittat lusum. — idem Cato vel de liberis educandis: ab huiuscemodi lusionibus radices crudelitas agere solet.

LABORIOSVM, in quo laboretur. Calvus Poematis:

durum rus fugit et laboriosum.

LVTESCIT honeste dictum *a Furio* in poematis, tametsi auctoritatis sit ignobilis:

sanguine diluitur tellus, cava terra lutescit.

LIBELLIONEM, ut tabellionem. Varro Manio: tum ad me fuerunt, quod libellionem esse sciebant.

LIMVM, obtortum. Varro Manio: altus alieno *sumptu neque post respiciens neque ante pro*spiciens, sed limus intra limites culinae.

LACESSERE positum provocare. Cicero in oratore: et Aristoteles Isocraten lacessivit et Xenophontis ‖ voce Musas quasi

---

17 Varro Marcipore ‖ 19 Varro Cato ‖ 21 Calvus Poematis ‖ 23 Furius Poematis ‖ 26 Varro Manio ‖ 28 Varro Manio ‖ 31 19, 62.

---

15. 16 *cf. schol. Veronens. in Aen. VIII, 106.* — placeatne *M* (placeat tu *iam Iun.*); placent tune *C.* — luperis *Scal.;* superbis *C.* — 17 nobis *M;* nibus $L_1$*; id. m. 2* hominibus; omnibus *H, G.* — Varro; *cf. 214* nundinae. — 18 hi pusilline *M;* hi pusilli nigri (*seq.* qui) *cdd. h. l.;* hi pusillini *214;* hi pusilli pigri *Wehlius Quaest. Petronianar., Bonnae a. 1861 ed., thesi VI;* hi pusilline, aegre *Madvigius Advers. Crit. II, 657.* — exspectant *id.* — nundina *C* (nundinam $H_1$, *prius L*), *f. recte, quamquam* nundinas *ipse Non. 214.* — 19 lusum *supinum.* — item $H_1$. — *cf. p. 211 l.* lusus. — 20 ad $H_1$. — 21 *cf. Gell. IX, 12, 10.* — Calvus *Bentinus;* Gallus *C; f. scrib.* Gaius Calvus. — *ap. Gellium cdd. meliores* C. Calvus *pr. Q, Z, B, qui om.* C. *ita 354 s. v.* necessitudo: C. Caesar, *ubi item Gell., ad quo petitus locus:* C. Caesaris. — 22 fugit et *cd. N. Fabri;* fugite *C;* fugiet *Z ap. Gell., minus eleganter;* fugi et *vel* fugi sed *rell.;* fugis et *Bentin.; Paris. Gell. ed. a. 1536.* — 23 *cf. Gell. XVIII, 11.* — Lutescet *L, H,* $G_1$, *Bamb.;* Lutescit $G_2$, *mrg. H, gl.* — a Furio *add. vir doctus ap. Quicheratum in mrg. ed. Iun.* — *Furium autem Antiatem quod et h. l. et pg. 145 s. l.* noctescere *obscura auctoritate dixit N., videri id factum ignorantia aetatis eius, iam quaest. Non. cap. II est monitum.* — poma ista etsi $L_1$. — auctotatis $L_1$. — 26 Libellonem *L, Bamb., P; nam etiam in H radendo attemptata* i *altera;* Libellionem *cum H, G gl.* — utabellionem $L_1$. — 27 iverunt (*debebat* ierunt) *Me;* ferunt *Popma.* — 28. 29 *cf. 237* altum; *442* prospicere. — alieno sciens sed *C; restituere docti ex 442.* — 31 et aristote *(haec punctis del.)* et aristoteles *L.* — 1 Isocratem *Cic.;* socraten (sacraten $H_1$) *C.* — Is. ipsum *cdd. Cic.* — exenofontis $L_2$, $H_1$*;* exenofrontis $L_1$*;* xenofontis $H_2$, *G; cf. Varr. ap. Quintil. X, 1, 99.*

134 M.

locutas ferunt. — et Tusculanarum lib. V: *non modo* inpulsi sumus ad philosophiae scribtionem, verum etiam lacessiti.

LENTITVDINEM pro lenitate. Cicero Tusculanarum lib. IIII: eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant.

LEAE, pro leaenae. Lucretius lib. V:

inritata leae iaciebant corpora saltu.

LIGELLVM, tuguriolum, domicilium breve. Plautus Aulularia:

*a* suó ligello fúmus siqua exít foras.

LICITARI, congredi, pugnare. Ennius:

pars ludicre saxa
iactant, inter se licitantur.

Caecilius Hymnide:

'quae narrare inepti est scutras ferventis†'. —
'quín machaera lícitari adversum aéreum coepís sciens?

LANGISCERE, langidum fieri vel frangi. Ennius lib. XVII:

neque corpora firma
langescunt quicquam.

idem:

cum soles tandem faciunt langescere longei.

---

2 V, 41, 121 ‖ 4 IV, 19, 43 ‖ 7 V, 1318 ‖ 9 II, 4, 22 ‖ 11 Ennius ‖ 14 Caecilius Hymnide ‖ 17 Ennius l. XVII ‖ 20 Ennius.

---

2 et Tusc. (Thusculanorum $L_1$); *cf. 174* scriptione. — non modo inp. s. *Cicero.* — ad philosophiae (fil. $L_2$) *cdd. l. utroque;* script. *C pr. L;* scriptiones *cdd. 174;* ad philosophas scriptiones *cdd. mel. Cic.*, philosophicas *quid. deteriores, male utrumque, cum neque* philosophus *neque* philosophicus *adiectivum ap. C. inveniatur.* — 4 *cf. 132* lenitudine. — Lentitudinem; Lentitudine *Bentin.;* Lenitudinem *L*, $H_1$, *Bamb.;* Lenitudine $H_2$, *G; om. l. gl.* — Thusculanorum $L_1$. — 5 qua *L.* — lenitate *id.* — vitiose *G.* — lentit. *Bentin.;* letinitudinis *prius L;* lenitudinis *L ex corr.*, *H*, *G.* — 8 irritate *G.* — 9. 10 *deceptus falsa lectione Nonii auctor, nisi putabitur* ligillo *scribendum cum Pio idque accipiendum pro lignorum strue parvula.* — de suo tigillo fumus siqua e. f. *cdd. Pl.;* tuo (tua *G*) ligello fuisti qua exis foras *C.* — 12. 13 *vv. distinxit Vahlenus.* — ludicre (ludicrae *L*); *accusativus neutri gen. pro adverbio positus; cf. Prisc. pg. 769.* — 14 Himnide *L;* Himndae, *m. 2* Himnidae *H.* — 15 *apparet h. l. esse lacunosum.* — ferventis scutras *Bothius;* sc. (scrutans *prius G*) ferv. *C.* — 16 macera licitaria *C.* — aereum coepis *M;* aeneum coepisti (*seq.* sciens) *C; nam illud* coepsti, *quod olim placuit nobis, iure videtur improbari a Madvigio Opusc. II, 68.* — *sententia, nisi labor animi, hunc in modum olim fuit concepta, ut in exprobratione mutua obiceretur alteri, quod temerarias semper res et maiores viribus moliretur, ut puta sic:* 'quein' manu tractare, inepte, coepis ferventis scutras?' — 'quein' machaera licitari adversum aereum coepis sciens?' — 17 *ita Th. Hugius* (*Ennio tamen reddendum* langescere); Longiscere, longum fieri vel frangere *cdd.* — 19 longiscunt *L*, *G;* longicunt *H.* — 21 soles *Vahlenus,* sola est *C.* — facient *L*, $H_2$, $G_2$. — longiscere *C.* — longei *M;* longe *v.*

LIGVRRIRE, degustare: unde a b l i g u r r i r e, multa avide consumere. Oratius:

semessos pisces tepidumque ligurrierat ius.

Catullus:

o Priape . . de mero ligurrire libidost.

LATROCINARI, militare mercede. Plautus Cornicularia:

latrocinatus annos decem * * * [mercedem].

*Cato* in Tiberium: qui aput regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti. — Ennius:

fortunasque suas coepere latrones
inter se memorare.

LAVERNA, dea cui supplicant fures. Plautus Cornicularia:

*iam* míhi Laverna in fúrtis celebrassít manus!

Lucilius lib. XVII:

semissis facit || is Musas, si vendi' Lavernae.

LVCVLENTITATEM, a luculento. Caecilius Hymnide:

vide lúculentitátem [eius] et magnificéntiam!

---

24 Hor. Serm. I, 3, 81 || 26 Catullus || 28 Plautus Cornicularia || 30 Cato in Tiberium || 31 Ennius || 34 Plautus Cornicularia || 36 Luc. l. XVII || 2 Caecilius Hymnide.

---

**23** ablig. *Iun.;* alligurire (adl. $L_1$, *ed. Bas.*) *C;* ligurrire *Bamb.* — Ligorire, degustare; adligurire, vorare (vocare *cd.*) *gl.* — **24** oratius *L,* hor. *H, G.* — **25** semesos *H, G.* — epidumquae *L.* — ligurrierat ius $L_1$*;* ligurrier attius $L_2$*, H, G;* ligurrierit ius *Hor.* — **26** Catullus *v.;* Catulus *C.* — **27** Priopo *cdd.;* o Priape *M.* — *male Lachmannus:* Catullus Priapeo, *cum numquam citetur Catullus a Nonio addita libri nota.* — de mero *M,* de meo (demio $H_1$) *v.* — *v. fuit Priapeus; lacuna per* ubi *potest expleri.* — **28. 29. 30** militari *Bamb.* — Plautus; *cf. Varr. VII, 52* in Cornicula: qui regi latrocinatus decem annos Demetrio; *ubi Ritschelius:* quí decem latrócinatu's régi annos Demétrio; *Spengelius:* qui regí decem | latrócinatus ánnos sum (*vel* es, est) Demétrio. — latrocinatos $H_1$. — *pro* decem . X . *L, G, item, ut vid., H.* — [mercedem] Cato in Tiberium *M;* mercedem (merecedem *prius G*) in Tiberio *C, Bamb.* — *cf. Gell. II, 14, 1* in libro vetere M. Catonis, qui inscribitur contra Tiberium exulem. — apud *C pr.* $L_1$. — **32** suas *Me;* quas *C.* — cepere $H_1$*;* cepe *Bamb.* — **33** int. serare *L.* — **34** *sine l. indicio* $L_1$*;* $H_2$*; om. Bamb.; gl.* — Laverna dea *Ald.;* L. ea (Lavernea $H_1$) *C.* — suplicant *L.* — **35** iam *add. M.* — mihi Laverna *Scal.* (mihi Lavernam *Iun.*); litaveram Lavernam *Ald.;* militaveram nam· *C.* — celebrassit; *cf. 89* celebre; celerassit *L.* — manus *Ald.;* manius *C.* — **1** semissis *Dousa;* si messes *C.* — facit is *M;* facis *C.* — **2** Luculentitatem (Lucedentitatem *Bamb. test. Beckero*); *cf. 146* opulentitas. — Himnide *L, H.* — **3** luculentitem $L_1$. — eius *secl. M; idque magis placet quam quod etiam in mentem venit:* vide luculentitatem eius, magnificentiam. — *non inscite Buechelerus:* vide luculentiam eius et magnificentiam, *in l. ante* Luculentitatem *excidisse ratus* Luculentiam et.

135 M.

Laberius Tusca:

dóminus *nunc* nostér tua
lúculentitáte captus.

LVSTRATVS, luxuriosus: a lustris, abditis locis. Plautus Casina:

unde es, nihili? ubi lustratu's? ubi bibisti?

LVSCITIOSI, qui ad lucernam non vident et μύωπες vocantur a Graecis. Varro Disciplinarum lib. VIII: vesperi non videre, quos appellant luscitiosos. — idem Andabatis * * * idem:

edepol, *tú quidem*
caécus, non luscítiosu's.

LEMVRES, larvae nocturnae et terrificationes imaginum et bestiarum. Varro de vita populi Romani lib. I: quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu ac dicunt se lemures domo extra ianuam elicere.

---

4 Laberius Tusca ‖ 7 II, 3, 29 ‖ 10 Varro Disciplin. VIII ‖ 11 Varro Andabatis. Plaut. Mil. II, 3, 51 sq.; cf. comment. ‖ 15 Varro de vita pop. Rom. I.

---

4 Laverius *C.* — Tusca; *cf. comm. in 80* blitea; Thucca $L_1$, $H_1$; Tucca $L_2$, $H_2$, *G.* — **5** nunc *add. M.* — nt̃ $L_1$; *id. 2* nst̃. — *f.* captust. — **8** *cf. Spengel. de cant. Plaut. 139 sq.* — his *vel* is *cdd. Pl.;* es *C.* — nihili *Pl.;* nihil *C.* — *seq. ap. Pl.* ubi fuisti; *quod utrum Nonii an librariorum errore sit omissum incertum.* — lubi *prius H.* — lustratu's *Plaut.;* lustretur *C; sed cf. lemma.* — ubi bibisti *Pl.;* ibi bibatur *C.* — cubi *ad hiatus vitandos cum probabilitate reponit Ritschelius Opusc. III, 137; quod si fit, etiam* cunde *scribendum.* — **9** Luscitiosi *Lindemannus;* Lusciosi *C, Bamb. ac f. ipse N; cf. infra.* — μύωπες *Beroaldus, Me;* moeopes *C;* meropes *Bamb.;* meopes *Lugd.; Paris. 7665; 6.* — vocantur *v.;* vocentur *cdd.* — **10** vespere $H_1$. — non vident *v. d. ap. Quicheratum.* — **11. 12. 13** *cdd.* lusciosos idem Andabatis edepol idem caecus non lusciosus est. *ap. Pl. Mil. II, 3, 51 sq. fertur:* verbero, edepol tu quidem caecus, non luscitiosus *(ita B,* lusciosus *CD). possit ambigi, utrum locus ita sit conformandus:* idem Andabatis*** Plautus Milite glorioso: 'mirumst lolio victitare te tam vili tritico.' — 'quid iam?' — 'quia luscitiosu's.' — idem: edepol, tu quidem caecus, non luscitiosu's, *an statuendum Varronem, qui et alias in saturis Plauti saepe fuit memor, hic usum esse eius verbis. aliquanto tamen hoc minus probabile propter Fulgentii l. pg. 561, quod quin ex Nonio fluxerit non videtur posse dubitari. nam eius verba sunt haec:* luscitios dici voluerunt in die parum videntes, quos Graeci myopes vocant. unde et Plautus in Mercatoris comoedia ait: 'mirum lolio victitare te tam vili tritico.' — 'quia luscitiosus es.' dicunt enim quod lolium comedentibus oculi obscurentur. — *cogitavit etiam Ritschelius Op. III, 367 de lacuna, qua et Varronis verba essent hausta et haec:* Plautus Milite glorioso; *nec tamen quid rei esset introspexit. — illud autem* tu quidem *utrum Nonii an librariorum culpa exciderit, incertum.* — **16** dicant $H_1$. — lemures *Bentinus;* lemurios *C.* — **17** elicere *M;* eicere *v.*

## INCIPIT PER M LITTERAM.

MOLLITVDINEM, pro mollitiem. Varro Papia papae, *περὶ ἐγκωμίων*:

sigílla, in mento inpréssa Amoris dígitulo,
vestígio demónstrant mollitúdinem.

Cicero de oratore lib. III: in ipso tactu modum et mollitudinis et levitatis.

MIRIVS, magis mirum. Varro *Γνῶθι σεαυτόν*:

non súbsilis ac plaúdis et ab Aráto poscis ástricam
corónam? quid enim hoc mírius?

MANDARE positum pro conmendare. Sisenna Histor. lib. III: 'post principia paulatim recedunt atque inde cum paucis fugae se mandant'. — unde et procurationem mandare [commendare] vel causam || *dictum* sentire poteris.

MACRITVDINE, pro macie. Plautus Captivis:

ossa átque pelli' súm miser macritúdine.

MVSTVM non solum vinum, verum novellum quidquid est, recte dicitur. Naevius Gymnastico:

'*áge*, utrumst melius, vírginemne an víduam uxorem dúcere?' —
'vírginem, si mústast.'

MAXIMITAS positum pro magnitudine. Lucretius lib. II:

ne quaedam cogas inmani maximitate.

---

19 Varro Papia papae || 23 III, 25, 99 || 25 Varro *Γνῶθι σεαυτόν* || 28 Sisenna Hist. III || 2 I, 2, 32 || 5 Naevius Gymnastico I || 8 II, 498.

---

19 mollitie (mollicie *H*) *cdd.* — Mollitudinem, mollitiem *gl.* — papiapape *(litt. maiusculis)* πεϱι ευcomion *C.* — 21 sigilla *Bentin.;* sulla *C.* — 22 demonstrant *Iun.;* demonstrat *C.* — 23 M. Tullius Cicero $H_1$. — libro VI *L.* — tactu *Cic.;* factu *C.* — esse modum *cdd. Cic.* — 24 lenitatis $H_1$; laev. *ed. Bas.* — 25 Varro; *cf.* 374 poscere *ibique comm.* — 26. 27 *metrum agnovit Roeperus.* — non *add. m. 2 H; om. L.* — piaudis $L_1$. — aratro *prius G.* — poscis *Me;* posces *cdd. l. utroque.* — oronum *C hic.* — astricam coronam; *contra in Marcipore* chorean astricen. astrica corona *iocose dictum, ut* c. civica. — *verba male intellecta v.; dicit Varro auctori carminis astronomici nescio cui tribuendam coronam quam antea optinuerit Aratus; cf. Hor. Satur. I, 10, 48 sq.* — enim *om. G.* — 28 Historiae *C.* — 29 tricipia *C; em. Bentin.* — sae *L*, si *(post ras.) Flor. m. 1.* — 30 commendare *secl. Quicheratus.* — 1 dictum *add. M.* — 2 Macritudinę *Quicheratus;* Macritudinem *cdd.;* Macritudinem, maciem *gl.* — 3 pellisum *C;* pellis sum *cdd. Pl.* — macritudine; *male quidam* aegritudine; *quasi illud* macritudo *longam haberet primam.* — 4 quicquid *C pr.* $L_1$, *Bamb.* — 5 Nevius Gemnastico *C.* — 6 *cf. Plaut. Stich. 118 sq.* — age *vel* da *add. M.* — virginem ducere *om. mediis L.* — 7 si mustea est *v. d. ap. Gerl.* — *quod si recte habet, erit clausula.* — 9 nequae adam (quae adam *L*) *L, prius H;* neque adam *H ex corr., G.*

MVLTESIMA pars nove posita, quantitas infinita. Lucretius lib. VI:

quam *sit* parvula pars et quam multesima constet.

MISERITVDINE, pro miseria vel misericordia. Accius Astyanacte:

Tróiast testis: quaére ex aliis, qui íllius miseritúdine
nómen clarum in túmuli saxo múltis memorant vócibus.

idem Alphesiboea:

cum ipsá simeitu míseritudo meórum nullast líberum?

MESTITVDO, pro mestitia. Accius Telepho:

. . . . . quem ubi aspexi égo, virum memorábilem
íntui vidérer, ni vestítus taeter, méstitudo,
vástitudo praédicarent hóminem esse *abiectíssimum.*

Plautus Aulularia:

cuí tanta mala méstitudoque optigit.

MAGNITATE, pro magnitudine. Accius Bacchis:

. . nam neque sat fíngi neque dicí potest
pro mágnitate.

MACELLVM dictum pro macilentum Lucilius probat lib. VI:

si nosti, non magnus homost, nasutu', macellus.

MACORE, pro macie. Pacuvius Periboea: ||

corpusque meúm tali
meróre, aegrore, macóre senet.

---

10 VI, 651 || 13 Accius Astyanacte || 16 Accius Alphesiboea || 18 Accius Telepho || 22 IV, 10, 2 || 24 Accius Bacchis || 27 Luc. l. VI || 29 Pacuvius Periboea.

---

10 Multissima (*i. e.* Multessima) *gl.* — 12 quam sit *Lucr.;* quam *C.* — multasima $L_1$. — constat *L*, $H_1$. — 13 pro miseria prdia $L_1$. — Miseritudine, miseria *gl.* — *puto* miseria vel *delendum, cum* miseritudo *in seq. loco utroque dici videatur pro* misericordia. — Astianacte *L.* — 14 Troia est testis, *sc. virtutis Hectoris.* — alis $L_1$. — illius *quamquam potest aequare tribrachum, tamen* eius *reponendum non improbabile est.* — miseritudine *ed. a. 1476;* miseritudinem *C.* — 15 tumuli *Duentzerus;* umili *L*, humili *H, G.* — *f.* versibus. — 16 Alpesiboea *L.* — 17 cum ipsa *obscurum; f.* cum ipsiu', *h. e.* cum misericordia ipsius; *ut verba sint Alphesiboeae de fratribus.* — simeitu; simitu *Bothius;* simeta *C.* — meorum *Vossius;* eorum *C.* — ṇulla est *H;* ulla est *rell.;* nulla est *D. Heinsius.* — 18 Maestitudo pro maestitia *Bamb.* — Telefo *C.* — 19 q. ubi asp. ego *M;* q. ego ubi asp. *v.* — vir *C;* virum *Vrbin. 307, v.* — venerabilem *Buechelerus.* — 20 *puto* taeter ni v. *propter r. m.* — 21 maestitudo *H.* — abi. *add. M;* obscurissimum *Ribbeckius.* — 23 cui *cdd. Pl.;* qui *C.* — mala t. *Bothius.* — obt. *G.* — 24 Bacchis *Bentin.;* vacces *C.* — 25 *cdd.* nam quae; neque *ed. a. 1480;* nam neque *Quicheratus, qui falso adscribit Bentino.* — ne dici *L*, $H_1$; *cf. comm. in Plauti Menaechmorum v. pg. 89 s. l.* coepere. — 28 homo est, nasutus *om. L;* nansutus $H_1$. — 1 tabe *Bentin.* (tabi *Ribbeckius*), *male.* — 2 aegrore *Lachm. comm. Lucr. pg. 416;* errore (error *L*) *C.* — semet $H_1$.

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν:

nóster Axiús ruralis hómo item in curiám lectus
cómmacescebát.

MATRESCAM, matris similis fiam. Pacuvius Doloreste:

útinam nunc matréscam ingenio, ut meúm patrem ulciscí queam!

MVNIA, officia. Sallustius Histor. lib. III: ac tum maxime, uti solet in extremis rebus, sibi quisque carissimum domi recordari cunctique omnium ordinum *munia* strenue exsequi. Plautus Mercatore:

dicéns pro meritis grâtum me et munêm fore.

METARI, partire [unde et metatores]. Vergilius Georgicorum lib. II:

si pinguis agros metabere campi,
densa sere.

Caelius Annalium lib. VI: 'omnes simul terram cum classi accedunt, navibus atque scaphis egrediuntur, castra metati signa statuunt.' — unde hodieque metatores dicimus.

MAMMEATAM, mammosam. Plautus in Poenulo:

cúius amicam mámmeatam.

MVSIMONES, asini, muli aut equi breves. Lucilius lib. VI:

praedium emit, qui vendit equum musimonem?

Cato de L. Vetorio: asinum aut musimonem aut arietem.

---

3 Varro Serrano ‖ 6 Pacuvius Doloreste ‖ 8 Sallustius Hist. III ‖ 10 I, 1, 104 ‖ 14 II, 274 ‖ 17 Caelius Annal. VI ‖ 20 I, 2, 181 ‖ 22 Luc. l. VI ‖ 24 Cato de L. Vetorio.

---

3 sereno peri arceresio (arcerisio *m. 1 H; in eod. post* o *ras.*) *C.* — 4. 5 *versus constituit M; cf. eiusd. sat. frgm. pgg. 477; 334 s. l.* rixat; liquidum; *quae secuntur hunc l.* — nt̃ $L_1$, *id. 2* nst̃. — Axius *M; cf. d. r. r. III, 2;* Attius $H_1$; Atticus *rell.* — ruralis *Popma;* rivalis *C.* — item in curiam lectus *M,* item lectus in c. *v.* — commacescebat *Iun.;* cummacescebat (cummacessebat $H_1$) *C.* — 6 oreste $L_1$; duloreste $H_2$, *G.* — 7 *verba Orestis.* — 8 *cf. 23* munes. — Munia, offitia. Munem (Munema *cd.*), a muniis *gl.* — historiae *C.* — 9 recordari *ed. a. 1480;* recordavi *C.* — 10 munia strenue exsequi *M;* extrema (*praec.* num) sequi *C;* munia sequi *Ald.;* exsequi *v. d. ap. Quicheratum.* — 12 dicens; dico eius *Pl.* — 13 Metari *ed. a. 1476;* Metare *cdd.* — partire *M;* parare *v.* — *cf. Verg. Georg. I, 126 sq.; Ov. Met. I, 135 sq.* — unde et m. *secl. M.* — 16 sere id $Ho_1$. — 17 Coelius *G.* — Annali *cdd.* — 18 scaptis $L_1$; scafis *rell.* — metatis *H.* — 20 *cf. v. seq.* — 21 huius amica mammeata *Pl. et f. ipse N.* — 23 praedium *Dousa;* praecium $L_1$, *id. 2* praetium; p̃tium *H;* pretium *G.* — 24 de L. Vetorio (*i. e.* Veturio) *Iordanus; cf. Fest. 344; Prisc. 789; 886; ubi item est* de Veturio *vel* de L. Veturio; *quamquam ap. Fest. videtur scribend.* in L. Veturium. — *minus probabiliter Maiansius* de L. Turio, *quod ap. Gell. XIV, 2 citetur Cat. or. pro L. Turio.*

MESTAS, pro mestificas. Laberius Tusca:

cóncitata, móbilitata ménte maestas.

MICTILIS, paupercula [pulmentaria]. Lucilius lib. XX:

pulmentaria et intibus aut aliqua id genus herba
et ius menarum bene habet, sei mictilis haec est.

MESTARET, pro merentem faceret. Accius Myrmidonibus:

quódsi, ut decuit, stáres || mecum aut méu' *te* mestarét dolor,
iám diu inflammári tetre návis vidissént suas.

MADORE. Sallustius Histor. lib. III: evasit par in oppido festinatio; et ingens terror erat, ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur; nam omnia oppidi stagnabant redundantibus cluacis adverso aestu maris.

MERCATIS, pro mercatibus. Sallustius Historiarum lib. V: ceteri negotia sequebantur familiaria legatorum aut tribunorum, et pars sua conmeatibus, mercatis.

---

25 Laberius Tusca || 27 Luc. l. XX || 30 Accius Myrmidonibus || 3 Sallustius Hist. IV || 7 Sallustius Hist. V.

---

**25. 26** Movilitata, mota *gl.; neque improbabile illud fuisse lemma Nonii, nisi iungenda potius haec cum eis quae statim secuntur* Mestaret pro merentem faceret. — mestificas *v.;* mestifices *cdd.* — Tusco *C; cf. comm. in 80* blitea. — concitata mob. mente; concitataamente *L;* concitatam m. m. *H, G; porro in H* mobilitata *notat. punctis, sed ea del.* — mestas *H.* — *f.* me maestas. — **27** Mictyris *L;* Myctiris *H;* Myctyris *Bamb.;* Mictiris $G_1$; Mictilis $G_2$; Mycteris (mictilis *G,* myctilis *H*), pauper apparatus (appatus *gl.*) *gl., mrg. G, H. — cum a μύττειν v. non videatur posse deduci quod Lucilii metro conveniat, recipiendum duxi illud* mictilis. *neque raro in N. cdd. latina graece reperiuntur inversa. cet. conf. pg. 83 l.* conmictilis. — paupercula *M;* p. pulmentaria (pulmenta $H_1$) *C, Bamb.* — Lucil.; *cf. 208* intiba. — lib. XXX *male cdd. 208; cf. comm. in Luc. XX, 3.* — **28** et *Franckenus; M;* ut *cdd. l. utroque.* — entibus *C.* — aliquod g. *cdd. h. l.;* aliqua et id genus, *ubi* et *videtur esse correctura praecedentis* ut, *idem 208.* — **29** sei *M;* se *C;* sed *v.* — mictyris *C.* — haec est meri *C* (haec est $H_1$); *del. Rothius* meri, *quod ex seq. vocab. ortum. cf. comm. in l.* mestaret. — *omissum sive Nonii seu librariorum errore illud* cena. — **30** Mestaret *Bamb.;* Mertaret *H, G;* arat $L_1$ *sine l. novi indicio.* — *om. h. l. gl.* — Mirm. *L, H.* — **1** quodsi, ut decuit, stares *Gifanius, al.;* quod sicut d. istares (hist. $L_1$) *C.* — te *add. Me.* — mertaret *C (om. exempl. Bamb.).* — **2** inflamari *L.* — tetre *Bothius;* et re *C* (atre $H_1$); Atridae *Me.* — *cet. cf. Il. IX, 643 sqq.* — **3** Madore, infusione *gl., mrg. H.* — Sallustius (sallus sallius $L_1$); *ap. Priscian. 699:* mun. m. inf. — historiae *C* (historia $H_1$); histoř *Bamb.* — lib. IIII *C, Bamb. cum cdd. Prisc.;* lib. III *ed. a. 1476; et recte videntur docti referre ad Cyzici obsidionem, quae hoc l. enarrata.* — evasit *M;* quasi *C;* quas *Bamb.; f.* queis (dat. neutr.). — **4** fest.; *i. e.* trepidatio. — ex l., *i. e.* latericia. — **5** am $L_1$. — omnia; moenia *male Ald.* — reduntibus $L_1$. — **6** cloacis $L_2$, $H_2$, *G.* — **7** mercantibus *L,* $H_1$, *Bamb.* — **8** citeri *L, H.* — **9** comm. $L_1$; *H.*

MACERIES. Afranius Excepto:

si in haéce nunc consént it, facere vís satis?
quanta íllius mors fíet maceriés tibi!

MANVBIAS, [manus] exubias. Naevius Danae:

mánuvias subpétias prome!

MVTVVM, pro mutuo. Lucilius lib. XXVII:

étsi maxime, íd quod spero, mútuum hoc mecúm facis.

MORDICVS. Lucilius lib. XXVI:

mórdicus petere aúrum ec flamma expédiat, e cenó cibum.

Plautus Menaechmis:

. . . iamdúdum oportet násum ademptum mórdicus.

MONSTRIFICABILE. Lucilius lib. XXVI:

núnc ignobilitás his *miserum*, mírum ac mostrificábile.

MENDICARIER pro mendicare et MENDICABVLVM pro mendicatione. Plautus Vidularia:

malím moriri meós quam mendicárier:
boní miserantur íllum, hunc inridént mali.

---

10 Afranius Excepto || 13 Naevius Danae VIII || 15 Luc. l. XXVII || 17 Luc. l. XXVI || 19 I, 3, 12 || 21 Luc. l. XXVI || 24 Plautus Vidularia.

---

**10** Maceries *v.;* Maceria est *cdd.* (Maceriest $H_1$). — Maceries, maceratio *gl., mrg. H, G.* — **11. 12** si in haece nunc consentit, facere vis satis *M;* si ille haec nunc sentit facere illi satis vis *C.* — *Bothius:* si ille haec nunc sentit, facere vis illi satis? — *sed enim triplex pronomen non potest ferri.* — fiet *Bothius;* sit *v.* — **13** manus *secl. M.* — exuvias *Quicheratus;* exubiae *cdd.* — *Non. vel* Manubias, exubias *vel* Manuvias, exuvias *scripsisse sat constat.* — Dane *C.* — **14** manubias *C pr.* $L_1$. — *cet. n. N.; nam* man. *hic Iovis fulmina.* — subpetias *M;* suppetat (subp. $L_1$) *C.* — pro me *v.* — *verba sunt Danaes Iovem implorantis.* — **15** pro mutuum *G; etiam in H* mutuo (v superscr.), *sed* v *eras.* — XXVII; *potius* XXVI *propter ordinem lemmatum Lucilianorum.* — **16** maxime *C.* — ịḍ quod *H;* quod *rell.* — mutuum — facis; *n. N.; nam illud idem quod* communicas. — **17** Mordicus; *cf. 139* mordicibus et mordicus. — Lucilius lib. XXVI; lib. XXVI Lucilius *C; ed. Bas.;* L. lib. XXVII *edd. ante Bas.* — **18** ec *M* (ex *Iun.*); et *edd.* — e ceno cibum *C; idque retinendum duxi euphoniae lege;* ecce nobum *Bamb.;* ecc̣e nobum *Lugd.;* ecenobum *Paris. 7665; 6; Montepess.* — **20** oportet *M;* oportuit *C.* — ademptum *v.;* adeptum *cdd.; ap. Pl. melius, nisi fallor,* abreptum; *in cuius cdd. v. ita traditus:* nam si amabas, iam oportebat nasum abreptum mordicus. *at Nonii auctor videtur invenisse dittographiam hanc:* nam si amas, iamdudum oportet nasum ademptum mordicus. — **21** *nullum l. in L, H; om. Bamb., gl.* — **22** his; *i. e.* optimatibus; *cf. VI, 2.* — mirum, taetrum *prius M, f. recte; alii* miserum *ante* mirum *addiderunt.* — monstrificabile *v.;* mortificabile *C.* — **23** Mendicaries *L,* $H_1$, *Bamb.* — **25** malum $L_1$. — mendicare *L.* — **26** *ita post Studemundium Quicheratus Lipsium secutus, qui voluit repositum* boni im miserantur, illunc irrident mali; boni (ni $H_1$) ministrantur illum nunc irrident (inr. $L_1$) mali *C.*

idem Aulularia:

memoráre nólo hominum mendicábula.

MERTARET, mergeret. Accius Antenoridis:

fortásse an sit quod híc nos mertarét metus. ||

idem Deiphobo:

vae!
hic quí me aperte effrénata inpudéntia
praeséntem praesens díctis mertare ínstitit?

MVGINARI, murmurare. Lucilius lib. VII:

muginamur, molimur, subducimur.

Atta Aquis Caldis:

átque ita muginántur hoc die! át ego fore me occlúsero.

MEDVLLITVS, a medullis. Varro Cras credo, hodie nihil:

átque ut igni férvido medúllitus
aquilóniam intus éruat frigédinem.

Plautus Truculento:

osténdit sese iám mihi medúllitus,
*scio mi* ínfidelem númquam, dum vivám, fore.

---

27 IV, 8, 3 || 29 Accius Antenoridis || 1 Accius Deiphobo || 5 Luc. l. VII; sed cf. comm. || 7 Atta Aquis caldis || 9 Varro Cras credo, hodie nihil || 12 II, 4, 85.

---

28 nolo hominum; *ita etiam Plauti cdd.;* m. n., regum mendicabula *Scipio Gentilis; ac latet altior corruptela.* — **29** Mertare, mergere $H_1$, *f. recte;* Mertaret (Mertares $Hs_2$), mergeret $Ho_2$ ($Hs_1$), $G$, $L_2$, *Bamb., gl.* — Meditaret, meretret $L_1$*; et quidem* t *utrumque finale punctis notatum; sed haec rursus deleta; cet. cf. Paul. 124; 81 s. v.* mertat; exfuti; *ita* pultare *pro* pulsare. — **30** quos $H_2$, *G.* — nos *Lips.;* non *C.* — mertaret *Iun.;* mertet *v.* — *f.* quod vos h. non mertet m. — **1** Deifobo *C.* — **2** vae *M;* vel *C.* — **2** aperte *Rothius;* a parte *C.* — effenata $L_1$. — **5. 6** muginari *a mugiendo ductum; male Paul. 147; conferendum mutiendi verbum.* — Luc.; *cf. 346* moliri. — lib. VII; *cum duri admodum numeri sint horum verborum, si dactylico contineantur metro, dubito an reponendum sit* lib. XXVII *et trochaicus versus instituendus ita:* .... múginamur, mólimur, subdúcimur. — molimus *cdd. h. l.* — subdicimur $H_1$. — **7** acta *L*, $H_1$. — Aquis caldis *v.;* qui scaldis (quis *H*) *C.* — **8** ita *Iun.;* eia (eta *G*) *C.* — hoc die; at ego fore me occlusero *M;* hodie atque (*praec.* atque) ego oculsero (culsero, *supra scr.* o, *G;* occulsero *H*) fonteme *C* (fontem $H_2$, *G*)*;* fore me *iam Fr. Dousa.* — *mrg. H* oculsero, occuluero. — *agitur de rixantibus in via. illud* fore se occludere *est* munire se obiecta fore. — **9** Varro; *cf. 206* frigus. — **11** eruat *Buechelerus; qui et trimetros primus agnovit;* servat *cdd. l. utroque.* — *post* frigedinem *in H sunt haec addita:* Plautus Tr. ostendisse sciam mihi med. aquil. int. serv. frig., *sed eadem lineolis subditis deleta.* — **13** ostendit sese i. m. *Me;* ostendisse sciam mihi *C;* ostendit mihi iam sese *cdd. Pl.* — **14** *C:* inf. n. dum vivam fore; *ap. Plaut. fertur* se mi (mihi *cdd.*) infidelem numquam dum vivat (*ita cd. Paris. quidam; Spengelius;* ne vivat *BCD*) fore. — *in verbi quod est* ostendit *variante structura cum haut ita immerito offen-*

Ennius Satyrarum lib. III:

Enní poeta, sálve, qui mortálibus
versús propinas flámmeos medúllitus.

MERITISSIMO. Turpilius Paraterusa:

meritíssimo te mágni facio.

Caecilius Asoto:

meritíssimo hic me eiécit ex hac décuria.

MINITABILITER, pro minaciter. Accius in Aeneadis:

Gallei vocé canora,
fremitú peragrant minitábiliter.

Pacuvius in Antiopa:

mínitabiliterque íncrepare díctis saevis íncipit.

MORSICATIM. Sueius Pullis:

síc incedunt ét [in] labellis mórsicatim lúsitant.

MVTATILITER, a mutando. Varro Cras credo, hodie nihil:

quíbus instabilis ánimus ardens mútatiliter hávet habere,
[et] nón habere.

MORDICIBVS et MORDICVS, pro morsu [pro morsibus]. Plautus Aulularia:

ásini me mordícibus scindant, bóves incursent córnibus.

Cicero Academicorum lib. IIII: perspicuitatem, quam mordicus || tenere debemus, abesse dicamus.

---

15 Ennius sat. l. III || 18 Turpilius Paraterusa || 20 Caecilius Asoto || 22 Accius Aeneadis || 25 Pacuvius Antiopa || 27 Sueius Pullis || 29 Varro Cras credo, hodie nihil || 33 II, 2, 57 || 35 II, 16, 51.

---

*derentur Buechelerus et Schoellius, pro* se mihi *hic* sensi, *ille* scio mi *scripsere. atque hoc praetulimus.* — **15** Enn.; *cf. 33* propinare. — **17** medullitos $L_1$. — **18** Turpulius *Bamb.* — Paraterus $L_1$, *ut vid.;* $H_1$ *(post* s *ras.); Bamb.* — **19. 20** meritissimo — Asoto *om. Bamb.* — magnificio *L*, $H_1$. — **21** meretissimo *Bamb.* — eicit $L_1$. — **22** Munitab. $L_1$. — eneadis *L, H.* — **23** Gallei *Lips.;* calleti *L, H;* calle, *supra scr.* ti (ri *Gs*), *G.* — *ante* Gallei *obiectum excidit*, *ut puta* saltus; Galli laeti *Quicheratus.* — **24** peragant $H_1$. — — **26** minitabiliter (minitabiter *L*) quae *C.* — dictis saevis *ed. Bas.;* dictis sevis $H_2$; dicitis sevius *id. m. 1;* dictis (dicitis *sec. Rothium*) secuis *(supra* c *et infra eraso puncto) L.* — **27** Sueius *M;* suis *cdd.* — **28** et labellis *Bothius;* et in labellis *C*, *Bamb.* — lusitante *Bamb.* — **29** Mutabiliter $G_1$; *Bamb.;* Mattatiliter *gl.* — mutatilis, *ut* deletilis, ductilis, fictilis, *al.* — Varro; *cf. 112* fastidiliter. — **30** habet *C.* — **31** et non *C.* — **32** *cf. 138* mordicus. — Mordicibus, morsicius (morsicicus *H*) *gl.*, *mrg. H;* morsicicus *mrg. G.* — Mordicitus *Scioppius; sed vel hoc cum exemplo careat, propius abest a fide auctorem Nonii deceptum falsa lectione, quod in cod. quodam Pl. repperisset* dic morsibus; *cf. et Ritschel. opusc. II, 248.* — **34** asinis *L, prius H.* — me mordicus *libri Pl.;* mordicus me *recte Bentleius.* — scidant *L*, $H_1$. — boves *monosyllabum.* — **35** lib. IIII *Me;* lib. III *v.* — **1** dicemus *Cic.*

140 M.

MAEANDER est picturae genus, adsimili opere labyrinthi tortum, claviculis inligatum. Varro *Ταφῇ Μενίππου*: *περιέχοντα χωρία* mihi facies maeandrata et vermiculata atque in medio pinges orbem terrae. — Vergilius lib. V:

victori chlamydem auratam, quam plurima circum
purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit.

MANSVM, *a* mandendo, ut mansatum. Varro *Γνῶθι σαυτόν*:

dein cérto alvi fructu út sucum
parerét mansum, quo vénarum
sanguíne rivos conpléret.

Lucilius lib. XXX:

sperans aetatem eadem *me*
haec proferre potesse et mansum ex ore daturum.

MVLIERAVIT, ut effeminavit. Varro *Γνῶθι σεαυτόν*:

ét rex et miséllus [ille] pauper ámat habetque ignem íntus acrem.
híc ephebum múlieravit; híc ad moechada ádulescentem
cúbiculum pudóris primus pólluit.

MEMORDI, PEPOSCI, PEPVGI, SPEPONDI in veteribus lecta sunt. Atta in Conciliatrice:

---

3 Varro *Ταφῇ Μενίππου* ‖ 5 V, 250 ‖ 8 Varro *Γνῶθι σεαυτόν* ‖ 12 Luc. l. XXX ‖ 15 Varro *Γνῶθι σεαυτόν* ‖ 20 Atta Conciliatrice.

---

2 Meander *L, H, Bamb., gl.;* Maeander *ed. Bas.* — adsimili opere labyrinthi tortum *M;* a. o. labyrinthorum (libarint $L_1$) ortum *(om. Bamb.,* $H_1$*;* hortum *L,* $H_2$) *C.* — Meander, multiplex pictura a meando iure vocabiliter (*l.* a meando inrevocabiliter; *cf. Aen. V, 588—91*) modo labyrinti *gl.* — 3 item inippu $H_1$*;* tafe minippu *L,* $H_2$*;* tafe menippu *G.* — *περιέχοντα χωρία M; περιεχονταριαν C.* — 4 facias $H_1$*;* faciaes *id. m. 2.* — meandrata *C.* — vermiculata *ed. a. 1476;* vinculata *C;* virgulata *Ribbeckius.* — atque in medio; et in medio *Vahlenus, qui delet illud* atque; a. etiam adeo *C.* — 5 pinges *Rothius;* inges *C.* — lib. V *v.;* lib. I *C.* — 6 victor hi *L.* — clamidem *H;* chlamidem *L.* — 7 Meandro *L, H.* — dupli *L.* — Melibea *H, L.* — 8 Mansum, a mandendo *gl.;* Mansum, mandendum *cdd.* — ut *Quicheratus;* aut *cdd.* — manducatum *Quicheratus.* — Gnothisauthon $L_1$*;* Gnothiseauton *G;* Gnothisseaution $H_1$*;* Gnothiseauthon $L_2$, $H_2$. — 9 certo *Hermannus El. d. m. 388;* certu $H_1$*;* certe $H_2$*, L, G.* — alvi *M (non Herm., ut Quicheratus dicit;* alui *Popma*); alii (ali $L_1$, $H_1$) *C.* — fr. *Riesius;* fl. *C.* — sucum *M;* sicum (sicut $H_1$) *C.* — 13 aetat.; *cf. Luc. I, 17.* — eadem *Gulielm. Verisim. II, 2;* me *Quicheratus;* eandem *C.* — eadem, *i. e. verba qualia sunt* pulle, catelle. — 14 proferre $H_1$*;* proferro *rell.* — potesse et *Gulielm.;* posset et $H_1$*;* posset *rell.* — daturum *pro* daturam, *ut l. XI Luc.* nupturum; *nam sunt verba nutricis.* 16. 17 ille *ut ex praecedente* misellus *ortum videtur delendum. aliter id quod est* et rex *ad priorem v. retrahendum.* — ephebum *Cauchius;* efebitum (eff. *G*) *C.* — moechada *Scal.;* mecada *L, H;* medeca *G.* — aducentem *L.* — 18 pollut $L_1$. — *sententia, ut vid., manca.* — 19 *cf. Gell. VI, 9.* — posci pugis $L_1$. — pondii $L_1$*;* spopondi *H;* Mem., pep., pe pugis perpondi *gl.* — 20 Atta *Gell.* (acta *V, P*); Accius *cdd. Non.* — Concil. *Gell.;* honilia atricae $L_1$*; L, H;* honiliaatrice *G.*

ursum sé memordisse aútumat.

Laberius in Gallis:

de íntegro património
meó memordi céntum nummum mília.

Ennius:

*meum* nón est: ut si mé canis memórderit.

cetera in obscurioribus invenimus.

METVS nove et eleganter positum. Sallustius Historiarum lib. I: 'id bellum excitabat metus Pompei victoris'; hoc est, quod de Pompeio metueretur.

MENDICIMONIVM et MOECHIMONIVM Laberius in libro quem Cophinum inscripsit. in eo verba haec inveniet, qui doctrinae studium putaverit || adhibendum. in eo quoque libro manuatus, quod est furatus, invenire *est*.

MEDIOXIME, medie aut cum modo. Varro Modio:

quid áliud est quod Délphice canát columna lítteris
sculptís: ἄγαν μηθέν, iubens nos fácere mortalem ád modum,
medióxime, ut quondám patres nostrí loquebantúr . .?

---

22 Laberius Gallis || 25 Ennius (sat. l. III) || 28 Sallustius Hist. I || 31 Laberius Cophino; sed cf. comm. || 1 Laberius (Cophino) || 3 Varro Modio.

---

21 autum ad $L_1$. — 22 in Gallis *Gell.;* in Callis *C.* — 23 patromonio $L_1$. — 24 memordi nummum centum milia *Bothius;* centum milia nummum memordi *Non. et Gell.* — *possis et octonarios instituere iambicos, ex quibus prior initio sit mancus:* de integro patrimonio meo centum nummum milia | memordi. — 25 Q. Ennius in Saturis *Gell.* — *ad Scipionem rettulit M; cf. vit. Ennii pg. 110.* — 26 meum *om. C.* — ac si (*prius* at si *R*) *cdd. Gell.* — 28 *cf. Gell. IX, 12, 13 sqq.* — eliganter *C pr.* $L_1$; eleganter *etiam Bamb.* — 29 ad bellum *L.* — Pompeiusctoris *L.* — 31 *cf. Gell. XVI, 7.* — *om. l. gl.* — Medimonium *Bamb.* — moechimonium *cdd. Gell.;* moccim. *C, Bamb.* — in libro; in mimo *Gell.* — 32 Cophinum *Gell.;* Cropium (Gropium $L_1$) *C.* — *cet. n. N.; nam illa* mendic., moech. *non ex eodem mimo ducta ex quo id quod sequitur; cf. et comm. in 70* adulterionem. — vebba *L.* — inveniret *L, Bamb.;* invenerit $H_1$. — 1 in eo quoque libro *Iun.;* in eo l. q. *cdd.* — manuatus *cdd. Gell.;* maustus *C, Bamb.; in quo an aliud lateat quaerendum.* — 2 est *add. M. ann. philol. a. 1868 pg. 439.* — 3 *null. l. in L.* — Medioxime, medie aut cum modo *M;* Medioximum (medioximim $L_1$) medio (medie $H_1$, *Bamb.*) acutum modo (m. *om. Bamb.*) *cdd.;* Medioximum, medie acutum *gl.; Paul. 123* medioximum, mediocre. — Modio *v.;* modo *C.* — 4 *metrum agnovit Meinekius.* — delfice *C.* — delphice — columna; *ita in Eumenidibus* attices philosophiae. — canit *Riesius.* — 5 sculptis *M,* suis *v.* — αταν *L, H.* — μηθὲν *Me;* μεοεν *C.* — iubens *Bergkius ap. Meinekium;* iudam *C.* — mortalem ad modum *M* (ad mortalem modum *Iun.*); *sunt enim hi octonarii, ut alii ap. Varronem, item septenarii, graecanica plane arte compositi.* — *nota autem propter metrum etiam celeberrimum illud* μηθὲν ἄγαν *inversum.* — adit mortalem m. *H, G;* adiz mort. m. *L.* — 6 quandam *L,* $H_1$.

MASCVLVM, pro forti ac vehementi. Varro *Ὄνος λύρας*: si [non] plus testiculorum offenderis quam in castrato pecore in Apulia, vincor non desse masculum ad rem *vigorem*.

MANCVM, debilem. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. III: sed etiam alteris tribus, qui mancam fore putaverunt sine aliqua accessione virtutem.

MINVTVM positum pro brevi. Varro Epistulis latinis: veni, sis, Capuam, quod et pueros minutos vides libenter et maioris animadvertere non vis. — M. Tullius Verrinarum lib. III: reticulumque ad naris admovebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae.

MACERIAE. Sisenna Historiarum lib. III: post villarum macerias ac parietinas quinque cohortis in insidiis reliquid.

MANIPVLATIM, collecta manu. Sisenna Historiarum lib. III: requiescendi spatium nacti com densi in orbes manipulatim resistere hostibus instituissent.

MVLTIFARIAM, partibus multis. Sisenna Historiarum lib. III: quod loca * * * palustriaque erant et arte multifariam confossa.

MARSVPPIVM, sacculum. Varro Cato vel de liberis educandis: ec quo perspicuum est maiorem || curam habere nos marsippii quam vitae nostrae.

---

7 Varro *Ὄνος λύρας* || 10 III, 9, 30 || 13 Varro Epistulis latinis || 15 II, 5, 11, 27 || 18 Sisenna Hist. III || 20 Sisenna Hist. III || 23 Sisenna Hist. III || 25 Varro Cato.

---

7 forti ac ac *L.* — non, *quod ex sequentibus irrepsit, secl. M;* sin plus *Ribbeckius.* — 8 Apula *prius H; f.* quam in castrato pecore [in] Apulo. — 9 vincor *pro* convincor; *ut apud Accium pg. 432 s. l.* pervicacia. — desse *M;* esse *v.* — ad rem, *scil.* veneream. — vigorem *add. M.* — **10** M. *add.* $L_2$. — **12** virtutum *G.* — **13. 14** Epistulis latinis: veni, sis *M;* epistula (epistola *H*) latina si venisses (venissis $L_1$) *C.* — maforis *L.* — **15** M. Tull.; *cf. 221* reticulum; *350* maculosum; *441* tenue. — lib. III *si recte habet, de quo dubites, videntur Divinatio, Actio I, II singulorum instar librorum habitae ab auctore Nonii.* — **16** ad n. sibi admov. (*deteriores* apponebat) *cdd. Cic.; item Non. 350; 411;* sibi ad nares admovebat *apud anonym. de schem. dianoeas pg. 73 ed. Halm.; om.* sibi *cdd. h. l. et 221 idque ab interpolatoribus additum varietas hic notata videtur evincere.* — masculis *prius H.* — **18** Maceriae, parietes *gl., mrg. H.* — **19** cohortes *Bamb.* — reliquit *H, G, Bamb.* — **20** manu *v.;* manus *cdd.* — **21** spacium $L_1$. — cum densi in orbes *Palmerius;* condensiores *cdd.;* cum densiores *Me.* — **22** inetituissent $L_1$. — **24** paulus tria $L_1$. — quae *cdd.* — arte *M;* alte *v.* — **25** Marsuppium *L, H;* Marsupium *G, Bamb., gl.* — **1** ec quo *M;* et quo *C* (ex quo $H_2$). — marsippii $L_1$; marsuppii *G,* $L_2$; marsyppii *H; cet. cf. comment. ad. Varr. Ἀνθρωπόπολιν pg. 503 s. v.* lavit.

MOLIMENTVM, pro conatu. Sisenna Historiarum lib. IIII: Galli contra magno cum molimento ac perpetuo sonu procedunt.

MODIMPERATORES, quasi modum imperantes. Varro Rerum humanarum lib. XX: modimperatores in conviviis, qui sunt instituti potandi magistri.

MAGNILOQVENTIA. Cicero in oratore: quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiae sit accommodatior.

MINISTRATRIX positum pro ministra. Cicero de oratore: sed omnes comites ministratricesque esse [de] oratoris diceres.

MALE AVDIAM. Cicero de oratore lib. II: in quo ego, non quo libenter male audiam, sed quia causam non libenter remitto, nimium patiens et lentus existimor.

MVLTITVDO positum pro frequentia aut copia. Cicero de oratore lib. III: sed ut pontifices veteres propter sacrorum multitudinem tresveros epulones esse voluerunt. — *idem* in eodem: hunc etiam, qui familiarior nobis propter scribtorum multitudinem est.

MVLIEROSITAS, cupiditas femineae voluptatis. Cicero Tusculanarum lib. IIII: similiterque ceteri morbi, ut gloriae cupiditas, ut mulierositas, ut ita appellem eam quae graece *φιλογυνία* dicitur.

MEMORIA positum pro vetustate. Pacuvius Chryse:

pérque nostram régiam
unánimitatem, quám memoria déiugat.

---

3 Sisenna Hist. IV ‖ 5 Varro Rer. hum. XX ‖ 8 57, 191 ‖ 10 I, 17, 75 ‖ 12 II, 75, 305 ‖ 16 III, 19, 73 ‖ 17 III, 19, 71 ‖ 20 IV, 11, 25 ‖ 23 Pacuvius Chryse.

---

3 Galli *hab.* $H_1$*; add. Flor. 2; om. rell.* — **4** sonu *Rothius; cf. 491* soniti; sona *cdd.;* sono *v.* — **5. 6** Modimperatores *bis Popma;* Modiperatores *cdd.* — **6** *illud* modiperatores *in cdd. post* putendi *vocabulum positum. in initio enuntiati collocavit M; nisi potius reponendum in fine.* — **7** potandi *Me;* putendi *C.* — matristri *L.* — **8. 9** quod ille *cdd. Cic. et Non.;* cum ille *recte Ernestius.* — dactylicus — hexametrorum *Cic.;* dactilus (dactylus *G*) — exam. *C.* — accomod. *ed. Bas.* — **10. 11** de or.; *addend. vid.:* lib. I. — sed ut o. *cdd. Cic.* — *id.* ac ministras *vel* ministros. — de oratoris *C.* — **12** Male audiam (maleudiam *Hs*), maledicta feram *gl., mrg. H.* — **13** male *supra add. in L.* — relinquo *cdd. Cic.* — **14** paciens $L_1$, *Bamb.* — **16** ponit ficis *L;* pontificis $H_1$. — sacrificiorum *Cic.;* sacrorum $H_1$; sacorum $L_1$; saccorum *rell.* — **17** tresveros; tresviros *cdd. Cic.;* tres vero *C.* — epulonis *L,* $H_1$. — voluerint $H_1$. — idem *add. M.* — **18** scriptorum *C pr.* $L_1$. — **19** cupitas $H_1$. — **20** cupitas $L_1$. — **21** eam *Cic.; G;* ea *L, H.* — *φιλογυνία Cic.;* filogenea *C.* — **23** Memoria pro vetustater *gl.;* Memoriam *C, Bamb.* — Pacuv.; *conf. 101* deintegrare. — Chrise *L;* Chrisse *H.* — **24. 25** egregiam *C.* — imemmoria *Vossius; quod tamen minus probabile videtur propter ea, quae praecedunt. propius a vero abest Nonii auctoris culpa intercepta*

MVRMVRILLVM, murmuratio. Plautus || Rudente:

. . nolo ego múrmurillum néque susurrum fíeri.

idem:

quid múrmurillas técum et te discrúcias? . . . . .

MEDIASTRINOS, non balnearum solum ministros, *set* et curatores aedium legimus. Lucilius lib. XVII:

vilicum Aristocratem, mediastrinum atque bubulcum.

Cato in Praeceptis ad filium: mediastrino [illi] imperator tu, ille ceteris.

## INCIPIT PER N LITTERAM.

NVPERVM pro recenti positum, ab eo quod est nuper, id est ante non multum temporis. Plautus Captivis:

quid? tu úna nocte póstulavisti ét die
recéns captum hominem, núperum, novícium?

NEMINIS positum pro nullius. Plautus Captivis:

néminis
me míseret *certe;* nám mei miseret néminem.

Lucilius lib. XXX:

neminis ingenium tantum confidere oportet.

---

26 V, 3, 48 || 2 Plautus || 5 Luc. l. XVII; cf. comm. || 7 Cato praeceptis ad filium || 11 III, 5, 59 || 14 III, 5, 106 || 17 Luc. l. XXX.

---

*quaedam quibus contineretur, cur Chrysae et Thoantis regum concordia tum temporis esset labefacta. quod si ita est, memoria non, ut Nonius vult, vetustatem significat, sed recordationem.* — defugat *L.* — **3** discrutias $H_1$. — **4** *cf. comm. in Luc. XV, 8.* — solum m., set et c. *M;* sed m. et c. *C, Bamb.* — **5** aedum $L_1$. — Medie astrinus non solum balniatores sunt et curatores legi *gl.; at mrg. H:* quasi medias partes tenentes, quos nos corrupte mastinos dicimus. mediastrinos non solum balneatores, sed et curatores. — Lucilius (Lucilium $L_1$); *cf. comm. in 123* incitas. — lib. XVII *cdd. h. l.;* lib. XV *pg. 123 et 478; ille numerus ex sequentis vocabuli initio videtur labem traxisse.* — **6** viculum Aristrocratem $H_1$. — **7. 8** *ita M;* illi imperator (inp. *ed. Bas.*) tu, ille ceteris mediastrinum (mediastrinus *v.*). — *et hic quidem* mediastrinus *idem quod* vilicus, *de quo cf. Cato de re r. cap. 142, non autem in versu Lucilii; cf. comm. in XV, 8.* — **13** non vitium *L.* — **14** *prima m. nullum lemma in L, H.* — itum *pro* positum $L_1$, *H, Bamb.* — nalius, *deinde* non alius *L;* nullalius $H_1$. — Plautus; *cf. Charis. 111; 133; Diomed. 323; Prisc. 683.* — **15** meminis $H_1$. — **16** me *add.* $H_2$. — certe (*vel* hercle) *add. M.* — me *C; ap. Plautum haec feruntur:* neminis (nemini *libri mel.*) misereri certum est, quia mei *(om. m. 1 B)* miseret neminem; *et ita fere cdd. Char., Diom., Prisc.* (nemo *Prisc.*). — *porro mrg. H:* nullius misereor, quia nullus miseretur mei. — **17** Luc.; *cf. Prisc. 683.* — **18** ingenio *libri Prisc.; Nonii cd. Spanhemii; f. recte.* — quemquam *pro* tantum *male idem; cd. Spanhemii.*

NOXITVDO, pro noxia. Accius Armorum iudicio:

.... quei nóxitudo oblítteretur Pélopidum
ac pér nos sanctescát genus.

NVBERE veteres non solum mulieres, sed etiam viros dicebant, ita ut nunc Itali dicunt. Pomponius Pannuceatis:

sédmeus
fráter maior, póstquam vidit mé vi deiectúm domo,
núpsit posteriús dotatae, vétulae, varicosaé, vafrae.

NITIDITATEM, pro nitorem. Accius Bacchis:

formaé, figurae nítiditatem, hospés, geris.

NVMEN, pro ornatu. Vergilius Aeneidos lib. II:

vadimus inmixti Danais, haut numine nostro.

NOENVM, pro non. Lucilius lib. XXX:

sed || tamen hoc dicas quid rest? si noenu molestumst.

Varro epistula ad Fuffium: si hodie noenum venis, cras quidem, sis, veneris meridie [die] natali Fortis Fortunae.

NEVVLT, pro non vult. Titinius Setina:

ipsús quidem hercle dúcere *hanc* sané nevult.

Plautus Trinummo:

'fíliam meam tíbi desponsam esse aúdio.' — 'nisi tú nevis.'

---

19 Accius Armorum iudicio || 23 Pomponius Pannuceatis || 27 Accius Bacchis || 29 II, 396 || 31 Luc. l. XXX || 2 Varro epistula ad Fufium || 4 Titinius Setina || 6 V, 2, 32.

---

19 Noxitudo; *nullum l.* $L_1$*; om. Bamb.;* Noxitudo, noxa *gl.* — **20. 21** quei *M;* ocule (*praec.* o) *C.* — Pelopidum *M;* Pelopidarum *C; id. vitium in Agamemnonidis Accii pg. 146 s. l.* oblitterare. — *qui priorem v. pro trimetro habuerit, non pro parte tetram., licet huic reponatur:* ac pér nos genu' sanctéscat. — *Quicheratus servato illo* Pelopidarum *post* noxitudo *creticum vocab. excidisse statuit et huic continuari tetram. integrum.* — per vos *Hermannus.* — santescat *C.* — **23** Panuceatis $H_1$. — **25** vi deiect. *Me;* indeiectum *C; f.* illa deiect. — **26** nubere *cum cavillatione dictum, ut ap. Martial. VIII, 12.* — vafrae *Iun.;* afrae *C.* — **27** Nitiditatem; *ita M;* Nitiditate *v.;* Nitidate *Bamb.;* Niditate *gl.* — nitore *cdd.* — **28** geris *Me;* regis *C.* — *affert Me Eur. Bacch. 453:* ἀτὰρ τὸ μὲν σῶμ' οὐκ ἄμορφος εἶ, ξένε. — **30** haut in numine *Bamb.* — numene $L_1$. — **31** *cf. comm. in Luc. XXX, 20.* — Moenum *Bamb.* — pro noni *L.* — **1** rest *Lachm. comm. in Lucr. 150;* est *C;* sit *Santenus.* — si nenu *Iun.;* si noenum *C* (inaenum $L_1$*; id. 2* noenum). — **2** epistola $L_2$, *G, H* (*in hoc prius* epistala). — Fuffium *C.* — nenum $L_1$. — **3** sis *M;* si *v.; del. putat Scal. Coniect. in Varr. pg. 223.* — meridie, natali (n. *iam Iun.*) *Scal.;* meridiem die natalis *C.* — Fortis *om. L.* — natali Fortis Fortunae, *h. e. die anniversario sacrati deae templi.* — **4** Sedina $L_1$, *prius H.* — **5** hanc *add. Quicheratus.* — **7** desponsam *vetus Plauti; Hermannus;* desponsatam *Non. cum rell. Pl. cdd.*

144 M.

NIGRET, nigra fit. Pacuvius Chryse:

sólisque exortú capessit cándorem, occasú nigret.

Accius Bacchis:

*sóle* splendet saépe, ast idem nímbis interdúm nigret.

NITIDANT, abluunt: dictum a nitore. Ennius Cresphonte:

Méropam secum abdúcunt, eunt ad fóntem, nitidant córpora.

Accius Thebaide:

qui ubi ád Dircaeum fóntem adveniunt, múndule
nitidántur vulgum quádripedantum sónipedum.

NIXVRIRE, niti velle. Nigidius Commentariorum grammaticorum XXV: nixurit, qui niti vult et in conatu saepius aliqua re praepeditur.

NOTIFICEM, notum faciam. Pomponius * * * *Accius* Atreo:

nunc te óbsecro,
stírpem ut evolvás meorum *rém*que notificés mihi.

NVMELLAE, machinae genus ligneum, ad discruciandos noxios paratum, quo et collum et pedes inmittunt. Plautus Asinaria:

---

8 Pacuvius Chryse || 10 Accius Bacchis || 12 Ennius Cresphonte || 14 Accius Thebaide || 17 Nigidius Comment. gramm. XXV || 20 Pomponius. Accius Atreo. cf. comment. || 23 III, 2, 5.

---

8 Niget *Bamb.* — nigra facit $H_1$, *Bamb.;* $L_2$*;* nigrea fit $L_1$. — Nigret, nigra fit *gl.* — 9 capessit *Bentin.;* rapessit *C.* — nigret *v.;* nigri *C.* — **10** Bacchis *Bentin.;* Bacchidem (Baccidem *L*) *C.* — **11** sole *add. Bothius.* — *nota* ast *in tragoedia pos.* — idem; *scil.* aether; *cf. Eur. Bacch. 1264 sqq.* — **12** Nicidanta luunt $L_1$. — albunt $H_1$*;* alluunt *Bamb.* — dicunt *id.* — Nitidant, alvent (albent *H*) *gl., mrg. H.* — Cresponte *C.* — **13** Meropam secum abducunt *M;* opie eam secum advocant *C.* — ad fontem *v.;* ad fortem *C.* — **15** qui ubi ad *Bothius* (dein ad *Voss.*); Dircaeum fontem *Vossius;* quin id circeo (circo $H_1$*;* circaeo *G*) fonte *C.* — advenient *L, Ho.* — mundule *Voss.;* mundulae *C.* — **16** nitidantur vulgum *M; ubi* nitidantur *habet vim activam* (nitidatur vulgus *Ribbeckius*); n. vulgo *C.* — vulgum; *ita Ennius* avium *dixit* vulgus; *cf. frgm. inc. sed. XXIV.* — q. *Me;* quapripedanter (pripedantur *L*) *C.* — soni *L.* — **17** Commentariorum grammaticorum *M;* commento grammaticae *C* (commegram $L_1$*;* c. grammatice *H*). — **18** XXX *Ald.* — nuxurti, *m. 2* nuxurire *L;* nitixurit $Hs_1$*;* niiixurit $Hs_2$. — eonatu *L,* $H_1$. — aliqua re praepeditur *M;* a. re perpellitur *v.* — **20** notam faciam *L, H, Bamb.;* nota f. *G; sed cf. gl.* notificum, notum factum. — Pomponius; *vix credibile post ea quae Bernhardius Schmidtius mus. Rh. XVI, 596 quaeque nos de re m. pgg. 26 et 93 disputavimus extitisse rursus, qui Pomponio Secundo, aequali Senecae, v. vindicarent sequentem. extitere Ribbeckius et Quicheratus. cum tragici aperte tumoris sit ille, aut Nonium Pomponii nomen pro Accii substituisse putabitur aut, quod aliquanto magis probabile, excidisse cum verbis Pomponii Accii nomen.* — **22** evolves $H_1$. — remque *M;* que (*praec.* meorum) *C;* iamque *B. Schmidtius.* — **23** discruciendos *G.* — **24** tollum *H.* — quo ei *L teste Rothio.* — inmittunt; *puto* inmittuntur. — Plaustus *prius H.* — Asin. *Ald.;* Aulularia *C; ac f. ipse N.*

nervós, catenas, cárcerem, numéllas, pedicas, bóias.

NVGIVENDOS Plautus dici voluit omnes eos, qui aliquid mulieribus vendant; nam omnia, quibus matronae utuntur, nugas volunt appellari. Plautus in Aulularia:

ubi núgivendis rés solutast ómnibus. ||

NIDVS, pro poculo. Varro Quinquatribus:

quam lýmpha melius é lacuna fóntium
adláta nido póculi permísceat.

NIDVLANTVR. Varro Hebdomadon primo: dies deinde illos, quibus alcyones hieme in aqua nidulantur, eos quoque septem esse dixit.

NESCIVM, pro incognito. Plautus [in] Rudente:

quae ín loceís nésciís nésciá spé sumús.

NOCTESCERE, caecari. Furius Poematis, etsi est auctoritatis incertae:

omnia noctescunt tenebris caliginis atrae.

NEPAM quidam cancrum putant ad illud Plauti:

retróvorsum . . . cedam; imitabór nepam.

et illud aliud:

aut cum nepa * * * est.

---

27 III, 5, 51 || 1 Varro Quinquatribus || 4 Varro Hebdomadon I (sed cf. comm.) || 7 I, 5, 17 || 9 Furius Poematis || 12 Plaut. Cas. II, 8, 7 || 14 f. Ennii; cf. comm.

---

**25** nervos $H_1$; nervus *rell.* — boias *om.* $L$; boiias $Hs_2$. — **26** *f.* Nug. dici volunt. — diei $L_1$, $H_1$. — noluit $H_1$. — qui *add.* $H_2$. — **28** volunt $M$; voluit *v.* — **29** nugigerulis *cdd. Pl.* — **1** pro oculo *Bamb.* — **2** limfa *Scal.*; lymfam (*seq.* m) $L$, $H$; nimfam $G$. — elancula $H_1$. — **3** allata *Scal.*; adlatā t̤am̤ $L$; allatum $H_1$; allatam $L_2$; $H_2$; $G$. — nido *Me*; nidos $C$. — poculi *Iun.*; potili $C$ *et ut puto ipse Nonius.* — nido poculi *videtur dictum pro* ventre p. — **4** *cf. Gell. N. Att. III, 10.* — Varro; *hic N., eadem, qua pg. 54 s. l.* recepticium, *levitate perditus Gelliana accepit pro Catonianis, Varroni tribuit quae sunt Gellii; ac similis error supra pg. 112 s. l.* flavisas *adnotatus.* — Hebdomadon primo *Bentin.*; pro hepdomadon prima $C$; *Bamb.*; *cf. Gell.* — **5** hieme naqua *Bamb.*; hiemana qua *Montepess.*; hieme in qua $G$; hieme anni in aqua *Gell.* — septem *id.*; lentem *cdd.* — *cet. cf. Hertz. comm. in l. Gellii.* — **7** *cf. Gell. IX, 12, 18 sqq.* — in *om.* $L_1$. — **8** *cf. Plaut.*; quae (que $L_1$) in loco si nescis (*tum ras. H*) nescias pessumus $C$; *etiam Gellii cdd.* nescias (necias $Z$) pessimus. — **9** *cf. Gell. XVIII, 11, 3 sq.* — auctoritatis incertae (incaeriae $L_1$); *cf. comm. in pg. 133 l.* lutescit. — **12** Plautus $L_1$. — **13** retroversum $L_1$, *Bamb.* — *potuere olim esse:* retrovorsum hinc iam concedam. — nepa *Bamb.* — recessim cedam ad parietem; imitabor nepam *melius cdd. Pl.* — **14** *respici putant docti hic Ennii illud (fabular. frgm. v. 75)* cum capra aut nepa aut exoritur lumen aliquod beluae. *et certe apparet quaedam hausta.* — aliut $L_1$; aliud *rell.* — **15. 16** nepas *Bamb.* — est. set $M$ (es. sed *Quicheratus*); esset $C$.

set dubium in utroque. nam vere nepa scorpius dicitur. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. V: serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornibus uti videmus boves, nepas aculeis, suam denique cuique naturam esse ad vivendum ducem.

NEX, pro neces. Sisenna Historiarum lib. IIII: quoniam neque mea nex neque intercessio posse videtur illorum dementem reprimere audaciam.

NENIA, ineptum et inconditum carmen, quod a conducta muliere, quae praefica diceretur, is, quibus propinqui non essent, mortuis exhiberetur. Varro de vita populi Romani lib. IIII: ibi a muliere, quae optuma voce esset, [perquam] laudari; dein neniam cantari solitam at tibias et fides.

## INCIPIT PER O LITTERAM.

OBSCAEVAVIT, quasi scaevum, malum omen || obstulit. Plautus in Asinaria:

métuo, cum illic óbscaevavit meaé falsae falláciae.

OPIMITAS, ab opimo. Plautus Asinaria:

máximas opímitates, gaúdio exfertíssimas.

---

17 V, 15, 42 || 21 Sisenna Hist. IV || 26 Varro de vita pop. Rom. IV || 1 II, 1, 18 || 4 II, 2, 16.

---

16 scorpus $L_1$. — 17 anguigulos *C* (angulos $H_1$; *in L supra alterum* g *adscriptum* c, *sed idem elutum*). — 18 nare, *quod exquisitius est, cdd. Cic.* — anaticulas *cdd. Cic.*; anaticulos *G*, *item H post ras.*; anatiticulos *prius H*; anauculos *L*. — evolare *cdd. Cic.* — videamus *C*. — 19 ad videndum $H_1$. — 21 pro neces *M*; *cf. comm. ad pg. 114 l.* frons. — pro necessi (*seq.* Sisenna) $L_1$; pro nece *rell.* — 22 nix $L_1$. — *puto* neque illorum intercessio p. v. d. r. aud. — 24 Neninia $H_1$. — neptum $L_1$. — a conducta muliere *M* (conducta *Guietus*); adducta mulier *cdd.* — 25 dicoretur $L_1$. — iis *C*; his *Bamb.* — 26 exiberetur *L*; exhiberetur $H_1$, *Bamb.*; exhiberet $H_2$, *G*. — Varro; *cf. 67* praeficae. — 27 optuma *Guil. Canterus*; *al.* (obtuma *Me*); obtutum a *L*, *H*; obtutama *ed. Bas.* — optuma voce; *h. e. inter mulieres mercede conductas ad plorandum.* — perquam (*quod corruptum ex* praefiqua — *et* praefica *recte* repositum *a Gronovio ad Liv. VII, 2, 10* —, *quae in mrg. glosa olim erat adscripta ad illud* muliere *ac petita ex pg. 67 l.* praeficae) *scl. M.* — neniam *cdd. pg. 67*; neneniam *L*, *H*; nemiam *G*. — solitu, *m. 2* solita *H teste Onions.* — 28 at *cdd. h. l.*, *ut 67.* — tibiis $H_1$. — vides *cdd. h. l.* — 1 Obscelavit $H_1$; *L (in hoc* l *puncto notatum et supra scr. litt.*; *sed utrumque eras.)*; Obscellavit *gl.*; Obscevavit *rell.* — scevum *cdd.* — Obscaevavit — scaevum *v.* — momen (*praec.* m) $H_1$. — obstulit *M*; abstulit *cdd.*; attulit *v.* — 3 metuo *Pl.*; etuo *C*. — quod *cdd. Pl.* — illio *L*. — obscelavit *L*, $H_1$; obscev. $H_2$, *G*. — 4 Optimitas (Obtimitas *gl.*) ab optimo *cdd. cum gl.*; *corr. Iun.* — *ita* optimus *pro* opimus; optimas *pro* opimas *pg. 119; 101 s. l.* glis; dividae. — 5 *v. hunc cum tribus qui secuntur ap. Plaut.*

idem Captivis:

máximas opímitates ópiparasque offért mihi.

OBBA, poculi genus, quod nunc ubba dicitur. Varro Est modus matulae, περὶ μέθης: dolia atque apothecas tricliniaris, melicas† Calenas obbas et Cumanos calices.

OPVLENTITAS, pro opulentia. Plautus in Milite glorioso:

quásique eius opuléntitatem révereearis.

Caecilius Plocio:

opuléntitate nóstra sibi *eam* iniúriam
factám.

ORBITVDINIS, pro orbitatis. Accius Amphitryone:

miserét lacrimarum, lúctuum, orbitúdinis.

Turpilius Thrasyleone:

hoc te óro, ut illius cónmiserescas míserulae orbitúdinis.

Pacuvius Doloreste:

vae, cum íllum videas sóllicitum orbitúdine?

OQVINISCERE est proprie inclinari. Pomponius Prostibulo:

ut núllum civem pédicavi pér dolum,
nisi ípsus orans últro qui oquinísceret.

---

6 IV, 1, 2 ‖ 8 Varro Est modus matulae ‖ 11 IV, 4, 35 ‖ 13 Caecilius Plocio ‖ 16 Accius Amphitryone ‖ 18 Turpilius Thrasyleone ‖ 20 Pacuvius Doloreste ‖ 22 Pomponius Prostibulo.

---

*citat Gell. VI, 17, 12.* — opimitates *Pl.; Gell.;* optimitas et *C.* — effertissimas *cdd. Gell.; et sic vel* effertissumas *Pl.* — **7** opimitates *Pl.;* optimitas *C.* — oppirasque, *m. 2* oppiparasque, *H.* — offert *C;* offers *Plaut.* — **8** Oobua $L_1$. — paculi $L_1$. — Obpa, poculum *gl.* — nunc ubba; quidam existimant id dici obbam quod nos nunc cuppam dicimus *mrg. H.* — Varro; *cf. 545* obba; *ib.* dolia; *ib.* calices. — περι μεθεc *C; om. cdd. 545.* — **9** apotecas $G_1$. — triclinearis *C;* tricliniares *cdd. ter 545.* — apothecas tricliniaris; *minores putat apothecas Oehlerus, ad triclinia appositas, comparatque Germanorum illud* Flaschenkoerbe. — **10** melicas *(quod fortasse ex seq. vocabulo labem traxit) nondum expeditum.* melicas obbas *dici existimat Oehlerus a* μέλη, *poculi genere, quod Anaxippus comicus memoret ap. Athenaeum XI, 486.* — *a Buechelero et Riesio, ut plerumque in locis difficilioribus, nihil adnotatum.* — calenas *bis, sed prius del. G.* — tumanus *H;* cumanus *L, G;* cumanos *cdd. 545 s. l.* obba; calices; decumanos *Palmerius.* — **11** Opulentitas; *ita supra* luculentitas. — **12** quasi quae — opulentitate *C.* — **13** plocio $H_1$; potio *rell.* — **14** eam *add. M.* — **15** factam *Me;* faciam *C.* — **16** orbitate *cdd.* — **18** Traseleone *L, H;* Thrasel. *ed. Bas.* — **19** theoro *L.* — ore *prius H.* — ilius *L.* — miserulae *Ribbeckius;* miserae (misere $L_1$, *H*) *C.* — **20** Duloreste $H_2$, *G.* — **21** vae *M;* vel *v.; id. vit. pg. 139 s. l.* mertaret *in v. Accii.* — cum ultim *L.* — **22** *cf. 84 l.* conquiniscere; *quod quidem ex hoc loco interpolatum.* — Oquiniscere, *non* Ocquin., *ubique cdd.* — inclinare *cdd.; sed gl.:* Oquinescere seu inclinari. — *puto* Oquiniscere pro inclinari; *cf. 120 l.* hiscere, *cuius tamen non prorsus eadem ratio.* — **23** at *Bothius.* — **24** ipsius *G.* — q; $H_1$.

idem Pistore:

> nísi nunc aliquis súbito . . óbviam occurrít mihi,
> qui óquiniscat, quó conpingam términum in tutúm locum.

OBLITTERARE est obscurefacere et in oblivionem ducere. Accius Agamemnonidis:

> ínimicitias Pélopidum
> extínctas iam atque oblítteratas mémoria
> renováre.

OFFENDO, offenso. Afranius Vopisco:

> quaéque nunc offéndo, semper prócul *a* vostreis sínt mala. ||

OLAT, pro oleat. Afranius Fratriis:

> nón potest quin ílla stacta lóngeque et multís olat.

Pomponius Aleonibus:

> áleo *non* lúdam sane, *né* meae male olánt manus.

OBSORDVIT, obsolevit. Caecilius Hypobolimaeo, Rastraria:

> obsórduit iam haec ín mea erumna míseria.

OBSTRIGILLARE, obstare. Ennius Satyrarum lib. II:

---

25 Pomponius Pistore || 29 Accius Agamemnonidis || 33 Afranius Vopisco || 1 Afranius Fratriis || 3 Pomponius Aleonibus || 5 Caecilius Hypobolimaeo, Rastraria || 7 Ennius Sat. l. II.

---

27 quo *pro* ut. — term. *obscene dict.* — in tutum in totum *L*, $H_1$. — 28 Obliterare *gl.* — obscurare facere *Bamb.*; $H_1$; *Rothio testante L* (*ut Zangem. refert* obcurefacere *habet* $L_1$, *id. 2* obsc.). — *f.* adducere. — 29 Agamennonuidis (*vel* -iudis) $L_1$; Agamemnonuidis (*vel* -iudis) *id.* *2.* — 30 Pelopidum *Vossius;* Pelopidarum *C.* — 31 *ita plane* $H_1$; *Iun.*; extincta tam obl. $H_2$, *L*, *G.* — 33 *om. h. l. gl.*; *in quo seq.* Octingentum, octingenta, *quod leg. pg. 149 s. l.* pondo. — offenso *M;* offensio *v.* — Vobisco *prius L.* — 34 quaeque *e. q. s.; ita M* (quaeque — procul a *iam Ribbeckius;* semper *Bothius*); quoque nunc offendo saepe (sepae *L*) procul nostra sint (sit *L*, *G*) mala. — *vix crediderim illud* quaeque *causam praebuisse Nonio vel auctori eius, cur illud* offendo *pro substantivo haberet.* — 1 Afran.; *cf. Prisc. pg. 838.* — fratris *C pr.* $L_1$. — 2 qui in $H_1$. — illas tacta $H_1$; *L*; illa tacta $H_2$, *G.* — illa est acta (*vel* illa acta) *cdd. Prisc.* — solat *L.* — longeque et cunctis olat (olit *quid. libri*) *male Prisc.* — *agitur de puero delicato vel femina, quae unguenti quo utatur pretiosissimi odore dicitur multorum ad se conversura oculos. nam dativus est* multis. — 3 P. in lenonibus *Vrbin. 307.* — 4 non *add. Bothius; item* ne. — sanae *L.* — oleant *cdd.* — *apparet* aleae *et* alei *i. e.* allii *verborum ludi similitudine.* — *de eo quod est* aleum *cf. Ritschel. in Mostell. 48.* — 5 Obsurduit *male Bamb.* — Obsorduit, sordidate est (*i. e.* sordida facta est) *gl.* — obsolebit $L_1$. — hybovoli (*post* 1 *ras. in H*) ristraria *C.* — 6 in mea *Fleckeisenus;* in me *cdd.* — herumna *L*, $H_1$; aerumna *ed. Basil.* — *dicit, qui verba facit, tam frequentia in se ingruere mala ut quod nuperrime evenerit, iam sit antiquatum sibi et loco contempto.* — 7 Obstrigillare $L_1$; Obstringillare *rell. cum gl.* — *illud* obstrigilare *unice probandum videtur Kettnero lib. de Varrone et glosariis latin. pg. 21 sq.; qui a strĭgĭli repetit; alios tamen*

réstitant, occúrsant, obstant, óbstringillant, óbagitant.

Varro Manio: lex neque innocenti propter simultatem obstringillat neque nocenti propter amicitiam ignoscit. — idem de re rustica lib. I: *tu*, inquid, invides tanto scriptori *et* obstrigilandi causa *figlinas reprehendis*, [ut] cum praeclara quaedam, ne laudes, *praetermittas*. — idem de vita populi Romani lib. IIII: quod Curio dicebat amicis, ut illi renuntiaretur se, cum id fecisset, obstringillaturum, ne triumphus decerneretur aut ne iterum fieret consul.

OBVARARE, pervertere, depravare: dictum a varis. Ennius Achille:

nam cónsilieis *Danai* óbvarant,
quibu' iám concediti' córde.

OBSECVNDANTER, obsequenter. Nigidius de dis lib. I: cum autem id quid sit quaerimus, obsecundanter naturae vivere.

OCVLITVS, ut animitus, medullitus. Plautus Cornicula:

amánt ancillam meám Phedullium óculitus.

OSSICVLATIM, ut [si] minutatim. Caecilius Fallacia:

óssiculatim Pármenonem dé via liceát legant.

---

9 Varro Manio ‖ 10 I, 2, 24 ‖ 13 Varro de vita pop. Rom. IV ‖ 16 Ennius Achille ‖ 20 Nigidius de dis I ‖ 22 Plautus Cornicula ‖ 24 Caecilius Fallacia.

---

*a* stringendo *repetisse ut a* conscribendo conscribillare *v. Ennii, qui sequitur, ostendit.* — **8** occursant *M;* occurrunt *v.* — obagitant *Bentin.:* ovagitant *C; cf. comment. in Enn. pg. 208.* — **9** obstringillant $H_1$; obstringillat, *sed eras. punct. L.* — **10** nocent pr. amititiam noscit *L.* — de re rustica lib. I *Ald.;* de re publica lib. V *C.* — *similis error pg. 148 s. l.* olivitatem. — **11. 12. 13** *emendarunt docti ex Varrone. nec tamen sat constat, num plane eadem dederit Non.* — *C:* qui quod invidis tanto scriptori obstrigilandi *(ita L,* $H_1$; *ed. princ. Varr., item, ut vid., lib. Politiani;* obstringillandi $H_2$, *G;* obstrigillandi (obstrigillando) *rell. Varr. libri)* causa, ut cum praeclara quaedam quae laudes. — **14** cum id fecisset *in cdd. post* Curio *positum; traiecit M.* — **15** triumfus $L_1$. — decernar., *m. 2* decernaer. *H.* — *puto* ac. — *de Caesare agitur; cf. Vellei. II, 48, 4.* — **16** Obvarrare *L, gl.* — pervetere $L_1$. — **18. 19** *ita M;* n. consilius (consiliis *v.*) obvarant (obvarrant $L_2$) quibus tam concedit hic ordo *C.* — *cf. comm. ad fab. Enn. 96. 97.* — *pro* corde *nescio an melius reponatur* cordei; *nam et alibi* ei *corrupta in* o. — **20** Obsecundantur *G.* — diis *C.* — cum *e. q. s.; cf. Horat.:* vivere naturae si convenienter oportet. — **21** vivere *Rutgersius;* viverent *C.* — **22. 23** Cornicula: amant *Ritschelius Parerg. 155* (Cornicularia *Iun.*); *non tamen satis potest definiri, utrum sic sit scribendum an* Cornicula: qui (*vel* quia) amant. — Phedullium (fedulium *C*) *ab eo quod est Φειδύλλα, ut* edyllium *pro εἰδύλλιον.* — *elegantiores erunt numeri tales:* amant meam ancillam oculitus Phedullium. — **24** si *utrum ex sequente syllaba originem traxerit an potius legendum sit* singulatim (*vel* singillatim), minut., *non constat.* — Caecilius; *cf. 332* legere, rursum colligere.

147. 148 M.

OFFICERE, obesse. M. Tullius de officiis lib. III: demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis. ||

OLIVITATEM, fructus oleae. Varro Inglorio, *περὶ φθόνου*:

tum dénique, omnis cúm lucerna cónbustast
in lúcubrando olívitasque cónsumptast.

idem de re rustica lib. I: non modo integra eximi, sed etiam maiora quam in arbore umquam pependerint. de olivitate. oleas esui optime condi scribit Cato.

OCCEPSO, coepero. Plautus in Amphitryone:

ní ego illi puteó, si occepso, ánimam omnem intertráxero.

OSA SVM, pro odi. Plautus in Amphitryone:

inimícos semper ósa sum optuérier.

ORBITVM, ductum per orbem. Varro *Γνῶθι σεαυτόν*:

ut sidéra caeli,
dió circum terram ádque axem
quae vólvuntur motu órbito.

OPVLISCERE, ab opulento, dictum decore. Furius Poematis:

quo magis in patriis possint opulescere campis.

OCCVLE, occulta. Cicero de oratore lib. II: interiuncta argumentorum plerumque occulas, nequis ea numerare possit. — Vergilius Georgicorum lib. II:

---

26 III, 16, 66 || 1 Varro Inglorio || 4 I, 59, 3 || 7 II, 2, 41 || 9 III, 2, 19 || 11 Varro *Γνῶθι σεαυτόν* || 15 Furius Poematis || 17 II, 41, 177 || 19 II, 346.

---

**26** lib. IIII *C;* lib. III *cdd. 346 s. l.* moliri. — **1** oleae *Quicheratus,* olei *cdd.;* Olivitatem (Oll. *gl.*), oleae nimietatem (nimitatem *gl.*) *gl.; mrg. H.* — Gloria, *περὶ φθόνου Iun.* (*ap. quem expressum* Gloriam, *sed v. Indic.*). — *cf. 325* ignoscite; inglorio peri oton $H_2$, $G_2$; per, *tum, eraso ut vid.* i, oton $H_1$; peritoton $G_1$; pertoton *L* (in glotto *cd. Iun.*). — **2** omnis, *si Riesio fides, G; Iun.;* omnes *H, L.* — lucernae *L, prius H.* — **3** in lucubrando *v.;* in lucubrandi *C.* — consumptast *scr. Varro, non, ut quibusdam placuit,* consumpta, *propter r. m.* — **4** de re publica *cdd.* — **5** maior *C.* — pependerint *Varro;* $G_2$ *testante ed. Bas.;* pependerit *H;* rependerit *L,* $G_1$. — **6** esut *L;* esuiut $H_1$. — **7** Occoepso *Bamb.* — Plautus; *cf. 233* anima, aqua; *410* trahere — levare. — **8** si semel occepso *ad tollendum hiatum Goetzius; puto:* ni ego illi puteo, sin occepso *e. q. s.; cf. comm. in Lucil. pg. 210.* — **11** ductum *Chiffletus; doctus quid. ap. Quicheratum;* dictum *v..* — Orbitum, ab orbe dictum *gl.; mrg. H.* — **12. 13. 14** *versus Hermannus el. d. m. pg. 388 notavit.* — dio *M;* divum *C; ita idem Varro "Ονος λύρας* motibus diis. — circum *Bentin.;* eacum *C.* — atque *C pr.* $L_1$. — motu $H_1$; motur *rell.* — **15** Opuliscere *cdd.; gl.* — ab opulente *Bamb.* — Furius; *cf. Gell. XVIII, 11, 4.* — **16** in patriis *Gell.;* in campis *C.* — opulescere $H_1$; *cdd. Gell.;* opuliscere *rell.* — **17** interpuncta *recte cdd. Cic.* — **18** oculas $H_1$. — Verg.; *cf. 365* premere, deponere.

quod superest, quaecumque premes virgulta per agros,
sparge fimo pingui et multa memor occule terra.

OPINABILEM. Cicero Academicorum lib. I: itaque hanc omnem artem rerum opinabilem appellabant.

## INCIPIT PER P LITTERAM.

PAENVLARIVM, quasi theca et vagina paenulae. Novius Fullonia:

. . . . . . non multo póst sonam acceptam ábscidit.
conséquitur paenulárium, || cilotrum† petit.

PLEBITATEM, ignobilitatem. Cato pro L. Turio: propter tenuitatem et plebitatem. — Hemina in Annalibus: quicumque propter plebitatem agro publico eiecti sunt.

PETVLVM, tenue et exile. Lucilius lib. XXII:

insignis varis cruribus et petilis.

---

22 I, 8, 31 || 25 Novius Fullonia || 2 Cato pro L. Turio || 3 Hemina Annal. || 5 Luc. l. XXII.

---

20 praem. *L, H.* — 21 fumo *G.* — 22 Opinabile *cdd., non gl.* — hoc $L_1$. — 23 partem *recte cdd. Cic.* — opinabile *Orell.* — appellabat *C.* — 25 *om. h. l. gl.* — Poenularium *C* (Pen. $L_1$); Paen. *Bamb.* — penulae *ed. a. 1480;* pendulae *cdd.* — Fullonia *(qualis et Titinii fertur) M;* fullonico *ed. a. 1476; Vrbin. 307;* filonico *C, Bamb.;* Philonico *Iun.* — *dubitandum autem non videtur, quin aut hoc fragmentum pariter atque ea, quae pg. 221; 81; 233, s. l.* pastillus; comest; anima, Fullonibus *sive* Fullonibus feriatis *tribuit Non., omnia ad eandem pertineant Atellanam, aut certe* Fullonia *eadem sit ac* Fullones. — 26 sonam (*pro* zonam) *M;* sonarum *C.* — acceptam abscidit *M* (abscidit *iam Munkius*); abscidit *M;* accepit absedet *C.* — 1 consequifur $L_1$. — poenularium *C;* pen. *Bamb.* — paenularius, *qui paenulas vendit.* — cilotrum *cdd.;* psilothrum *ed. a. 1476; quod huic l. non convenit. mirum quod illud adseritur glosa marginali cd. H, quam talem extare refert Onionsius:* psilotrum est confectio quaedam ex calce et auripigmento, qui pili adimuntur. — *f.* chirodytum petit; *cf. Lucil. II, 17.* — *neque est improbabile haec in fini olim versus fuisse collocata et post* paenularium *aliquid haustum.* — 2 Plebitatem *Bamb.; Iun.;* Plevitatem *C;* Plebitatem a plebe *gl.* — pro L. Turio *Maiansius, Popma;* in L. Veturium *Meyerus; idem pessime* C. Cotta pro Veturio *quam memorat orationem Charis. pg. 195; v. quae de oratoribus a Non. citatis dicta sunt cap. II; conferenda etiam quae notavimus ad pg. 137 l.* musimones. — 3 plebitatem *Iun.;* plevitatem *C (ita et v. 4).* — Hemina; *plerumque* Cassius Hem. audit *ap. Non. et alios, qui eum memorant.* — in annalibus *v.;* in annos *C.* — *sane modo* historias, *modo* annales C. H. *citat N.; videndum tamen an h. l.* ina *ex praecedente vocab. repetitum scribendumque sit* Hemina: hos quicumque. — 5 Petilum *C, Bamb.;* Petulum *gl.* — *recte dicit secundam corripi in hoc vocab. Meursius Exercit. crit. II, 108; qui refert ad πέταλον.* — lib. XXII *M;* lib. XII *v.* — 6 varis cruribus *Bentin.;* variis crucibus *C.* — ex $G_1$. — petilis *cdd.; a Lucilio nimirum et seq. v. auctore venit* petulis — petulust.

149 M.

Plautus Plocio:

namqué coloratum fróntem habet, petilúst, habrus.

[petilis tenuis dicit; habris mollis dici.]

PACES plurali numero nove positum. Varro de vita populi Romani lib. III: animadvertendum primum, quibus de causis et quemadmodum constituerint paces; secundum, qua fide et iustitia eas coluerint.

PONDO MILLE OCTINGENTVM nove Varro de vita populi Romani lib. IIII: itaque rettulit auri pondo mille octingentum septuaginta quinque * * * Graeci enim heron† a mole dixerunt.

PANVS, tramae involucrum, quam diminutive paniclam vocamus. Lucilius lib. VIIII:

foris substemini' panus.

est tumor quoque inguinum, ex formae similitudine sic vocatus. Afranius Materteris:

ínguen plane pápulam, panum, týmpanum.

Novius Optione:

qui mé nimirum míseriorem réddidit
quam pánus puerum;

---

7 Plautus Plocio ‖ 10 Varro de vita pop. Rom. III ‖ 14 Varro de vita pop. Rom. IV ‖ 16 cf. comment. ‖ 18 Luc. l. VIIII ‖ 21 Afranius Materteris ‖ 23 Novius Optione.

---

**7. 8** Plautus; *cf. 204* frontem. — Plocio *Iun.;* namque *Bothius;* plocinonam $H_1$; plocinona *L;* plocino nam $H_2$, *G; at 204 C* nam, *om.* Plocio. — *cum de Caecilii tantum Plocio constet, non de Plauti, initium versus in illo* Plocino *latere suspicatur Ritschelius Parerg. pg. 171; mihi vel errorem Nonii subesse vel extitisse aliquando Plauti Plocium, quod Caec. f. retractarit, videtur probabilius. vix credo illud* plocino *ortum ex* plautus nam. — coloratilem *cdd. 204.* — habeat $H_1$. — petilust (petilus *Scal.*) *Ritschelius pg. 172, a quo relicua parum bene gesta;* petilis *C;* petulis *cdd. 204.* — habrus *Scal.;* habis (*statim* habris) *cdd. hic; om. 204;* petilis labris *male Iun.* — **9** *haec, in quibus bis* dicitur *scribendum, ab interpolatore addita intellexit Iun.* — **10** *cf. Hor.* bella quis et paces longum diffundit in aevum? — Parces *Bamb.* — **12** pacis *C pr.* $H_1$. — quam fidem et iustitiam *prius H.* — **14** *cf. 163* pondo. — **15** lib. III $H_1$. — rettullit *L;* retulit *H.* — auri *v.;* auro *C.* — **16** *post* quinque *verba ex libris antiquit. vel de ling. lat. petita videntur intercidisse.* — hieronimole $H_1$; heron a mole *rell.;* λίτραν a mole *G. Canterus nov. lect. V, 22.* — **17** tranae $H_1$. — quem $L_2$. — paniculae *Charis. 81;* panuclam *C;* panulam *ed. a. 1476;* Panus, panucula (panucla *H*) *gl., mrg. H.* — **18** Luc.; *cf. Prisc. 618; Char. 81; Luc. IX, 17.* — *versus est Luc.:* intu' (*f.* indu) modo stet rectu' foris subtemini' panus. — **19** substeminus *L,* subteminus $H_1$; subteminis *G,* $H_2$. — pannis $G_1$; *id. 2* pannus. — **20** vocatus *M;* vocatur *v.* — **21** Materteris *Passerat.;* Matertera *C.* — **22** inguen *Passerat.;* plane *M;* in quem (inquam $H_1$) plenam *C; cf. Lucil. frg. inc. XIV.* — *audacius erit scribi:* inguen papularum plenum (plenum *iam Passerat.*), panum, tympanum. — **24** nimirum *M;* miserum *v.*

quod pueri egrius patiantur hoc genus morbi.

PENICVLAMENTVM a veteribus pars vestis dicitur. Ennius Annalium lib. XII:

splendent peniculamenta unum ad quodque pedule.

Lucilius lib. XVIIII:

peniculamento vero reprehendere || noli.

Caecilius Feneratore:

vólat exsanguis, símul anhelat, péniculamentum et†
pallio datur.†

PRAEGNAVITER, strenue, fortiter et constanter. Plautus Persa:

'égo scio hercle utrúmque belle.' — 'age, índica praegnáviter.'

Ennius Annalium lib. VI:

divi, hoc audite parumper,
ut pro Romano populo praegnaviter armis
certando prudens animam de corpore mitto.

PERPEROS, indoctos, stultos, rudis, [et] insulsos, mendosos. Accius Pragmaticis:

describere ín theatro pérperos
pópularis.

idem eodem:

ídeo plectuntúr poetae quám suo vitio saépius
*aút* ductabilitáte nimia véstra aut perperitúdine.

---

27 Ennius Ann. l. XII || 30 Luc. l. XVIIII || 2 Caecilius Feneratore || 5 IV, 4, 39 || 7 Ennius Ann. l. VI || 12 Accius Pragmaticis || 15 Accius Pragmaticis.

---

26 aegrius $H_2$, *G.* — 27 Penniculamentum *Bamb.; et ita m. 1 vel 2 corr. in L.* — 27. 28. 29 Annalium lib. XII: splendent *M;* lib. XI (XII *ante ras. H; etiam in L ras. post XI;* XXI *ed. a. 1476; Parisin. 7577*) annalis pendent *C.* — unum ad quodque pedule *Scal.;* unum ad quemque pedum *C.* — 30 Luc.; *cf. comm. in Luc. v. qui legitur pg. 55 s. l.* infantes. — 1 peniculamento vero *Ian. Dousa;* penulamento vere *C.* — repraehendere *L, H.* — nobi *prius G.* — 3. 4 exsanguis *Bothius;* sanguis *C.* — penulamentum $H_1$. — et pallio datur *C;* tenet | palliolatim, *i. e.* pallioli instar succinctum, *non inscite Ribbeckius.* — 5. 6 *cf. 154* praegnaviter. — Praegnaviter *Acidal.;* Prognariter *cdd. l. utroque.* — Plautus; *cf. 154 l. m.* — Persa: ego *(sic Pl.);* persecor *C.* — haercle *L;* herclae *H.* — utrum *C.* — belle (bella, *m. 2* bellae *H*) *C;* belle *et Ambros. ap. Pl.; at recte in Palat.* velle. — age; ate *C h. l.* (te $H_1$). — indica *Pl.;* $H_2$, *G;* indie ac (c *supra add. m. 2 L*) $H_1$, *L.* — prognariter *C; etiam Plauti cdd.; item glosarium Plaut.* — 8 divi *Iun.;* diu *C.* — 9 prognariter *C.* — 10 prodens $G_1$. — anima *C.* — 11 rudes $H_1$*; non Bamb.* — insulsos *Bamb.;* $L_1$*;* et ins. *rell.* — mendosos *M;* mendaces *v.* — 12 Pregmaticis $H_1$*;* Praegm. *L.* — *cet. cf. ed. Luc. pg. 321.* — 13 discribere *L, H.* — teatro *C.* — 14 papularis *H.* — 16 ideo *Iun.;* et eo *v.* — poaete, *m. 2* poete *H.* — 17 aut *add. Hermannus; om. C.* — ducibilitate *mrg. H, G.* — peritudine $H_1$.

150 M.

PRAECOX et PRAECOCA, quod est inmatura. Ennius Annalium lib. VIII:

praecoca pugnast.

Lucilius lib. XXVIII:

amícula aspera átque *praecox.*

*Varro Synephebo, περὶ ἐμμονῆς: ea* praecox est fuga.
Novius:

. huíc puellae praécoquis libído inest . . .

POPVLATIM, per populos. Pomponius Macco:

huiús poema plácuit populatim ómnibus.

PRAEDATORES, [nocturni] praedones. Naevius Agrypnuntibus:

nam in scénam vos noctúrnos coepit praédatores tóllere.

POPVLARIA, ut nugalia vel puerilia. Laberius late loquentibus:

et dum populária
agimús per ludum.

POSSESTRIX, a possidendo. Afranius Liberto:

éius monilis póssestricem.

---

19 Ennius Ann. l. VIII ‖ 21 Luc. l. III ‖ 23 Varro Synephebo ‖ 24 Novius ‖ 26 Pomponius Macco ‖ 28 Naevius Agrypnuntibus I ‖ 30 Laberius Late loquentibus ‖ 33 Afranius Liberto ‖ 35. 36 cf. comm.

---

18 *cf. 156* praecox. — inmaturae *prius H.* — Annalium *Quicheratus;* Annali (Annal $L_1$) *C.* — **20** praecoca *M;* praecox *v.* — **21** XXVIII *M;* III *C;* VIII *Iun.* — **22** amicula *v. c. Dousae; ed. a. 1476;* anicula (annicula $H_1$*;* aniculu *prius G*). — aspera *videtur hic idem esse quod* cruda, immitis; *cf. Hor. c. III, 11, 11 sq.; II, 5, 10.* — **23** Varro Synephebo, περὶ ἐμμονῆς: ea praecox est fuga. — *excidisse hic locum Varronis, qui legitur pg. 156 s. l.* praecox *vidit Palmerius; ego ultima eius verba reponere satis habui, unum versiculum aberrando ad idem vocabulum in archet. Noniano haustum ratus.* — **25** *haec iubente r. m. septenarii vel octonarii iambici partem efficere volui.* — poellae $L_1$. — libido *v.;* livido *C.* — **26. 27** *cf. 154* populatim. — Maccis (*i. e.* Maccis geminis, *ut coniecit scribendum Iunius, Bothius;* huius *M* (cuius *Buechelerus*); magnius *C.* — Pomponius: magnus poeta *v. ante Iun.;* Pomponius: Maccis (*immo* Macciu') poeta, *ut de Plauto dictum sit, Bergkius.* — **28. 29** Praedatores *M;* Praemiatores *v.* — nocturni *secl. M.* — Praemiatores, praedonis *gl.* — amnagremnuntius *C.* — in scenam *M;* in scena *v.* — praedatores *M;* praemiatores *v.* — in scenam tollere *idem, quod:* in publicum efferre. — **30** Popularia *Gesnerus s. v.* Popularia; Populacia *v.;* Populatia (populacia $Ho_1$) *C, Bamb.* — aut nug. $H_1$. — vel puerilia *add.* $L_2$. — Populi vastantes nugalia *gl.; videtur latere aliquid.* — liberius *Bamb.;* $L_1$. — Latine loquentibus *Ritschelius Parerg. pg. 143; at cf. glos. Labbaei* latiloquens, πλατυλόγος. *vid. legendum* Late loquente, *quae inscriptio invenitur pg. 220 s. v.* pluvia, *et ipsa Laberii verba incohanda a* dum. — **31** et $H_1$*;* e *rell.* — popularia *Gesnerus;* populacia *v.;* puerilia *cdd.* — **33. 34** Possestria *L, Bamb., gl.* — a possedendo *gl.* — Liberto *Me;* aliberto *C.* — eius *Scal.;* tui *Me;* tius *C* (aliber totus *libri Merceri*).

ita tonstrix, ita inpulstrix, ita curstrix, ita plaustrix, ita adsestrix.

PERPETVASSINT, perpetuum, aeternum *fecerint.* Ennius Annalium lib. VIIII:

libertatemque ut perpetuassint,
quaeque axim.

PRAECISVM et OMASVM, partes carnis et || viscerum. Naevius Nervularia:

. praecisum, omásum, pernam, cállum, gliris, glándia.

Lucilius lib. XX:

illi praeceiso atque epulis capiuntur opimis.

PISCVLENTVM positum piscosum, ut pulverulentum. Cato Originum lib. V: [origine] fluvium Naronem magnum, pulchrum, pisculentum. — et lib. VII: fluvius Hiberus oritur ex Cantabris, magnus atque pulcher, pisculentus.

PASCEOLVS, ex aluta sacculus. Plautus Rudente:

praeterea centum denaria philippea in pasceolo seorsum.†

Lucilius lib. XIII:

adde Syracusis sola pasceolumque et alutam.

Cato in Pansam: pueris in ludo stilos, pasceolos furare.

---

37 Ennius Ann. l. VIIII || 1 Naevius Nervularia || 4 Luc. l. XX || 6 Cato Orig. V || 8 Cato Orig. VII || 10 V, 2, 27 || 12 Luc. l. XIII || 14 Cato in Pansam.

---

**35. 36** *quae secuntur etiam ex comoediis videri petita olim monuimus.* — tontrix $L_1$, *prius H.* — impulsatrix (inp. $L_1$) *L*, $H_2$*;* impultrix $H_1$. — curstrix *M;* curatrix (curitrix $L_1$) *C.* — plaustrix *v.;* plautrix (*eras.* s *supra* t *in H*) *C.* — adsextrix *L.* — **37. 38** Perpetuassint *Bentin.;* Perpetuassent *gl.;* Perpetuitas sit *C.* — p., aet. fecerint *M;* perpetua, aeterna *cdd.;* perpetuum fecissent *gl.* — Annalium *Quicheratus;* Annali (Annal $L_1$) *C.* — **39** perpetuitas sint *C* (perpetiassint $L_1$). — **40** quaeque axim *M;* que maxime (maximae *L*) *C; cf. comm. in Enn. Annal. v. 334. sed f. illud* que *ex v. 39 repetitum scribendumque in seq.:* partes carnis et maxime visc. — **1** Ennius *cd. Iun.* — Nervularia *Ritschelius Parerg. 97;* herularia *L, H;* erularia *G.* — *fuit et Plauti Nervularia.* — **3** callum, glires *Bentin.;* gallus, glifis (clifis *L*) *C.* — glandia *ed. a. 1476;* grandia *C.* — **5** praecioso $L_1$, *H*, $G_1$*;* praeeciso $L_2$*;* praetioso *corr. in G.* — **7** origine *secl.* $Me_1$. — paronem magnom $G_1$. — **8** fluvius Hiberus oritur *Flor.;* $H_1$*;* fluvium Hiberum is or. *rell.* — Cantabris *Iun.;* Catinatis *C, Flor.* (Cacinatis $G_1$). — **9** magnis $H_1$. — **10** Pacceolus muta cius sacculus *gl.* — Pasceolus; *cf. comm. Lucil. in XIII, 10.* — **11** *ita C exc. quod* philyppea *H;* pr. centum mna philippia in pasceolo sorsus *Palatini; unde Reizius bene* praeterea centum Philippeae minae in pasceolo seorsus, *exc. quod* Pilipeae *pronuntiandum et* sorsus. — **13** Seracusis $L_1$. — pasceolumque et alutam (alutam *iam ed. a. 1476*) *I. Dousa;* pasceolum alutamen *C* (alutameni $H_1$). — **14** in pensam $G_1$. — ludo stilos *Rothius;* ludos tellos *C; quodsi recte habet lectio recepta,* furare *videtur* positum pro furari. — pueri in ludo solent pasc. furari *Bentin.*

PIEM, colam, custodiam. Plautus Asinaria:

úbi piem pietátem, si istoc móre moratám tibi
póstulem placére, mater, míhi quo pacto praécipis?

PORTISCVLVS proprie est hortator remigum, id est, qui eam perticam tenet, quae portisculus dicitur, qua et cursum et hortamenta moderatur. Plautus Asinaria:

ét meam partém loquendi ét tuam tradó tibi:
ád loquendum atque ád tacendum túte habes portísculum.

Ennius Annalium lib. VII:

tosamque tenentes
parerent, observarent, portisculu' signum
cum dare coepisset.

Laberius Hetaera:

néc palmarum púlsus nec portísculi.

PERPLEXABILE, figuratum; quod aliud audiatur, aliud sentiatur. Plautus Asinaria:

nec úllum verbum fáciat perpléxabile.

PRAESEGMINA proprie Plautus in Aulularia ea dici voluit quae unguibus eminulis praesecantur: ||

quin ípsi pridem tónsor ungues démserat;
collégit, omnia ábstulit praeségmina.

---

15 III, 1, 3 || 20 III, 1, 14 || 23 Ennius Ann. l. VII || 27 Laberius Hetaera || 30 IV, 1, 47 || 32 II, 4, 33.

---

15 Piem *v.;* Pien *cdd.* — Plautus; *cf. 375* postulare. — 16 ubi; qui *Goetzius.* — piem $L_1$; pientolam *id. m. 2;* $H_1$; piencolam $H_2$, *G.* — isto *cdd. Pl.* — 17 psecipis (*m. 2* precipis) *L.* — 18 Postisculus *Bamb.;* Posticulus *Lugd.;* Pertisculus *cd. N. Fabri; cf. Goetz. ad Pl. Asin. III, 1, 15.* — id est *Bamb.;* idem *C.* — que *Bamb.* — eam *v. d. ap. Quicheratum;* eandem (eadem $L_1$) *cdd.* — 19 particam $L_1$. — tene $L_1$. — qua et cursum *Quicheratus;* qua (quae *L;* que $H_1$) excursum *edd.* — hortamenta *ed. a 1476;* exhortamenta (exort. *L, Bamb.*) *cdd.* — 21 loquendi; *ita et Pl. cdd.;* loquendi ego (*seq.* et), *quo hiatus vitetur, probabiliter Reizius.* — tum tardo *C.* — 22 *cf. Isid. XIX, 2, 13.* — ad iacendum *C.* — tute *cdd. Pl.; Isid.;* tu ut *C.* — habes; *ita et Isidorus; f.* habe; habeas *cdd. Pl., minus bene propter r. m.;* tu ut habeas *Me.* — 23 lib. (libro) VIII Annalium (VII *Merula*) *cdd.* — 24 tonsamque *Carrio;* tusante *C; ita ap. Lucil. p. 401 scriptum* subigam ante *pro* subigamque. — 27 Hetaera *Carrio Em. I, 2 ex sanctioribus quos vocat libris;* Cythera *C; cf. comm. in 108* ebrulare. — 28 porticuli $L_1$. — 29 Perpexabile *cdd.;* Perpexabile, perploxum *(sic) gl.;* perplexabile, perplexum *mrg. Ho.* — 31 perpexabile *C.* — 32 Plaut.; *cf. 273* colligere. — volunt *Bamb.* — *f.* pr. ea d. volunt quae — praesecantur. Pl. in Aul. — 1 quin *cdd. Pl. et Non.;* quin quom *verissime O. Seyffertus Philolog. XXV, 442.* — ipse *cdd. Non. l. utroque.* — quidem *cdd. h. l.* — *item* ungues deserat; unguis dempserat *273; Plaut.*

PIPVLO, pro convitio. Plautus Aulularia:

ita me bene amet Laverna! te iam, nisi reddi
mihi vasa iubes, pipulo [te] hic differam ante aedis.

PICOS veteres esse voluerunt quos Graeci grypas appellant. Plautus Aulularia:

picí divitiis, qui aúreos montés colunt,
eos sólus supero.

PERCELLERE, evertere, percutere. Varro Parmenone:

áli' tenéllam ábietém sólu' pércéllit.

PINSERE, tundere vel molere. Varro *Ταφῇ Μενίππου*: nec pistorem ullum nossent, nisi eum qui in pristino pinseret far. — idem de vita populi Romani lib. I: nec pistoris nomen erat, nisi eius qui ruri far pinsebat [nominati ab eo quod pisunt].

PORCAS. Varro *Ταφῇ Μενίππου*: non vides in publico ante tabernas, qua populus ambulat, meando proinde ut in arato porcas reddi?

PVTIDVM, putre. Varro *Ταφῇ Μενίππου*: inde putidas uvas acinis electis et comestis extendit in lectis quondam. — Cato Originum lib. V: set indu navis putidas atque sentinosas commeatum ponere solebant. — Caecilius Andrea†:

---

3 III, 2, 31 ‖ 7 IV, 8, 1 ‖ 10 Varro Parmenone ‖ 12 Varro *Ταφῇ Μενίππου* ‖ 14 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 16 Varro *Ταφῇ Μενίππου* ‖ 18 Varro *Ταφῇ Μενίππου* ‖ 19 Cato Origin. V ‖ 21 Caecilius Andrea (cf. comm.).

---

3 convitio *L*, $H_1$, *Bamb.*; convicio $H_2$, *G*. — Plaut.; *cf. 284* differre, dividere vel scindere; *Varro de l. lat. VII, 103.* — **4. 5** *cf. Spengel. de cant. Plaut. pg. 294 sqq.; Goetzius ad III, 2, 1; ib. 31 sq.* — mihi iubes vasa *prius H.* — pipulo te hic *cdd. h. l.; om.* te *cdd. Pl.*, hic *cdd. Non. 284, item Varro.* — populo *vel* populos hic *cdd. mel. Pl.* — **6** grypas *L, G, Bamb.;* grysppas *H* (gryppas *Hqo*); Picos, grypas (gripas *gl.*) *gl.*, *mrg. H.* — **8** picis, icis, pici, vites *cdd. Pl.;* picos *Angelius.* — divitis *C.* — quia *L.* — **9** ego *cdd. Pl.; idque verum duco, sed ita, ut Angelii recipiatur commentum.* — **10. 11** ali' tenellam *M;* alius teneram *v.* — **12** *cf. 163* pisare. — tafemenippa *H, G;* tafeminippa *L.* — **13** pistrino $H_2$; *cf. Ritschel. Opusc. II, 459 sqq.* — far *Schneiderus ad Varr. de re r. I, 69* (*seq.* idem); farinam *v.* — **14** ne *pro* nec $H_1$. — nisi eius qui *ed. a. 1480;* qui nisi eius *C.* — **15** ru far $H_1$; ruritar *L.* — nominati ab eo quod pinsunt *ed. a. 1480;* nominativa quod eo pinsunt *C* (nominata $H_2$; nomina tua *G;* pisunt $L_1$); *verba expunxit Quicheratus.* — **16. 17** *cf. 61* porcae. — Porcas; *nullum l. in L, H (de G siletur); om. Bamb., gl.* — Varro — reddit *om. G.* — tafeminippo *L, H.* — in publico *Gerlachius;* ante *Vahlenus;* in publica nocte te *C.* — ambulat, meando *M;* ambulando *v.* — perinde *G;* proinde *L; item H Oniensio ac Riesio testantibus; nihil notavit Sieversius.* — reddi *M,* reddit *v.* — **18** *cf. 161* putidum. — Put. putre *om. G; cf. lemma superius.* — tafe (tofe $L_1$, *G*) minippu (Menippu *ed. Bas.*) *C.* — **19** excendit $L_1$. — **20** lib. V *M;* lib. II *v.; nam haec ex historia belli Punici secundi petita, cuius partem quinto Or. libro narratam constat; cf. Liv. XXV, 3 sq.* — s. indu n. *M;* si inde ignavis *C;* si indu naves *Scal.* — potidas $L_1$. — sentinotas *L*, $Flor._1$. — **21** ponere *Lips.;* onere (commeatu

condúcit navem pútridam.

Afranius Augure:

vísus est falláci aspectu páries pictus pútidus.

PAENITVDINE. Pacuvius Teucro:

quae désiderio alúmnum, paenitúdine
squalés scabresque incúlta vastitúdine.

PRAEBITIO, a praebendo, id est exhibendo. Varro Eumenidibus: quod ea die mea erat praebitio, || in ianua CAVE CANEM inscribi iubeo.

PVEROS, pro servis. Varro Eumenidibus: vix vulgus confluit non Furiarum, sed puerorum atque ancillarum.

PAXILLVS, diminutivum, a palo. Varro Eumenidibus:

ubí dicatur prímus
Zenón novam haeresím novo paxíllo suspendísse.

idem Bimarco: ut novum cribrum novo paxillo pendeat.

PROXVMI *DIE*, id est proxumo. Cato contra Furium [die proxumi]

---

23 Afranius Augure || 25 Pacuvius Teucro || 28 Varro Eumenidibus || 3 Varro Eumenidibus || 5 Varro Eumenidibus || 8 Varro Bimarco || 9 Cato contra Furium; cf. comm.

---

monere) *cdd.* — solebant *M;* volebant *C.* — Andrea; Andria *v.; cf. Ritschel. Parerg. 133; f.* Aethrione, *pro quo 536* s. l. prosumia *C habet* Anthrione *vel* Antrione; Androgyno *Ribbeckius, a quo tamen* Andria *defenditur.* — **22** *illud* putridam *servandum; nam quod vulgo existimant* putre *et quae inde descendunt, si odorem significent, longa, sin mollitiam, brevi esse priore, quam et nos in indice Summarii orthogr. et prosod. latinae secuti sumus opinionem, id mihi iam non probari, ac potius* u *in omnibus vocabulis istis ambiguum ac duplicem notionem, ut in* tabis *verbo, ex principali quae est 'madore corruptum' ortam in libro de v. Saturn. pg. 115 expositum.* — **23. 24** Augure: visus est *M* (Augure *et* est *iam Ribbeckius*); augurius et *C.* — partes pictus *L.* — putidis $H_1$. — **25** Poenitudine *Quicheratus;* Penitudinem (Poen. *ed. Bas.;* Plen. *Bamb.*) *cdd.* — *om. h. l. cum sequent. duobus gl.* — Pacuvius; *cf. 169* scabres; *184* vastities; *243* alumnum; *Fest. 372* vastum; *comm. in Varr. pg. 125 s. l.* inluvies. — Teuchro *L, G;* Teucro *Bamb., item ut vid. H.* —, **26. 27** penitudines quales *libri 169; 184; 243;* penitudinis quales *hic L, H. Bamb.;* poenitudini squale *ed. Bas.* — caverisque *h. l. L, H;* scaverisque *ed. Bas.* — desiderio — paenitudine; *ablativus causae;* inculta vastitudine *abl modi.* — **28** id est exh. *om. L;* exibendo *Bamb.* — **1** praebitio *Ald.;* praebitioni (praebitio ni *H*) *C.* — in ianua *Quicheratus;* in ianuam *C.* — inscrlbi *prius L.* — **3** Varro; *cf. 242* atrum; *421* vix; *item 356* opinio. — **5. 6. 7** dimin. *Bamb.;* dimmin. *C.* — dicitur $H_1$. — heresim *L, H.* — **8** Vimarcho *L, H;* Vimarco *G.* — ut *e. q. s.; fuit qui haec ad iambicum metrum revocanda putaret et quidem sic:* novo út paxillo péndeat cribrúm novum. — novum *pro* novo *G.* — **9** *cf. Gell. X, 24, 10; 8; item pg. 441 l.* die quarto — Proxumi die, id est proxumo. Cato contra Furium; *ita M;* Proximi id est proxumo (proxumo *Bamb., qui rell. om.,* $H_2$, *G,* proximo $H_1$, *L*) Cato contra Furium die proxumi (proximo $L_1$, proxumo *G,* proximi $L_2$, $H_1$, *tum* proximu; proxumi *id. m. 2*). — Proximi a proximo *gl.* —

hoc dicit; sed eadem declinatione a veteribus et crastini et pristini et praefiscini dictum est.

PROPERATIM, id est properanter. Caecilius:

properátim in tenebris ístuc confectúmst opus.

PERMITIES, periculum, exitium. Lucilius lib. XXVIIII:

non tu
contraheris? volgi imperiis versere necessest,
nec sine permitie.

Plautus Asinaria:

pellecebrae, permities.

PARCVIT, pepercit. Naevius Quadrigeminis:

suó labori is núllus . . párcuit.

PERBITERE, perire. Pacuvius Periboea:

nam me perbítere
quovís exitio cúpio, dum possim íllis opitulárier.

Titinius Fullonia:

iám pridem egra es. út * * * perbíteres.

Livius Tereo:

égo puerulum intérea ancillae súbdam lactentém meae,
né fame perbítat.

Ennius Hecuba:

set númquam scripstis, quí parentem aut hóspitem
necásset, quos quis crúciatus perbíteret.

---

12 Caecilius ‖ 14 Luc. l. XXVIIII ‖ 18 I, 2, 7 ‖ 20 Naevius Quadrigeminis ‖ 22 Pacuvius Periboea ‖ 25 Titinius Fullonia ‖ 27 Livius Tereo II ‖ 30 Ennius Hecuba.

---

*Gell. l. m.:* sed ut plerique 'die pristini', ita M. Cato in oratione contra Furium 'die proximi' dixit. — contra F.; *fuit oratio Catonis et in L. Furium de aqua et in P. Furium pro Hispanis.* — **10. 11** eadem (*seq.* de) *M;* ea *v.* — a veteribus; auctoribus *L.* — orastini *id.* — praeficini *id.;* praefiscisni *prius H.* — dictum est $H_1$*;* dictum *rell.* — **12** *cf. 154* propere; *abundare l., quod h. l. legitur, recte notat Quicheratus.* — Properatum *Bamb.* — dictum est *pro* id est $H_1$, *L.* — **14** Permities *G, mut. in* Pernities; Permitiis *L, H, Bamb.;* Permiciis (permities *H, G*), pernicies *gl.; mrg. H, G.* — exicium $L_1$. — lib. XXVIIII *L,* $Ho_1$*;* XXVIII *G, Hs,* $Ho_2$. — **15. 16** *ita M* (contr. *et* v. necesse *iam Me*); nunc tu contra venis vel qui in nuptiis velse seneces te (vel sese negeste *H,* v. se se neges te *G*) *C.* — *cf. Luc. XXIX, 84.* — **17** permitiae *C.* — **19** pellecrebre permitiis *C.* — **20** Nevius *C.* — **21** labori is *M;* laboris *cdd.;* labori *v.* — **22** Perbitere *v.;* Pervitere *cdd.* — Pac. *om. Bamb.* — **23. 24** *ita Quicheratus* (possim *iam Me*); nam me pervitere, illis opitularier quovis exitio cupio dum prosim *C, Bamb.* — **26** egra es (*vel* egres). ut *M;* egressa aut *C.* — *lacuna sic fere explenda:* ut ego timui saepe, ne perbiteres (*ita Quicheratus;* perbiteris *C*). — **28** puerulum *M;* puerum *C.* — lactentem *Bongarsius;* laetantem *H, G;* let. *L.* — **31** scripstis *Vossius;* scripsistis *C. de poetis hoc dictum.* — qui *Iun.;* quis *C.* — **32** necasset *Iun.;*

PIGRARE, timere. Accius Epigonis:

> fáteor; sed cur própter haec pigrem aút huius dubitem párcere
> cápiti?

idem Chrysippo:

> meliús || pigrasse, quóniam properassést nefas.

PROBITERE, promovere, ecferre. Pacuvius Teucro:

> aut me óccide, illinc sei úsquam probitám gradum.

PVELLASCERE ecfeminari ut *PVERASCERE* revirescere. Varro Bais quod non solum innubae fiunt communis, set etiam veteres puerascunt: et multi pueri puellascunt.

PALAESTRICOS, quasi ex usu palaestrae. Afranius Excepto:

> etiám depellis míhi manum [pape] palaéstricos?

POPVLATIM. Caecilius Obolostate:

> 'ego pérdidi te, qui ómnes perdo sérvolos
> populátim.' — 'quaeso, ne ád malum hoc addás malum.'

PRAESENTE, coram vel praesentibus. Pomponius Syris:

---

33 Accius Epigonis || 36 Accius Chrysippo || 2 Pacuvius Teucro || 4 Varro Bais || 7 Afranius Excepto || 9 Caecilius Obolostate || 12 Pomponius Syris.

---

necassat *C.* — quos quis cruciatus *M;* q. q. cruciatur *C;* quo quis cruciatu *Iun.;* is quo cruciatu *Pontanus.* — *construenda haec ita:* quos quis cr. perb., qui p. aut h. n.; *cf. vit. Enn. pg. 210.* — **33** *aut ante h. l. aut post excidisse probabile est l.* pigret, *quod nunc legitur illatum tertio capiti pg. 219 s. v.* pigror; *similis librariorum error notatus pg. 71 s. l.* autumnitas. — timere (*praecedit* re) *M;* pertimere *Bothius;* retinere *cdd. praeter G, in quo est* pertinere. — Epigonis *Me;* Ericonis *C* (Erig. *G*). — **34** pateor *L, $H_1$.* — propter haec pigrem *Ribbekius ed. I,* propter re (proferre *$H_1$;* proterre *id. m. 2*) pigrem haec *C.* — **36** Chrisippo *L, H.* — **1** quoniam (*vel* quando) *M;* quam *C.* — **2** *n. N.* — Probitere *Stewechius;* Providere *cdd.* — prom., ecferre *M;* movere et ferre (efferre *Stewech.*) *cdd.;* Providere, promovere *gl.* — **3** *f.* at. — illinc si (sei *Ribbeckius*) usquam *Vossius;* illa hinc sine usquam *C.* — provideam *C;* probitam *Stewechius.* — **4** etfeminari *prius L, $H_1$.* — ut puerascere revirescere *M;* vel revirescere (evir. *$Ho_1$*) *$H_1$;* vel revirdescere *ex corr. L;* v. revirdiscere *prius L, $H_2$, G;* v. reviridiscere *Bamb.;* Puellascere, verdiscere (revird. *H*) *gl.; mrg. H.* — **5** quod; *f. pro* quot. — set *$L_2$;* se *$L_1$;* sed *H, G.* — puerascunt *M;* puellascunt *v.* — **7** Palestricos — palestrae *cdd.* — **8** palaestricos *Bothius;* paperalestricos *L;* pape palestrios (c *supra scr.*) *H;* paper palaestricos *G.* — pater, palaestr. *Mercerus non bene.* — **10. 11** *cf. 150* populatim. — *diverbium instituit Ribbeckius. res tamen non satis certa.* — ergo *H.* — perdite qui *Bamb.* — *illud* perdidi *suspectum, cum homo nondum perierit, sed potius instantem perniciem deprecetur. aut igitur scribendum ut puta* perduim, *aut* perdidi, *ut* perii *saepissime, intellegendum de eo qui nondum perierit, sed extremum in periculum sit adductus.* perduo *male Ribbeckius, cum non persuaserit Schoellius de XII tab. pg. 81 sqq. in eo quod est* perduo *ac similibus vim inesse futuri. cf. Corssenii de pronunt. lat. II, 402.* — omenes *prius L.* — perdo servolos *M;* servos perdo *C, Bamb.* — hoc *pertinet ad seq.* malum. — **12** Praes.; *cf. 76* absente. — coram *om. G.* — Syris *vel*

quí quidem aput forúm praesente téstibus mihi véndidit.

Accius Melanippo:

ést res aliqua, quám praesente his príu' maturare ínstitit.

Fenestella Annalium lib. II: et quaedam exta praesente suis, quaedam absente porrecissent. — Novius Mania medica:

té volumus donó donare púlchro, praesente ómnibus.

PRIMITER pro prime et PRIMITVS pro primo. Pomponius Maccis geminis:

'quín bono animo es!' — 'vídeo, erepsti prímiter de pánnibus.

Lucilius lib. V:

sicut, cum primos ficos propola recentis
protulit et pretio ingenti dad primitu' paucos.

PRAEGNAVITER, audaciter. Plautus Persa:

age, índica praegnáviter.

*PROPERE* et PROPERATIM et PROPERITER, celeriter, properanter. Quadrigarius Annalium lib. II: eo consules || propere exercitum redducunt. — Pomponius Buccone adoptato:

pergís properatim?

14 Accius Melanippo || 16 Fenestella Annal. II || 17 Novius Mania medica || 19 Pomponius Maccis geminis || 22 Luc. l. V || 25 IV, 4, 39 || 1 Quadrigarius Annal. II || 2 Pomponius Buccone adoptato.

*de mancipiis vel de scopis* (*cf. pg. 46 l.* syrus) *intellegi posse monet Munkius.* — **13** qui quidem *M (ita, ut* aput *pyrrichium aequet);* quidam *Iun.;* quidem *C.* — apud *C pr.* $L_1$. — vindedit $L_1$. — **14** *cf. 348* maturum. — Menalippo *cdd. 348;* Menalippa *C.* — **15** quam *Grotius;* quae (q̄: *L*) *cdd. h. l.; om. 348.* — praesentem *L.* — te his *cdd. h. l.* — matura *id. h. l.;* maturare *vel* mature *348.* — **16. 17** Annalium *ed. a. 1476;* Annali *C.* — exta *Palmerius;* extra *C.* — suis *ed. a. 1476;* exsuis (*praec.* e) *C exc. quod L, H* exuis. — porrecissent (porrecissem *sec. ed. Bas. Palmer.*); proiecissem *C.* — minia (i *alterum radendo ex* t, *ut vid., factum*) $H_1$ (munia $Ho_1$). — **18** dona donare $H_1$. — **19** *cf. 488* pannibus; *506* es; *item Charis. 187 sq.* — **20** Maccis; Accius *cdd. h. l.* — M. g.; *apud Charis., sed eum solum, legitur* in Maccis geminis prioribus; *ubi illud* prioribus *ex sequente* pannibus, *quod huc traiectum sit, ortum haud absurda est Buecheleri coniectura.* — **21** *de sententia versus plura dicta in comm. ad pg. 488.* — quin *om. cdd. pg. 488; 506; Charis. 188.* — est *cdd. h. l.* — video *om. Char.* — erepsti *Buechelerus;* eripis *cdd. h. l.; Char. l. m.;* eripisti *pg. 488;* derepis *506.* — da panibus *G;* panibus *etiam* $L_2$, $H_2$*;* de pann. *om. Char.* — **22** *cf. pg. 281* dare. — **23** *cf. comm. Luc. in V, 19.* — sicut *Lachm. comm. in Lucr. 106;* sicuti *v.* — primus *cdd. 281.* — propula *L.* — **24** protulit et *Iun.;* protuli (protulim $H_1$) item *H, G;* item protuli *L;* pirotulit et *cdd. 281.* — praetio *L, H.* — dat *cdd. 281;* ad *h. l.* — **25. 26** *cf. 150* praegnaviter. — Praegnaviter *Acidalius;* Prognariter *cdd.;* Pronaciter, *supra* a *scr.* ri, *gl.* — Persa ge $L_1$. — prognariter *C.* — **27** *cf. 153* properatim. — *nullum l. in L.* — Propere et *om. cdd.* (Propere *add. Quicheratus*); Properiter, celeriter *gl.* — **1** Annalium; Annali *C.* — et consules $H_1$. — **2** redducunt *C.*

155 M.

Caecilius Plocio:

properátim in tenebris ístuc confectúmst opus.

Pacuvius Teucro:

mihi classem ímperat
Théssalum nostrámque in altum ut próperiter dedúcerem.

Accius Telepho:

remísque nixi próperiter navem ín fugam
tradúnt.

PRAEFRACTVM, durum, inflexibile. M. Tullius [de officiis lib. III: ego etiam cum Catone meo saepe dissensi. nimis mihi praefracte videbatur aerarium vectigaliaque defendere, omnia publicanis negare. — et] in Ortensio: his contrarius Aristo Cius, praefractus, ferreus, nihil bonum nisi quod rectum atque honestum est.

PVLCRITAS, pro pulcritudo. Caecilius Harpazomene:

dí boní, quíd illud ést púlchritátís . .?

PROLETARII cives dicebantur qui in plebe tenuissima erant et non amplius quam mille et quingentos aeris in censum deferebant. Ennius Annalibus:

proletariu' publicitus scuteisque feroque
ornatur *ferro*.

PROSPICA et DESPICA, intenta et contenta. Naevius assitogiola:†

---

4 Caecilius Plocio || 6 Pacuvius Teucro || 9 Accius Telepho || 12 III, 22, 88 || 15 M. Tull. Hortensio || 17 Caecilius Harpazomene || 21 Ennius Annalibus; cf. comm. || 24 Naevius; cf. comm.

---

**4. 5** *cf. 153 l. m.* — Caecilius Pl. pr. *om. L.* — plocio $H_2$, *G;* louo $H_1$. — istuc $H_1$*;* stunc *rell.* — **7** imperat *Passerat.;* impetrat *C.* — **8** Thessalam *Bentin.* — **9** *cf. 307* fuga; *347* molle. — Telefo *C.* — **10** in figuram $H_1$. — **11** transdunt *cd. Cuiacii; cf. comm. in 307 l. m.* — **12—15** *illa* de off. — et *vid. delenda.* — praefractum *L*, $H_2$, *G.* — **15** Hort. *C pr.* $L_1$. — hic $G_1$. — aristocius $L_1$, $H_1$*;* aristotius $L_2$, $H_2$, *G.* — **17** Pucritas *(sic)* — pulcritudo $L_1$*;* Pulchritas — pulchritudo *rell.* — Harpazomene *v.;* arpaiomene (arpaio. mene *H*) *C.* — **18** *vulgo in duos versus vel iambicos vel trochaicos, sed fracto plano et elumbi numero, discerpunt.* — **19** *cf. 67* proletarii; *Gell. XVI, 10.* — Proletari $L_1$. — qui *supra add. in L; om. Bamb.* — pleue $L_1$. — tenuissimi *Me, ut Gell.:* qui in plebe Romana tenuissimi pauperrimique erant. — **21** Annali *cdd.;* Enni liber ex Annalibus *Gellius.* — *l. VI recte adscr. Vahlenus.* — **22. 23** proletarius *Gell.;* proletari ut *C.* — publ. iam *Q*, *Z ap. Gell.* — scuteisque *Gronovius* (scutisque *ed. Iuntin. Gellii*)*;* scutaque *C;* sicuti isque, sicut iisque, si uti isque *cdd. Gell.* — feroque ornatur ferro *Gell.;* ferique (fierique $H_1$) ornatus *C.* — **24** contenta *M;* contempla *C; Lugd.; Paris. 7665; 6.* — contemta *Me; quod si recte se habet, apparet nugatum Nonium; nam* despica *non potest non habere vim activam. f. scribendum* contemptrix. *cf. pg. 160 l.* perfica. — Nevius *C.* — assitogiola *C;* Astrologa *vel* Astiologa *Ribbeckius; etiam alia sunt praesto veluti* Aretologo. — **25** hac — hac *Bothius;* ac — ac *C.* — sibi; tibi *Bothius; certe* sibi *non licet referri ad* despica.

hác sibí próspica, hác déspica . . . .

potest ergo prospicus et despicus dici.

POLENTIA, potentia: a polendo dicta. Plautus Rudente:

ne ínpiorum pótior sit poléntia.

polere vero conmune est.

PROPITIABILIS, a propitiando. Ennius Cupuncula:

hinc est ánimus propitiábilis.

ita et adulabilis.

PAVXILLISPER, a pauxillo. Plautus Truculento: ||

plús decem pondo amoris† paúsillisper pérdidit;

id est, per particulas.

PONDERITATEM, a pondere, ut gravitatem. Accius Pragmaticon lib. I:

et cúncta fieri cétera
ínbecilla ob pónderitatem grávitatemque nóminis.

PVRITIA, puritas. Varro Rerum divinarum lib. I: quae in puritia est frequens polluta.

PRAELVMBARE, lumbos praefringere. Novius Vindemiatoribus:

---

27 III, 2, 4 || 30 Ennius Cupuncula || 33 V, 21 || 3 Accius Pragmaticon I || 7 Varro Rer. divin. I || 9 Novius Vindemiatoribus.

---

26 *illa* potest — dici *videntur esse secludenda.* — 27. 28. 29 Pollentia — pollendo — pollentia pollere *v.* — polendo *L, G;* pollendo *H (in quo prius* 1 *lineola inducta del., sed deinde restitut.), Bamb.* — Polencia a polendo *gl.* — rudenti $L_1$. — ne inpiorum *Pl.;* ne ineptorum *C.* — pollentia *cdd. Pl.* — pollere *H.* — vero *M;* ergo *v.* — conmune, *i. e.* vulgo usitatum. — 30 a propitiando *Paris. 7665; 6;* a propitiendo *Bamb.;* ad propitiandum *C;* Propiciabilis, clemens *gl.* — *prius nos in ed. Ennii:* propitiabilis, facilis ad propitiandum. *sed et in praecedente l. et in sequentibus duobus originis a N. ratio est habita.* — Cupuncula *Vahlenus;* cupiuncula *C;* Capeduncula *Bentin.* — 31 huic *ed. a. 1476.* — 32 adolabilis *L,* $H_1$. — adolabilis, sine dolore *gl., mrg. H.* — 33 *nullum lemma in L.* — a pausillo *L,* $H_2$*;* a paux. $H_1$*, G, Bamb.* — Pauxillis per pauxillo *gl.* — 1 plus *add.* $H_2$. — amoris *corruptum;* moris *cdd. Pl., apud quem superiore v. legitur* amor; *cet. cf. Spengel. ad h. l.* — pausillisper $L_1$, $H_2$ (pauxillis $H_1$); paux. *rell.* — perdidit *cdd. Non.;* perdidi *Plautus.* — 3 Pragmaticon *Iun.;* pracmatico *L, G;* pracmactico *H.* — 6 invecilla $L_1$. — ob — nominis *Madvig. Opusc. I, 110;* non quod — hominis *C.* — 7. 8 Pueritia *cdd.;* Pueritia, innocencia *gl.; emend. Passeratius. et hoc quidem quin pro* pueritia *accipiendum sit, sicut apud Ausonium (profess. Burdig. 10, 17)* purities *legitur, apud Lucr. IV, 1026* puri, *non potest dubitari. illud incertum, utrum* puritas *sit retinendum an pro eo restituendum* puerilitas. — *cet. cf. comment. in pg. 494 l.* pueritas. — in puritia est frequens polluta *M;* pueritia est infrequens polluta *C; et ita v.* — quae; *sc.* infirmitas *vel aliud tale.* — polluta *ad* pueritia *pertinet.* — 9 praefringere *ed. a. 1476;* perfr. *cdd.* — Praelumbare, lumbos frangere *gl.*

coepit únumquemque praélumbare fústibus.

PVERAE, pro puellae. Varro Vae victis, περὶ φιλονικίας:

properáté
vívére puerae, quá sinit aétátula *flúxá*
lúdere, ésse, amáre ét Venerís tenére bígás.

idem de vita populi Romani lib. II: sic in privatis domibus pueri liberi et puerae ministrabant.

PVPAE et PVPI. Varro Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως: itaque brevi tempore magna pars in desiderium puparum et sigillorum veniebat. — idem Tithono, περὶ γήρως:

ac mammam lacti sugentem pascere pupum.

PIPARE proprie gallinae dicuntur. Varro Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως:

múgít bovis, óvi' bálat, equi hínniúnt, gallíná
pípát.

PROCVDERE [dixit] prolatare, producere. Varro Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐκαιρίας: legendo autem et scribendo vitam procudito. — Vergilius Georgicorum lib. I:

durum procudit arator
vomeris obtunsi dentem.

PRAECOX, id est praecoqua. Varro Synephebo, περὶ ἐμμονῆς: verere, ne manu non mittat? cum tot Romae vicarios honestos

---

11 Varro Vae victis ‖ 15 Varro de vita pop. Rom. II ‖ 17 Varro Aboriginibus ‖ 19 Varro Tithono ‖ 21 Varro Aboriginibus ‖ 25 Varro *Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον* ‖ 27 I, 261 ‖ 30 Varro Synephebo.

---

**10** coepi *Buechelerus; quo recepto oritur senarius integer; possis et* cupit. — **14** Vae v. *Iun.;* Devictis *v.* — **12. 13. 14** *metrum agnovit Lachmannus Op. pg. 69.* — quas $H_2$*; G.* — etatula *H;* atula *L;* ettula *G.* — fluxa *add. M.* — esse *pro* edere. — **15** sigin *L.* — privatas $H_1$. — **17** *h. l. om. Bamb., non gl.* — ανθρωπον *C.* — **18** paparum $H_1$. — **19. 20** titono *C.* — περὶ γήρως: ac; περτηρωσαc *L,* $H_1$*;* περιτ. $H_2$*, G.* — lacti *M;* lactis (*seq.* s) *H, G;* iactis *L.* — pupam $L_2$, $H_1$. — pascere *ed. a. 1476;* pascere et *C.* — **22** *cf. 114* grunnire; *450* gannire. — Pypat gallina *gl.* (y *ex* i *facto, ut vid.*). — ανθρωπον *C.* — **23. 24** bos *edd. ante Me.* — *versus agnovit Lachm. Opusc. 68.* — múgit bós ovís bálat *Lachm. sine causa.* bovis *enim nominativus etiam apud Petron. cap. 62 reperitur. neque obstat, quod Varro de l. lat. VIII, 74 iam in usu dicit esse* bos. *nam multa a Ciceroniani temporis more aliena sunt in saturis illius.* — **25** dixit *secl. M.* — ta (to $H_2$, *G*) epte facem myron (miron *G*) *litt. maiusculis (de G tamen nihil notatum)* περι (περα *L,* νερα $H_1$) εντεριαc *C; cf. comm. in 71 l.* adulescentiaris. — **30** *cf. 150* praecox. — Praecox, praecoca *gl.* — Synephebo *Bentin.;* in eridebo *L,* $H_1$*;* in eiybo $H_2$, *G.* — εμμονεc *C.* — **31** tot Romae vicarios *Oehlerus;* toctro (trocto $H_1$) medicarios *C.* — honesto *L.* — **1** audissemus; caudissemus *L;* avidissimo *Oehlerus;* aut HS semis *Palmerius; illud* audissemus *ex sequente illo* si me audies *turbatis verbis perperam repetito videtur corruptum.*

[audissemus] dare possis, || mittet; quod si non mittet, fugies, si me audies. cum tempus revocat, ea praecox est fuga.

PAVPERAT, id est pauperem facit. Plautus in Milite glorioso:

quae ínprobast, pro mércis vitio dóminum pretio paúperat.

idem Acharistione:

quám ego tanta paúperavi pér dolum pecúnia?

Titinius Prilia:

nam quíd ego feci te aút patrem advorsúm meum,
quem paúperetis ámbo vestris súmptibus?

idem Varo:

aecúmst me habere: eos paúperem sumptú meo?

POTVS [a bibendo]. Lucilius lib. XXX:

serus cum ec medio ludo bene potu' recessit.

PAVCIENS pro raro dici veterum auctoritas docet. Titinius Gemina:

*nam* póstquam factus *tú's* maritus, hác domo
abhórres, tuam etiam uxórem video paúcies.

idem in eadem:

---

3 III, 1, 134 || 5 Plautus Acharistione || 7 Titinius Prilia || 10 Titinius Varo || 12 Luc. l. XXX || 14 Titinius Gemina || 18 Titinius Gemina.

---

2 es fuga *cdd.;* est fuga *v.; cdd. pg. 150 s. l.* praecox. — 3 Pauperat *Quicheratus;* Pauperavit *cdd., gl.* — pauperem fecit $H_1$*; gl.* — Platus *L.* — Pl.; *cf. comm. in 415 l.* virtus. — in *videtur delendum.* — 4 pro mercedis *habet vet. Camerarii. cum ad* quae *supplendum sit* merx, *ego corruptum esse suspicor illud* mercis. — praetium *L,* $H_1$*; id. 2* praetio. — pauperet *ap. Pl. Acidal.; ubi cdd.* pauper erit. — 5 item *cdd.* — acaristione *H, G;* acaristudio *L;* in Acharistione *ap. Plin. nat. hist. XIV, 92 legitur.* — 7 Prilia *M;* Privia $L_1$*;* Privigia $H_1$*;* Privigna *rell.* — *numquam alias* Privigna *memorantur Titinii;* Prilia *vero apud Non. et alibi saepius occurrit.* — 8 feci et $H_1$*;* fecit et *rell.;* feci te *Iun.* — aut p. adv. m. *M;* adv. aut patrem meum *cdd.;* adv. aut patruom meum *Buechelerus.* — ted advorsum *Rothius; inde Ribbeckius:* n. q. e. f. ted adv. aut meum patrem (*sive* aut tuum patrem). — 9 quem; *puto* quor. — 10 Varro *C.* — 11 aecum est *L, G;* aequum est *H.* — habere *absolute, ut ap. Ovid. in Metam. I:* amor sceleratus habendi *et alibi saepe. scite tamen Ribbeckius:* aécumst sat me habére, ne eos paúperem sumptú meo. — 12 *illa* a bibendo (a vivendo *gl.*), *quae in L m. 2 sunt add., secl. M;* a potando *Quicheratus.* — 13 serus *I. Dousa,* secus *C* (sucus *m. 1 G*). — ec *M* (e *I. Dousa*); eo *C.* — medio ac *C; del.* ac, *quod ex* ec *praeced. vid. ortum, Gerlachius.* — *alii* ludo ac. — 14 Pauciens $L_1$*,* *H,* $G_1$*, Bamb.;* Paucies $L_2$*,* $G_2$*, gl.* — 16 nam *add. M.* — posquam *Vrbinnas 307.* — tu's *add. M.* — hanc domum *Paris. 7577;* hanc domo *C;* hac domo *Quicheratus.* — *cf. Kuehneri gramm. II, 269 sqq.* — 17 *cf. Paul. 220* pauciens dicebant pro raro. Titinius: u. p. v. — video paucies *Neukirchius;* paucies video *C;* pauciens video (*vel* videbo) *cdd. Pauli.* — 18 in eandem *L,* $H_1$.

157. 158 M.

tu fácis inique, paúcies solés venire in úrbem.

Caelius Annalium lib. VI: consulto non paucies arcessitum. POLLICTORES sunt qui mortuos curant. Varro Mútuum mulí scabunt, *περὶ ψωρισμοῦ*: itaque si plures dies inter medici discessum et adventum pollictoris interfuerunt, et id aestate, videas * * * Varro Cosmotoryne, *περὶ φθορᾶς κόσμου*:

proptér cunam capulúm positum
nutríx tradit pollíctori.

Plautus Asinaria:

écquis currit póllictorem accérsere?

PVTAMINA non solum arborum sunt, verum omnium rerum purgamenta; nam quidquid ex quacumque re proicitur, putamen appellatur. Plautus in Captivis:

núculeum amisí; reliqui pígneri putámina.

PESTILITAS, pestilentia. Lucretius lib. || VI:

atque *ea* vis omnis morborum pestilitasque.

PENITVRVM. Accius Epinausimache:

quod sí procedit, néque te neque quemquam árbitror
tuae paéniturum laúdis. quam ut servés, vide.

PAVSA est quies alicuius rei. Accius Epigonis:

sed iam Amphilochum·huc vadére cerno et
nobís danitur pausá loquendi.

---

20 Caelius Annal. VI || 21 Varro Mutuum muli scabunt || 24 Varro Cosmotoryne || 27 V, 2, 60 || 31 III, 4, 122 || 1 VI, 1098 || 3 Accius Epinausimache || 6 Accius Epigonis.

---

**19** tu facis inique (in. *iam Iun.*) *C. F. W. Muellerus;* tus (tis $H_1$) ac iniqui *C.* — paucies soles (*pro* solens) venire in urbem *M;* in urbem paucies venire soles *C.* — **20** Caecilius *Flor., pr. H.* — Annali *cdd.* — **21** Polinctores (*vel* Poll.) *Bamb.;* Pollinctores $H_2$ *(*$Ho_3$*), G;* Pollectores $L_1$*;* $Ho_2$*; Paris. 7665; 6;* Polectores *gl.* — *omittit exempla Bamb.; de quo falsa refert Riesius.* — **22** *περὶ ψωρισμοῦ Scal.; περὶ χωρισμοῦ v.* — medici *Iun.;* medicis $L_1$, $H_1$*;* medicos *rell.* — medicorum *Guietus; non bene, quia sequitur* pollictoris. — **23** pollictores $L_2$*, H, G;* pollectores $L_1$*;* $Ho_2$. — **24** Varro; *cf. pg. 4* capulum. — motorenae *L, G;* motoraene *H.* — *κοcμοcυ L, H; κοcμοcι G.* — **25** caputum, *m. 2* capitum *L.* — **26** pollicturi $L_1$*;* pollinctori $H_2$. — **28** ecquis *v.;* etquis *C; item boni l. ap. Pl.* — pollinctorem $H_2$ (pol lict. *Pl. l. boni*). — acersere $H_1$*;* accersere *etiam Pl. cdd.* — **29** arbores *Bamb.* — **30** quicquid (quid $L_1$) $L_2$*, H, Bamb., puto et G.* — **32** nuculetim $H_1$. — reliqui; retinui *docti; cf. Caes. pg. 97.* — pignori *cdd. Pl.* — **1** V *pr. H.* — **2** ea *om. C.* — omnium *C.* — **3** Penituram *L, H;* Poen. *ed. Bas.; om. h. l. Bamb.;* Peniturum, permisurum (*l.* pertisurum) *gl.* — Epinausimace (Epinaucimace $L_1$) *C.* — **5** paen. *H;* pen. *L;* poen. *ed. Bas.* — **6** Accius; *cf. Charis. cap. de v. Saturn. (gr. lat. I, 288).* — Epigonis *Char.;* Epigono *C.* — **7** Amfilo cum *(sic) C;* Amphilochum *ap. Char.* — **8** danitur *M;* datur bona *ineptissime Non., Char.; cf. vit. Enn. pg. 238.*

Lucilius Satyrarum lib. I:

haec ubi dicta dedit, pausam *facit* ore loquendi.

PROSPERARI, inpetrari. Lucilius lib. XXVI:

néc minima ei prósperatur páx, quod Cassandrám *deae*
sígno deripuít.

PVELLOS, pueros. Varro Testamento, *περὶ διαθηκῶν*:

*sic* síc ílle puéllús Venerís repénte Adón
cecidít cruéntus ólím.

Lucilius Satyrarum lib. IIII:

cumque hic tam formonsu' tibi ac te dignu' puellus.

Lucretius:

*nactae* pos *sunt* tamen unde puellum
suscipere et partu possent ditiscere dulci.

Ennius:

suos divis sacrificare puellos.

Varro Marcipore:

Pélian ei permíssisse, ut se vél vivum deglúberet,
dúm modo redderét puellum.

---

9 Luc. l. I ‖ 11 Luc. l. XXVI ‖ 14 Varro Testamento ‖ 17 Luc. l. IIII ‖ 19 IV, 1252 ‖ 22 Ennius ‖ 24 Varro Marcipore.

---

**10** pausam facit ore loquendi *ed. a. 1476;* fecit pausam o. l. *Studemandius;* pausam ore loquendi *C.* — **11** Prosperari *prius L;* Prosferari *L ex corr.; H; G ex corr.; Bamb.;* Proferrari *prius G;* Prosferari, prosperari *gl., mrg. G; at mrg. Ho:* prosperari (*m. 2* prosferari), impetrari. — Propetrari *Gifanius; f. recte.* — Lucil.; *cf. comm. in Luc. XXVI, 40.* — **12** nec minima ei *M*; nec minimo et *C.* — ei, *i. e.* Aiaci minori; ei *spondiac.; cf. de re m. 272.* — prosperatur *M; ita et Guietus;* prosferatur *C;* propetratur *Gifanius.* — pax, *sc.* a dis. — Casandram $H_1$. — deae *add. M; fuit qui mallet* sacro. — **14** *περι αιαθηκος L, H; περι αιαθνκως G.* — **15. 16** *de Attis immatura morte agitur.* — sic sic *M;* sic ille sic *Quicheratus.* — Adon *Me;* vadon *C; de eo quod est* Adon *pro* Adonis *cf. de re m. 109.* — **17** *cf. Fest. 249; Prisc. 697; Hageni exc. gramm. XXVI.* — **18** formonsus $L_1$*;* formosus *rell.* — tibi; homo *male Fest. et Prisc.* — ac te; apte *exc. gramm.* — **20** nactae pos sunt *Lucr.;* nos *C.* — puellos *Lucr.; et ita f. Non.* (*seq.* s). — **21** partus posset *C.* — ditescere *cdd. Lucr.* — **22** Ennius; *cf. Fest. 249; Paul. 248.* — l. VII *tribuit Merula.* — **23** *ita C.* — *at Festus:* Paeni (Poeni *ap. Paul.*) solitis vos (soliti suos *Paul.*) sacr. p.; *unde nos in editione Ennii cum Hugio:* dis Poeni soliti s. sacr. p.; *nisi praestat coniunctis Nonii et Festi testimoniis reponi:* Poeni | sunt soliti divis suos sacrificare puellos. — **25** Pelian ei (*vel* Peliam ei) *M;* Pelian Medeae *Iun.;* Pelian me et *C.* — permississe *H;* permisisse *L, G.* — *f.* Pelian Medae permisse ut se. — se veluvium (seu eluvium $Ho_2$) $Hs_2$. — **26** dummodo redderet *Iun.;* dum madore addere *H, G; om.* addere *L.* — *haec eodem metro composita et conexa cum illis quae leguntur pg. 451; 344; 178 s. l.* raedam; merum; tudiculare.

*idem* Sexagesi:

o stúlta nostri péctoris dormítio vigilábilis,
quae mé puellum inpúberem cepísti.

PECVS *et* PECVDES non solum quadrupedes [animal], verum omnia animalia dicuntur. Plautus Rudente:

non vídes referre me úvidum retém sine squamosó pecu?

Livius Aegistho:

tum autém lascivum Nérei simúm pecus.

Vergilius Georgicorum lib. IIII de apibus:

et pecudum custodia sollers.

Lucretius lib. II:

praeterea genus humanum mutaeque natantes
squamigerae pecudes.

Lucilius Satyrarum || lib. V:

lascivire pecus nasi rostrique repandum.

PERCITVM dictum est percussum. Plautus Amphitryone:

. . . 'deleírat uxor.' — 'átra bili pércitast.'

PECVA et PECVDA ita ut pecora veteres dixerunt. Naevius Gymnastico:

hómines, pecua béluasque.

---

27 Varro Sexagesi || 31 IV, 3, 5 || 33 Livius Aegistho III || 35 IV, 327 || 37 II, 342 || 1 Luc. l. V || 3 II, 2, 95 || 5 Naevius Gymnastico III.

---

**27. 28** idem *add. ed. a. 1476; om. C.* — Sexagesi; *cf. 100 l.* dormitio. — mos ultra (sexagesimos ultra) nutri *h. l. cdd.* — vigilab. (vigilabis *cdd. pg. 100*) *obscurum.* — **29** inpuberem *ed. a. 1476;* inpubere *C.* — coepisti *$H_2$, G.* — **30. 31** *cf. 460* pecudes. — Pecus et pecudes non solum quadrupedes [animal], v. o. a. d.; *ita M;* Pecus non solum quadrupedes (quadrupes *$H_2$, G*) animal, v. o. a. pecudes d. *C, Bamb.* — pecus *collective ut plerumque.* — Plautus; *cf. Charis. 113; Prisc. 719; 759.* — **32** uiduum *$L_1$.* — retem *a Pl. pos. affirmat Prisc. 759;* rete *C, cdd. Pl..* — **33** Liv.; *cf. 335* lustrare. — egisto *L, H;* Aegistho *ed. Bas.* — **34** lascivium *ed. Bas.* — nereis simum *cdd. 335; h. l.* rei simum; *cf. et ad h. v. et ad Lucilii qui sequitur Pacuvii illud:* Nerei repandirostrum, incurvicervicum pecus. — **35** Verg.; *cf. 460* pecudes. — *pessime autem credidit Quicheratus ante hoc exempl. excidisse Georg. IV, 168* ignavum fucos pecus a praesepibus arcent, *cum appareat ideo a Non. adiectum illud:* de apibus, *quia non, ut in ceteris versibus, ex ipsis verbis auctoris intellegi posset non agi de quadrupedibus.* — **36** solers *$L_1$.* — **39** quamigere *L; ap. Lucr. melius fertur* squamigerum. — **2** lacivere *prius G.* — nasi rostrique *Balthasar Venator ap. Gebhardum testante Quicherato* (rostrique *iam Crinitus, ut refert Bentinus*); nisi (niri *$L_1$, $Ho_2$*) nostrique *C.* — *cet. cf. supra.* — **4** deleirat; dilarat *$H_1$;* delirat *rell.* — *ad hunc v. addita in Ho glosa mirifica:* ut nostra colera. — **5** veteris *$L_1$.* — Nevius *C.*

idem Lycurgo:

Sine férro manibus, pécua ut, ad mortém meant.

Accius Astyanacte:

in celsis móntibus
pécua atque inter cólles pascunt Dánai in Phrygiae términis.

idem Medea:

vagánt, pavore pécuda in tumulis déserunt:
quís nos pascet póstea?

M. Tullius de re publica lib. IIII: cum adhibent in pecuda pastores. — Accius Diomede:

passímque praeda pécua vallebánt agris.

Caecilius Imbriis:

et hómini et pecubus ómnibus.

Sisenna Historiarum lib. IIII: iumenta, pecuda locis trepidare conpluribus.

PVTRET. Pacuvius Teucro:

quamquám *iam* annisque et aétate hoc corpús putret.

Accius Erigona:

*nam* quámquam exanguest córpus mi atque annís putret.

PROTOLLERE est differre. Lucilius Satyrarum lib. I:

si non amplius, ad lustrum hoc protolleret unum.

PRIVA significat singula. Lucilius Satyrarum lib. I:

ad cenam adducam et primum hisce abdomina thynni
advenientibu' priva dabo.

---

8 Naevius Lycurgo XIII ‖ 10 Accius Astyanacte ‖ 13 Accius Medea ‖ 16 M. Tull. de re publica IV ‖ 17 Accius Diomede ‖ 19 Caecilius Imbriis ‖ 21 Sisenna Hist. IV ‖ 23 Pacuvius Teucro ‖ 25 Accius Erigona ‖ 27 Luc. l. I ‖ 29 Luc. l. I.

---

9 manibus (*i. e.* vi) pecua ut (pecua *iam Me; pecuda minus bene ed. a. 1476) Bergkius;* pecora manibus ut *C; f.* sine ferro pecua mansueta ad mortem meant. *sunt autem verba satellitis mirantis Bacchi eiusque comitum nulla vi temptata se tradentium regis militibus patientiam vel ignaviam.* — 10 Astianacte *L, H.* — 12 in Phrygiae terminis *Iun.;* in froegia et (in phroegia et *Hs*) terminis *C.* — 13 idem; *cf. 467* vagas. — 14 deserunt *cdd. 467;* sederunt *h. l.* — 15 *clausula.* — qui $H_2$, *G.* — nos; vos *D. Heinsius, Ribbeckius.* nos *si recte habet,* pascet *pro* nutriet *positum.* — 18 passim quae *C.* — *puto* pecuda. — vallebant, *i. e.* peribant, *G;* vellebant *L, Hqo;* vellabant *Hs;* balabant *Ald.* — 19 Imbriis *Iun. in Indice pg. 8;* himbris *C.* — 20 pecubus *vel* pecudis *(hoc f. rectius) Spengelius;* pecudibus *C.* — 21 Sysenna *Flor.; C pr.* $H_2$. — 23 Putret, putridum (est *add. H*) *gl., mrg. H; om. h. l. Bamb.* — Tecro $L_1$. — 24 quanquam $L_2$, *H; item 26.* — iam *add. M;* nam quamq. *Ribbeckius.* — 26 nam *add. Ritsch. Opusc. II, 621; om. C.* — mihi *C.* — 28 no *pro* si *G.* — ad *pro* at. — lustrum *v.*; iustrum *C.* — 29 *cf. Gell. X, 20, 4; pg. 35 l.* privum. — 30 caenam *L, H.* — abducam

Lucretius lib. III:

quodsi forte animas extrinsecus insinuari
vermibus et privas in corpora posse venire
credis.

PRODIGITAS dicta profusio. Lucilius Satyrarum lib. VI:

nequitia occupat hos, petulantia prodigitasque.

PORCET significat prohibet. Pacuvius Atalanta: ||

mi gnáte, id verear éloqui; porcét pudor.

Accius Epigonis:

. quibus oculis quísquam nostrum póterit illorum óptui
vúltus, quos iam ab ármis anni pórcent?

Ennius Telamone:

deúm me sancit fácere pietas; cívium porcét pudor.

Varro Manio:

húnc Ceres cibí ministra frúgibus suís porcet.

Lucilius lib. VI:

non te porro procedere porcent.

PROLIXITVDINEM. Pacuvius Doloreste:

[oro mi] ne pléctas fandi mí prolixitúdinem.

PERFICA, perficiens. Lucretius lib. II:

denique ad extremum crescendi perfica finem
omnia perduxit rerum natura creatrix.

---

32 III, 722 || 36 Luc. l. VI || 38 Pacuvius Atalanta || 2 Accius Epigonis || 5 Ennius Telamone || 7 Varro Manio || 9 Luc. l. VI || 11 Pacuvius Doloreste || 13 II, 1116.

---

*Dousa pater.* — hisce *v.;* isce *C.* — abdomina tunni *cdd. 35; h. l.* addominat hymni *L, H;* add. himni *G.* — **32** Lucret. *v.;* Lucilius *C.* — **33** insinuari *Lucr.;* invadi *C; cf. comm. in pg. 125 l.* innubere. — **34** corpora *Lucr.;* eorum *C.* — **37** hos *Dousa pater;* hoc *C.* — petulantia *Bentin.;* peculantia *L, H;* penulentia *G.* — **38** Athalanta *L, H.* — **1** magna te *G.* — id *M;* ut *v.* — eloqui *Iun.;* loqui *C.* — **2** Epigonis *Iun.;* egones *L,* $H_1$*;* eligones $H_2$*;* ligones *G;* Erigona *Ald.* — **3** *puto* set quibus o. — **4** quos *Scal.;* quod *C.* — **6** deum pietas; *i. e.* pietas in deos. — sancit *Bergkius;* sentit *v.* — *de constructione verbi quod est* sancire *cf. comm. in Enn. fab. v. 217.* — **8** Ceres cibi *Popma;* ceris tibi *C.* — porcet *v.;* porcit *cdd.* — **11** Prolixitudinem a prolixo *gl., mrg. H; om. l. Bamb.* — doreste $L_1$*;* dolorem tes $H_1$*;* duloreste *rell.* — **12** *prius nos:* Oresta mi; oro (ero $G_1$) mi *C; at nunc illa ex praecedente* Doloreste *et sequente* mi *conflata existimamus.* — o ere mi *Fridericus Leo; cf. Ribbeck. Coroll. frgm. poet. com. pg. CXX.* — ne plectas *Bothius;* ne flectas (n effl. $H_1$) *C;* plectere *hic i. q.* exprobrare. — mi *C.* — *cet. cf. comm. in 184 l.* vanitudo. — **13** perficiens *Iun.;* perfectrix *Lachm. ad Lucr. II, 1116;* perficeris *C;* Perfica, perfice *gl., mrg. H* (perfice *etiam mrg. G*). — Lucilius *C.* — **14** donique *Lucr.* — extremum *etiam Lucr. cdd.;* extremam *Lachmannus ex more Lucr.* — **15** naturae *L,* $H_1$.

PETIOLVS, a pede, diminutive. Afranius Excepto:

atque ádeo [nólo] nudo pétiolo's!

PVS * * *

PETIGO, genus morbi. Lucilius lib. XXX:

inluvies, scabies oculos huic deque petigo
conscendere.

PORRIGO, genus morbi. Lucilius lib. XXX:

tritum et corruptum scabie et porrigini' plenum.

PROFLIGARE verbum pessimum ad usum trahi coeptum est. nam cum sit profligatum perditum et ad internicionem adductum, nunc perfectum *prope et* absolutum aut aedificium aut aliquod utile inceptum dicendum putant; cum adfectum dici debeat, non profligatum. M. Tullius tamen Tusculanarum lib. V: profligata iam et paene ad exitum deducta quaestio est. — idem de provinciis consularibus: bellum adfectum videmus. — et infra: nam ipse Caesar quid est quod in ea provincia conmorari velit, nisi ut ea, quae per eum adfecta sunt, || perfecta rei publicae tradat? — et in Oeconomicis: cum vero adfecta iam prope aestate *uvas* a sole mitiscere tempus est.

PATRITVM, ut avitum. Varro Manio: funere familiari conmotei avito ac patrito more precabamur. — idem Rer. hum.

---

16 Afranius Excepto || 19 Luc. l. XXX || 22 Luc. l. XXX || 28 V, 6, 15 || 29 8, 19 || 30 12, 29 || 2 M. Tull. Oecononomicis || 4 Varro Manio || 5 Varro Rer. hum. XX.

---

**16. 17** diminutivae $H_1$; dimminutive *rell.* — Pediolus — pediolo *Ald.* — nolo nudo *C; om.* nolo *Quicheratus, per neglegentiam quidem, sed recte.* — p. es *edd.* — **18** pus *quod in fine v. 17 legitur novi l. initium esse collatis quae secuntur* petigo, porrigo *bene statuit Ribbeckius.* — **20. 21** *cf. 125* inluvies. — deque *Fruter.*; denique *C; cf. glosae Philoxeni pg. 68:* depetigo; λέπρα, *λειχήν. — et h. v. et 23 de cane videtur agi morboso.* — **22** g. m. *Quicheratus;* m. g. *cdd.* — *sane utroque modo loquitur N.* — **23** tritum *M,* tristem *v.* — *f.* correptum. — scaviae $L_1$. — **24** *cf. Gell. III, 16, 18 sq.; XV, 5; quo tamen non solo auctore usus est N.* — **25** internicionem $H_1$; interitionem *rell.* (intericionem *Bamb.*). — **26** perfectum prope et absolutum *M;* perfectum solutum *H, G, Bamb.*; p. solum tum *L;* (perfectum et absolutum *Chaucus ap. Iun.*; prope absolutum *Me*). *ap. Gell.:* quae prope absoluta adfectaque sunt. — **27** aliquod *pro* aliud quod. — *f.* inceptu. — **29** pr. i. haec et p. ad ex. adducta *cdd. Cic.* — pene *L, G.* — **30** v. et, vere ut dicam, paene confectum *Gell., Cic.* — **31** cur in *cdd. Cic.* — in ea *Gell. et Non.*; in *Cic.* — **1** adfecta sunt perfecta sunt perfecta *L,* $H_1$. — **2** Oeconominis *L;* Oeconomico *Gell.* — aestate *Gell.*; aetate *C.* — **3** uvas *hab. Gell., om. C.* — mitescere $H_1$, *G.* — **4** uvitum $L_1$. — conmotei; commotii (commoti $Ho_1$) $H_1$; commoto (conm. *L*) *rell.* — **5** habito *L;* abito *H ex corr., G.* — ac *prius H;* at *rell.* — praec. *L, H.* — Rerum humanarum *Popma;* reipublicae *C.*

161 M.

lib. XX: secundum leges avitas et patritas. — Cicero Tusculanarum lib. I: patritam illam et avitam, ut ait Theophrastus, philosophiam.

PERTIDERE, ut distidere. Cicero in oratore: concisum, non concaesum. ec quo quidam pertisum etiam volunt.

POPINONES, a popinis, vel hi, quos nunc dicimus tabernarios, vel luxoriosi, qui se popinis dedunt. Varro Modio:

qui póculis ardéntium intro ibít chorum, popíno.

Lucilius lib. I:

infamem quaestum turpemque odisse popinam.

PVTIDVM, non putre, sed odoris mali. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. V: non inscite illud dictum videatur in sue, animum illi pecudi datum pro sale, ne putesceret.

PERCVRSIONEM. Cicero Tusculanarum lib. IV: propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem.

PRAEFESTINATIM. Sisenna Historiarum lib. III: idemque per-

---

6 I, 19, 45 ‖ 8 48, 159 ‖ 11 Varro Modio ‖ 13 Luc. l. I ‖ 16 V, 13, 38 ‖ 18 IV 13, 31 ‖ 20 Sisenna Hist. III.

---

6 avitas et *Rothius;* habitasset *C.* — Thusculanorum $L_1$. — 7 patriam *male cdd. Cic.* — et ait *L.* — Theoprastus (Theoparastus *pr. H*) *L*, $H_1$; Theofrastus *rell.* — filosophiam $L_1$. — 8 Pertidere, ut distidere *M* (Pertaedere, ut distaedere *Leopardus*); ut *iam ed. a. 1476;* Percidere vel decidere $H_1$; Percedere vel decedere *rell.;* Percedere (*prius* Procedere), ut decedere *gl.; om. h. l. Bamb.* — *cf. Paul. 72* distisum et pertisum dicebant, quod nunc distaesum et pertaesum. — 9 concesum *C.* — ec quo *M;* et quod *C;* ex quo *cdd. Cic.* — pertisum *Cic.;* percisum $H_1$; percesum *rell.* — bolunt $L_1$. — pertisum *P. Scipionem dixisse ferunt; cf. Luc. frgm. inc. CXXXIII cum comment.* — 10 Popiones *Bamb. m. 1.* — a pop. (poponis *pr. G*) *in cdd. pos. post* tabernarios; *traiecit M.* — hic $L_1$. — poponis *pr. G.* — 11 luxuriosi *cdd. pr.* $L_1$. — 12 quis $H_2$, *G.* — ardentium *Oehlerus;* argenteum *C.* — intro ibit chorum *M propter r. m.; nam hic perinde purus septenarius atque alter eiusdem saturae, qui leg. pg. 229 s. l.* tibia; chorum introibit *C.* — *f.* qui p. a. ch. intro iit, popino. — 14 infamem *(ita ed. a. 1476)* quaestum (*prius* infamam veitam) *M;* infamam honestam *C;* infumam egestatem *Lachm. comm. in Lucr. pg. 99.* — hodisse *prius H.* — infamem, turpem atque inhonestam odisse popinam *Passerat.* — 15 *cf. 152* putidum. — putre *M, ut 152;* putrem (pupem $H_1$) *cdd.;* Putidum, putens, non putre *gl., mrg. H.* — odores $L_1$. — 16 ut non *Cic.* — 17 sue *Cic.;* suave *C.* — animam — datam *Lambin.* — putisceret *C;* putresceret *cdd. Cic.* — *Ho in mrg.:* animam aebeti (hebeti) corpori pro sale dari Ciceronem dixisse. — 18 Percursionem (Percursione *gl.*), excursum *gl., mrg. H.* — *om. h. l. cum seq. Bamb.* — IIII *Me;* V *L, G;* N *prius H.* — 19 percursionem *Cic.;* percursiones (percussiones $L_1$) *C.* — 20 Perfestinatim (praef. *H*), festine *gl., mrg. H.* — lib. III *Riesius ad servandum exemplorum ex Sisennae historia petitorum ordinem* (*et sequitur* idem; *ac nescio an fuerit antiquitus traditum* lib. III iidemque); lib. IIII *C.*

severaverunt, uti lex perveniret at quaestorem ac iudices, quos vellent, instituerent praefestinatim et cupide.

PRESTOLARI est expectare vel manere. Sisenna Historiarum lib. III: occulti tacitique adventum cohortium praestolari occipiunt.

PERMITTERE, pro mittere, incitare vel || praecipitare. Sisenna historiarum lib. III: et inde ecum concitatum princeps ad hostium permittit aciem. — idem lib. IIII: multi praemissis armis ex summo se permitterent.

PROICERE honeste positum. Sisenna Historiarum lib. IIII: tum posquam aput Iguinos ac Perusinos eius facti mentionem proiecit.

PETVLANTIAM, pro inprobitate. Cicero de oratore lib. II: illud adsequor, ut, siqui mihi forte maledicat, petulans aut plane insanus esse videatur.

PRESSV, quasi conpressione. Cicero de oratore lib. III: Valerium Soranum lenitate vocis atque ipso oris pressu et sono facile vincat.

PAVPERTATES nove positum numero plurali. Varro de vita populi Romani lib. I: quid inter hos Ioves intersit et eos, qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt potes animadvertere et horum temporum divitias et illorum paupertates.

---

23 Sisenna Hist. III || 1 Sisenna Hist. IV || 3 Sisenna Hist. IV || 5 Sisenna Hist. IV || 8 II, 75, 305 || 11 III, 11, 43 || 14 Varro de vita pop. Rom. I.

---

**21** at $L_1$, ad *rell.* — questorem *C, Flor.* (*m. 1 L* atque storem). — indices *prius H.* — **22** pide *Flor. m. 1.* — **23** Prestolari *L ex corr., H, Lugd.; gl.;* Prestolare *pr. L;* Praest. *ed. Bas.* — expestare $L_1$. — **24** lib. IIII *prius H.* — occulti *Wernickius;* occulte *C* (occulte taciteque *Iun.*). — adventum *Iun.;* advenientium *C* (advenientiam *male Popma*). — prestolari *L, H* (prestul. $L_1$); praest. *ed. Bas.* — occipiunt *Passeratius;* accipiunt *C.* — **1** pro mittere *v.;* promittere *cdd.* — **2** et inde; *f.* exinde. — praeceps *Petrus.* — **4** se *om. L, Flor. m. 1;* mitterent $H_1$*;* permitteret $G_1$*;* perm $L_1$, *id. 2 add.* itti; *f.* se permittere. — **5. 6** Proicere, effundere *gl., mrg. H.* — *om. l. Bamb.* — Sisena *Flor. m. 1.* — posquam *Flor. m. 1;* postquam *rell.* — aput $L_1$*;* apud *rell.* — Iguinos; Iguvinos *Popma;* eginus *cdd.; cf. 68 l.* apiscitur. — Purusinos $G_1$. — **7** proicit *Flor. m. 1.* — **8** *cf. 23* petulantia. — Petulantia *Bamb.; sed cf. 134* lentitudinem. — Petulans (*pr.* Petulas), quod prior petat *gl.* — **9** siquis mihi maled. *cdd. Cic.* — plane *cdd. Cic.;* sane *C.* — **11. 12** nemo est quin litteratissimum togatorum omnium Q. Val. Sor. *cdd. Cic.* — lenitate vocis *Cic.;* levitate focis *C.* — oris *Cic.;* vocis *C.* — **14** Varro; numero $L_1$. — libro $L_1$*;* libro XI *id. m. 2; item Ald.* — **15. 16. 17** *in his utrum* quid — intersit *perinde ac* divitias *e. q. s. suspensum sit a* potes animadvertere *an praecesserit verbum, ad quod pertineret interrogatio obliqua, non potest definiri.* — Iovis $H_1$. — euore $L_1$. — animadvertere $H_1$*;* anima adverte (*vel* anima advere) $L_1$*;* animo advertere *rell.* — et orbitemporum $L_1$*; f.* et nostrorum t.

PAVPERTINVM. Varro de vita populi Romani lib. I: ut in cetero cultu quae sunt, consentanea, quod sunt paupertina, sine elegantia ac cum castimonia.

PLVMARIVM. Varro Cato vel de liberis educandis: etenim nulla, quae non didicit pingere, potest [bene] iudicare quid sit bene pictum plumario aut textorei in pulvinaribus, plagis.

PVRPVRASCIT. Cicero Academicorum lib. II: quid? mare nonne caeruleum? ad eius unda, cum est pulsa remis, purpurascit, et quidem aquae tinctum quodam modo et infectum.†

PERPENDICVLI et NORMAE. Cicero || Academicorum lib. II: adqui si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis.

PINGVE positum pro inperito et inepto. Cicero Academicorum lib. IIII: quod ipsi Antiocho pingue videtur et sibi ipsum contrarium.

PROBATV DIFFICILE. Cicero Tusculanarum lib. V: quod etsi difficile est probatu propter tam varia et tam multa tormenta fortunae.

PALPO, quasi [a] palpando. Plautus Mercatore:

palpo pércutit.

PEMINOSVM, mali odoris: a pedore dictum. Varro de re rustica

---

18 Varro de vita pop. Rom. I || 21 Varro Cato || 24 Cicero Academ. II || 1 Cicero Academ. II || 4 Cicero Academ. II, 34, 109 || 7 V, 1, 1 || 10 I, 2, 42 || 12 I, 51, 1.

---

**18. 19** *hoc et seq. tria l. om. Bamb.* — ut in cetero cultu quae *Scal.;* ut inciter occultuque *L, H, Gs;* ut in citerocultoque *ed. Bas.; f.* ut in cetero cultu aeque s. cons. — consentenea $L_1$. — elegantia $L_1$; elig. *rell.* — **22** bene *secl. M.* — **23** aut textorei (*seq.* i) *M;* aut textore *H, G;* autextore *L;* a plumario aut textore *Iun.;* plumario a textore *Rothius.* — plagis *v.;* plagiis *C.* — **25. 26** ceruleum *L, H.* — ad $L_1$; aut $H_1$; at *rell.* — ius *prius L.* — aqui etinctum quod admodo $L_1$. — *puto* aquae tinctu quodam [modo] et infectu. — aquae tinctae quodam modo et infectae *Guietus.* — **1** Perpendiculi a perpendendo *gl., mrg. H.* — Perpendicula *Quicheratus.* — **2** adqui $L_1$; atqui *rell.* — si id; sub *G.* — non egeremus *om. L.* — egeremus *Hqos;* egerimus *G.* — **4** imperito *Gulielm.;* impedito (inp. $L_1$) *C;* inpedimento *Bamb.* — **5** ipso *L.* — Anthioco *L, H.* — videbatur *cdd. Cic.* — **7** *nullum l. in H; om. Bamb., gl.* — Probatu *v.;* Probatur *C.* — Thusculanorum $L_1$; Thusculanarum $H_1$. — **8** difficili *pars meliorum cdd. Cic.* — probatum *prius, ut videtur, L.* — tam varietatem e multa *prius L;* tam varie (variae *H*) multa *L post ras.;* $H_1$. — **10** Panpo $L_1$. — quasi palp. *Quicheratus;* quasi a p. *v.* — **11** percutit *C;* percutis *Plaut.* — **12** Paeminosum *G, Bamb.* (*in hoc videtur fuisse prius* Poeminosum). — Peminosum, fetidum, a pedore *gl.* — *quod ad paraphrasin lemmatis, n. N., cum illud* peminosus *potius idem esse videatur ac* perforatus, rimosus.

lib. I: solida terra pavita, maxime si est argilla, ne, *si* sit aestu peminosa, in rimis eius grana oblitescant.

PISARE, frangere vel tundere. Varro de re rustica lib. I: promendum hieme, ut in pristino pisetur ac torreatur.

PRAECIDANEVM est praecidendum. Varro de vita populi Romani lib. III: quod humatus non sit, heredi porca praecidanea suscipiendum Telluri et Cereri. aliter familia pura non est.

PALANGAE dicuntur fustes teretes, qui navibus subiciuntur, cum adtrahuntur ad pelagus vel cum ad littora subducuntur. unde etiamnunc palangarios dicimus qui aliquid oneris fustibus transvehunt. Varro de vita populi Romani lib. III: cum Poenus in fretum obviam venisset nostris et quosdam cepisset, crudelissime pro palangis carinis subiecerat, quo metu debilitaret nostros.

PONDO DVCENTVM nove Varro saepe; de vita populi Romani lib. III: Delphos Apollini munera missa, corona aurea pondo ducentum. ||

## INCIPIT PER R LITTERAM.

RVTVNDE positum eleganter, concinne vel collecte.† Cicero de finibus bonorum et malorum lib. IIII: regem, dictatorem, divitem solum esse sapientem, a te quidem apte ac rutunde. quippe; habes enim a rhetoribus.

RVTA dicuntur diruta. Cicero de oratore lib. II: set dicis te, cum aedis venderes, ne in rutis quidem et caesis solium tibi paternum recepisse. — Vergilius Georgicorum lib. I:

cumulosque ruit male pinguis harenae.

15 I, 63 || 17 V. de vita pop. Rom. III || 23 V. de vita pop. Rom. III || 26 V. de vita pop. Rom. III || 3 IV, 3, 7 || 6 II, 55, 226 (Crassus) || 8 I, 105.

13 si sit aestu *M;* situ *C;* aestu (*vel* estu) *cdd. Varr.* — 14 in rinis *L, $H_1$*. — oblitiscant *C.* — 15 *cf. 152* pinsere. — tondere *Bamb.* — 16 hieme *Varr.;* diem *C.* — pristino *L, H;* pistrino *G;* pistino *ap. Varr. cd. Politiani; cf. comm. in Varr. l. p. 152 s. l.* pinsere. — pisatur *cd. Polit.* — 17 *cf. Gell. IV, 6, 7 sqq.; al. tamen auctorem secutus N.* — 18 IIII *L, $H_1$*. — susc. *M;* suscipienda *v.* — 20 Plance *gl.* — terentes *L, $H_1$*. — 21 subducantur *L, $H_1$*. — 23 Varro; *cf. Val. Max. IX, 2 ext. 1.* — III *Thilo, Kettnerus;* IIII *v.* — 24 coepisset *C.* — credulissime *L.* — 26 sepe *m. 2 add. H.* — 27 Delfos *C.* — Apolloni *Ho.* — 2 *cf. 60* rutundum. — Retunde *$L_1$;* Rotunde *Hs (non Hqo); Bamb.; gl.* — eleganter *$L_1$, Bamb.;* elig. *rell.* — concine *Bamb.* — collecte *corruptum; f.* compte (*vel* conposite). — Rotunde, conposite *gl.* — 4 a te quidem *Cic.;* ad equitem (aeq. *L*) *C.* — rotunde *$H_1$*. — 6 Cic.; *cf. comm. in eund. l. pg. 54 s. l.* recepticium. — sed *Cic.; cdd. 54;* et *id. h. l. et 384.* — dicet *Cic.* — 7 solium *Cic.;* solum *C.* — 8 recipisse *L.* — libro II *L.* — *cet. cf. 380 l.* ruere, diruere, conplanare.

164 M.

RAVVM, furvum. Cicero Academicorum lib. IIII: quia nobismet ipsis tum caeruleum, tum ravum videtur; quodque nunc a sole conlucet.

RAVIS est raucitas. Plautus Aulularia:

ubi, síquid poscam, usque át ravim poscám prius.

idem Cistellaria:

expúrigabo hercle ómnia ad raucám ravim.

RVRANT, pro rusticantur. Plautus Captivis:

dum *rúri* rurant hómines, quos ligúrriant.

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν: dum in agro studiosius ruror, aspicio Triptolemum sculponeatum bigas sequi cornutas.

RARENTER, pro rare. Caecilius Plocio:

tú nurum non vís odiosam tí esse, quam rarénter videas?

Pomponius Ergastilo:

'lónge ab urbe vílicari', quó erus rarentér venit.' —
'nón *enim* vilicári, sed dominárist mea senténtia.'

RVCTVS a ructando dictus. Plautus Pseudulo:

'pergin ructare in os mihi?' —
'suavi' ructus mihist. sic sine, Simon.'

---

10 II, 33, 105 || 13 II, 5, 10 || 15 Plautus Cistellaria || 17 I, 1, 16 || 19 Varro Serrano || 21 Caecilius Plocio || 23 Pomponius Ergastilo || 26 V, 2, 9.

---

**10** furvum *M;* fulvum *C;* falvum *Bamb.* — **11. 12** ceruleum *L, H.* — q. n. i. modo caeruleum videbatur, mane ravum (flavum *deter. cdd.*), quodque nunc, qua a sole conlucet, albescit et vibrat; *in quibus priora rectius perscripta quam apud N.; sed hoc duce reponendum:* quodque (*i. e.* quoadque) nunc a sole conlucet, albescit et vibrat. — **13** Pl.; *cf. 374* poscere. — **14** poscamus quae *C.* — *item* at. — **15** Clitellaria *male Scal.; cf. Studemund. Hermae I, 298.* — *neque umquam Nonius usus est hac fabula.* — **16** expurigabo *Ritschelius nov. excurs. plaut. pg. 53;* expurgabo *cdd.* — ravinum *L;* ad rauc. r. *etiam Pl. Ambr.* — *illud* ravis a *habere correptam et hic v. docet et in priore probabile reddit r. m.; vitiosum igitur quod fertur in Poenulo 778:* nego et negando, siquid refert, ravio; *ubi omnino futuro opus est legendumque* raviero. — **18** ruri *om. cdd.* — **20** roror $G_1$. — **21** *cf. 515* rarenter. — **22** non vis, *i. e.* negas. — ti (*cdd.* tibi) *M; cf. libri de v. Saturnio pg. 106.* — Pompon.; *cf. 186* vilicari; *515* rarenter. — **24. 25** *diverbium reposuit M.* — vilicari' *M;* vilicari *v.; cet. cf. comm. ad 515 l. m.* — enim *add. M.* — sed dominari *om. L.* — sest $L_1$, *item* sentia. — *sine diverbio satis eleganter Bothius:* longe ab urbe vilicari, quo erus rarenter venit, id non vilicari, sed dominari est meā sententiā. — **27. 28** *cf. Spengel. de cant. Plaut. 407.* — percin (*in H ras. post* n; percinc $L_1$) *C.* — sic sine simon (sines imon *ed. Bas.*) *C satis bene, dittographia petita, ut etiam O. Seyfferto visum (cf. Leutschii Indicis Philol. XIV, 444), ex alia atque Palatinorum recensione.* — Simo *recte Seyffertus; cf. infra.* — sic sine modo *B, C, D ap. Pl.; in Ambros. legere sibi videbatur Ritschelius* sinitemo —; *id. Studemundio teste potius:* s... inesimo. *cf. Caes. pg. 129.* — sic sine: i modo *Gulielmus; f.* sic sines, Simo, *ut metrum sit idem atque in v. priore.*

Lucilius Satyrarum lib. III:

exhalas tam acidos ex pectore ructus. ||

RESVPINAS, honeste [id est] ab incepto revocas vel pervertis significat. Accius Antigona:

quid agís? perturbas rem ómnem ac resupinás, soror.

RINGITVR, irascitur. Terentius in Phormione:

cúm tibi sit quod pláceat, illeríngitur, tu rídeas.

RISCVS, loca in parietibus angusta. Terentius Eunucho:

. . . . . . . . in rísco. odiosa céssas?

*RECIPROCA* * * *

réciproca animum, inquám [odiose]!

Ennius Andromeda:

. . . . rúrsus prorsus réciprocat fluctús fera.

REPEDARE. Lucilius lib. XXVI:

rédiisse ac repedásse, ut Romam bítat gladiatóribus.

idem:

queís acteis ego á Metelli [Romam] *rús* repedabam múnere.

REDANDRVARE, reddere. Lucilius lib. VIIII:

ut vulgu' redandruet inde.

Pacuvius Chryse:

Gráios nil medíocriter
redándruare.

---

29 Luc. l. III || 2 Accius Antigona || 4 II, 2, 27 || 6 IV, 6, 16 || 9 auctor scaenicus || 10 Ennius Andromeda || 12 Luc. l. XXVI || 14 Lucilius || 16 Luc. l. VIIII || 18 Pacuvius Chryse.

---

**30** tam *M;* tum *v.* — **1** i. e.; *f.* dictum. — pertis *pr. L.* — **3** soror *Iun.;* sorori *C.* — **4** formione (firm. *pr. H*) *C.* — **5** dum t. fit *Ter.* — turgideas *L*, $H_1$. — **6** Riscus, repositorium *gl.* — longa *pro* loca $L_1$. — eunocho *H.* — **8** Reciproca, recipe (recepe *gl.*) *mrg. H; gl.;* Reciprocare *add. Me.* — **9** Reciproca *ut l. scr. in H; etiam in L locus vacuus capitali litterae relictus.* — Recipocra *H.* — odiose *secl. Duentzerus.* — **10** Enn.; *cf. 384* rursus. — **11** rursus $L_1$; russus $H_1$ (*quod non potest admitti, nisi si scripseris* prossus); riscus $L_2$, $H_2$, *G.* — fructus *cdd. h. l.* — fera *Bergkius;* feram *cdd. utrobique.* — **13** rediisse *Guietus;* redisse *C.* — repidasse $L_1$. — Romam bitat *Scal.;* Roma vitet *C.* — *cf. comm. in Luc. XXVI, 62.* — gladiatoribus; *h. e.* quando editur munus gladiatorium. — **14. 15** idem: queis actis *Gulielmus;* idemque sanctum *C.* — a Metelli rus rep. m. *M;* a Metello (Metollo $G_1$) Romam *(quod ex sup. v. irrepsit)* reped. m. — **16** Redandruare, redire *gl.* — *cf. Fest. 270* redantruare. — reddere *vir doctus ap. Quicheratum;* redire *v.; cf. Fest. l. m.* — **17** redrandruet *G.* — *totus v. legitur ap. Fest.:* praesul ut amptruet (ampiruet *cd.*) hinc (inde *cd.*), ut *(om. cd.)* vulgu' redamptruet (redamplavit *cd.*) inde *(om. cd.;* at, *quod sequitur, Festi est*). — **18** chrise *L*, $H_2$; grise $H_1$. — **19. 20** *plenius hoc frgm. leg. ap. Festum.* —

REDOSTIT, reddit. Accius Amphitryone:

. écquid hic redóstit vim, cometem obtet† fácilius?

idem Didascalicon lib. II:

út, dúm brevitátém velint cónsequí verbórúm,
áliter ác sit réllatúm, redhóstiánt respónsúm.

REPVERASCERE. Novius Agricola:

'quíd ita?' — 'quia enim répuerascis, fúgitas personás, pater.'

M. Tullius de oratore lib. II: cum Scipione solitum rusticari eosque incredibiliter repuerascere esse solitos, cum rus ex urbe, tamquam ex vinculis, evolavissent. — et de senectute: et siquis deus mihi largiatur ut ex hac aetate repuerascam et in cunabulis vagiam. ||

RHETORISSAT. Pomponius Medico:

'dolásti uxorem; núnc eapropter mé cupis
concídere?' — 'etiam rétorissas?'

---

21 Accius Amphitryone || 23 Accius Didascalicon II || 26 Novius Agricola || 28 II, 6, 22 || 30 23, 83 || 1 Pomponius Medico.

---

Graios *recte Fest.*; Graecos (Grec. *L*, *H*) *C.* — nihil *cdd. Non. et Fest.* — redamptruare *cd. Fest.* — **21** *cf. Fest. 270* redhostire. — Redostit *etiam gl.* — reddit *Iun.*; redit *cdd.*; *cf. Fest. l. m.:* redhostire, referre gratiam; *Non. pg. 4 s. l.* hostimentum: hostire — id est aequa reddere. — Accius *cf. Fest. l. m.* — **22** cedo, ecquid *Festus;* quid (*praec.* e) *cdd. Non.* — vim *Quicheratus;* viam *C; ap. Festum est:* cedo ecquid te redhosti titum *(cf. H. Keil. mus. Rhen. VI, 624).* — obbiet $H_2$, *G;* obhiet *cd. Iun.;* cum eas sem obiectet *cd. Festi.* — *locus nondum expeditus. ac difficillima emendatio, cum de argumento Amph. Accianae non constet. fortasse* co mei (quo mihi) se obiectet (*i. e.* obiciatur) facilius. *potuere haec dici ab Amphitryone de Pterelao obsesso a se et obviam egresso hostibus.* — quo *iam Mercerus.* — *Comaethus, quae Pterelaum patrem prodidisse dicitur, nomen latere in illo* cometem *vel* cum eas sem *suspicatur Ribbeckius, qui de fabula Acciana egit libri de tragoedia latina pgg. 553 sqq.* — **23** *Διδασκαλικῶν Bentin.;* didascalico *C* (didascalicō *prius H*). — II *om. L;* I *edd. ante Me.* — **24. 25** *versus constituit Lachmann. Opusc. 70 sq.* — brevitatem velint *Lachm.;* velint (velin *L*, $H_1$) brevit. *C.* — ac sit *G*, $H_2$; assit $H_1$; aliter *L.* — rellatum *Lachm.;* relatum *C.* — redhostiant r. *Hermannus;* redhosti r. (redostire sponsum, *m. 2* redhostire sp. *H*) *C.* — **26** Repuerascere, in puerum redire *H, Bamb., gl., mrg. H.; in H illa* in p. r. *punctis additis deleta;* eadem *m. 1 vel 2 add. L; om. G.* — Repuerascere; *cf.* puerascere *154 s. l.* puellascere. — **27** quid *Aldus;* quod *C.* — fugitas *Me;* fugit has *C.* — **28. 29. 30** *ita Quicheratus; v. infra.* — cum — rusticari *om. hic cdd.* — repuerescere *cdd. Cic. optimi; cf. Halm. ad Cat. m. 23, 83.* — **31** repueriscam *cdd. Cic.* (repuerescam *frgm. Bernense*). — in cunis (in cunas *frgm. Bern.*) *cdd. Cic.* — **32** *post* vagiam *add. C:* et de oratore libro II: c. Sc. s. r. eosque (eos qui $H_1$) i. r. e. s. — **1** Rhetoriscat $H_1$; Retoriscat (rhetoriscat *H*), retorice (rhetorice *ex correct. H*) loquitur *gl., mrg. H.* — **2** dolasti *prius H; ed. a. 1480;* dalasti *H ex corr., L, G.* — **3** retorissus $L_1$; rbetorissas *prius H; in quo et alias* b *et* h *confusae;* rhetorissas $L_2$, *H ex corr., G.*

166 M.

RAMICES dicuntur pulmones vel hirnea. Plautus Mercatore:

tui caúsa rupi rámices, atrúm dum sputo sánguinem.

idem Poenulo:

néque nos quemquam flágitamus néque nos quisquam flágitat;
tuá causa nemó nostrorumst suós rupturus rámices.

Varro Trihodite, περὶ ἀρετῆς κτήσεως: priusquam in orcestra pythaules inflet tibias, domi suae ramices rumpit. — Lucilius Satyrarum lib. VIIII:

quod deformi' senex, ἀρθριτικὸς ac podagrosus
est, quod mancus macerque, exilis, ramice magno.

Varro Gerontodidascalo: rapta a nescio quo mulione raptoris ramices rumpit.

RVSPARI est scrutari. Accius Nyctegresia:

iúben nunc adtemtáre, iuben nunc, ánime, ruspari Phrygas?

idem Meleagro:

vagént ruspantes sílvas, sectantés feras.

REGREDERE, revocare. Ennius Achille:

quo núnc incerta re átque inoratá gradum
regrédere conare? . . . . . . .

RVMINARI dictum in memoriam revocare. Varro Tanaquile:

---

4 I, 2, 27 ‖ 6 III, 1, 36 ‖ 9 Varro Trihodite ‖ 11 Luc. l. VIIII ‖ 14 Varro Gerontodidascalo ‖ 16 Accius Nyctegresia ‖ 18 Accius Meleagro ‖ 20 Ennius Achille ‖ 23 Varro Tanaquile.

---

4 Ramites, pulmones *gl.; mrg. H;* ramites (*non* Ram.), *supra scr.* t *L.* — pamones *L, $H_1$, Bamb.* — hirenea *pr. G.* — 5 tua *cdd. Pl.* — ramites *pr. L;* ramites, tramites *cdd. Pl.* — *ita* remites *pro* remiges. — iamdudum *bene cdd. Pl.;* atrum dum *C;* atrum iam *displicet recte Ritschelio.* — puto *L.* — 6 Penulo *L, H.* — 7 flagius neque *L.* — 8 nostrorumst; nostrorum si *cdd. Pl.*, nostrum est *C.* — rupturos *C.* — ramittes *$L_1$;* ramites *cdd. Pl.* — 9. 10 περι αιηϲ (ατηϲ *$H_2$, G*) καιτηϲεωϲ (καιτηϲεω *L,* κιτηϲεωϲ *G*) *C.* — orchestra *H, ut vid.* — pythaules; *cf. Hor. Epist. II, 3, 414 sq.* — imflet *L;* ymflet *$H_1$.* — tibi has *$H_1$; post* tibi *ras. in L* (tibi has *id. test. ed. Bas.*). — ramites *prius L.* — 12 ἀρθριτικὸς *Franckenus;* arthriticus *v.; f. vere, cum interdum in cdd. Non. Graeca in latinum sermonem recepta graecis scribantur litteris;* apopititus *L;* apptitus *$H_1$;* apepiticus *$Hs_2$;* apθϱiticus *$Ho_2$, vix recte;* apepititus *G.* — ac podagrosus *$H_2$; Ald.;* as potagrosus *L, $H_1$, G.* — 13 macerque *M;* miserque *C* (macer *iam I. Dousa*). — ramite *prius L, $H_1$.* — 14 cerontoditascalo *$L_1$.* — annescio *C* (aṅnescio *H*); a nescio *Iun.* — raptoris *Popma;* raptori *Lips., puto recte;* rapturis *C.* — 15 ramitis *prius L;* ramicis *rell.* — 16 Ruspicari est strutari *Bamb.* — Nyteresia (Nict. *H*) *C.* — 17 iuben *bis M* (iube *Bentin.*); iuve (*seq.* n) *bis C* (iuvae *$H_1$ l. pr.*). — adtemtare *$L_1$; id. 2* att.; adtemptare *H, G.* — anime *Ribbeckius;* animo *C,* — frygas (frigas *G*) *C.* — 19 rospantes *L.* — sectantes *cd. N. Fabri;* sextamtes *C.* — 20 chennius, *tum* cennius *$L_1$.* — 21 morata *G;* ignorata *Turneb., Guietus.* — 23 Ruminari *Vossius;* Ruminare *cdd. (om. h. l. gl.).* —

non modo absens *nihil* quicquam de te sequius cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem. — Livius Aegistho:

nemo haéce vostrum rúminetur múlieri.

RVSTICATIM, pro rustice. Pomponius Aleonibus:

ád ego rusticátim tangam; *nam* úrbanatim nescio.

RVMIFERARE dictum honeste rumoribus || ferre. Plautus Amphitryone:

quámque adeo civís Thebani véro rumiferánt probam.

RETVRARE, aperire, contra id quod dicitur opturare *operire.* Varro Agathone: pueri obscenis verbis novae nuptulae aures *returant* * * * habeant.

RVTVBA, perturbatio. Varro Sexagesi:

ergo tum Romae parce pureque pudentis
vixere. en patriam! nunc sumus in rutuba.

REVOCARE positum per vices mutuo vocare. Varro Sexagesi: qui nobis ministrarunt pueri diebus festis cicer viride [qui] nos [pro vocare] advocare cum audeant, nos illos revocare timemus?

RECENTARI honeste positum pro novari. quod est graece *ἀνανεοῦσθαι.* Maccius:

---

25 Livius Aegistho IV || 27 Pomponius Aleonibus || 1 II, 2, 46 || 5 Varro Agathone; cf. comm. || 7 Varro Sexagesi || 10 Varro Sexagesi || 14 Maccius.

---

Tanaquile; *logistoricis Varronis libris adscribendum hunc inscriptumque altero titulo* de pudicitia *probabiliter coniecit Mercklinus; Saturis addidere alii.* — 24 nihil *add. M;* non modo non absens quicquam *Quicheratus.* — cogitabit *Turnebus;* cogitavit *C.* — etiam tuam r. *Quicheratus.* — 25 Aegistho *ed. Bas.;* aegisto *L,* egisto *H.* — 26 haece *M;* haec *C* (baec $L_1$). — vostrum *D. Heinsius* (*seq.* rum); voster *C.* — 27 Pomp.; *cf. 408* tangere — circumvenire. — 28 at $H_1$. — nam *add. Guietus.* — 1 *om. Bamb.* — 2 q. ad. *Pl.;* quanquam (quamq. $L_1$; *G*) ideo *C.* — cuius *G.* — tebani *L, H.* — vero rumificant, verorum mirificant *fere cdd. meliores Pl.* — 4 Ret. *Iun.;* Redurare *cdd.* — obdurare $H_1$; *id. 2* obturare. — *cet. cf. Paul. 184.* — operire *add. M.* — 5 Agathone (Agatone *C*); *cf. 356* obscenum, inmundum. — nuptulae *cdd. 356;* nuptae (nupte *G*) *h. l. C.* — aures redurant *ed. a. 1476* (returant *Me praeeunte Iun.;* obturant *Popma*); aures reiurant, redurant, restaurant *cdd. 356;* aures habeant *h. l.* — *recte dicit Riesius post* aures *quaedam hausta; quae num fuerint Varronis incertum.* — *cet. n. N.; nam* ret. *idem quod* replere. — 7 *om. l. Bamb.* — 8 puremquae $H_1$; purequae $L_1$. — 9 vixere *Gulielmius;* vivere *C.* — en patriam *Lachm. comm. in Lucr. pg. 56;* in patria *v.* — 10 Saxagesi *L.* — 11 virde $L_1$. — [qui]; *del. Duentzerus.* — 12 [pro vocare] advocare (*scil.* ad cenam) *M;* provocare advocare *C; cf. 74 l.* advocasse pro vocasse. — illos *v.;* illo *C.* — *agitur de servis per turbas temporum Varronianorum ad divitias et potentiam provectis.* — 13 *cf. Gell. XV, 25.* — Recentari — novari *v.;* Recentare — novare *cdd.; cf. Gell.* — *ἀνανεοῦσθαι (ita ed. a. 1476).* Maccius (Matius, *ut apud Gell., Bentin.*); ananeutem accius *prius L;* ananeuten accius *prius H;* ananeute accius *G, item ex corr. L, H.*

iamiam álbicascit *Phoébus* et recéntatur;
commúne lumen hóminibus *volúptatist.*

RAPINATORES pro raptoribus. Varro Bimarco: in invidiam veniant [in] hoc ipso rapinatores. — Lucilius lib. II:

homo inpuratus et inpuno estque rapister.

REDA. Varro epistula ad Neronem: quodsi tuam heri redam non habuissem, varices haberem.

RECENTIORVM. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. II: horum recentiorum, numquam dictum ab illo, quod sciam.

RVMAM veteres mammam dixerunt. Varro Cato vel de liberis educandis: dis Semonibus lacte fit, non vino; Cuninae propter cunas, Ruminae propter rumam, id est prisco vocabulo mammam; a quo || subrumi etiamnunc dicuntur agni.

REICVLAS oves, aut aetate aut morbo graves. Varro Cato vel de liberis educandis: seicut in grege opilio oves minus idoneas removere solet, quas reiculas appellant. saepe enim unus puer petulans atque inpurus inquinat gregem puerorum.

17 Varro Bimarco || 18 Luc. l. II || 20 Varro epistula ad Neronem || 22 II, 26, 82 || 24 Varro Cato || 2 Varro Cato.

**15. 16** albigcascit *L.* — Phoebus *docti add. ex Gellio.* — et recentatur (recentur *L*) commune (cōmmune, *punct., ut vid., m. 2 L*) lumen hominibus *Non. nota incogitantia;* et recentatur; commune lumen hominibus voluptatist (*ita M;* et voluptatis *cdd.*) *Gell.* — **17** pro *om. L.* — Vimarco *C.* — **18** in *del. Popma.* — Lucil.; *cf. 129* inpuno. — **19** h. inpudicus et inpune est rapinator *cdd. h. l.* — **20** Reda, vehicolum (vehiculum *H*) *gl., mrg. H.* — vehiculum *om. G; habet Bamb.; punctis del. in H; m. 2 add. in L.* — Varro; *cf. 26* vari. — ad Neronem: ad uerronem *prius G;* ad varronem *rell., ut pg. 26.* — nam si *cdd. 26.* — he redam $L_1$*;* heri *om. cdd. 26.* — haberem varices *cdd. 26.* — **22. 23** Rec.; novorum *add.* $L_2$*,* $H_1$*, Bamb.; gl.; mg. H.* — *Ciceronis verba haec sunt:* attulisti aliud humanius horum recentiorum, numquam dictum ab ipso illo, quod sciam. — ab ullo $H_2$. — **24** de libris $L_1$. — **25** dis Semonibus (*vel* his S.) *Lips. Antiq. Lect. II, 18;* hisce manibus *C;* hisce numinibus *Prellerus Mythol. Rom. ed. I pg. 54; f.* hisce omnibus. — *male Scal.:* hisce Maniabus; *cf. commenta doctorum ad Varr. de l. lat. IX, 61; Fest. pg. 129 l.* Manias. — Cuninae *Iun.;* cunina *C.* — **26** Ruminae *v.; et ita G;* rumine *H; om. L., in quo rasura spatio fere aequans illud* ruminae, *sed ut aliud videatur ibi scriptum fuisse, exc. quod prima esset littera* r. — propter rumam, id est — mammam; *cf. Varr. de re r. II, 11, 5.* — **3** de libris *L.* — seicut (*praeced.* s) *M;* et ut *v.; fuit qui putaret illud* et *delendum.* — **4** appellant *cd. Paris. 7577;* appellat *C.* — **5** inquinat *Ald.;* inquit (inquid *L,* $H_1$) *C.*

## INCIPIT PER S LITTERAM.

SALTVATIM. Sisenna Histor. lib. VI: nos una aestate in Asia et Graecia gesta litteris idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim ac saltuatim scribendo lectorum animos inpediremus.

SCAPVM. Varro Bimarco: misique, diu cum stilo nostro papyri inlevi scapum [capitio], novom partum poeticon.

SVTRINAS, a suendo. Varro Hercule Socratico: quid? sutrinas facere inscius nihil, homo, agis?

SCABRE. Varro Manio: *ager* derelinqueretur ac periret:

'scualé, scabreque inlúvie et vastitúdine.'

STRIGOSVS aput veteres morbus dicitur iumentorum, qui corpora stringat aut fame aut alia vitii causa, quasi stringosus. Masurius Sabinus lib. XVII: censores, inquid, Publius Scipio Nasica et Marcus Popilius cum equitum censum agerent, ecum nimis strigosum [equitum] et male habitum, sed equitem eius uberrimum et habitissimum viderunt.

---

7 Sisenna Hist. VI ‖ 10 Varro Bimarco ‖ 12 Varro Hercule Socratico ‖ 14 Varro Manio ‖ 18 Masurius Sabinus XVII.

---

**7** *om. h. l. et sequens Bamb.* — Saltuatim; *cf. pg. 187* vellicatim; *Gell. XII, 15.* — historiae (hyst. *H*) *C.* — in historiarum sexto *Gell.;* lib. (libro) I *cdd. Non.* — aetate *h. l. cdd.* — *mrg. H* 'una estate' forsitan debet esse, quia tunc fiunt bella, vel 'una etate' uno seculo. — **9** bellicatim *C pr.* $H_1$*; mrg. H; gl.* — ac *Non. cdd. l. utroque;* aut *mel. Gellius.* — saluatim $L_1$. — **10** Scapum, dividum *(cf. Varr.) gl., mrg. H.* — uimarco *C.* — misique, diu cum *M;* mihique dividum *C.* — stili rostro *Roeperus.* — papiri (pari $G_1$) *C.* — **11** inlevi *Rothius;* nolevii (nolevi $H_1$) *C; cf. Hor. Sat. I, 4, 36.* — scapum *M;* scapos capitium *duplicato, ut saepe in cdd. Nonii factum, vocabulo, quod semel erat scribendum C.* — novum (novom *Riesius*) partum *Oehlerus;* novo partu *C.* — *verba sunt Varronis ad amicum, cui destinavit libellum, iungenda illa cum eis quae leguntur pg. 448 s. l.* edolare. — **12** Sutrinas *v.;* Subtrinas *cdd.; gl.* — quid $H_2$, *G;* qui *rell.* — subtrinas *C.* — sutrinas facere, *ut* mercaturas facere *sim.* — **13** nihil, homo, agis; nihilo magis *Rothius, sententia quidem imperfecta. recte si habet lectio vulgata, apparet perstringi hominem βάναυσον, qui omnia vulgi commodis metirctur neque quidquam honore dignum putaret nisi quod ad usus quotidianos pertineret.* — **14. 15** Varro; *cf. comm. in 125 l.* inluvies. — Manto *L.* — ager *om. C.* — derelinquere quam perire sic vale *C.* — scabre atque *h. l. cdd.; f. recte.* — inluvae $L_1$*;* illuve $H_1$*;* alluvie *G;* illuvie *rell.* — **16** apud *C pr.* $L_1$. — **17** a fame *prius L.* — streng. *L.* — **18** *cf. Gell. IV, 20, 11.* — mas. scabrius *cdd.* — **18. 19. 20. 21** cessores *prius L.* — lib. XVII; in septimo memoriali *cdd. Gell.* — inquid (inquit *H, G*) *ex Gellio transcripsit N.* — Nasia $H_1$. — ecum; et cum $H_1$*;* equum *id. m. 2.* — stricosum *C pr.* $H_1$. — equitum *om. Gell.* — habitissimum *Gell.;* habilissimum *C; et ita f. ipse Non.*

SVSPICIOSVM, qui in suspicione sit. Cato de re Floriana: sed nisiqui palam corpore pecuniam quaereret aut se lenoni locavisset, etsi famosus et suspiciosus esset, vim in corpus liberum non aecum censuere atferri.

SVBICES nove positum, non a subiciendo, || sed *ab* altitudine. Ennius Achille:

. . . . . . per ego deúm sublimas súbices,
úmidas, unde óritur imber.

[Vergilius Georgicorum lib. IIII:

*ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.*

*idem* in Bucolicis:

quantum vere novo viridis se subicit alnus.]

SCRAPTAS, SCRVPIPEDAS, STRETTIVELLAS, exprobratio vitii aut deformitatis meretricum. Plautus Nervularia:

scrattaé, scrupipedae, stréttivellae sórdidae.

---

22 Cato de re Floriana || 2 Ennius Achille || 5 IV, 385 || 7 10, 74 || 10 Plautus Nervularia.

---

22 *cf. Gell. IX, 12, 7.* — **23** nisi qui *Gell.;* si qui *H, G,* qui *L.* — torpore *C pr.* $H_2$. — aut sele locavisset *prius L.* — **24** fuisset *cdd. Gell.* — liberam *C.* — ecum *L,* $H_1$; equum $H_2$, *G.* — **25** censueri *C.* — atferri; acferri *C.* — **1. 2** *cf. Gell. IV, 17, 14; Fest. 305 l.* subices. — *om. h. l. gl.* — Subicis *cdd.* — ab *in notis ad h. l. add. Me.* — *cet. cf. Gell.:* subices pro aere alto ponit, qui caelo subiectus est. — Acille $L_1$, $H_1$. — **3** sublimes *deteriores quid. cdd. Gell.;* sublimas *om. Fest.* — subicis *C.* — **4** humidas *ed. Bas.* — imber (inber $L_1$); sonitu saevo et spiritu *add. app. Enn.* — **5. 6. 7. 8** *apparet haec contraria Nonio et ab interpolatore adiecta.* — Verg. Georg. lib. IIII: ter — reluxit. idem in Bucolicis *M;* Vergilius Georgicorum libro IIII *L,* $H_1$; Vergilius in Bucolicis $H_2$, *G; cf. 387 l.* subicere, susum iacere, *ubi eadem exempla inverso quidem ordine. sine hoc esset, posset cogitari de addendo II, 18, 19:* etiam Parnasia laurus *e. q. s.; cf. Gell. IV, 17, 5.* — **9** *cf. Gell. III, 3, 6; Varro VII, 65; Fest. 333 s. l.* scraptae; *Ritschel. Parerg. 84; Loew. Prodrom. 281.* — *om. hoc. l. Bamb.; gl.; in Bamb. etiam sequentia quattuor, duo in gl. desunt.* — scraptae *cd. Festi in lemm.;* sartae *Paulús.* — scrupedas *C.* — strettivellas *M; cf. infra;* strictivellas *C.* — exprobratio *ed. a. 1476;* exprobatio *ed. Bas.;* expraebatio *L, H.* — vitii *Bentin.;* lutio *C; cf. Gell.:* delectatus faceta verborum antiquitate meretricum vitia atque deformitates significantium. *at Festus:* scraptae dicebantur nugatoriae ac despiciendae mulieres — ab is quae screa idem appellabant, id est quae quis excreare solet. ab screando (ab excreando *Flor.*) *etiam Varro l. mem.* — **10** Nervol. *(sic) Bentin.; cf. Gell.; nisi ipsius Nonii est error; cuius similem iam aliquotiens deprendimus levitatem;* Aulularia *C.* — **11** scrattae *Ritschelius;* escrate (escrapte *G,* $H_2$) *C;* scratte *Reg.; Rott. Gell.;* sacrate *Vatic.; ap. Varr. Flor. bis* scraties (*utrobique seq.* s); *Fest. prius* scraptae, *dein in v. Titinii, quem adfert,* scrattiae; *glosae Loewii e Festo ductae* scrattae, scrate. *tamen nescio an sit praeferendum* scraptae; *cui allitteratione melius convenit cum sequente* scrupipedae. — scrupipedae *O. Muellerus ad Varr.*

169 M.

SABVLVM. Varro *Ταφῇ Μενίππου*: non vides in magnis peristylis, qui cryptas domi non habent, sabulum iacere a pariete aut e xystis, ubi ambulare possint?

SVCTV. Varro *Γνῶθι σεαυτόν*:

> út cremento córpora
> fierént maiora párvo, ut suctu cándidei
> lactís.

SVPER, valde, vehementer. Vergilius Aeneidos lib. I:

> his accensa super iactatos aequore toto
> Troas.

et lib. III:

> o mihi sola mei super Astyanactis imago!
> sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

SCABRES, pro scabra es. Ennius Andromeda:

> scroépeo investíta saxo, adque óstreis squamaé scabrent.

Pacuvius Teucro:

> quae désiderio alúmnum, penitúdine
> squalés scabresque incúlta vastitúdine.

---

12 Varro *Ταφῇ Μενίππου* ‖ 15 Varro *Γνῶθι σεαυτόν* ‖ 19 I, 29 ‖ 22 III, 489 ‖ 25 Ennius Andromeda ‖ 27 Pacuvius Teucro.

---

*l. l., ubi* ruppae. ides *Flor.;* crupede *C;* scrupede *cdd. mel. Gell. — cf. Varr.:* scrupipedam (scruppidam *Flor.*) Aurelius scribit ab scauripeda; Iuventius comicus dicebat a vermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus; Valerius a pede ac scrupea. — scrabipedae, *quod a* scabrendi *vocabulo repetit, parum probabiliter Loewius.* — strettivellae *M;* strittivillae *Ritschel.;* strictibile *C;* strittiville *Reg., Rottend. Gell.;* sritiville *Vatic.;* rittabillae (*vel* riatabillae) *Flor. Varr.; idem infra* strittabillas (strittabillae *Spengelius*) a strettillando; strittare ab eo, qui sistit aegre. — sordide *L, H;* sordidae *G;* tantulae *Flor. Varr. — illud* sordidae *propter allitterationem minime videtur temptandum. — ea quae sunt* scrattae, scrupipedae, strettivellae *quid significent, nondum satis expeditum. et* scrattas *quidem vel potius* scraptas *nescio an ad* scabrendi *vocabulum liceat referri, facta litterae* r *metathesi, cuius aliquot inveniuntur in lingua latina exempla; velut habes* pristinum *pro* pistrinum. — **12** tafe minippu *L, H;* tafe menippu *G.* — **13. 14** peristyliis *Scal.;* perstilis *C.* — criptas *L, H.* — a pariete *f. corruptum.* — e xystis *Scal.;* egistis *C. — xystos Riesius coll. Vitruv. VII, 6 pg. 150 sq. ed. Ros. recte intellegit hypaethras ambulationes.* — **15** *nullum lemma in L.* — **16** cremento *Iun.;* crementa *C.* — cremento *pro* incremento. — **17** parva *Popma.* — ut; *aut truncatus finis fragmenti aut delendum videtur* ut. — candidei *M* (candidi *Ribbeckius*); candida *C.* — **19** *n. N.; sed cf. Serv. ad Aen. III, 489.* vehenter $L_1$. — **20** accenso *L;* accenset $H_1$. — equore *L.* — **23** Astianactis *L, H.* — **24** ille *om. L, G.* — **25** Scabres, pro scabra es *Quicheratus;* Scapres pro scabres *C;* Scupres, scabres *gl.* — **26** scroepeo *M;* screpeo *L;* scrupeo *H, G.* — atque *C pr.* $L_1$. — squamae scabrent *Mc;* quam excrabrent *C.* — **27** Pac. (Pacuius $L_1$); *cf. comm. in 152* paenitudinem. — **28. 29** penitudines (poen. *L*) quales *L, H;* poenitudine squales *ed. Bas.* — scabres qua *C.*

SECVNDARE, prosperare. Vergilius lib. VII:

di nostra incepta secundent!

Propertius Elegiarum lib. IIII:

iam liquidum nautis aura secundat iter.

SIMAT, deprimit. Lucilius lib. VII:

sic movet ac simat nares, delphinus ut olim.

SCVRRILE, quasi vulgare; ab scurris. || Cicero de oratore lib. II: vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis iocus sit aut mimicus.

SORDET, sordidata est. Accius Aegistho:

cui mánu' materno sórdet sparsa sánguine.

SVBLABRARE, cibum intra labra mittere. Novius Decuma:

iam égo illi subiens súblabrabo véscus illud sínciput.

SVBLIMARE, extollere. Ennius Medea:

sol quí candentem in caélo sublimát facem.

SVPERSTITENT, salvent. Ennius Melanippa:

regnúmque nostrum ut sóspitent, supérstitent.

SEPTVOSE, obscure. Pacuvius Antiopa:

ita séptuose díctione abs té datur,
quod cóniectura sápiens egre cóntuit.

SEMPITERNE. Pacuvius Medo:

populóque ut faustum sémpiterne sóspitent!

---

30 VII, 259 || 32 IV, 21, 14 || 34 Luc. l. VII || 1 II, 59, 239 || 4 Accius Aegistho || 6 Novius Decuma || 8 Ennius Medea || 10 Ennius Melanippa || 12 Pacuvius Antiopa || 15 Pacuvius Medo.

---

**30** prosperari $H_1$. — **32** lib. IIII *M;* lib. III *v.* — **34** Simat, depraemit *gl.* — **35** sic *M;* si *v.* — ac simat *Rothius;* aximad (amaximad $H_1$) *C.* — delfinus (definus $L_1$; delfinis $G_1$) *C.* — **1** scorris $L_1$. — Varro de oratore $H_1$. — **2** scurrillis $L_1$. — **3** amicus *C pr.* $H_2$. — **4** sordita est $L_1$*;* sordida est *Paris. 7577, ed. a. 1476; puto recte.* — egisto *L, H;* aegisto *G.* — **5** cum *L,* $H_1$. — sparsa *Bentin.;* sparso *C;* sparsa sordet *Ribbeckius sine causa.* — **6** nobius decima $L_1$. — **7** illi *add.* $H_2$. — vescus (*i. e.* esuriens) *M; cf. Gell. XVI, 5, 7;* esui *C;* bene suillum s. *Buechelerus.* — **9** sublimas *Columna.* — **10** *cf. 176* sospitent. — **11** sup. *Acidalius;* superstitentque *cdd. l. utroque* (superstitenque *hic* $L_1$). — **12** Pacuvius *cd. Scriverii; Bergkius;* Livius *C.* — **13** septuosed $H_1$. — dictione *Ribbeckius* (*qui et* septuosa); dictio *C.* — **14** coniectura *Rothius;* consectura *L,* $H_1$*;* consecutura $H_2$*, G.* — aegre *ed. Bas.* — contuit *Vossius;* contulit *C.* — *cet. cf. Cic. de divin. II, 64, 133.* — *ac monendum haec non, ut v. fit, ante versum illum* non intellegimus, nisi si aperte dixeris *collocanda, sed post; id quod et ratione ipsa et Ciceronis confirmatur testimonio.* — **15** Sempiterne (semperterne *H*), semper *gl., mrg. H.* — *om. h. l. et sequens Bamb.* — Pacuvius; *cf. 176* sospitent. — med $H_1$. — **16** populoque $H_1$*,* $G_1$*;* puloque *L,* $H_2$*,* $G_2$*;* populo qui *om.* ut *cdd. 176.* — *videntur vel praemissa esse vel secuta ut puta haec:* rerum statum.

SEPTIFARIAM, ut multifariam. Santra de verborum antiquitate III: quod volumen unum nos lectitavimus, set postea invenimus septifariam divisum.

SIMVLTER, pro similiter. Plautus Pseudolo:

éxossabo ego illúm simulter ítidem ut murenám cocus.

SCRIPTA, puncta tesserarum. M. Tullius in Hortensio: itaque tibi concedo, quod in duodecim scriptis solemus, ut calculum redducas, si te alicuius dati penitet.

SVCCIDIAM, successionem necessariam. M. Tullius de senectute: 'iam hortum ipsi agricolae succidiam || alteram vocant.' [dicitur ut suicidia quod est laridum.]

SIGNATAM virginem vetustas voluit dicere. Lucilius lib. XXVIIII:

prímum Chrysi cúm negat se . . gnatam rédere.

SVPERBOS veteres mortuos dixerunt. Plautus Amphitryone:

fáciam ego hodie té superbum, ni hínc abis.

et post:

aúferere, nón abibis.

---

17 Santra de verb. antiquit. III || 20 I, 3, 148 || 22 M. Tullius Hortensio || 25 16, 56 || 3 Luc. l. XXVIIII || 6 I, 1, 201 || 8 I, 1, 202.

---

**17. 18** Septifariam *ed. a. 1476;* Septecfariam *L;* Septemfariam *rell.; v.;* Septefariam, septies *gl.* — Santra $H_2$, *v.;* Sata *L*, $H_1$, *G.* — antiq. lib. II (*vel* III) *Lerschius;* antiquitate in (antiquitatem $L_1$) *C.* — set *M;* et (*praec.* s) *v.* — **19** septifariam *ed. a. 1476;* septemfariam *v.* — **20** Simulter, *ut* difficulter. — Pseudulo *C pr.* $H_1$. — **21** ego *om.* $H_1$. — similiter *cdd. Pl. omnes; apud quem* exossabo (exossabitur *C*) sim. ego illum *B, C, D; at eodem quo Non. verborum ordine A.* — mur. *per* e *hic, ut ubique fere boni libri, C, item cdd. Plauti cum A.* — **22** *om. h. l. Bamb.* — Scripta (*ita iam Bentin.*), puncta tesserarum *Rothius;* Scriptat cunctat esse rarum *C;* Scriptat, cunctat *gl.* — **23** in XII. scriptis *ed. Bas.* — solemus $H_1$, *v.;* solimus *L*, $H_2$*;* olim (*praec.* s) *G.* — redducas *C.* — **24** dati; *i. e.* promoti; *cf. Quintil. XI, 2, 38.* — poenitet *ed. Bas.* — **25** *n. N.* — Succidam $H_1$, *Bamb.;* Succidiam, successionem (successione *gl.*) *gl., mrg. H.* — succisionem *quid. v. d. ap. Quicheratum.* — successionem *pro* hereditate *videtur posuisse Non.* — *Cic. exemplum om. Bamb.* — **1. 2** hortum *pars cdd. ap. Halm.;* ortum *rell. cum C.* — ipsius *L*, $H_1$. — vocant; appellant *cdd. Cic.* — *illa* dicitur ut suicidia quod est laridum *ab interpolatore addita.* — dicitur et *om. Bamb.* — ut *M;* et *cdd.* — succidia $H_2$*; G;* succidam *Bamb.* — q. est *om. id.* — **3** Signatam, integram; integram *punctis del. in H; add. m. 2 L; om. G;* Sign. integram *gl., mrg. H; item Bamb., qui rell. om.* — **5** primum *F. Dousa;* primam *C; f.* primo; *cf. Il. I, 25 sqq.* — Ch. c. *Scal.* (Chrysae cum *Iun.*); crisicum *C.* — se gnatam *Me;* signatam *Non.* — redere; redire *prius G; v.* reddere. — **6** *non minus inepte in hoc quam in superioribus duobus lemmatis n. N.* — Surperbos *H.* — **7. 8. 9** *f.* nisi abis hinc. — ni *Camerarius ex cd. interpolato;* nisi *L, H cum sinceris libris Pl.;* si *G.* — *id.* abhis. — abisset post $H_1$. — auferre *G.* — abibis $H_1$ *cum cdd. Pl.;* abiis *rell.*

SVGGILLARE, obtundere. Varro Lege Maenia: lex Maenia est contra inpietatem, ne filii patribus luci claro suggillent oculos.

SATVLLEM, pro saturem. Varro περὶ αἱρέσεων:

neque índu labro mýstico coquám carnes,
quibús satullem córpora ac famém ventris.

SINGVLVM, pro singulare. Plautus Cistellaria:

atat singulum video vestigium.

Varro Periplu lib. I: tu vero doces historiam necessariam, semel unum singulum esse. — idem Octogesi, περὶ νομισμάτων: hoc erat incommodi, quod nesciebamus semel unum singulum esse. — et aput alium auctoritatis incertae: nisi dixerat, nummo singulo multabatur.

SPEREM veteres spem dixerunt; unde et prospere dicitur, hoc est pro spe. Varro Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως:

íta sublimis spéribus
iactato nomina tuo voluntatis altos nitens trudito.†

idem Ὄνος λύρας:

quibús suam deléctet ipse amúsiam
et áviditatem spéribus lactét suis.

SCALPVRRIRE. Plautus Aulularia:

10 Varro Lege Maenia ‖ 12 Varro περὶ αἱρέσεων ‖ 15 IV, 2, 34 ‖ 17 Varro Περίπλου I ‖ 18 Varro Octogesi ‖ 20 Gell. XVIII, 13, 6 ‖ 23 Varro Aboriginibus ‖ 26 Varro Ὄνος λύρας ‖ 29 III, 4, 8.

**10. 11** Sugillare $H_1$. — obcludere *cdd.;* obtundere *M.* — Sugillare, cludere (claud. *H*) *gl., mrg. H.* — lege Maenia *Passeratius;* geminia (gemina $H_2$, *G*) *C.* — lex Maenia est contra inpietatem *M;* contra l. M. est in pietate (piaet. $H_1$) *C.* — fili *C.* — suggillant $G_1$ *teste Riesio, item* suggilent *L.* — *cf. Fest. 302.* — **13. 14** *metrum agnovit Scal.* — indu labro mystico *M* (in pōlubro mystico *contra versus legem Scal.*); in pulvere mitico *C.* — carnes *Bent.;* carnem *C.* — satulem *C praeter* $H_1$. — *iam illa* corpora ac famem ventris *si recte habent, id quod est* famem ventris *ab alio verbo, ut puta* coherceam, *fuit suspensum.* — **16** atat *Plaut.;* et ad *C.* — **17** Periplu *C.* — tu *ed. a. 1476; Paris. 7577;* tum *v.* — necessariam *om. L.* — **18** semel *docti ap. Me;* simul *C.* — cingulum *L*, $H_1$. — esse *Iun.;* esset *C; infra.* — νμιcματον *C.* — **20** esse. et *Quicheratus;* esset *L*, $H_1$*;* esse $H_2$, *G.* — apud *H, G; prius, ut vid., L.* — alium *(ita v.;* album *C); cf. Gell. XVIII, 13, 6.* — intertae *L*, $H_1$. — nis *L*, $H_1$. — **22** pro spem *G.* — **23** Aborigine *C.* — περ *H.* — ανορωπων *L;* αντρωπων, *m. 1* ανορων, *si recte intellego, H.* — **24** ita *capitalibus litteris L, G, puto et H; om. Paris. 7577.* — superibus *G.* — **25** nominativo *ed. S. Victoris; pr. G; L testante Zangem., negante Rothio;* notio *ed. a. 1476.* — volitantis $H_2$, *L, G.* — *locus desperatus; in quo temptando ab Harleiano libro proficiscendum apparet.* — alios *probabiliter Prellerus Act. litter. Ienens. a. 1847 pg. 625.* — *numeros autem trochaicos vel iambicos esse liquet.* — **26** id.; *cf. p. 16* lactare. — **27** sua *C.* — delectat $G_1$. — **28** et habitatem (habitantem $H_2$) *C.* — **29** Scalpullrire, *mut. in* Scalpudrire $L_1$*;* Scalpurire *gl.;* Scalpturrire

171. 172 M.

úbi erat haec defóssa, obscepit íbi scalpurrire úngulis. ||

SOMNVRNAS [dixit], quae in somnis videantur. Varro Prometheo libero:

levís mens numquam sómnurnas imágines
adfátur, non umbrántur somno púpulae.

SATIAS, pro satietas. Accius Astyanacte:

quorúm crudelitátem numquam ulla éxplet satias sánguinis.

Varro Prometheo libero:

cúm súmere coépissét, volúptás retinérét;
cúm sát *sibi* habérét, satiás manúm de ménsá
tóllerét.

Sallustius Historiarum lib. II: i saltibus occupatis Termestinorum agros invasere frumentique ex inopia gravi satias facta. — Lucilius lib. XXVIIII:

quíd mihi proderít, quam satias iam ómnium rerúm tenet [facta]?

Terentius:

nam ut [me] fórte satias cépit, conmutó locum.

---

1 Varro Prometheo || 5 Accius Astyanacte || 7 Varro Prometheo || 11 Sallustius Hist. II || 13 Luc. l. XXIX || 15 Eun. V, 5, 3.

---

*Guietus; pro quo rectius Pareus* scalpturire. — *at* scalpurrire *videtur fictum ut* ligurrire. — scalpurrire *ap. Pl. etiam Goetzius.* — *post* Scalpurrire *illud* scalpere *punctis del. in H; in L add. m. 2; om. G; habent Bamb.; gl.; mrg. H.* — 30 defosa $L_1$. — obscepit $H_1$; obcepit *rell.*; occepit *cdd. Pl.* — scalpurire *H; D ap. Pl.* — 1 Somnurras *Bamb.; Paris. 7665; 6; om. h. l. gl.* — Somnorinas *edd. ante Me.* — Somnurnus *ut* nocturnus, diurnus. — dixit *secl. M; cf. pg. 156 l.* procudere. — 2 lib. (*vel* libro) I *C.* — 3. 4 levis; *cf. Petron. frgm. XXX ed. Buechelerianae:* nam cum prostrata sopore urguet membra quies et mens sine pondere ludit. — numquam *Salmas.*; umquam *C.* — adfatur *si recte habet, comparari potest quod Aeneas in II Aeneidos narrat a se ultro in somnis compellatam imaginem Hectoris oblatam. sed altiorem suspicor latere corruptelam. f.:* levi' numquam mens per somn. im. agitatur. — umbrantur *Scal.*; umbratur *C.* — popule $L_1$; populae $G_1$; pupule $L_2$, *H.* — 5 Actius $H_1$. — 6 satias *v.*; satietas *C.* — 7 lib. (libro) II *C.* — 8. 9. 10 *sotadeos agnovit Vahlenus.* — summere *C.* — cipisset *L*; cepisset *H, G.* — sibi *add. M.* — satias (sacias $H_1$) *om. G.* — tolleret *Me*; tollere *C.* — 11 i *M*; hi *Iun.*; his *Me*; in *C.* — occupatus *G.* — Term. *Lips.*; *cf. Flor. II, 10, 9; Drumanni hist. Rom. IV, 370.* — tmextrinorum $L_1$; terme-gros extrimorum ame (a me $Ho_1$) externorum *Hs*; tamen externorum $L_2$, *Hs ex correct.*, *G*; tamen etiam externorum *parum probabiliter* $Ho_2$. — 12 frumenti quae *L, G, prius H.* — sacias $L_1$. — 13 lib. XXVIII $H_1$. — 14 quem *Iun.*; *f.* quom. — satias *H post ras.*; *G*; satiasti $L_1$, *prius H testante, sed ut dubitaret, Sieversio*; satias te $Ho_1$, $L_2$. — tenet facta *C*; *del.* facta, *quod ex Sall. verbis irrepsit, Bentin.* — 15 Tenerentius $L_1$. — *videtur excidisse* Eunucho. — 16 nam ut (ubi $H_2$, *G*) me forte satias coepit *C*; me *del. M*; cepit *ed. a. 1476*; *cdd. Ter. minus eleganter:* ubi satias (*vel* saties) coepit fieri, commuto locum.

Lucretius lib. II:

quam tibi iam nemo, fessus satiate videndi.

SQVALAM, pro squalidam. Ennius Telamone:

stráta terrae lávere lacrimis véstem squalam et sórdidam.

SOCIENNO, socio. Plautus Aulularia:

íbo intro atque illí socienno tuó iam interstringám gylam.

SCATVRREX. Varro Est modus matulae, πεϱὶ μέϑης:

Íménias hic Thébogenés fluít scatúrréx.

SOMNICVLOSVS, quod somnos advocet. Laberius Sororibus:

ecastor mústum
somníoulosum!

SAEVITVDO, pro saevitia. Plautus Bacchidibus:

víncla, vírgaé, molaé; saévitúdó malá
fít peiór. ||

SVAVITVDO, pro suavitas. Plautus Bacchidibus:

cór meúm, spés meá,
mél meúm, suávitúdó, cibús, gaúdiúm.

Turpilius Leucadia:

intércapedine ínterficior, désiderio dífferor:
tu míhi cupiditas, suávitudo et méi animi expectátio.

SEVERITVDINE, pro severitate. Plautus Epidico:

quíd illud est quod illí caperrat frós severitúdine?

SORDITVDINEM, pro sordes. Plautus Poenulo:

---

17 II, 1038 || 19 Ennius Telamone || 21 IV, 4, 32 || 23 Varro Est modus matulae || 25 Laberius Sororibus || 28 Plautus Bacchidibus || 1 Plautus Bacchidibus || 4 Turpilius Leucadia || 7 V, 1, 3 || 9 V, 2, 10.

---

18 vivendi *C.* — **19** Squalem $G_1$. — Ennius; *cf. 504* lavere. — Talamone *C.* — **20** terrae; *cf. pg. 504.* — terra elavere $H_2$, *G.* — lacrimis *C.* — squalem *G.* — **22** ibo hinc intro *male cdd. Pl.* — gulam $H_2$, *G.* — **23. 24** *om. h. l. Bamb.;* Scatur. rex *gl.* — μεϑηcιc maenias (moenias *H*· monias, *deinde* menias *G*) *C;* Ismenias *(ita Iun.) recte per* Ἰσμηνιὰς *interpretatur Lachmannus Opusc. pg. 69.* — hic *adverbium.* — Thebogenes *Iun.;* Thebagenes *Bentleius ep. ad Mill. pg. 519; Lachmann.;* theobogenes *C.* — *sotadeum agnovit Lachm. Opusc. l. m.* — **25** *cf. Gell. IX, 12, 11.* — *om. h. l. gl.* — Somniculosus *cdd.* — quod somnos advocet *M;* quod ad somnos vacet (sumnos $L_1$*;* quod a somno si iacet $H_1$) *cdd.; cf. Hor. Ep. 2, 28* somnos quod invitet leves. — **26** mustum *Me;* multum *C.* — **28** Baccidibus *L, Hqo, G.* — **29. 30** *illa* mala fit peior *suspecta.* — **1** Baccid. *C pr.* $H_1$. — **4** Turpidius (Turpillius $L_2$) $L_1$, $H_1$. — Leugadia $L_1$. — **5** differror *L, H.* — **6** tu *Grauthoffius;* tua *C.* — *recte si relicua habent,* cupiditas *dicitur pro* causa cupiditatis, *sicut* amor, ignis, cura; mei animi *etiam ad priora refertur.* — **7** Plaut.*; cf. 8 l.* caperrare. — **8** illic aperrat $L_1$*;* illi caperat *ed. Bas.;* frons *C pr.* $L_1$. — **9** Sorditudinem *Paris. 7666;* Sorditudine *rell.* — sordes *M;* sorde *cdd.* — Sorditudo, sordes *gl.*

ut mi ábsterserunt ómnem sorditúdinem!

SENTENTIA, sensibilitas. Lucretius lib. IIII:

internoscere, verborum sententia quae sit.

Lucilius Satyrarum lib. III:

vertitur oenophoris fundus, sententia nobis.

idem lib. V:

si tam corpu' loco validum ac regione mearet,
scriptoris quam vera meat sententia cordi.

SPECIEM, specimen vel exemplar. Lucilius lib. XXX:

sicut te, quem aequae speciem vitae esse putamus.

SODALIS. Cicero de oratore lib. II: quod tamen eum defenderem, qui mihi sodalis esset.

SOLITATEM, pro solitudinem. Accius Erysace:

. . . tuam sólitatem mémorans, formidáns tibi.

SVBITI dictum pro repentini. Accius Armorum iudicio:

béne facis. sed núnc quid subiti míhi febrim excivít mali?

SANCTITVDO, pro sanctitas. Accius Tereo:

ália hic sanctitúdost, aliud nómen || et numén Iovis.

idem Phoenissis:

delúbra caelitum, árae, sanctitúdines.

---

11 IV, 561 || 13 Luc. l. III || 15 Luc. l. V || 18 Luc. l. XXX || 20 II, 48, 198 || 22 Accius Erysace || 24 Accius Armorum iudicio || 26 Accius Tereo || 2 Accius Phoenissis.

---

**10** mihi (mihihi *prius H*) *cdd. Non. et Pl.* — omnem *Pl.;* omnes *C.* — sordituditudinem $L_1$*;* sortitudinem *G.* — **11** lib. III *G.* — **12** hiternoscere *G.* — **13** Lucil.; *cf. Lucil. III, 38 cum comment.* — IIII *prius H.* — **14** oenoforis *C.* — **16. 17** loco *et* regione *dativi.* — mearet — meat *M;* maneret — manet *v.* — scriptoris *Dousa pater;* scriptores *C.* — **19** sicut *Lachm. comm. Lucr. 106;* sicuti *C.* — quem aequae s. v. esse put. *Dousa pater;* qui ea quae speciem vitae putamus esse *C; f.* te, quem aequae speciem vitae esse putamu', secuti. — **20** Sodales $L_2$, $H_2$, *G, Bamb.* — *post* Sodalis socii *add.* $L_2$*;* socis *Bamb.* — Sodalis (sodales *H*), socii *gl., mrg. H.* — **21** qui mihi quaestor fuisset *v. ap. Cic.; ubi testante Orellio Abrincensis cum Erlangensi altero* legatus *pro* quaestor; *eandemque dittographiam ex Harleiano nobis enotavit Ruehlius; at supra 47, 197 legitur* in accusando sodali meo, *ubi libri deteriores* sodali et quaestore meo. — **22** Solitatem *Bamb.;* Solitate *rell.* — solitudinem *Quicheratus;* solitudine *cdd.* — Accius; *cf. 445* miserari. — Erisace $L_1$, $H_1$*;* Eur. $L_2$, $H_2$*;* Eurysace *ed. Bas.* — **23** sodalitatem $G_2$. — memoras, formidas *cdd. 445, ubi vide comm.* — **24** dictum *ed. a. 1476;* dicti *cdd.* — **25** qui *L,* $H_1$. — febrim excivit; febrem excivit *Hermannus, Bothius;* febris escivit *C; f.* mi in fibris (*pro* in iecore; fibris *iam Grotius*) saevit. — mihi *pro* mali *L.* — **1** numen *Aldus;* nomen *C.* — **2** fenissis *C.* — **3** dulubra $L_1$*;* dulebra $H_1$. — caelitum, arae (*seq.* s) *Lips. Epistol. quaest. IV, 8;* caelitumaris *L,* $H_2$*, G;* caelimaris $H_1$*;* caelitum aras *Bergkius.* — *cf. Eurip. Phoen. 367.*

Turpilius Leucadia:

míseram terrent me ómnia,
mari' scópuli, sonitus, sólitudo, sánctitudo Apóllinis.

M. Tullius de re publica lib. IIII: eosdem terminos hominum curae atque vitae; sic pontificio iure sanctitudo sepulturae. — Afranius Suspecta:

tuam máiestatem et nóminis matrónae sanctitúdinem.

SATV positum pro semine. Accius Pelopidis:

nam me út credam ex tuo ésse conceptúm satu,
tot árgumenta rédigunt animum et cónmovent.

idem Telepho:

profécto hauquaquam médiocrist ortús satu.

SCRIBTIONE, pro scribtura. Varro Ἀνθρωποπόλει, περὶ γενεθλιακῆς:

vulgóque avarus fénerator spé lucri
rem scríptione dúplicarat.

Cicero Tusculanarum lib. V: inpulsi sumus ad philosophiae scribtiones.

SEGNITAS, pro segnitia. Accius Aeneadis aut Decio:

et núnc, quae eorum ségnitas, arás, focos.

idem Andromeda:

námque ut dicam ségnitate tímidum dubitare haút meumst.

Cicero de oratore lib. I: et quoniam de inprudentia diximus, castigemus etiam segnitatem.

4 Turpilius Leucadia ‖ 7 M. Tull. de re publica IV ‖ 9 Afranius Suspecta ‖ 11 Accius Pelopidis ‖ 14 Accius Telepho ‖ 16 Varro Ἀνθρωποπόλει ‖ 20 V, 41, 121 ‖ 22 Accius Aeneadis ‖ 24 Accius Andromeda ‖ 26 I, 41, 185.

4 Leucadice $H_1$. — **6** scopulis $H_1$. — Apollonis $L_1$, *H*. — **12** credam *Me;* heredam *C*. — **13** tot arg. *Vossius;* ut arg. *C;* tua arg. *Madvig. Advers. II, 658.* — *f. illud ut recte habet, sic quidem, ut secutum esse putemus* ita, *tum* addita, *cur is qui verba facit de origine sua rursus dubitare se diceret.* — **14** Telefo *C*. — **15** hauquaquam *Fleckeisenus;* auim quamquam *L*, $H_1$; haudquaquam $H_2$ (*pr.* haudquanquam), *G*. — med. est ortus satu *Luchsius Stud. Argentor. I, 15; id quod exigit r. m.;* est ortus mediocri satu *v*. — **16** scribtione $L_1$ — scribtura *L;* scriptione — scriptura *rell.* — *ανθρωποαι περι τεθλιδικες L; G*, $H_1$; *exc. quod hic ανθραποαι*, ο *supra* α *alterum posito; idem m. 2 τενεθλιδικες; G περγενεολιαικες.* — **20** Cic.; *cf. 133* lacessere. — philosophae $H_1$. — **21** scriptiones *C pr.* $L_1$; scriptionem (scribt.) *cdd. p. 133.* — **22** Aeneidis *C*. — **23** quae *Fruterius; Lips.;* quod *C*. — aras, focos *M* (focos *iam Dan. Heinsius*) ardet focus *C;* ardet locus *Lips.* — *sequebatur ut puta:* in dubio esse. — **25** segn. timidum dubitare *M;* te metu aut segnitate addubitare (aut dub. $H_2$, *G*) *C*. — aut *L*, $H_1$; haud *G*. — *ita pg. 39 s. l.* eliminare *in v. Accii pars librorum:* tum ut eliminor *pro* timide eliminor. — **26. 27** Cic.; *cf. 251 l.* castigare. — et

SCELEROSI, pro scelerati. Lucilius Satyrarum lib. I:

non tamen aetatem tempestatem hanc scelerosi
mirentur.

Afranius Divortio:

ó diem scelerósum, indignum!

SPERATVM, id est sponsum. Afranius Fratriis:

curre, ecnúntia
veníre et mecum *mé* speratum addúcere.
vide út puellam cúrent, confirmént bene.

idem in eadem:

sperátam || non odí tuam.

SCREARE. Terentius Heautontimorumeno:

gemitús, screatus, tússis.

SERESCIT positum pro siccatur, quod serenitas sicca sit. Lucretius lib. I:

denique fluctifrago suspensae in litore vestis
uvescunt; eaedem candenti sole serescunt.

inde Vergilius docte Georgicorum lib. I:

unde serenas
ventus agat nubes;

hoc est, siccas. idem et alio loco:

atque arida differt
nubila.

---

28 Luc. l. I || 31 Afranius Divortio || 33 Afranius Fratriis || 37 Afranius Fratriis || 2 II, 3, 132 || 5 I, 305 || 8 I, 461 || 11 Georg. III, 197.

---

quoniam — segnitatem *in mrg. add.* $H_2$. — imprudentia (inp.) *cdd. l. utroque;* impudentia *Cicero.* — dixi *cdd. libr. de or.* — segnitiem *per interpolationem id.* — *seq. ap. Cic.* hominum atque inertiam. — 28 Scelerosi — lib. I *in mrg. add.* $H_2$*; ibid. infra duo versus et dimidiatus erasi.* — scelarati *L.* — Luc.; *cf. Donat. ad Ter. Eun. IIII, 5, 8.* — *praec. ap. Luc.* ut multos mensesque diesque. — 29 nam *pro* non *H.* — tammen *L.* — pestatem *L.* — 32 o di, me scelerosum *Maelius.* — 33 Speratum pro sponsum *Bamb.;* Speratus, sposus, *add.* n *supra* o, *gl.;* speratus, sponsus *mrg. H.* — Speratam — sponsam *sine causa Scal.* — Fratris *cdd.* — 34 ecnuntia *M* (enuntia *Kiesslingius*) *secundum morem comicorum, qui sine copula solent iungere imperativos;* et nuntia *C.* — 35 me speratum *M;* speratum *C.* — adducere $H_1$*;* adduce *rell.* — 36 ut *Lips.;* at $H_2$, *G;* ad *L,* $H_1$. — confirment *ed. a. 1476;* conforment *v.* — bene *M;* iube *v.;* probe *Studemundius.* — 37 idem an in *prius H.* — 1 odit $H_1$. — *f.* speratum non odi tuom. — 2 Screare; expuere *add.* $L_2$*; Bamb.* (*in quo* exsp.); *om.* $L_1$, *H, G.* — Screare, expuere *gl., mrg. H.* — heautonitimorumenoni, *m. 2* heautontimorumenoni *L;* heautontimorumsenon $H_1$, *ut vid.;* $H_2$*:* eautontimoruenon; heautontimorumenon *G.* — 3 gemitus scr. t. risus abstine *Terent.* — 6 fluctivago $L_2$, $H_2$, *G.* — litore *H;* littore *L, G.* — vestes $H_1$. — 7 umescunt (uniescunt $Hs_1$) $Ho_1$.

SVCERDAE. Lucilius lib. XXX:

hic in stercore humi stabulique fimo atque sucerdis.

SIMITV, simul. Lucilius lib. XXX:

gratia habetur utrisque, illisque tibique, simeitu.

Plautus Amphitryone:

nón ego cum vinó simitu ébibi imperiúm tuum.

idem Mercatore:

ita trés simitu rés agendae súnt, quando unam occéperis.

SVBSICIVVM, secundum, sequens. Lucilius lib. XXVIII:

proptérea haec subsicíva, siquandó voles,
operá.

[subsicivum positum succedens, succedaneum.] Cicero de oratore lib. II: an se haec nescire? quae ego sero, subsicivis operis, ut aiunt.

SVPPLOSIONEM, plausum vel percussum. Cicero de oratore lib. III: ec quo vereor ne nihil sim tui, nisi supplosionem pedis, imitatus.

SVPERBILOQVENTIA. Cicero Tusculanarum lib. IIII:

. . animique ínpotentiam ét superbiloquéntiam.

SARCINATOR. Lucilius lib. XXVIII:

sárcinatorem || ésse summum, súere centonem óptume.

---

14 Luc. l. XXX || 16 Luc. l. XXX || 18 II, 1, 84 || 20 I, 2, 7 || 22 Luc. l. XXVIII || 25 II, 89, 364 || 28 III, 12, 47 || 31 IV, 16, 35 (tragicus incert.) || 33 Luc. l. XXVIII.

---

14 *om. h. l. Bamb., gl.* — 15 hinc $H_1$. — hic in stercore humi fabu *in ras.* $L_1$. — stabulique *Passerat.; I. Dousa;* fabulisque *C.* — 17 illisque tibique *Iun.;* illisque sibique $H_2$*;* illisquae sibiquae *rell.* — simeitu; simetu $L_1$*,* simitu *rell.* — 19 simitur *bene Ritschelius.* — 20 Mercatore *om. L.* — 21 simu *prius L.* — una hoccoeperis (occoeperis $H_2$*;* hocceperis *ed. Bas.*) *C.* — 22 Subsicium $L_1$, *Bamb.* — sequis *prius G.* — Subsicium, sequens *gl.* — 23 praet. *C pr.* $H_1$. — subsicuia $H_1$. — 24 opera *I. Dousa;* operam *C.* — 25 subsicivum — succedaneum *uncis incl. M.* — *ab illo* succedens *novum lemma incipiunt C (pr.* $H_2$*), Bamb., gl.; in Bamb. om. id quod est* subsicivum positum. — *apparet in archetypo Nonii eundem iam fuisse errorem, qui adeo in Ciceronis verba irrepsit; sed dubium an verba* succedens, succedaneum *ad illa* secundum, sequens *sint adicienda expunctis eis quae sunt* subsicivum positum. — succedaneum $H_1$*;* succid. *rell. cum gl.* — 26. 27 subsicivis operis *Bentinus;* succedens (succendens *L*) oneris *C.* — quae ego sero, quae cursim arripui, quae subsicivis operis, ut aiunt *Cic.* — 28 Suplosionem $L_1$*;* Subplosionem, percussionem *gl.* — 29 ec quo *M;* et quo *L, G;* ex quo *cum Cic. cdd. Quicheratus; neque quidquam adnotatum de Harleiano. sed Paris. 7577, qui vid. fluxisse ex illo,* et quod. — sim *Cic.;* sint *C.* — 31 *nullum l. L,* $H_1$. — *om. h. l. cum sequente gl.* — Cic.; *poetae tragici verba.* — 32 ob scelera animique *Cic.* — superbisloq. $H_1$*;* superbusl. $L_1$. — 33 Sarcinatorem, sutorem $L_2$*; Bamb.; mrg. H.* — 1 centunem *L.* — optime $H_1$.

176 M.

SOSPITENT, salvent. Ennius Melanippa:

regnúmque nostrum sóspitent, supérstitent.

Pacuvius Medo:

populó qui faustum sémpiterne sóspitent.

SINGVLATIM et SINGILLATIM, a singulis. Caecilius Hypobolimaeo, Rastraria:

hos síngulatim sápere non minus árbitror.

Coelius Annalium lib. I: primum *in* malo publico grata singulatim nomina. — Lucilius lib. XVIIII:

sic singillatim nostrum unusquisque movetur.

SOLLEMNITVS, pro sollemniter. Livius Aegistho:

sollémnitusque deó dicat laudés lubens.

SCENATILIS vel SCENATICVS, pro scenico. Varro Modio:

sed, ó Petrulle, né meum taxís librum,
si té pepugerit híc modus scenátilis.

idem *Ὄνος λύρας*:

ut mímici, cinaédici, scenátici.

SAPERDAE, quasi sapientes vel elegantes. Varro Modio: omnes videmur nobis esse belli, festivi, saperdae, cum simus *σαπροί*.

---

2 Ennius Melanippa ‖ 4 Pacuvius Medo ‖ 6 Caecilius Hypobolimeao, Rastraria ‖ 9 Coelius Ann. I ‖ 10 Luc. l. XVIIII ‖ 12 Livius Aegistho V ‖ 14 Varro Modio ‖ 17 Varro *Ὄνος λύρας* ‖ 19 Varro Modio.

---

2 Suspitent *gl.* — Enn.; *cf. 170* superstitent. — Menalippa *G.* — **3** n. ut *cdd. 170.* — superstitentque *C.* — **4** Pac.; *cf. 170 l.* sempiterne. — **5** populoque (*vel* puloque) ut *cdd. 170.* — **6** et singulatim *Bamb.;* Singulatim, singillatim *gl.* — *dubitat an* singulatim *sit falsum dignumque quod aboleatur Fleckeisenus libelli de emendanda orthograph. latina pg. 29.* — a *om.* $L_1$. — Hypoboli *C; cf. comm. in 16 l.* lactare. — **8** nos sing. *Bothius.* — non minus *Bothius,* nos m. *v.* — **9** Coecilius $H_1$, $G_1$. — Annali *C.* — primum *f. del.* — in *add. Quicheratus.* — grata (*seq.* s) *M;* gratias *v.* — *recte si habet lectio recepta, significari videtur Romanos afflictis rebus mutandae in melius fortunae duces et auctores circumspexisse.* — **12** Soll., solemnitem *(sic) gl.* — Liv. *Bentin.;* Lucilius (Lucilius lib., *sed hoc del. G*) *C.* — Aegisto *C.* — **13** deo dicat *v. d. Zarnckii act. litter. a. 1872 pg. 422;* adeo ditali *H, G;* adconditali *L;* laudes *M;* laudet *C;* dedicat laudem et (laudem *v. d. l. m.*) *Hermannus.* — **14** *om. l. Bamb., non gl.* — Schenatilis — schenaticus — schenico $H_2$, *G; ita id. et in seq.* — Varro; *cf. 180* taxis. — **16** pepugerit *M;* pepigat *C.* — hic modus *Oehlerus* (hic modo *Iun.*)*;* haec modo (*seq.* s) *C.* — **18** mimici *Vahlenus;* comici (comi $G_1$) *C.* — cinaedici *Scal. Coniect. pg. 121;* nothidi (*praec.* ci) *C.* — **19** *cf. Fest. 325.* — elig. *G, H,* $L_2$, *non Bamb.* — **20** tum $H_1$. — saperdae cum simus σαπροί *Bothius; Madvigius Advers. II, 658; male. nam etsi saperdam piscem pessimum esse adserit Festus, qui tamen et ipse in Varronis l. pro sapiente dictum adfirmat, fuisse aliquando magnum pretium eidem apud Romanos Lucil. IV, 5 demonstrat haud dubie. itaque post Gracchorum aetatem, ut et acipenscrem, contemni coeptum apparet, Varronem autem in hoc ut*

SVRDITATEM. Cicero Tusculanarum lib. V: in surditate vero quidnam est mali? erat surdaster M. Crassus.

SIMPLICITVS, simpliciter. Plautus Mercatore:

sed eám simplicitus dícam, si operaest aúribus.

SVSCITABVLVM honeste positum incitamentum. Varro *Ὄνος λύρας*:

phonáscus assum, vóci' suscitábulum,
cantántiumque gállu' gallináceus.

SIMILITAS, similitudo. Caecilius Syracusiis: ||

vide, Démea, hominis quíd fert morum símilitas.

SALEBRAS. M. Tullius de finibus bonorum et malorum: hic si definire, si deividere potuisset, si loquendi vim, si denique consuetudinem verborum teneret, numquam in tantas salebras incidisset. — idem lib. V: venit ad extremum; haeret in salebra; cupit enim dicere. — et in Oratore: alter enim sine| ullis salebris, quasi sedatus amnis, fluit.

SVBLESTVM est leve, frivolum. Plautus:

nam ubi ád paupertatem áccessit *iam* infámia,
paupértas gravior fít, fides subléstior.

---

21 V, 40, 116 || 23 prol. 10 || 25 Varro *Ὄνος λύρας* || 29 Caecilius Syracusiis || 2 II, 10, 30 || 25 V, 8, 84 || 6 12, 39 || 8 Pers. III, 1, 19.

---

*in plurimis Lucilii exemplum secutum. praeterea omnis lepos ac sal orationis perit, nisi illa* saperdae — *σαπροί opponantur inter se.* saperdae *autem vocabulo Varro non sine respectu* sapiendi *verbi videtur esse usus.* — **21** *om. l. Bamb.* — in surditatem *L*, $H_1$. — **22** Grassus $L_1$. — **23** *n. N.* — sinpliciter *Bamb.* — **24** sed ea (eam *cdd.*) ut sim inplicitus *Plaut.* — opera est *C.* — **27. 28** phonascus adsum *Iun.*; fonicia sum *C.* — *falsos fuisse apparet, qui vel φοινίκιον, instrumentum musicum, in cdd. corruptela latere existimarent vel adeo illud* phonicia *velut a φωνῇ et* ciendo *deductum vellent reponi.* — voci' — gallu' *recte Riesius.* — gallinacius $L_2$, *H*, *Gs.* — *cet. mrg. H habet haec:* unde symphonia dicitur concentus vocum diversarum. — **29** Syracusiis *Iun.*; *cf. Indicem;* Siracusis *L*, *H*; Syracusis *ed. Bas.* — **1** *f.* homini. — fert *v.*; feret *C.* — **2** *om. h. l. gl.* — Salebras (Salaebras *H*) $L_1$, *H*, *G.* — Salebrae a saltu dictae (dictas *prius* $L_2$) $L_2$; *Bamb.*; *mrg. H*; *in quo haec addita:* salebrae ab exiliendo. compas solent vulgares dicere. — *f.* et mal. lib. II. — **3** devidere $L_1$, $H_1$; dividere *rell.* — potuissent $L_1$; didicisset *recte cdd. Cic.* — **5** heret *C pr.* $H_2$. — **6** de or. *C*; *corr. Me.* — **7** fuit *L.* — **8** Subletum $H_2$. — frivolum $H_1$; fribulum $L_1$; *Bamb.*; fribolum $L_2$, $H_2$, *G.* — **9. 10** *cf. Fest. 294 s. l.* sublesta. — nam *om. Festus.* — ad paupertatem si *cdd. Plauti et Festi.* — iam *add. M*; *nec enim ausim credere perfectorum finalem* it *ap. Pl. inveniri productam nisi praecedente brevi.* — infamia *ed. a. 1476*; infamiam *C* (infamam $H_1$). — admigrant infamiae *A*, *simillime B, C, D*; immigrant infamiae *Fest.*

177 M.

SVPELLECTILIS. Cicero in Oratore: verecundus erit usus oratoriae quasi supellectilis. supellex * * *

SCVRRILE, a scurris, ridiculum cum turpitudine. Cicero in Oratore: ridiculo sic usurum oratorem ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit; nec subobsceno, ne mimicum; nec petulanti, ne inprobum.

SPORTAS. Sallustius historiarum lib. II: e muris canes† sportis demittebant. — Varro de vita populi Romani lib. I: neque enim obsonium, in totam cenam coemptum ex variis rebus, [cum] coniectum in unam sportam perspicitur.

SODES, non ut aput comicos, sed: si audes. Cicero in Oratore: libenter etiam copulando verba iungebant, ut sodes pro 'si audes.'

SCOPAS. Cicero in Oratore: etsi hoc vilius dictu est, scopas, ut ita dicam, mihi videntur dissipare.

---

11 24, 80 ‖ 13 26, 88 ‖ 17 Sallustius Hist. II ‖ 18 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 21 45, 154 ‖ 23 71, 235.

---

**11. 12** Supellectilis *Ald.;* Supellectiles *f. Non.;* Superlectiles *C; om. h. l. Bamb., gl.* — oratoriae quasi supellectilis *Cic.;* oratori et quasi superlectiles *C atque ipse f. Non.* — supellex; suppellex $H_1$, $L_2$; supplex $L_1$, *G;* suplex $H_2$. — *apud Cic.:* supellex est enim quodammodo nostra, quae est in ornamentis, alia rerum, alia verborum. — *haec utrum addenda sint, an* supellex *potius habeatur glosema referendum ad* Superlectiles *sitque hoc a Nonio pro nominativo habitum, sicut* supellectilis *recto casu affertur a Festo pg. 294, haud facile potest diiudicari. ceterum et alia adest via loci expediendi, quae nescio an sit magis probabilis, ut statuatur a Nonio plene relata verba Ciceronis, quae supra adscripsimus, lemma autem fuisse hoc:* Supellex pro Supellectiles. — *cf. l. Festi ante dictum quaeque adscripta sunt a nobis pg. 114 ad l.* fros pro frondis. — **14. 15** ne scurrile sit *Cic.;* nec scurrilis sit *C.* — subobscenum ne minicum *G.* — nec improbum $H_1$. — **17** Sportas; *add.* $L_2$, *Bamb.:* aut ab spartu quasi sparteas aut ab sportando (ab asportando *L*); *gl., mrg. H, G:* Sportas aut ab spartu (sportu *pr. H*) quasi sparteas aut a portando (ab asportando *G,* ab sportando *H*). — *cf. Isid. XX, 9, 10:* sporta vel quod ex sparto fieri solet vel quod sportat aliquid. — *in mrg. H add. haec:* sunt vasa quaedam ex sparto facta. in illis etiam positus fuit sanctus Paullus. — canes†; *machinam quandam bellicam ratus est Kritzius coll. Isidor. XX, 15, 4 hisce:* lupus qui et canicula, ferreus harpax; *id. coni.* spartis; *neutrum probabiliter; nec placet Lipsii illud* cives. — panes *Brossius apud Quicheratum; quod ita probes, ut dolum quendam obsessorum referri existimetur obiecta abundantiae cibariorum specie famem dissimulantium.* — portis $H_1$. — demittebant *Aldus;* dimittebant *C.* — **19. 20** in totam coenam *Quicheratus;* in tota caena *L, H;* in toto cena *G; suspectum tamen illud* totam; *f.* coco (*i. e.* coquo) in cenam. — coeptum *G.* — ex variis *v.;* ex acris $H_1$; ex varis *rell.* — coniectum *ed. a. 1476;* cum coniectum *C.* — **21** Sodes, si audes (audis *gl.*) *om. rell. Bamb., gl.* — apud $L_2$, $H_2$, *G.* — ap. comicos; *ubi significat* sodalis, ἠϑεῖε. — *mrg. H* sodes, socius, unde sodalis. — **22** prout si audes *C.* — **23** *om. Bamb., gl.* — hoc vilius *M;* hoc illius (ocillius *prius L*) *C;* humilius *cdd. Cic.* — dictu *M;* dictum *v.* — est, tamen simile est *cdd. Cic. pleriq.* — **24** dissolvere *cdd. Cic.*

SCIVNTVR, pro cognita sunt. Cicero de || oratore lib. II: ars enim eorum est quae sciuntur; oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur.

## INCIPIT PER T LITTERAM.

TETRET, foedet, polluat. Pacuvius Periboea:

béluarum *ut* écferarum advéntus ne tetrét locá.

TETINERIT, pro tenuerit. Pacuvius Medo:

cedo, quórsum itiner tetinísse aiunt?

Accius Clytemestra:

út, quae tum *fidém, me* absente in rébus dubiis, cóniugei
tétinerit, nunc pródat victorem? . . . . . . .

Pacuvius Hermiona:

tuó iudicio quae ómnes Graios tétinerim.

TETVLIT, tulit. Accius Andromeda:

donéc tu auxilium, Pérseu, tetulistí mihi.

Caecilius Hypobolimaeo:

erumnam páriter tetulistí meam.

TAXIM, sensim vel obculte. Pomponius Buccone adoptato:

clándestino tácitus taxim pérspectavi pér cavum.

TEMERIVS. Accius Didascalicon lib. II:

. . . sed Eúrípidi', quí chorós temériús
ín fábulis.

---

1 II, 7, 30 || 5 Pacuvius Periboea || 7 Pacuvius Medo || 9 Accius Clytemestra || 12 Pacuvius Hermiona || 14 Accius Andromeda || 16 Caecilius Hypobolimaeo || 18 Pomponius Buccone adoptato || 20 Accius Didascal. II.

---

2 earum rerum est *cdd. Cic.* — 5 fedet $H_2$, *G.* — polluit $H_1$. — Petriboea $L_1$. — 6 ut ecferarum *vel* haec ecferarum *M;* ac ferarum *C.* — necteret *pro* ne tetret $H_1$*;* ne taetret *ed. Bas.* — 7 tentinnerit $H_1$. — *laetiores magisque rei congruentes anapaestici numeri quam trochaici, quibus etiam conveniunt haec verba.* — 8 cedo *Me;* credo *C.* — quorsom $L_1$. — itiner *Ald.;* itinere *C.* — tecinisse $H_1$. — 9 Clitemestra $L_2$, *H;* Cletemestra $L_1$. — 10 ut quae tum fidem me absente in r. d. coniugei (*pro* coniugii) *M;* ut quae tum absentem r. d. coniugem *C.* — 11 probat *ed. N. Fabri.* — *id.* victorem; ultorem (ulltorem $L_1$) *C; f.* ultro. — 12 germiona $L_1$. — 13 tuo *Vossius;* sub *v.* — Graios *Me;* grados *C.* — *si recte habet iam versus, verba sunt Hermionae ad Orestem vel Pyrrhum pulchritudinem eius extollentem.* — tetinerim *pro* detinuerim, devinxerim. — 16 hippobolimen *C* (ippobolimen $H_1$*; in eod. post* n *rasura*). — 18 obculte $L_1$*; ed. Bas.; Paris. 7665; 6;* occulte $L_2$, *H; Bamb.* — adoptatu *C.* — 19 cavum *Me;* cautum *C.* — 20 *om. Bamb., gl.* — Ascius *G.* — Didascalico (Didascalo *G*) *C.* — 21. 22 erupidis, *m. 2* eurupidis *L.* — Euripides *Madvigius.* — sei Eúrípidi' quí chorós temérius íncilábít *Lachmann. Op. 70.* — qui choros temerius in fabulis; *haec nisi truncata sunt in fine, apparet supplendum illud* adhibuit *vel* tractavit.

TESTATIM. Pomponius Verre egroto:

iam ístam calvam cónminuissem cólaphis testatím tibi.

TRACTIM, ut sensim, id est diutine, longo tractu. Plautus Amphitryone:

quíd si ego illum tráctim tangam, ut dórmiat? . . . .

TVDICVLARE, conmovere. Varro Marcipore:

haéc in aeno bísve terve túdiculasse.

TRAPS. Varro Parmenone:

álta tráps prónis ín humum áccidéns próxumaé frángit rámós cadéns. ||

TEGILLVM, diminutivum a tecto. Varro Sesquulixe:

iúgére volitáns vísus aquam é núbibu' tórtám
índicát fore, út tigíllum pástór sibi súmát.

TERTA, pro tersa. Varro Ἔχω σε, περὶ τύχης:

aerea terta nitet galea.

idem Cato vel de liberis educandis: alii ita sunt circumtonsi et terti adque unctuli, ut mangonis esse videantur servi.

TEMPERATVRA, pro temperie. Varro Ἄμμον μετρεῖς, περὶ

---

23 Pomponius Verre egroto || 25 I, 1, 157 || 28 Varro Marcipore || 30 Varro Parmenone || 1 Varro Sesquulixe || 4 Varro Ἔχω σε || 6 Varro Cato || 8 Varro Ἄμμον μετρεῖς.

---

**23** Testatim, minutim *Bamb.; mrg. H;* minutim *m. 2 add. in L;* Testatim, minutatim *gl.* — aegr. $H_2$, *G.* — **24** calvam *habet* $H_1$*; om. rell.* — conmin. col. *Ribbeckius;* colafis conmin. (comm. *H*) *C.* — *ad v. supplendum Quicheratus, cum ignoraret scripturam Harleiani, haud inscite:* iam istam colaphis comm. testam testatim tibi. — **25** *cf. Charis. 196.* — longo tractum $L_1$, *Bamb.* — **27** tractu $L_1$. — **29** haec in aeno bisve; haeccine nobis $H_1$*; id. 2* hecine nobis; *G* hec inenobis; haec cin aeno bis *L testante Rothio.* — haec; *scil.* Peliae membra. — bisve *M;* bis *v.* — terve *cd. N. Fabri;* terne *rell.* — *de Medea haec dicta; cuius res tetrametris trochaicis persecutus erat Varro in Marcipore.* — **30** *om. h. l. Bamb.;* Traps uardo parmenone *gl.* — Trabs *G.* — Varro; *cf. 494* pronis. — Parmenione *C.* — *creticos agnovit Meinekius.* — **31. 32** alta *Oehlerus;* alia *cdd. bis.* — accidens *id. 494;* accedens *h. l.* — proxumae (*scil.* arboris) *Scal.;* proxume *cdd. hic;* proxime *494.* — cadens *del. Quicheratus.* — **1** Tegillum *C, Bamb.; atque ita Non.* — dimuminutivum $L_1$*;* dimminutivum *rell.* — Tigillum a tecto *gl.* — sesqueul. *C.* — **2. 3** *sotadeos agnovit Roeperus Philol. IX, 572.* — iugere *Scal.; cf. Paul. 104* iugere milvi dicuntur, cum vocem emittunt; vigere *C.* — visus *Gulielmius;* mulsus *C;* milvus *Iun.; quod vel ideo displicet, quod* miluus *ad Phaedrum usque semper fuit trisyllabum.* — foro *L,* $H_1$. — tigillum *M;* texillum (exillum *prius H*) *C; ita 189, 19 L,* $H_1$*:* toxis; *cet. cf. Plaut. Aulul. II, 4, 22;* tegillum *contra metrum v.* — partor $G_1$. — subi *L,* $H_1$. — **4** *ιιεϱ L, H; πεϱ G.* — *τιχηc H.* — **5** area *(capitalibus litteris L, H; de G siletur) L,* $H_1$*;* aerea $H_2$, *G.* — gelea *G.* — **6** alii ita *Me* (alii *Bentin.*); alita *C.* — **7** atque (atquae *prius H*) *H, G.* — hunctuli *C.* — mangonis $H_1$*;* magonis *rell.* — **8** *Ἄμμον μ., π. φ.; αααονμαααειcϱεϱιαο C, exc. quod μεαααειc pro μαααειc* $H_2$, *G.*

φιλαργυρίας: quaero, te utrum hoc adduxerit caeli temperatura an terrae bonitas.

TORTV, pro tormento. Pacuvius Doloreste:

nam te ín tenebrica saépe lacerabó fame
clausam ét fatigans ártus tortu dístraham.

TONSVS, pro tonsura. Plautus Amphitryone:

súra, pes, statúra, tonsus, óculi, nasum vél labra.

Accius Amphitryone:

sét quaenam haec muliér funestast véste, tonsu lúgubri?

TVBVRCINARI significat raptim manducare. Titinius Proelia:

tubúrcinari síne me vultis réliquias.

Plautus Persa:

tubúrcinari dé suo, siquíd domist.

Turpilius Boethuntibus:

Melésia, intus céssas? credo hercle, hélluo
tubúrcinatur.

TABIFICABILE vel TABIFICVM. Accius Medea:

perneíci orbificor líberorum léto et tabificábili.

Cicero Tusculanarum lib. IIII: atque ut hae tabificae mentis perturbationes sunt.

TVATIM, tuo more. Plautus Amphitryone:

écceré iám tuátím
facít.

---

11 Pacuvius Doloreste ‖ 14 I, 1, 288 ‖ 16 Accius Amphitryone ‖ 18 Titinius Proelia ‖ 20 I, 3, 42 ‖ 22 Turpilius Boethuntibus ‖ 25 Accius Medea ‖ 27 IV, 16, 36 ‖ 29 II, 1, 4.

---

9 hoc *pro* huc; *quod reposuit Quicheratus.* — **11. 12. 13** Tortu *(bis) Guietus;* Torto *cdd.* — *sed nescio an retineri possit illud, sicut habes 130* iusso *pro* iussu. — Dul. *$H_2$, G.* — tenebrica, *om.* in, *Scal. in Varr. de re rust. pg. 246; qui male iungit cum fame;* tenebricas (*seq.* s) *C.* — *illud* saepe *ablativus, non adverbium. ita Cic. in Prognosticis dixit* scopulorum saepe; *Ov. Trist. IV, 1, 81* portarum saepe. *primum id notatum a Mercero, qui pulchre comparat Eurip. Bacch. v. 549* σκοτίαισι κρυπτὸν εἱρκταῖς. — clausam *O. Iahnius Herm. II, 232, ut ad Electram pertineat;* clausum *C.* — **15** vel *corruptum.* — **17** sed *H, G.* — haec mulier funestast *M;* haec est mulier funestat *C;* haec m. est funesta *Voss.* — et tonsu *pr. H;* consu *$L_1$.* — **18** Praelia *ed. Bas.* — **19** *post h. v. add. H v. 20, tum rursus 19; sed haec punctis deleta.* — **21** domi est *cdd. Pl.;* domi sit *C.* — **22** Boethumtibus *$L_1$;* Boethantibus *$H_1$;* Boethontibus *$L_2$, $H_2$, G.* — **23** Melesia *Bergkius;* Melexia (Melexea *L*) *C.* — cessat *C pr. $H_1$.* — helluo *C.* — **25** Tibific. *$H_1$.* — tabiscium *L.* — media *$H_1$.* — **26** pernici *Gulielm.;* parneti *L, $H_1$;* parneci *$H_2$, G.* — lecto *$H_2$, G.* — **27** ut haec *meliores cdd. Cic.* — **28** perturbationis *C.* — **29** *cf. Charis. 196* tuatim. — **31** facit *C;* facis *Plaut.*

179. 180 M.

TETRITVDO. Accius Philocteta:

quod te obsecro, haéce ne aspernábilem
tétritudo méa || *me* inculta fáxsit.

TEMNERE, contemnere. Lucilius lib. XXX:

quodque adeo fuerint, qui te temsere superbei.

Vergilius lib. VI:

discite iustitiam moniti et non temnere divos.

TAXIS, pro tetigeris. Varro Modio:

sed, *ó* Petrulle, né meum taxís librum.

TIPPVLA, animal levissimum, quod aquas non nando, sed gradiendo transeat. Varro Bimarco:

út levis tippúla lymphon frígidos transít lacus.

Plautus:

levior es quam tippula.

TONESCIT, pro tonat. Varro Bimarco:

túnc repente caélitum altum tónitribus templúm tonescit.

TRANSENNA, non, ut quidam putant, transitus est, sed fenestra. Cicero de oratore lib. I: nunc pete a Crasso, ut illam copiam ornamentorum suorum, quam constructam uno in loco quasi per trassennam praetereuntes strictim aspeximus. — Sallustius Histo-

---

32 Accius Philocteta || 2 Luc. l. XXX || 4 VI, 620 || 6 Varro Modio || 9 Varro Bimarco || 11 Plautus; cf. comm. || 13 Varro Bimarco || 16 I, 35, 162 || 18 Sallustius Hist. II.

---

**32** Tertritudo $H_1$. — filoctita *C.* — **33. 1** quod te obsecro; *cf. Verg. Aen. VI, 363 sqq.* — haece ne *M;* ne haec *C.* — tecritudo $L_1$. — mea me inculta *Scal.;* mea inocculta *C.* — fax sit *H;* faxit *ed. Bas.* — quod te obsecro, aspernabilem | ne haec tetr. mea me inculta faxit *Hermannus.* — **3** quod *pro* quot *(ita Scal.) positum videtur probabile.* — te temsere; te tempsere *Dousa pater;* te temnere $H_1$*;* temere $L_1$*;* demnere *id. testante Zangem. m. 2;* temnere $H_2$, *G.* — superbei; superbi *Dousa pater;* superbum *C.* — **5** et contempnere *G.* — **6** V.; *cf. 176* scenatilis. — **7** sed petule — liberum *C.* — **8** tippula; *cf. Paul. 366* tippula. — **9** *(item v. 13)* uimarco *C.* — **10** ut *om. L,* $H_1$. — limfon *C.* — frigidis *L,* $H_1$. — **12** *cf. Hor. c. III, 9, 22.* — *comparant Pers. II, 2, 62* néque tippulae lévius pondust quám fides lenóniae; *quem Paul. adfert l. m.* — *quod si recte habent, ut probabile est, Noniana, post* levior es *finis versus fuit.* — **13** uim. *C.* — **15** est, sed *M;* sed est *v.* — Trausena, fenestra *gl.* — *etiam* trasenna, trassenna *invenitur; cf. Ritschl. comm. in Pers. IV, 3, 11; item quae infra notata sunt a nobis.* — **16** Cic.; *cf. 512* strictim. — similiter nunc petes *cdd. Cic.* — **18** transsennam *L, H;* transennam *G.* — strictam $H_1$. — in lucem proferat *add. ap. Cic.* — Sall. (Salustius $L_1$*; ed. Bas.*); *cf. 286 l.* demittere, desuper mittere; *Serv. in Aen. V, 488; Macrob. III, 13, 6 sqq.; qui longe pleniorem reddit locum.*

riarum lib. II: transenna demissum Victoriae simulacrum cum machinato strepitu coronam capiti inponebat.

TIRONEM positum pro ignaro. Cicero de oratore lib. I: fateor enim callidum quendam hunc et nulla in re tyronem ac rudem nec peregrinum et hospitem in agendo esse debere.

TRVTINA. [M. Tullius] Cicero de oratore lib. II: ad oblectandos animos, ad inpellendos, ad ea probanda, quae non aurificis statera, sed populari quadam trutina examinantur. — Varro de vita populi Romani lib. II: aut aliqua ex argentaria trutina aut lingula pensum prae se omnes ferent. ||

TVRPARI, a turpidine. Cicero Tusculanarum lib. III:

Iovis áram sanguine túrpari.

TENERASCERE, tenerum esse. Lucretius lib. III:

scilicet in tenero tenerascere corpore mentes.

TRICINVM, tardum et quasi intricatum vel siccum et sine suco, ut sunt capilli, qui graece τρίχες dicuntur. Varro Eumenidibus: 'quod tunc quaestus tricinus erat, nunc est uber'; ut quaestus sit *haut ita* magnus.

---

21 I, 50, 218 || 24 II, 38, 159 || 26 Varro de vita pop. Rom. II || 1 III, 19, 45 (Ennius Andromacha) || 3 III, 765 || 6 Varro Eumenidibus.

---

19 *praec. ap. Macr.:* praeterea tum sedenti. — transsenna *H.* — in transenna (trasenna *Bamberg. m. 1*) *male Macrobius.* — demissum *Parisin. Macrob.;* dimissum *cdd. l. utroque.* — victoriale *L.* — simulachrum *H.* — cum *om. L.* — 20 chinato *L.* — cum mach. strep. tonitruum *Macrob.* — cor. ei imponebat *id.* — *pg. 286 perperam tradita verba in hunc modum:* cum machinis strepitu dimissum Victoriae simulacrum coronam capiti inponebant. — *ap. Serv. om. rell. haec leguntur:* machinato strepitu transenna corona in caput (in capite) inponebatur (ponebatur). — 21. 22 frater enim *C.* — hinc *L, $H_1$.* — re *om. L, sed cf. comm. in v. 26.* — tyronem *C.* — 23 atque hosp. *cdd. Cic.;* ospitem *$L_1$.* — in agendo *cdd. Cic.;* concedo *C.* — 24 M. Tullius *om. ed. a. 1476.* — ab oblectandos *L.* — 25 ad implendos *G.* — aurif. *Cic.;* artificis *C.* — 26 trutinare *$L_1$, $H_1$;* trutina re *$L_2$.* — examinantur *$H_1$.* — 27 *puto* ut. — argentaria; *sc.* taberna. — lingula *v. d. ap. Quicheratum;* lingua *C.* — 28 per se *Gs.* — ferent (*seq.* t); *f.* ferre. — *non abhorret a probabilitate his verbis a Varrone notari scriptorum aequalium nimiam circa dicendi genus curam.* — 1 a turpidine *L;* a turpitudine *rell.* — turpido, *ut* dulcido, gravido. — III *$L_1$;* IIII *rell.* — 2 *haec ex Ennii Andromacha; cf. Fab. 169 sqq.* — 3 Lucilius *cdd.* — 4 mentem *Lucretius.* — 5 Trichinum *Aldus; sed cf. seqq.* — et quasi intricatum *M;* et q. impeditum (inp. *$L_1$; ed. Bas.*) *v.; at gl.:* Tricinum, tardum, intricatum. — sucu *$L_1$; Lugd.; Paris. 7665; 6.* — 6 et sunt *$H_1$.* — grece *$L_2$, H;* greget *$L_1$.* — τρίχεc *ed. a. 1476;* tricis *C, Bamb.* — 7. 8 quod *utrum pronomen sit an coniunctio non apparet.* — questus *L, H.* — tricinus *$H_2$; v.;* tricenus *L, G;* trucenus *$H_1$.* — *illa* ut — magnus, *quae aliena esse a Varrone intellexit Passeratius, f. secludenda.* — haut ita *add. M.*

181 M.

TETRICA est severa. Varro *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιΐας*: an, etiamsi audisset, reddere potuisset mulieri tetrice [horrentis] educatam ad Appiam moribus bonis *virginem?* — Vergilius Aeneidos lib. VII:

qui Tetricae horrentis rupis montemque Severum.

TARDITVDINE et TARDITIE, pro tarditate. Plautus Poenulo:

pódagrosi estis *ác vicistis* cócleas tarditúdine.

Accius Alcmeone:

atque éccos segneis sómno et tarditúdine.

idem Diomede:

multa ámittuntur tárditie et socórdia.

TEMERITVDINEM, pro temeritatem. Pacuvius Doloreste:

heu, nón tyrannum nóvi temeritúdinem?

TENTA, dictum pro extensa. Lucretius lib. II:

tympana tenta tonant palmis et cymbala circum.

idem lib. VI:

duraque inhorrescens rictum frons tenta tumebat.

Lucilius Satyrarum lib. VI:

tres a Deucalione grabati restibu' tenti.

idem lib. XI:

huc ubi concessum pellesque ut in ordine tentae.

---

9 Varro *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον* ‖ 12 Aen. VII, 713 ‖ 14 III, 1, 29 ‖ 16 Accius Alcmeone ‖ 18 Accius Diomede ‖ 20 Pacuvius Doloreste ‖ 22 II, 618 ‖ 24 VI, 1195 ‖ 26 Luc. l. VI ‖ 28 Luc. l. XI.

---

**9. 10** tu patroso (patrosio $H_2$; patros to *G*) pedion (pedi*ον* *L*; pedi*οπ* $H_1$) *περι παιαοποιιαcαν* etiamsi *C*. — audisset; *puto* voluisset. — poputuisset *G*. — mul. *Iun.*; mulier *C*. — tetricae *C pr.* $L_1$. — **11** horrentis *C*; *del.* horr., *quod ex Vergilii v. irrepsit, Iun.* — educatam (educata *Quicheratus*) ad Appiam (*f.* ad aviam) m. b. virginem (virginem *Oehlerus add.*; *seq.* Vergilius); *ita M*; *C*: ducat ad Appiam m. b. — *recte si habent nostra, agitur de puella a genetrice abiecta et in pudica domo educata, ac tum rursus a matre requisita.* — **12** Verg.; *cf. 390* severum, asperum. — **13** *ingens hic Nonii stupor.* — tetrice (tretice, *m. 2* treticae, *H*) *C*. — rupis *Me*; rupit *C*. — **14** Tarditudinem et tarditiem *cdd.*; Tarditudine, tarditate *gl.* — **15** quodagrosi *C*. — ac vicistis *om. id.* — cocleas *C*; cocleam *cdd. Pl.* — **16** Acc. Alcm. *om. L.* — Actius *H*. — Alcmaeone *Iun.*; Alcmene *H*, *G*. — **17** segneis; signas *L*; signis $H_1$; segnis $H_2$, *G*. — **18** am. *Bentin.*; mittuntur (*praec.* a) *C*. — tarditie *ed. a. 1476*; tarditia (*seq.* e) *C*. — gocordia $H_1$. — **20** temeritate *cdd., non gl.* — Dul. $H_2$, *G*. — **21** h., n. *Me in notis*; euno *C*; *f.* heus, n. — **25** duraque *om. L.* — inhorr. rictum *Rutgersius*; in ore iacens rictu *C*; inhoretiacet (*vel* inoretiacet) rectum *cdd. Lucr.* — tumebat *Lachm.*; manebat *C*; mebat *cdd. Lucr.* — **27** deucaligine $H_1$. — grabbati $L_2$, *H*, *G*. — **29** huc *M*; hic *C*. — ordine *v.*; ordines (ordinis *prius G*; ordine $Ho_1$) *C*.

et [in] lib. XXX:

hic ut muscipulae tentae atque *ut* scorpio' cauda
sublata.

TRISTITAS, pro tristitia. Pacuvius Atalanta: ||

quid istúc est? vultum quaé caligat trístitas?

Turpilius Leucadia:

ántefacta ignósco. mitte trístitatem, Dórcium.

TORPORAVIT, pro torpefecit. Turpilius Hetaera:

eru' stúpidus adstat: íta eius aspectús repens
cor tórporavit hómini amore.

TITVBARE, trepidare. M. Tullius Philippicarum lib. XIIII: titubare, haesitare, quo se verteret nescire. — Vergilius Aeneidos lib. V:

vestigia presso
haut tenuit titubata solo.

Terentius Heautontimorumeno:

verum ílla nequit títubet.

TORTOR, pro torqueor. Pomponius Decuma fullonis:

ét ubi insilui in cóculeatum ecúleum, ibi tolútim tortor.

TVNICARE, pro vestire. Varro Logomachia:

haec lánigeras detónderi docuít tunicareque homúllum.

---

30 Luc. l. XXX || 1 Pacuvius Atalanta || 3 Turpilius Leucadia || 5 Turpilius Hetaera || 8 M. Tullius Philipp. XIV (sed cf. comment.) || 9 V, 331 || 13 II, 3, 120 || 15 Pomponius Decuma fullonis || 17 Varro Logomachia.

---

**30** *cf. 265* contentum — extensum; *385* sublatum, erectum. — **31** muscipulae tentae; m. tantae *cdd. 385;* muscipula (mosc. $L_1$) tentae (tentei *L;* tenta $H_1$) *h. l.;* muscipula contenta *265.* — atque (adque $L_1$) ut *cdd. 385; om.* ut *266; h. l.* atque $H_1$*;* eaque *L;* aque $H_2$, *G.* — scorpius *cdd. 385.* — **1** Tristitas *Guietus, al. plures;* Tristitias *cdd.* — **2** istuc *prius G;* istic *H, L, G post ras.* — quae caligat *Buechelerus (potuit* calligat; *cet.* caligandi *verbum iam ab Scal. inventum);* alligateque (alligataeque *H*) *C.* — tristitias *C.* — **4** antefacta ignosco. mitte *Grautoffius;* antefacta igne committo *C.* — ignosco *cum accusat., ut ap. Plaut. Amphitr. I, 1, 101* ignoscamus peccatum suum. — tristitatem *Guietus;* tristitia ante *C.* — Dortium *L, H.* — **5. 6** torpefacit *Bamb.; Paris. 7665; 6.* — Hetaera *(ita iam Bentin.)*: herus *Iun.;* hetererus *C.* — eius *pyrrichiacum; cf. Lachm. ad Lucr. I, 149; III, 374.* — **8** *non exstat hic locus ap. Cic.; confert Rothius Phil. II, 29, 74* haerebat nebulo; quo se verteret, non habebat. — **9** hesitare *L,* $H_1$. — verteret *v.;* vertere *C.* — **12** aut $L_1$*;* haud $H_2$. — **13** eautontimorumenon *L, H* (m *alterum add.* $H_2$); Heaut. *ed. Bas.* — **14** nequit *etiam Ter. cdd.* — **15** D. f. *Bentin.;* fullonis ducum *C.* — *cf. comment. in 4 l.* tolutim. — cocleatum *C* (colleatum $L_1$). — ubi *L,* $H_1$. — **17** logomacheia *L.* — *cet. cf. Porphyr. in Hor. sat. II, 4, 1.* — **18** hec $H_2$, *G;* hiclec $L_1$*; id. m. 2* hillaec; ille $H_1$. — *Minervam significari putat Popma.*

TITIONEM, fustem ardentem. Varro de vita populi Romani lib. II: contra a novo marito cum item e foco *ignis* in titione ex feleici arbore et in aquali aqua adlata esset.

## INCIPIT PER V LITTERAM.

VVLGAVIT, honeste positum, vile habuit et quasi in vulgus dedit. Plautus Amphitryone:

> huius, quaé me absente córpus vulgavít suum?

[vulgare, in vulgus dare et quasi multis audientibus ac non tacituris dicere.] Vergilius lib. X:

> quid me alta silentia cogis
> rumpere et obductum verbis vulgare *dolorem?*

*Varro* *Ὄνος λύρας*: *iurgare* coepit, dicens:

> quae scís age quei in vulgúm vulgas artémque expromis inértem? ||

VEGET, pro vegetat vel erigit vel vegetum est. Pomponius Maiali:

> animos Vénu' veget voluptátibus.

Ennius Ambracia:

> et aequora salsa veges ingentibu' ventis.

Varro Manio: nec natus est nec morietur: viget, veget, utpote plurimum. — idem *Ὄνος λύρας*:

> divúm lyram qua móbilem sol hármoge
> quadám gubernans mótibus diís veget.

VERECVNDVM est audax et confidens. Plautus Amphitryone:

---

19 Varro de vita pop. Rom. II || 24 Plautus Amphitryone || 27 X, 63 || 30 Varro *Ὄνος λύρας* || 1 Pomponius Maiali || 4 Ennius Ambracia || 6 Varro Manio || 7 Varro *Ὄνος λύρας* || 10 III, 2, 20.

---

**19** fustum $L_1$. — Varro; *cf. 302* felix, fructuosus. — *iungenda haec cum fragmento, quod legitur pg. 112 s. v.* Faxs, *intellexit Scal.* — **20** ignis *ante illud* in titione *add. Quicheratus, post* arbore *Thilo.* — in tione *G;* in itione *L.* — **21** felici *cdd. 302;* felaci *h. l.* — et in aquali aqua *Iun.;* et iam qualis qua *cdd. h. l.;* et in aequali aqua *302.* — **23** pro vile h., *sed* pro *eras. H.* — in vultus $L_1$. — **25** huius, quae *Schroederus;* cuiusque *C.* — ucorpus *L;* utcorpus $H_1$. — vulga sum $L_1$; vulgata sum $L_2$, $H_1$. — **26. 27** vulgare — dicere *ut glosema ad Verg. locum adscriptum secl. M; habet etiam Bamb.; in quo exempla huius l. omissa.* — X *cdd. 382 s. l.* rumpere; XI *hoc loco C.* — **29** dolorem *e Verg. add. docti.* — **30** V. *Ὄνοc λύραc*: iurg. *ex eis, quae sunt 230 s. l.* vulgus, *supplevit Me.* — decoepit, *sed* de *punctis notato, H.* — **31** age, quei *M, qui et metrum notavit;* atque *cdd. l. utroque.* — **1** pro vegeat $H_1$. — **4** Ambrachia *C.* — **5** equora *L*, $H_1$. — **6** veget *pro* viget *L*, $H_1$. — veget; *huc pertinet Nonii illud* vegetum est. — **7** idem; *cf. pg. 100 l.* diis. — **8. 9** quam mobile (movile $H_1$, *G, L, in quo* mo *supra add.*) divum lyram sol aroge (arege $G_1$) quaedam g. m. d. v. *h. l. C.* — **10** est *habent Bamb.,* $H_1$*; idem m. 1 add. in L, del.* $H_2$*, om. G.*

'síc est, vera praédico:
nisi étiam hoc falso díci insimulatúrus es.' —
'nimis verecunda es.'

VENOR, circumvenior. Ennius Nemea:

teneór consipta, undíque venor.

VICISSATIM, per vices. Naevius Belli Punici lib. IIII:

vicíssátim
volví victóriam.

VISCERATIM. Ennius Andromeda:

alia flúctus differt, díssupat
vísceratim mémbra; maria sálsa spumant sánguine.

VNOSE, simul. Pacuvius Iliona:

óccidisti! ut múlta paucis vérba unose obnúntiem.

VTRASQVE, pro utrimque vel utrobique. Hemina Historiarum lib. IIII: in Hispania pugnatum bis. utrasque nostri loco moti. — Caecilius Titthe:

atque hercle utrásque te, cum ad nós venis,
subfárcinatam vídi.

VIVVM, pro vehementi vel novo. Vergilius Aeneidos lib. I:

paulatim abolere Sychaeum
incipit et vivo temptat praevertere amore.

VEGRANDE, valde grande. Lucilius lib. XXVI:

nón idcirco extóllitur nec vítae vegrandí datur.

1 VANANS dictum pro fallens. Accius || Alcmeone:

---

14 Ennius Nemea || 16 Naev. Bell. Pun. IV || 19 Ennius Andromeda || 22 Pacuvius Iliona || 24 Hemina Hist. IV || 26 Caecilius Titthe || 29 I, 720 || 32 Luc. l. XXVI || 1 Accius Alcmeone.

---

12 simulaturus $H_1$; insimilaturus *mel. Pl. libri.* — es *Pl.*; est *C.* — 13 nimis verecunda es *cdd. Pl. et Non.*; nimis iracunda es *recte Lambin.* — 14 menea *prius G.* — 15 consipta *Scal. coll. Paul. pg. 62:* consiptum apud Ennium pro conseptum reperitur; consepta *L, H;* concepta *G.* — 16 Vicisatim *gl.* — pervicit $L_1$; *id. 2* pervicices. — Nevius *C.* — 19 Visceratim, per viscera. per viscera *punctis del. H; add.* $L_2$, *Bamb., gl., mrg. H; om. G.* — 22 unose *pro* univorse *dictum recte statuit Lachm. comm. Lucr. pg. 230.* — eliona $H_1$. — 23 verba *om. L.* — 24 Vtraque *Ald.; Iun.; Me; Guietus; Lachm. comm. Lucret. pg. 104; sed videtur recte defendere illud* utrasque *Buechelerus libelli de decl. lat. pg. 32; quod pro genetivo habet collatis eis quae sunt* alias, alteras *(Paul. p. 27),* interutrasque. *et hoc quidem septies invenitur ap. Lucret.* — utrobique *Lachm.;* utrosque *C, Bamb.* — Vtrasque, utrumque *gl.* — 25 bis *Bentin.;* vis *C.* — 26 Caecilius Titthe *Me;* caeleus tihe *C.* — 27. 28 te *Me,* et *C.* — suffarcinatam *Me;* suffraginatam *L, H;* subfr. *ed. Bas., Gs.* — *septenarios, quorum prior finiretur post* hercle, *parum eleganter cum Bothio instituit Ribbeckius.* — 30 sycheum *H, G;* psyceum *L.* — 32 Luc.; *cf. 297* ecferre, educere, provehere. — 1 fallans *L.* — Actius $H_1$. — Alcimeone (Alcimaeone) *cdd. pg. 16 s. l.* lactare; Alcmena *h. l.*

tantum *út* frustrando láctans, vanans prótrahas.

VANITVDO, pro vanitate. Plautus:

pól, ego ut rem videó, tu inventu's véra vanitúdine.

Pacuvius Doloreste:

'primum hóc abs te oro, ní me inexorábilem
faxís.' — 'ni vanitúdine aetatém tuam
turpássis.'

VARIANTIA, pro varietas. Lucretius lib. I:

talibus in causis nedum variantia rerum.

idem lib. III:

principiis, unde haec oritur variantia rerum.

VISCVS positum pro viscera. Lucretius lib. I:

visceribus viscus gigni sanguenque creari.

[Vergilius Georgicorum lib. I:

tum laqueis captare feras et fallere visco
inventum;

id est, tractu visceris.] Lucilius Satyrarum lib. XIIII:

idne aegrist magis an quod pane et viscere privo?
quod viscus? dederas. tu quidem hoc est viscera largi.†

VAGOR dictum pro vagitus. Lucretius lib. II:

et superantur item; miscetur funere vagor.

---

3 Captiv. III, 4, 37 ‖ 5 Pacuvius Doloreste ‖ 9 I, 653 ‖ 11 III, 318 ‖ 13 I, 837 ‖ 15 I, 139 ‖ 18 Luc. l. XIV ‖ 21 II, 576.

---

2 tanta *C l. utroque.* — ut *om. h. l. cdd.* — frustando $H_1$. — protrahit *C; neque est improbabile a Nonio data haec:* tantum (*vel adeo* tanta) frustrando lactans, vanans protrahit. — **4** inventu's *v. ap. Pl.;* inventus *cdd.* — vera *Pl.;* vero a *C.* — **5** Duloreste (Duloriste $L_1$) $L_2$, $H_2$, *G.* — **6. 7. 8** *haec diverbio videntur constare, ut et Ribbeckio visum; cuius quidem mirificae de h. l. alucinationes; cf. libr. de tragoedia lat. pg. 245 sq. — puto agi inter Oresten vel Pyladen et unum ex filiis Nauplii, qui Aegistho auxilio venerant, vel senioribus huius sociis.* — ni (*pro* ne) me *Lachm. comm. in Lucr. II, 734;* ne me *Hermannus;* nimis (nimi $L_1$) *C.* — ni van. aet. t. turp. *vel* ni tuam turp. van. aet. *M;* ni turp. van. aet. t. *C.* — *pessime his subiuncta a Lachm. quae leguntur pg. 160 s. l.* prolixitudinem. — **10** *illud* talibus in causis *ad priora pertinet ap. Lucr.* — **11. 12** *bis repetit L, sed haec omnia m. 2 punctis additis deleta.* — principiis *v.;* principis (principus *semel, sed mutat. in* principis *L, idem infra bis* principis) *C.* — varriantia *L bis, sed primo loco* variantia. — **13** pro viscera *M;* pro viscere *v.* — Lucr.; *cf. 224* sanguis. — **14** sanguemque *prius H.* — crearit *L.* — **15–18** Vergilius — visceris *secl. M.* — **16** capere $H_1$. — **18** tractu visceris; tactu visci *Passeratius.* — Lucil.; *cf. 470* largi. — **19** vicere *prius G.* — **20** tu quidem hoc est viscera largi *cdd. l. utroque;* quod viscus? dederas tu billam, hoc est viscera, large *(ita Gerlachius) M in ed. Luc.* — **21** vargitus *L*, $H_1$. — II *om. L.* — **22** superamtur *L, H.* — ite *C.*

VETVSTAS et ANTIQVITAS vel felix vel sapiens vel mansueta est habita. Terentius in Hecyra:

quís mest fortunátior vetustátisque adeo plénior?

VASTITIES et VASTITVDO et VASTITAS, horror et desertio et contagium. Plautus Pseudolo:

distráctio, discídium, vastitiés venit.

Accius Erysace:

sed átra deformátu's veste et taétra vastitúdine.

idem Meleagro:

quae vástitudo haec aút unde invasít mihi? ||

M. Tullius de officiis lib. II: qui collectis ceteris causis eluvionis, pestilentiae, vastitatis. — Pacuvius Teucro:

quae désiderio alúmnum penitúdine
squalés scabresque incúlta vastitúdine.

Varro Manio: ac periret

squalé scabreque, inlúvie et vastitúdine.

VASTESCANT significat inhorrescant vel deserantur. Accius Phoenissis:

iussít proficisci quóquo vis gentum éxulem,
ne scélere tuo Thebáni vastescánt agri.

M. Tullius de deorum natura lib. II: quid iam de hominum

---

24 V, 4, 8 || 27 I, 1, 68 || 29 Accius Erysace || 31 Accius Meleagro || 1 II, 5, 16 || 2 Pacuvius Teucro || 5 Varro Manio || 7 Accius Phoenissis || 11 II, 39, 99.

---

24 Haecyra *L, H.* — 25 venustatisque *Terentius.* — 27 Pseudolo *L,* $H_2$*;* Pseudulo $H_1$*, G.* — 26 *cf. cum hoc et seq. l. pg. 415* vastum; *417* vastitas. — 29 Erysace; ericacec $L_1$*;* erisaces $L_2$*;* ericaces (*seq.* s) $H_1$*;* erisace $H_2$*;* Eurysace *ed. Bas.* — 30 sed atra deformatu's veste et taetra vastitudine *M* (sed atra veste *iam Scal.* — deformatus *Me*); sed ut ratus taetra (ratusta etra *L,* $H_1$) veste et v. tradeformatuis *C; in H puncta supra* ratus *tria, quae tamen ex adversa pagina macula tracta originem duxere. — f.:* . . . sed átra veste et taétra vastitúdine | déformatu's. — 32 mehe *coll. Quintil. I, 5, 21 Bergkius.* — 1 *cf. 104* eluvio. — collegitis (colligitis $H_1$) *C.* — caeteris *H.* — 2 Pacuvius; *cf. 152 l.* paenitudinem. — 3. 4 desidero *L.* — poenitudine squales *ed. Bas.;* penitudines quales *L, H.* — scabresquae *C.* — 5. 6 *Varr. l. recte, nisi fallor, huc revocavit Quicheratus; nam in libris finem sequentis l. obtinet. — videntur enim haec propter eundem Pacuviani fragmenti exitum omissa prius, deinde de margine in alienum locum delata.* — Varro; *cf. comm. in Varr. pg. 125 s. l.* inluvies. — ac periret squale *v.;* asperum valde (ld *in ras.* $L_1$) *C.* — inluviae *prius L;* illuvie *rell.* — 7 desiderantur *L,* $H_1$. — *om. h. l. Bamb.;* Vastissant, disserant, solenter (*l.* desolentur) *gl.* — fenissis *L, H;* Foen. *ed. Bas.* — 9 quoquo vis gentum exulem *M* (quovis gentium exulem *Voss.*); exilium quovis gentium *v.* — gentum; *cf. comment. in Acc. v. pg. 84 s. l.* congenerat. — 11 M. Tull.; *cf. 417* vastitas; de deorum natura *cdd. 417;* de oratore *h. l.* — iam *om. G.*

genere dicam, qui quasi cultores terrae constituti, non patiuntur eam nec immanitate beluarum ecferari nec stirpium asperitate vastari. — Sallustius in Iugurta: aberat mons fere milia passum XX, tractu pari, vastus ab natura et humano cultu.

VICISSITATEM, pro vicissitudinem. Accius Phoenissis:

vicíssitatemque ínperitandi trádidit.

VLSO, pro ultus fuero. Accius Erigona:

quí, nisi genitorem úlso, nullum meís dat finem míseriis·

VERRVNCENT, id est vertant. Accius Aeneadis aut Decio:

te sáncte venerans précibus, invicte, ínvoco,
porténta ut populo, pátriae verruncént bene.

Pacuvius Periboea:

veniám precor peténs, ut quae egi, ago, áxim, verruncént bene.

Afranius Divortio:

'haec pónito.' — 'avorrúncent cum syrmá simul.'

VILITANT, vilem faciunt. Turpilius Lindia:

quin móneam, quin clamem ét querar tua vítia, quae te vílitant.

VILICARI est rusticari vel villae praeesse. || Pomponius Ergastilo:

'lónge ab urbe vílicari', quó erus rarentér venit.' —
'nón *enim* vilicári, sed dominárist mea senténtia.

Afranius Suspecta:

---

14 48, 3 || 16 Accius Phoenissis || 18 Accius Erigona || 20 Accius Aeneadis || 23 Pacuvius Periboea || 25 Afranius Divortio || 27 Turpilius Lindia || 1 Pomponius Ergastilo || 5 Afranius Suspecta.

---

12 paciuntur $L_1$. — **13** immanitatem *L*, $H_1$. — etferari $H_1$, *prius L.* — **14** vastari *Cic.;* vastare *C.* — in iniugurtha *H.* — Iugurta *prius L;* Iugurtha *rell.* — passum *C.* — **15** vastatus *L, prius H.* — ab (a *prius H*) natura *om. L, G; del.* $H_2$. — *post illud* cultu *seq.* Varro Manio; *v. l. superius.* — **16** vicissitudine *cdd.* — foenissis (fen. *H*) *C.* — **17** inp. *C.* — **18** Vlso *Vossius;* Vllo *cdd.* — ulltus *pr. L.* — Erigone *Passerat.;* Epigonis *Me;* epigone *C.* — **19** genitores *L, prius H.* — ulso; ullo (nullo $L_1$) *C.* — eis *H, G.* — **20** *cf. 74* averruncare. — Veruncent, vertant *gl.* — Aeneidis *C.* — **21** venerans $H_1$*; Iun.;* verans *rell.* — praecibus *L*, $H_1$. — **22** populo, patriae; *cf. Hor. c. III, 6, 20.* — verruncent *ed. a. 1476;* verruncant *C.* — **23** Pacuv.; *cf. 505* axim. — **24** veniam precor *Gulielm.;* prec. (praeocor $L_1$; praecor *H*) v. *C.* — axim; exim *cdd. h. l.;* vel axim *id. 505.* — **26** haec (*sc.* res ad mundum mulierum pertinentes) *M;* et *C.* — avorruncare *pro* furari, rapere, *ut* avertere. — *f. sine diverbio:* et (*vel* haec) pone *(praepos.)* te avorruncent cum syrma simul. — **27** Vilitare, *ut* nobilitare. — **28** quaerar *L, H.* — **1** Vilicare *gl.* — pre esse *H.* — Pomp.; *cf. 164* rarenter. — **3** vilicari *C.* — eris *C.* — **4** enim *om. C.* — dominari mea est *h. l. minus eleganter C.*

in Norsínos iam, quantúm pote,
éxplodam hominem, ut vílicetur.

Turpilius Paraterusa:

ego étiam nondum hic vílicabar, Phaédria.

idem Hetaera:

illíc ante urbem vílicor. nunc rús eo.

VINNVLVM * * *

vínnulum sensí locum;

id est inlecebram. — Plautus Asinaria:

cómpellando blánditer,
ósculando, orátione vínnula, venústula.

VITABVNDVS, pro vitans. Sallustius Histor. lib. III: duos quam maximos utris levi tabulae subiecit, quam super omni corpore quietus invicem tracto pede quasi gubernator existeret. ea inter molem atque insulam mari vitabundus classem hostium ad oppidum pervenit.

VOLENTIA, id est, quae vellent. Sallustius Historiarum lib. IIII: multisque suspicionibus volentia plebi facturus habebatur.

VALENTIA, fortitudo. Naevius Danae:

omnés formidant hómines eius valéntiam.

Titinius Setina:

sapiéntia gubernátor navem tórquet, non valéntia.

---

8 Turpilius Paraterusa ‖ 10 Turpilius Hetaera ‖ 13 comicus incertus ‖ 14 I, 3, 69 ‖ 17 Sallustius Hist. III ‖ 22 Sallust. Hist. IV ‖ 24 Naevius Danae XII ‖ 26 Titinius Setina.

---

6 in N. *Bergkius;* in horpinos *C.* — pote *Iun.;* potei (*ut ego notavi* pote) $L_1$; potes *rell.* — 7 explotam — vilice (*seq.* Turp.) *L.* — 8 Paterusa *G;* Paraterus $L_1$. — 9 ego etiam nondum *Grautoffius;* ego nond. et. *C.* — huic (hic $H_2$, *G*) *ex sequentibus putes irrepsisse.* — vilicar *L*, $H_1$. — faedria *C.* — 10 hetera *L;* ethera $H_1$; etera $H_2$, *G.* — 11 illic ante urbem vilicor *M;* huic (hic $H_2$, *G*) vil. a. u. *C.* — 12. 13 Vmnulum $L_1$. — Vinnulum, dilecta bile (*l.* delectabile) *gl.* — *excidit nomen comici et* vinn. — 14 illecebram *M;* illecebrosum *Quicheratus;* illecebrum (inl. *L*) *C, Bamb.* — 16 ven. *Pl.;* venusta *C.* — auscultando orationi vinnulae, venustulae *pulchre Acidal.* — 17 historiae *C.* — duos *om. L.* — 18 qua super *ed. a. 1480.* — 19 tracto pedes *C;* tracto pede *Ald.;* tractu pedis *minus bene ed. a. 1476.* — quas *L*, $H_1$. — existeret *v.;* extiteret *C.* — 20 molem *ed. a. 1498;* inolem *C.* — molem; *i. e.* munimenta hostium in litore extructa. — atque *Iun.;* quae *C.* — *ante* mari (ari *H*) *quiddam videtur excidisse veluti* tranquillo. — honestium *L*, $H_1$. — 23 multisque; *f.* multorumque *sive* vulgique; *cf. comm. in Luc. v. p. 284 s. l.* differre, dividere vel scindere. — pleui $L_1$. — 24 damne *L, prius H;* dane *rell.* — 25 hom. *Voss.;* hominis *C.* — eius (et *prius G*); *i. e.* Iovis. — voll. $L_1$; *id. 2* vol. — 26 *cf. comm. in 19 l.* truam. — Setina *v.;* sedin *C.*

VOMICA†, concava loca, vetustate exesa.

* * *

*VOMICA* * * * Lucilius lib. XXVIIII:

Círoneo et nón mortifero adféctus vomicai vúlnere.

VIRIATVM dictum est magnarum virium. Lucilius lib. XXVI:

cóntra flagitiúm nescire béllum, vinci a bárbaro
víriato, Anníbale.

VESCVM, minutum, obstusum. Lucilius lib. XXVI:

quám fastidiósum ac vescum [cum || fastidio] vívere .....

Vergilius Georgicorum lib. III:

nec vescas salicum frondes.

Afranius in Sororibus:

ad púer est, vescis, ínbecillis víribus.

VOLVP, pro voluptate. Plautus Asinaria:

híc senex, siquíd clam uxorem súam animo fecít volup.

VIRGINDEMIAM, ut vindemiam, hoc est virgarum adparatum vel demtionem vel decerptionem ob verbera. Varro Agathone: * * *

*Naevius Lampadione:*

---

30 Luc. l. XXIX || 32 Luc. l. XXVI || 35 Luc. l. XXVI || 2 III, 175 || 4 Afranius Sororibus || 6 V, 2, 92 || 9 Varro Agathone || 10 Naevius Lampadione.

---

28 *hic hausta quaedam; nam* vomicam *in Luc. v. significare* loca concava, vetustate exesa *ne Non. quidem potuit credere. — sed quid exciderit, obscurum.* — Vomica, cava *gl.* — exesa *Bamb.;* exaesa *C* (*L prius* excaesa). — 31 Chironeo *Dousa pater;* tyroneo *C.* — vomicai *M;* vomica et *v.* — vulnere *ed. a. 1476;* vulnera *C. — de Chironeo vulnere dictum comm. in Lucil. XXIX, 65.* — 32 magnum virum *prius L.* — 33 nescire bellum *M;* n. bello *C.* — vici *prius H.* — 34 viriato *Non.;* Viriatho *Lachm. comm. in Lucr. 329.* — anibale $G_1$*;* hannibale $H_2$. — *a Luc. haec fere putamus venisse:* vinci a barbaro Viriato, Annibale fuerant qui superiores duce. — 35 *cf. Gell. XVI, 5, 6 sq.; quo tamen non usus videtur Non.* — obstusum *(quod ad Lucilii v. spectet) M;* obscurum *cdd.; om. gl.* — 1 vescum vivere *Gerlachius;* vescum fastidio (v. cum fast. $H_2$, *G*) vivere *C.* — 2 libro IIII *L.* — 4 Afran.; *cf. Philargyr. in Georg. III, 175.* — 5 at *C pr.* $L_1$*;* ah, puer est *Philarg.* — inbecillis $H_1$*;* inbecillus *rell.;* vescus, inbecillus *Philarg.* — 6 Volup̄ *L.* — *om. h. et seq. duo l. Bamb.* — 7 si quiddam $H_1$. — suo *cdd. Pl.* — faecit (*pr.* facit) *H.* — voluptare *L*, $H_1$. — 8. 9. 10 Virgendemiam a virgis, ut vindimiam *gl.* — Virgidemiam *Scal., ut in Rudente fertur, v. 636; sed a Naevio fictum* virgindemiae *vocabulum ad exemplum* vindemiae, *et id a Varrone, puto etiam a Plauto, non mutatum.* — vindemia *L.* — *illud* vel demt. *non delend.* — dempt. *ed. Bas.* — vel dec.; vel de *in ras.* $L_1$. — decerptionem ob verbera *Bentin.;* decreptionem (decept. $H_1$) ob verra *C.* — Varro Agathone; *recte statuit Buechelerus propter alienum a Varronis aetate adverbium* antidhac *de Naevio potius auctore vers. seq. cogitandum; et aberrasse librarios ab* Agathone *Varronis ad illud* Lampadione *scite coniecit Roeperus.*

quid trístiorem vídeo te esse quam ántidhac,
Lampádio? numquid fámiliaris fílius
amát, nec spes est aúxili argentáriei,
ideóque scapulae métuunt virgindémiam?

VERACIAM, magnarum virium. Varro Meleagris: si non malit [vir] veraciam uxorem habere Atalantam.

VVLGA, capacitas vel sinus cum laxitate. Lucilius lib. II:

in bulgam penetrare pilosam.

Varro Sexagesi: eo ut viaticum ex arcula adderem in bulgam.

VERRVNCAM positum pro loco edito. Cato libris Originum: censeo, inquit, si rem servare vis, faciundum, ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire iubeas eamque uti occupent imperes.

VIBICES, plagarum vulnera. Cato de falsis pugnis: ubi societas? ubi fides maiorum? insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, vis, dolores atque carnificinas per dedecus atque maximam contumeliam inspectantibus.

---

15 Varro Meleagris || 17 Luc. l. II || 19 Varro Sexagesi || 20 Cato libris Originum (Gellius) || 24 Cato de falsis pugnis.

---

11 te *a Carrionis abest membranis.* — antidhac *Carrio Emend. II, 16;* angit hac (agit hanc, *m. 2* angit hanc, *H*) *C.* — 12 Lampadio, numquid *Me;* lampadionem quid *C.* — familiaris *v.;* familiares *C.* — 13 nec spes *Carrio;* haec spes *C.* — argentarii *Carrio;* argentaria *C.* — 14 virgindemiam *ed. a. 1476;* virgarumdemiam *C.* — 15. 16 Veraciam *M; cf. infra;* Viratium *ed. a. 1480;* Vercium *cdd.* — *om. h. l. gl.* — magnarum virium (virum *L, prius H*); *n. N.* — *cet. cum maiore librorum auctoritate adseratur illud* virum, *suspicor aliquando illud* magnarum *ex l.* viriatum *pg. 186 huc translatum aliamque a N. datam paraphrasin, ut puta:* Veraciam, imitantem virum. — Meleagro (*seq.* s) *C.* — vir *vid. delendum.* — viraciam *Scal.;* viracciumș *L,* viracius *H, G.* — *olim fuisse* veraciam *l. ostendit Nonii.* — 17 Vulga; *cf. 78* bulga. — 18. 19 vulgam *Non.;* bulgam *docti.* — eo *utrum verbum sit an positum pro* ideo, *non constat.* — adderem *Perottus,* addere *C.* — vulgam *cdd.* — 20 *cf. Gell. III, 7, 1 sqq.* — Verruncam *L,* $H_1$; Verrucam $H_2$, *G, Bamb.;* Verrugam, locum qui emeneat *gl.* — Cato libris Originum; *sequentia non ipsius sunt Catonis; sed quae l. m. paragr. 3—17 referuntur de Q. Caedicio ex Originum libris, ad hanc fere sententiam fuisse dicit Gellius; in fine tantum capitis se non iam suis, sed Catonis uti verbis testatur.* — *cf. quae notata sunt pg. 54 s. l.* recepticium *ad eiusdem Catonis, quem adfirmat esse Non., locum; item 145 l.* nidulantur. — 21. 22 quadringendos $H_1$. — verruncam $L_2$. — *ap. Gell. haec:* ad verrucam illam (sic enim Cato locum editum asperumque appellat). — 24 Vivices *gl.* — Cato; *cf. Gell. X, 3, 17:* in eo — libro, qui d. f. p. inscriptus est, ita de Q. Thermo conquestus est. — 25 maiorem *L.* — signitas *id.* — iniuriam *C.* — 26 vis *Perottus 365, 59 ed. Ald., Bentin., probante Me;* eis *C;* eos *cdd. Gell.* — *quamquam dubium an* eis *vel* eos *potius sit delendum, statuendumque olim in codice Gellii* eis *supra* vibices *scriptum, ut reponeretur* vibiceis. *cf. comment. in pg. 139 l.* mordicibus. — carnificinas *Gell.;* carnificans *C.* — 27 inspectantibus *etiam Gell. cdd.; f.* spectantibus. — *seq. ap. Gell.:* popularibus suis atque multis mortalibus te facere ausum esse?

VELLICATIM. Sisenna Historiarum *lib. VI:* nos una aestate in Graecia et Asia gesta litteris idcirco || continentia mandavimus, ne vellicatim ac saltuatim scribendo lectorum animos inpediremus.

VICTVRVS victoriam potiturus auctoritas prudentium putavit esse: Pyrrusne rex an Manius Curius proelio victurus esset.

VIRESCIT, maiorum virium fit. Furius poematis:

increscunt animi; virescit vulnere virtus.

VIRO etiam pro virtute naturali. Lucretius lib. II:

concoctosque suo servare† et perdere viro.

VENERATA, pro veneranda. Vergilius lib. III:

cursusque dabit venerata secundos.

VTER, pro uterus. Caecilius Imbriis:

núnc uter
créscit, non potést celari.

VICATIM. Sisenna Historiarum lib. III: cum conplures menses barba inmissa et intonso capillo lugubri vestitu populum vicatim flens una cum liberis circumiret.

VVLTVOSVM. Cicero in oratore: in quo cum effeceris nequid ineptum sit aut vultuosum.

VERMICVLATI, pro minuti. Cicero de oratore lib. III:

---

28 Sisenna Hist. VI || 3 prudentes (Gellius XIV, 1, 24) || 5 Furius poematis || 7 II, 853 || 9 Aen. III, 460 || 11 Caecilius Imbriis || 14 Sisenna Hist. III || 17 18, 60 || 19 III, 43, 171 (Lucilius).

---

28 Vellicatim; *cf. 168* saltuatim. — *om. l. Bamb.* — Vellicatim, ut salutatim *gl.* — lib. VI *om. C; cf. comm. in pg. 168 l.* saltuatim. — aetate *L.* — 2 ac s. *om. L.* — imp. *H,* $L_2$. — **3** Veturus $H_1$. — **4** Pyrrusne *e. q. s.; Gellii sunt XIV, 1, 24.* — a manius, *m. 2* inmanius *H* (an manius $Ho_2$). — proeilio, *m. 2* praelio *L.* — **5** Viriscit *gl.; om. l. Bamb.* — *cf. Gell. XVIII, 11, 4.* — poemaus $L_1$. — *hic ad ultimum cum usus sit N. loco Gelliano compluries excerpto, non videtur alienum a re adnotare versibus Furii non unum, ut putarunt multi, sed quinque contineri fragmenta, diversa inter se et seiuncta, ita quidem, ut quarto addendus sit quintus, relicui singillatim stent per se.* — *praeterea in quinto reponendum videtur* dum. — **6** increscunt *Gell.;* crescunt (crescent $H_1$) *C.* — **7** natuli $L_1$. — **8** concoctosque *Lucr.;* concoctasque *C.* — suos servare *C;* suo *(ita v.)* superare *Forbiger;* suo contractas (*i. e.* contractans) *cdd. Lucr.;* s. contractas; contractans; contractos *Prisc. 722.* — *et verum vid. illud* contractas. — **9** lib. (libro) VI *C.* — **11** pro uterus *M;* pro utero *v.* — *cet. cf. exc. ex Char. arte (gramm. Lat. I, 540)* uter, γαστήρ. — Imbris *C.* — **14** Vicatim, per vicos $L_2$, *Bamb., gl., mrg. H* (per vices *prius H*). — Sis.; *cf. 130 l.* inmissum. — **15** cappillo *L.* — **16** circumibet $L_1$. — **17. 18** Vultuosum; tristem *add. G,* $L_2$, $H_2$, *Bamb., gl., mrg. H.* — efficeris $L_1$. — nequid ineptum aut vultuosum sit *minus rotunde cdd. Cic.* — **19** Vermiculati pro minuti *M;* Vermiculatim pro minuto *C;* Vermiculatim, munutim *gl.; cf. Lucil. frgm. l. inc. X cum comment.* — de oratore *Bentin.;* in or. *C.* — libro IIII *L.* — *etiam Orat. 44, 149 citantur hi versus.*

lexis conpostae, ut tesserulae, omnes
arte pavimenti adque emblemati' vermiculati!

VENALICII positum pro venditoribus. Cicero in Oratore [Cornelianae lib. II]: neque me divitiae movent, quibus omnes Africanos et Laelios multi venalicii mercatoresque superarunt.

VOCARE positum trahere, ducere. Cicero de oratore: si de iure civili, tecum serram vocabit, || te, hominem prudentissimum, *in* his ipsis rebus, quas abs te didicerit, dicundi arte superabit.

VERECVNDARI, verecundia teneri. Cicero de oratore lib. III: alterum cunctantem et quasi verecundantem incitabat.

VERSVTILOQVAS. Cicero de oratore lib. III:

an nón nosse huius me vérsutiloquas málitias?

videtis enim et versutiloquas et expectorat ec coniunctione facta esse verba.

VNCINATVM, ab unco. Cicero Academicorum lib. IIII: nec ut

22 Orat. 70, 232 (orat. Corneliana II) || 25 I, 15, 66 || 3 III, 9, 36 || 5 III, 38, 154; sed cf. comm. || 9 II, 38, 121.

**35** liber (*m. 2* libro) *L h. l. et sq. v. 2.* — quarto *id.* — **1** membrana (membrane $L_1$) *C.* — nominanda (nominatanda $L_1$) est *C.* — **2** Color *L.* — Verg.; *cf. 310 l.* frigoris; *326 l.* indulgere. — georgi — secundo *L.* — **3** tantum *L.* — **5** neutri *Rothius*; neuiri *L*, $H_1$; *om.* $H_2$, *G*; *edd. ante Basil.* — **6** caldor *M;* calorem *C;* neque frigus neque calor *Philargyr. ad Georg. l. l.;* nec calor nec frigus metuo *cdd. Pl.* — *interpungit post* frigus *Pareus, ita quidem, ut* calor, frigus *fiant nominativi.* — *affirmat Prisc. pg. 658 inveniri et* 'hoc liquor'. — *tamen altius haerere vitium puto.* — **9** Caseus *secl. M;* Caseum *v.* — maccho (machi $L_1$; macchio $H_2$) *C.* — *vel Maccum Coponem vel M. Exulem (priorem non memorat Non.) et h. l. significari et pg. 518 s. l.* derepente *probabiliter statuit Ritschelius Parerg. pg. 133. cf. comm. in 114 l.* foria. — **10** pecunia; *praecessisse videntur, quibus is qui verba facit interrogaretur, num causa laetitiae, quam prae se ferret, esset pecunia.* — **11** quid bonum quid bonum respondi *L.* — e *add. Munkius; cf. seq. dittographiam.* — veniense *L*, $H_1$; veniens $H_2$, *G.* — **12** Plautus Medico parasito; *eandem esse fabulam, quae ap. Non. pg. 84 s. l.* conspicillum *et ap. Prisc. pg. 872 Medici citetur titulo, recte statuit Ritschelius Parerg. pg. 132 sqq.* — **13** *obscura prorsus haec; neque quidquam de eis Franciscus Winterus pg. 44 frgm. Plauti.* — *f.* rodi; *h. e. licet tibi caseum degustare, si eodem tempore experiri vis virgas.* — *multa de virgarum poena iocosa ap. Plautum.* — **14** neutri esse (essi $L_1$) gen. Verg. docet *(add. m. 2) L.* — **15** collo comancia $L_1$. — **16** Epigonis *Me;* epigono *C.* — **17** *equidem illud* camo *idem quod* κάμπτω *olim putaveram. sed ne sic quidem sententia satis facilis et commoda. vulgo ita explicatur, ut camus sit* κημός, *et significet, quod exemplo caret, vinculum collare. propius a vero existimo* catellae (*cf. pg. 199 l.* catellae) *vocabulum latere et*

200 M.

Lucilius Satyrarum lib. VII:

calda simeitu
ac bene plena ei vasa olerorum atque anseri' collus.

idem lib. XXVII:

módo sursum, modó deorsum támquam collus cérnui.

Caecilius Harpazomene:

hunc collum Lúdo praecidí iube.

idem Synephebis:

ad réstim res redit; ímmo collus, nón res; nam ille argéntum habet.

Cato in Sercia†: accipite, si vultis, hoc onus in vestros collos. — Naevius Cor†:

vérum scapulae plús an collus hábeat calli néscio.

Plautus Amphitryone:

málae, mentum, bárba, collus.

Varro Sexagesi:

út nitens pavónis collus, níl extrinsecús sumens.

CASTRA generis sunt neutri. ‖ Feminini. Accius Aeneadis aut Decio:

---

18 Lucilius l. VII ‖ 21 Lucilius l. XXVII ‖ 23 Caecilius Harpazomene ‖ 25 Caecilius Synephebis ‖ 27 Cato in Sercia; cf. comm. ‖ 28 Naevius comm. inc. XVIII; cf. comm. ‖ 30 I, 1, 289 ‖ 32 Varro Sexagesi ‖ 34 Accius Aeneadis.

---

*hausta quaedam, quibus octon. iamb. impleretur, ut puta:* quid césso ire ad eam? em praéstost. et catélla *(ablat.)* habet collúm gravem. *nam interdum in hoc metro caesuram neglegi notum. illa quin de Eriphyla dicta esse videantur non intercedo. at pessime puto factum, quod Epigonos Accii eandem cum Eriphyla habuit fabulam Ribbeckius duasque res diversissimas Thebarum expugnationem et Eriphylae caedem una tragoedia contineri existimavit.* — **18** liber septimus $L_1$; *id. m. 2* libro septimo. — **19** calda simeitu *M;* caldissime (caldaisseme $L_1$; caldussime *pr. H;* ca$\overset{d}{l}$idissime) *G.* — **20** plena ei *M;* vasa olerorum *A. Kochius;* plenai ($H_1$ plena) iasolorum *C.* — collus (colliis *L*); *scil.* apponuntur. — **21** *cf. pg. 20 l.* cernuus. — XXVII; vigissimo septimo $L_1$; *id. m. 2* vicesimo septimo. — **22** *puto* devorsum. — colus *cdd. 20.* — cernis *cdd. h. l.* — **23** sarpazomane *C* (sarpazomene $H_1$). — **24** Ludo (*i. e.* Lydo, *pro* servo malo) *M;* ludo *v.* — precipi *L.* — iude $L_1$. — **25** soenefebis *H, G;* soeneiiebis *L.* — **26** Cad (cad *H*) *L,* $H_1$. — resum *L.* — immo collus; *quidam per diverbium accipiunt versum ita, ut ab his nova incipiat persona.* — *cet. cf. Ter. Phorm. 685 sq.* — **27** in Sercia; in Ser. Galbam *Wassius.* — vultus $L_1$. — collus *L,* $H_1$. — **28** Nevius *C.* — Colace *Iun. Advers. VI, 10 ex codice suo;* Corollaria *Ribbeckius, minus secundum artis leges, cum haec numquam alias a Non. citetur fabula;* cor *C.* — **29** verum *M* (*nisi magis placet* at utrum); utrum *C* — angulus *pro* an collus *L.* — habeat calli *Hermannus;* calli habeat *C.* — **31** barra *C pr.* $H_1$. — **33** nihil *C.* — sumens *Me;* umens *C.* — *v. agnovit Meinekius.* — **34** Castra; *cf. Ennii versum 355 s. l.* occupare — praevenire.

'cástra haec vestrast'. — 'óptume essis méritus a nobís.'†

COPVLAE generis feminini. Accius Phinidis:

obtórque prorim ac súppa tortas cópulas. ||

* * *

CEPE generis neutri. Lucilius lib. V:

flebile cepe simul lacrimosaeque ordine talae.

idem lib. XVI:

'hoc aliud longest' inquid qui cepe serebat.

Varro Bimarco: avi et atavi nostri, cum alium ac cepe eorum verba olerent, tamen optume animati erant. — idem Manio:

dúlcem aquam bibát salubrem et flébile esitét cepe.

|| [Cepe] feminini. Lucilius Satyrarum lib. V:

lippus edenda acri assiduo caepariu' caepa [lacrimosa].

Varro Eumenidibus:

ín somnis venít, iubet me cépam esse et sisýmbrium.

idem Cato vel de liberis educandis: ut cibo utatur modico et idoneo, ut vitet acria, ut est sinapi, cepa, alium.

CVBITVS masculini generis. || Neutri. Lucilius Satyrarum lib. XVI:

Lysippi Iuppiter ista
transibit quadraginta cubita altu' Tarento.

---

37 Accius Phinidis || 2 Lucilius l. V || 4 Lucilius l. XVI || 6 Varro Bimarco || 7 Varro Manio || 9 Lucilius l. V || 11 Varro Eumenidibus || 13 Varro Cato || 15 Lucilius l. XVI.

---

**36** escis *Bothius; cf. 15, 24.* — optime est is meritus de nobis *Vossius, puto vere; nisi parcendum coniecturis, cum in fine verba appareat uno iambo truncata.* — **37** finidis (findis $L_1$) *C.* — **38** obtorque *Passeratius;* abtorque *C.* — prorim *G;* prorem $L_1$; proram $L_2$, *H.* — *ita ap. Lucr. II, 554 cdd.* prorem. — supra *L*, $H_1$. — **1** Copulatum neutri *vel* Copulatus masculino *videtur haustum.* — **2** Lucilius s̄ā̄ē lib. quinto *L testante Zangemeistero.* — **3** tallae *Scal.* (talae *M*); talpae *C.* — *cf. commentar. in Lucil. V, 14.* — **4** id est *G.* — sexto decimo *L.* — **5** inquit *H, G.* — **6** uimarco *C.* — atavi $H_2$; avi *rell.* — alium accipi $L_1$. — **7** animati *dictum per amphiboliam; cf. 232 l.* anima. — **8** fleuile $L_1$. — esitet *Iun.;* sit (*praec.* e) *H, G; om. L.* — sipe $L_1$. — **9** Cepe *secl. M;* Cepa *Quicheratus.* — saturarum lib $L_1$. — quinto *L.* — *cf. Priscian. pg. 681; qui affert e libro VI.* — **10** lippo sedenda $L_1$. — acris $H_1$; agri $L_1$. — assido $L_1$; assiduae $H_1$; assidue *Prisc.* — cepeirius $H_1$. — cepa lacrimosa *C; om. illud* lacrimosa, *quod e v. 3 vid. irrepsisse, Prisc.* — **12** esse *pro* edere. — sisymbrium *v. d. in ed. Basil.;* fessiminum *C.* — **13. 14** modico eopdoneo $L_1$ (p *non satis certum*); *f.* modico eoque idoneo. — agria *L;* acria est $H_1$. — ut est ut est *L.* — sinapi $H_1$; sinape *rell.* — cepa *supra add. in L.* — **17** lisippi *C.* — ista *f. corruptum.* — **18** transibit *M;* transivit *C; cf. comm. in Luc. XVI, 9.*

COLVBER generis masculini. Vergilius Aeneidos lib. II:

coluber mala gramina pastus.

|| Colubra feminini. Lucilius Satyrarum lib. XX:

iam disrumpetur medius, iam, ut Marsu' colubras
disrumpit cantu, venas cum extenderit omnis.

Turpilius Leucadia:

arrípuit colubram mórdicus.

Varro Eumenidibus:

quid dubitatis, utrum nunc sitis cercopitheci
an colubrae an volvae [an] de Albuci subus Athenis?

CONTEMTVS generis masculini. || Contemtio feminini. M. Tullius de re publica lib. V: quae virtus fortitudo vocatur; in qua est magnitudo animi, mortis dolorisque magna contemtio. — idem de officiis lib. III: in illo *quem habet locum fortitudo*, quae est dolorum laborumque contemtio. — et in Hortensio: magnitudo animi, patientia || laborum, mortis dolorumque contemtio. — ita et in Tusculanarum lib. I.

CONPENDIVM * * * Conpendiaria. Varro Sciamachia, *περὶ τύφου*: hoc dico: conpendiaria sine ulla sollicitudine ac molestia discundi ad eandem voluptatem posse perveniri.

CROCVM generis neutri. Sallustius Hist. lib. II: iter vertit ad Corycum, urbem inclitam specu atque nemore, in quo crocum gignitur. || Masculini. Vergilius Georgicorum lib. IIII:

---

19 II, 471 || 21 Lucilius l. XX || 24 Turpilius Leucadia || 26 Varro Eumenidibus || 29 M. T. de re publ. V || 32 III, 33, 117 || 33 M. T. Hortensio || 2 I, 40, 95 || 3 V. Sciamachia || 6 Sallustius Hist. II; cf. comm. || 8 IV, 182.

---

22 marsaus $H_1$. — colobras $L_1$. — 25 *haec utrum initium an finem efficiant metri iambici incertum.* — 27 cercophiteci *H.* — 28 volvae *Rothius;* bolvae *C.* — an *del. Vahlenus.* — de Albuci subus *Rothius;* de albucibus (albueibus *L, pr. H*) labus *C.* — *de Albucio eiusque commoratione Atheniensi cf. Luc. inc. libr. frgm. IX.* — 29 Contemptus — Contemptio *H, G.* — 31 contentio $L_1$, *G;* contemptio *H.* — 32 IIII $L_1$*;* $H_2$*; G.* — in illo q. h. l. fortitudo *M;* apud eum q. h. l. f. *cdd. Cic.;* milia *om. rell. C.* — 33 laborum *C.* — contentio (comt. $L_2$) $L_1$ *(sic);* contemptio *H, G.* — 1. 2 contemptio *H, G.* — *illud* ita et in Tusc. lib. I *f. ab interpolat. addit.; cf. 190 l.* angiportus; *203* despectus. — 3 *puto olim fuisse* Conpendium *(ita* $L_1$*; ed. Bas.;* Comp. *rell.)* generis neutri *(add. Quicheratus).* Feminini. — *illud* Conpendiaria (Comp. *C pr.* $L_1$*; ed. Bas.*) *vid. delendum.* — sciamathia *L, G;* sciamatia *H.* — 4 *τυφυ L,* $H_1$. — solicit. $L_1$. — 5 discundi *M;* iucunde *Riesius;* ducundi *C.* — 6 Hist. *ed. Bas.; om. L;* $H_1$*;* Historiarum *add.* $H_2$. — in I historiarum *illa* ad Corycum *fuisse testatur Prisc. pg. 1008; cui iure accessit Carrio.* — inter vertit *C pr.* $H_1$. — 7 coricum *L,* $H_2$*, G;* coricem $H_1$*;* Corycum *Bentin.* — specu atque *Havercampius;* pastusque *C; cf. Dietschii et Kritzii comm. ad h. l.*

et glaucas salices casiamque crocumque rubentem.

CONATVS masculino. ‖ Neutro Accius Atreo:

ego incipísso; conata éxequar.

CANDELABRVM generis neutri, ut saepe. ‖ Masculini. Caecilius Meretrice:

en, ínibi ardentem cándelabrum lígneum!

CARDO generis masculini. [Vergilius Aen. lib. II:

et emoti procumbunt cardine postis.]

‖ Feminino Gracchus in Peliadibus:

sonat ínpulsa
regía cardo.

CENSVS generis masculini. ‖ Neutro Cicero de consulatu suo:

quorum luxuries fortunas, censa peredit.

CRINES genere masculino Vergilius Aeneidos lib. IIII:

et crines flavos.

‖ Feminino Plautus Mostellaria:

gerúndum morem cénseo tibi ét capiundas críneѕ.

Atta * * * in epigrammatis:

praeterea tum sit resoluta crine capillus.

---

10 Accius Atreo ‖ 12 Caecilius Meretrice ‖ 15 II, 493 ‖ 17 Gracchus Peliadibus ‖ 20 Cicero de consulatu suo ‖ 22 IV, 559 ‖ 24 I, 3, 69 ‖ 26 Atta. Cinna epigrammatis; cf. comm.

---

9 salicis *C.* — **10** *puto* masculini. — **11** incipisso *M;* incipio *C.* — **13** Meretrice *Bentin.;* meretricem *Vrbin. 308 (non 307);* meletricem *C.* — *idem vitium pg. 317 s. l.* habere — habitare *in Afranii Excepto nec non alibi.* — *atque Meretricis fabula etiam 536 s. l.* prosumia *usus Nonius. male igitur Gulielmus* Molitrice. — **14** en, inibi *M;* memini ibi *C.* — inibi *pro* ibi. — ard. c. l. *M;* c. l. ard. *C.* — **15. 16** *exemplum Vergilianum, cum generis voc., quod est* cardo, *nullam habeat notam, secl. M.* — procumbant card. in postis *L.* — **17** Gracchus *Scriver.; Langius;* graius (graus $H_1$) *C;* caius *Vrbin. 308.* — **18** inpulsu *probabiliter Delrius; quamquam monometri potius quam dimetri anapaestici videntur esse. cf. de re m. pg. 93 sq.; 106.* — **20** neutri *H, G.* — de cons. suo *M;* in cons. suo *C; cf. Christii notam ad Cic. de div. I, 11, 17.* — **21** fortunas *M;* fortunata *C;* fortunae (fortunai *Lips.*) censa *non bene Me.* — peredit *Lips.;* peperit *C.* — **24** must. *C pr.* $L_1$. — **25** mor. gerund. c. tibi *Ritschelius;* tibi *post* crines *locatum in C;* senseo *pr. H.* — capiendas $L_1$. — soli gerendum censeo morem et capiendas (capiendos) crines *cdd. Pl.* — **26** *suspectat Attae nomen Me, neque id immerito, cum nec Nonius quidquam praeter fabulas agnoscat eius nec aliunde constet nisi de fabulis. itaque cogitavit de Tibulli vel, quod verius, de Cinnae nomine hausto. quem secutus Quicheratus coll. quod leg. pg. 87 s. l.* clipeat *scripsit* Cinna in Epigrammatis. — Epigr.; epigrammatibus (ephigr. *L*) *C.* — **27** tum sit *M;* tu sis *C.* — resol. *Me;* desoluta (desulata $G_1$; tesoluta $L_1$) *C.* — *ita pg. 191 s. l.* anguis *in v. Varronis Atacini* devinctum *pro* revinctum. —

CVMMI generis neutri, ut est usu, monoptoton. ‖ [tamen] Feminini. Cinna:

Alpinaque gummis;

ut sit genetivus eius huius cummis, ut puppis, febris, pelvis. ‖

## INCIPIT PER D LITTERAM.

DORSVM neutri est generis. Vergilius Aeneidos lib. I:

dorsum inmane mari summo.

‖ Dorsus iterum masculini. Plautus in Milite:

timeó quid rerum gésserim: ita dórsu' totu' prúrit.

DECOREM generis masculini. ‖ Decentiam feminino M. Tullius de deorum natura lib. II: colorum etiam et figurarum tum venustatem atque ordinem et, ut ita dicam, decentiam oculi iudicant.

DESPECTVS generis masculini. ‖ Despicientia feminini. M. Tullius de officiis lib. II: ergo et haec animi despicientia admirabilitatem magnam facit. — et Tusculanarum lib. I: in omnium rerum humanarum contemtione ac despicientia, in omni virtute ponamus.

DOMINATIO generis feminini, ut plerumque. ‖ Masculini. M. Tullius de re publica lib. I: quid? tu, cum es iratus, permittis

---

29 Cinna ‖ 2 I, 110 ‖ 4 II, 4, 44 ‖ 7 II, 58, 145 ‖ 11 II, 11, 38 ‖ 12 I, 40, 95 ‖ 16 I, 38, 59.

---

orino cap. $L_1$. — crinis *hic idem quod* cirrus; *cf. Varro de vita p. R. I pg. 236 s. l.* apertum, nudatum: minoris natu capite aperto erant, capillo pexo vittisque innexis crinibus. — **28** Commi $G_1$. — tamen (*praec.* ton) *secl. Quicheratus.* — Feminina *L.* — **30** cummis *Leopardus;* gummi $L_1$; cummi *rell.* — *quominus* gummis *ederetur a N. non obstare, quod ipse hoc nomen scripsit per* c, *iam in Prolegomenis adnotatum.* — **31** genitivus *L, G, non H.* — **2** Verg.; *cf. 459 l.* dorsa. — liber (libro $L_2$) primo *L.* — **3** imm. $L_2$, $H_2$; immare $H_1$. — **4** masculini nam *L; in quo* nam *delet., tum restitut.* — **5** gesserim *C; A ap. Pl;* gesserit *rell.* — dorsum totum *A.* — **6** genere masculino $H_1$. — nam *add.* $L_2$; $H_2$; *G;* non $L_1$; *om.* $H_1$. — Decenciam $L_1$. — feminini $H_2$; *G.* — **7** deorsum $L_1$. — *id. h. v. et 11* liber. — tum *secl. Lambin.* — **8** venus tamem *L* (tamen *secundum Rothium*). — et ut ita; ec tututata (u *secund. non satis perspicuum*) $L_1$. — **10. 11** Dispectus $H_1$. — Despiciencia $L_1$ (*ita et v. 11; at 13* dispiciencia). — M. T.; *cf. 490 l.* mirabilitas. — ego *pr. L.* — animi *om. h. l. C pr.* $H_1$. — **12** lib. I: in omnium *Me;* lib. IIII, *tum spatium vacuum,* Omnium *L;* lib. IIII omnium $H_1$; lib. II in omnium $H_2$, *G.* — **13** contentione *L, G;* contemptione *H.* — et in *cdd. Cic.* — **15** ut pl. masc. *add.* $H_2$. — **16** de republicalibus l $L_1$; de re publica libro I *id. m. 2.* — tu cum es *M;* tunc cum es $H_1$; tum cum es (mes *pr. L*) *rell.;* tum cum tu es *cd. Cic.*

illi iracundiae dominatum animi tui? — et de officiis lib. II: * * * *et de re publica lib. I:* quorum est levis fructus, incertus dominatus.

DEBITVM generis est, ut manifestum est, neutri. ‖ Feminini. M. Tullius pro Plancio: nam alia est debitio pecuniae, alia gratiae.

DILVVIVM generis habetur, ut saepius, neutri. Vergilius lib. VII:

diluvio ex illo.

‖ Feminini. Lucretius lib. V:

pars etiam glebarum ad diluviem revocatur
imbribus.

Oratius Carminum lib. IIII:

horrendamque cultis
diluviem minitatur agris.

## INCIPIT PER E LITTERAM.

EVENTVS generis est masculini. ‖ Neutro Lucretius lib. I:

nam quaecumque cluent, aut his ‖ coniuncta duabus
rebus ea invenies aut horum eventa videbis.

idem [in] lib. I:

eventum dici poterit, quodcumque erit actum.

M.' Tullius in Hortensio: tu me et alias nonnumquam et paulo ante adhortatus es, aliorum *ut* facta et eventa conquirerem. — idem *de* consulatu suo lib. II:

---

17 II, 1, 2; cf. comm. ‖ 18 de re publica I, 17, 27 ‖ 21 28, 68 ‖ 24 Aen. VII, 228 ‖ 26 V, 255 ‖ 29 IV, 14, 27 ‖ 33 I, 449 ‖ 3 I, 470 ‖ 5 M. Tull. Hortensio ‖ 7 M. Tull. de consulatu suo lib. II.

---

**17** dominatum $H_1$*; cod. Cic.;* dominatus *rell.; in L* -tus *corrigendo mutatum, sed statim restitutum.* — liber $L_1$; libro $L_2$; *quae iam non notabitur dittographia.* — II *L*, $H_1$; I $H_2$; *G.* — *cet. cf. II, 1, 2* cum autem dominatu unius omnia tenerentur. — **18. 19** *haec ex primo de re p. libro petita intellexit Quicheratus; ubi haec sunt:* quod earum rerum videatur ei levis fructus, exiguus usus, incertus dominatus. — **20** *f.* est *prius delendum.* — **21** plantio *C pr.* $L_1$. — debutio $L_1$. — quamquam dissimilis est d. p. et gr. *ap. Cic.; Gell. I, 4, 3.* — **23** Dil. g. (*supra scr.* masculini) h. ut (*mut. in* et) *G.* — **24** lib. *om. L.* — VIII (VIIII $H_2$, *G*) *C.* — **26** Lucrecius $L_1$. — VI *H, G;* sex $L_1$; sexto *id. m. 2.* — **27** gleuarum $L_1$. — diluvium *C;* diluviem *cdd. Lucr.* — **30** orendamque, *m. 2* orundamque, *L.* — cultus *C pr.* $H_2$. — **31** minatur *C;* minitatur *pars cdd. Hor.; Bentleius;* meditatur *alii.* — **33** Neutri *L*, $H_2$, *G* (Neutris *pr. L*). — lib. primo *L.* — **1** cluunt *L* (*supra prius* u *eluta* e); *f.* cluunt. — **2** horum inventa $H_1$. — **4** eventum ici *C.* — quocumque *id.* — **5** nonnuncquam $L_1$. — **6** ut *post* aliorum *add. M; alii ante.* — **7** idem de consulatu suo *M;* idem consulatus sui *C.*

atque animo pendens *quae* noctu eventa timebat.

ERROR masculini est generis. Vergilius Aeneidos lib. X:

gratusque parentibus error.

Feminini. Accius Neoptolemo:

sáti' iam dictumst; néque ego errantiae ánimi prave mórigerabor.

|| Neutri. M. Tullius ad Hirtium lib. II: qua in re si mediocriter lapsus sum, defendes meum tolerabile erratum.

EPVLVM generis neutri est. || Feminini. Lucilius Satyrarum lib. XIII:

idem epulo cibus atque epulai Iovis omnipotentis?

qui versus utrumque designat. — Vergilius lib. VI:

epulaeque ante ora paratae
regifico luxu.

ERVVM generis neutri est, ut plerumque. || Feminini. Varro Longe fugit qui suos fugit: sed uti serat haec legumina arte [parva] pauca: cicer, ervillam, asparagiam, alium [spiria] ceteris * * *

## INCIPIT PER F LITTERAM.

FRONTEM feminino genere Vergilius:

et frontem obscenam rugis arat.

|| Masculino Titinius Setina:

quasi hérmaphroditus fímbriatum fróntem gestas . . .

---

9 X, 392 || 11 Accius Neoptolemo || 13 M. Tull. ad Hirtium II || 15 Lucilius l. XIII || 18 Aen. VI, 604 || 21 Varro Longe fugit qui suos fugit; cf. comm. || 26 Aen. VII, 417 || 28 Titinius Setina.

---

8 animi *Guiet.; cf. Baiter. ad Tusc. I, 40, 96.* — pondens $H_1$. — quae n. ev. (*i. e.* quae nocte evenire solent) *M; om.* quae *C;* nocturna eventa *Iun.* — *non ausim scribere* noctus, *licet Ennius dixerit* hac noctu. — **11** Femini *L, H; ita aliquotiens idem, puto et G; item* masculi; *quod notare supersedi.* — neoptelemo *L, G;* neoptholomo *Vrbin. 308.* — **12** errantia $H_1$. — morigebor $H_1$. — **13** M. *supra add. L.* — **14** eratum *pr. L.* — **17** id $H_1$*;* ide, *tum* id *L.* — epulai *M;* epulae *Lips.;* epulatio (aepulatio *H*) *C.* — Iovis *supra add. L.* — Iovis omnipotentis *iungendum cum* epulo. — **21** Erbum (Eerbum *pr. L*) *C.* — **22** Longe f. q. s. f.; *haec, si* fugit *perfectum, priorem partem tetrametri aequant trochaici; cf. comm. in 115, 19 l.* gralatores. — ut is erat *L, G;* ut his erat $H_1$*; corr.* $H_2$. — **23** parva *secl. M;* pauca *Duentzerus. at magis probabile rariori elocutioni usitatiorem additam a librariis.* — erui illam $H_1$*;* erviliam *Iun.* — asparagiam, alium, *M;* ac paregia alia *C.* — spiria *secl. M.* — *vid. olim supra* ac pareg. *fuisse adscr.* spara. — *hoc dicit V., non esse colenda in horto nisi quae convenirent simplicitati Romanae et maiorum mori, ceteris quae phagonum irritandae inservirent gulae relictis, h. e. omissis.* — **26** Vergilius ait (*seq. mox* arat) *C pr.* $H_1$. — **28** secina $H_1$. — **29** hermaf. *G;* hermafrond. *L, H.* — timbr. *pr. L.*

[Feminino] Pacuvius:

vóce suppressa, ínplicato frónte, vultu túrbido.

Cato de re militari: una depugnatio est fronte longo, quadrato exercitu. — Caecilius Subditivo: ||

nam hi súnt inimici péssimi fronte hílaro, corde trísti,
quos neque ut adprehendas neque ut vitare scias.†

Plautus:

namqué coloratum fróntem habet, petulúst, *habrus.*

FINEM masculino genere dicimus. Vergilius Aeneidos lib. X:

hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo
surgit.

|| Feminino Lucretius primo:

et merito; nam si certam finem esse viderent.

Accius Phinidis:

neque úlla interea fínis *his* cureís datur.

Vergilius Aeneidos lib. III:

quam fessis finem rebus ferat.

Caelius Annalium lib. V: ad aliquam huic bello finem facere.

---

30 Pacuvius || 32 Cato de re militari || 33 Caecilius Subditivo; cf. comm. || 3 Plautus (Plocio) || 5 X, 116 || 8 I, 107 || 10 Accius Phinidis || 12 III, 145 || 14 Caelius Ann. V.

---

**30** feminino *del. Me.* — **31** inplicato *M; cf. Hor. III, 29, 16;* innato (innata *pr. H*) *C.* — frontet *pr. L; supra e ras. in H.* — turbido *Passeratius, Vossius, al.* (*Vossius etiam, quod non placet,* torpido); turpido *L, H;* turpitudo *G, libri Me.* — **32** *eadem om. Cat. nom. Veget. de re mil. III, 20.* — quadro *Veg.* — **33** Caec.; *cf. Gell. XV, 9; quo tamen non usum Non., sed potius eodem fonte satis constat.* — Subditivo; *cf. comm. 16, 17 s. l.* lactare. — Subditivum *et Gell. vocavit l. m. et Non. 514 s. l.* iracunditer; *idem 178 s. l.* tetulit Hypobolimaeum; *et sic relicui.* — **2** *locus difficilis.* — *ap. Gell. Hertzius:* quos neque ut adprendas (adprehendas *sim. cdd.*) neque uti dimittas (*ita Spengelius;* ut dimittas *excerpta Monacens.;* ut mittas *libri Gellii*) scias, *satis bene, si statueris, in variandis metris Caecilium eadem licentia usum qua sectatorem eius Terentium. nam et* dimittendi *verbum aliquanto aptius videtur quam* vitandi. — *ap. Non.* quis $H_1$. — adpraehendas $L_1$; appraehendas $L_2$, *H;* adprehendas *ed. Bas.* — ut vitare $H_1$; *Vrbin. 308; om.* ut *rell.* — *videtur quondam fuisse, quod tamen parum placet:* quos néque ut adprendas tú scias *(ita C. Dziatzko ap. Hertzium)* neque út vitare líceat. — **3** Plautus; *cf. 149 l.* petulum. — *h. l. cdd.:* nam coloratilem (coloralilem *pr. H*) frontem habet petulis (petilis $H_1$). — *minus placet, quod quidam de creticis cogitarunt talibus:* . . . nám colórátilém fróntem habét | pétulus, hábrus. — **7** surgat $H_1$. — **9** si ceratam — vident *C.* — **10** finidis *C.* — **11** his (*praec.* is) *add. M.* — curis *Iun.;* curas *C;* curai *non bene Passerat.; et deterius alii illud* curas *pro genetivo acceperunt;* curarum *Quicheratus.* — **12** Aen. *om. H.* — IIII *C.* — **14** annali *C.* — ad *coniunctio.*

205 M.

— Cassius Hemina Historiarum lib. IIII: qua finei omnis res atque omnis artis humanitus [quae] aguntur? — Varro Meleagris: currere, vigilare, esurire, haec quando [haec] facere oportet, quam ad finem? — Sisenna Historiarum lib. IIII: et prope editam ad finem ripae pervenerant. — Varro de vita populi Romani lib. IIII: ita huius belli horribilis finis facta.

FVNIS masculini est generis. || Feminino Lucretius lib. II:

aurea de caelo demisit funis.

FRETVM neutri tantum generis esse volumus. Vergilius lib. III:

et crebris legimus freta concita terris.

|| Masculini. Lucretius lib. VI:

nam fretus ipse anni permiscet frigus ad aestum.

Naevius:

dubií faventem pér fretum introcúrrimus.

Ennius:

crássa pulvis óritur; omnem pérvolat caelí fretum.

Lucilius:

seréna caeli lúmina et salsí fretus.

---

15 Cassius Hemina Hist. IV || 16 Varro Meleagris || 18 Sisenna Hist. IV || 19 Varro de vita pop. Rom. IV || 21 II, 1154 || 23 Aen. III, 127 || 25 VI, 364 || 27 Naevius trag. inc. I. || 29 Ennius || 31 Lucilius.

---

**15. 16** Cassius; *cf. 514 l.* humanitus. — qui $G_1$. — finei; fini *cdd. 514;* finem *h. l. L, H;* fine *G, Flor.* — omnis res atque omnes artes *C;* omnis artis atque *cdd. 514.* — humanitus aguntur *cdd. 514;* humanitas quae *L, G.* huminitasque *(sic) H.* — humanitus usque *Harlessius; sed* quae *potius ortum ex praecedente* atque. — **17** haec quando fac. *Me;* quando haec f. *Ald.;* ecquando haec facere oportet? *minus bene Rothius.* — haec; *i. e.* currere, vigilare, esurire. — **18** prope (*vel* propemodum) editam *M;* prope mediam *C.* — **19** perveniant *H.* — **21** *cf. Gell. XIII, 21, 21, qui et praec. v. adfert; 214 l.* metus. — **22** aurea *Gell.; Lucr.;* aureas *C.* — dimisit $L_1$. — f. in arva *Gell.; Lucr.* — **23** *f.* volunt. — **24** conci *L;* concita *et Servius, qui explicare conatur;* consita *Verg.* — turris $G_2$. — **26** animi $H_1$. — et *(om. cdd.)* aest. *recte v. ap. L.* — **27** Nevius *C.* — **28** furentem *Quicheratus.* — **32** serena *Scal. ad Auson. pg. 295 ed. Tollianae; Lachm. ad Lucr. VI, 1067;* serana *L,* $H_2$*;* saerana (*pr.* sarana) *G;* seranae $H_1$. — coeli *Ald.;* caecili (seranaecae cili; *ante* l *ras.*) *H;* caecaeli (seranacae caeli) *L;* caecili *G.* — lumina *M;* momina *Lachm.;* nomina $H_1$*;* nomine *rell.* — salsi *Scal.;* salis *C.* — *male hunc v. Iac. Beckerus putavit Porcii Licini esse, quod apud Charis. 103 legeretur:* fretus; huius fretus Porcius Licinus, ut Plinius eodem sermonis dubii libro VI refert: salsi fretus. — *nec enim umquam Porcii Licini mentio fit ap. Non.* — *ac potuit quidem illud* salsi fretus *apud utrumque pariter inveniri poetam. sed cum cd. Neapol. non habeat* Licinus, *verum* lucinni: *(sic) supra* u *scr.* i, *propius abest a vero reponendum hoc:* fretus; 'huius fretus' Porcius Licinus (*sive* Porcius; *nam ita etiam ap. Varr. V, 163; VII 104 vocatur neque alias eius meminit Charis.*). Lucilius *(cf. de hac nominum permutatione comm. Luc.*

Varro Gallo ad Fundanium: inter Italiam et Siciliam qui est fretus, inter Regium et Messanam.

FAVOR est generis masculini. || Feminino Accius || Oenomao

augustam ádhibeant
favéntiam; ore obscéna dictu ségregent.

FETVS masculini. Vergilius Georgicorum lib. II:

aut ovium fetum aut urentes culta capellas.

|| Feminino Vergilius Bucolicis:

ad tu,
si fetura gregem suppleverit, aureus esto.

idem Georgicorum lib. III:

---

33 Varro Gallo ad Fundanium || 1 Accius Oenomao || 4 II, 196 || 6 VII, 35 || 9 III, 62.

---

*pg. 193)* 'salsi fretus.' — *quod postponitur ita auctoris nomen verbis citatis, utpote paucissimis, saepius habes idem; veluti pg. 101:* domi suae Varro de sermone latino libro V — Cato de multa contra L. Furium: domi meae saepe fuit. — **33** Gallo ad Fundanium *M;* Gallo aut Fundania *C.* — *librum hunc inscriptum fuisse titulo hoc:* Gallus, de admirandis *testatur Macrobius III, 15, 8; neque umquam Varro nisi singulis nominibus propriis constare voluit duplicis Logistoricorum inscriptionis priorem partem. documento sunt illa:* Catus, de liberis educandis; Curio, de deorum cultu; Marius, de fortuna; Messala, de valetudine; Orestes, de insania; Pius, de pace; Sisenna, de historia; Tubero, de origine humana. — *hinc apparet neque* Gallum Fundanium *neque* Gallum vel Fundanium *inscribi potuisse librum. — iam ex memoria codicum Nonii, quae habetur pg. 71; 205; 216 s. l.* aboriatur; fretum; putei, *restituimus illud* Gallo ad Fundanium, *duos fuisse Varronis Logistoricos rati, qui Galli nomine fuerint inscripti, et ad hos discernendos alteri additum nomen eius, ad quem datus erat. quod autem Char. 45; 111; Prisc. 758 citant Varronem in Fundanio, unum eis erroris auctorem idem docet exemplum, quo utuntur. — ut Gallus, etiam Catus destinatus erat dedicatusque amico Varronis, qui eius de liberis educandis voluisset uti consiliis. minime vero credo statuendum cum Ritschelio (Op. III, 409 sqq.) personarum inscripta logistoricorum libris nomina honoris causa delecta, cum eis significati sint homines vel aequales aetate Varroni vel superiores, qui inducerentur disputantes de rebus, quas optime nosse viderentur, veluti de historia Sisenna, de Fortuna Marius, de insania Orestes. — Fundanium autem illum socerum fuisse Varronis probabiliter admodum coniecit Schneiderus de Varronis vita et scriptis pg. 217.* — **34** Regium; *ita rectissime C; cf. Nipperdeii comm. in Tac. Ann. I, 53.* — **1** Fatur $H_1$. — Accius; *cf. 357 l.* obscenum — maledicum. — **2. 3** augustam — ore *cdd. 357;* agustam (augustam $H_1$) — more *h. l.* — ore *iungendum cum* segregent. — dictu; dictu ut *Albertus Langius Quaestion. metric. pg. 8;* dictis *h. l. cdd.;* dicta (dicti) *id. 357.* — segregens *hic traditum.* — **4** III *C.* — **5** ocium $L_1$*;* onium $H_1$. — fetum *Palatin. Verg.;* fetus *C; Priscian. in appendice l. V (gr. lat. II, 192); Mediceus Verg.;* fetus ovium *quidam huius libri.* — **6** feminino, *quod post* bucolicon *legitur in cdd., ante illud* Vergilius *revocavit Quicheratus.* — bucolicon *C.* — **7** at *C pr.* $L_1$.

206 M.

cetera nec feturae habilis nec fortis aratris.

FRENOS masculini. Vergilius *Georgicorum* lib. III:

et stabulis frenos audire sonantis.

|| Neutro Vergilius lib. VIII:

frenaque bina, meus quae nunc habet aurea Pallas.

Accius:

Pars fréna texta auro óri equorum accónmodant.

FORVM generis neutri. || Masculini. Lucilius lib. III:

Romanis ludis forus olim ornatu' lucernis.

Sallustius lib. I: illum nautis† forum. — Pomponius Petitore:

balnéa, forus, macéllus, fana [portus], pórticus.

FRIGVS generis neutri, ut plerumque. || Feminini. Varro Cras credo, hodie nihil:

. átque ut igni férvido medúllitus
Aquilóniam intus éruat frigédinem.

FVLMENTVM neutro, ut est in proverbio veteri, quo Varro utitur saepius: fulmenta lectum scandunt. || Feminino Lucilius lib. XXVIII:

fulméntas sene vis átque anu subdúcere?

---

11 III, 184 || 13 Aen. VIII, 168 || 15 Accius || 17 Lucilius l. III || 19 Sallustius Hist. I. || Pomponius Petitore || 21 Varro Cras credo, hodie nihil || 25 Varro (cf. comm.) || 27 Lucilius l. XXVIII.

---

**10** futurae $H_1$. — abilis *L;* abillis *G.* — **11** G. *add. Quicheratus.* — stabulo *Verg.* — **13** VIIII *C.* — **14** binam ceus *G;* binam eus *L.* — palles *Lr.* — **16** pari *L, H;* pary *G;* pars *Me.* — texta auro ori (tersa ori *Me*) *Bothius;* tesauri (thesauri $L_2$, *H*) *C.* — acconmodant *C.* — **18** foris $H_1$. — olym *H.* — **19** Sall.; *cf. Pomp. gramm. lat. V, 163:* quamquam Sallustius — masculino genere dixerit: illum raptis forum. et castra nautica Sertorius instituerat (mutaverat *cdd.;* conmodaverat *Dietschius*). — *ubi non bene Keilio et Kritzio Dietschioque omissa interpunctio.* — *ceterum* forum *neutro genere legitur Iug. 47, 1.* — Petitore; *cf. pg. 474 l.* ominas. — **20** balneae *Me;* balneas *Ribbeckius; at neutrum potest admitti.* — portus (fortus $L_1$, *pr. H*) *ut ex seq. voc. ortum seclus. M; nam apparet hoc versu solita hominum otiosorum notari conciliabula.* — foros, macellos *non male Ribbeckius; quo admisso etiam minus loci habet* portus. — porticis $H_1$. — **21** *illud* cras cr., h. n. *finem trim. iamb. vel tetram. troch. aequat.* — *cet. cf. 139 l.* medullitus. — **24** servat (*praec.* s) *cdd.* — fregedinem $L_1$. — **25. 26** *fuit qui illud* saepius *ad initium lemmatis revocaret sic:* Fulmentum saepius neutro (*potius* neutri) *vel ad V. verba traheret.* — *quamquam hunc frequenter in saturis proverbiis usum constat.* — fulmentum lectum *L*, $H_1$. — fulmenta lectum scandunt; *ut Germani dicunt:* 'das pferd sitzt im wagen und der herr zieht'. — **28** sene vis atque anu *M;* aeneis (*ita etiam* $L_1$, *auctore Zangem., non* eneis; eis $H_1$*; Paris. 7579*) atque aeneis *C.* — *alii alia temptarunt.* — *recte si habent nostra,* fulmenta *translate dicta ut lib. XXII* servos — Lucili columella. — sene — anu *dativi.*

et lib. IIII:

subicit huic soldum; fulmentas quattuor addit.

Plautus Trinummo:

fúlmentas iubeám subponi sóccis.

FAMVLATIO, ut dominatio, plerumque genere feminino. || Masculino Cicero de amicitia: ut in fabulis qui aliquandiu propter ignorationem stirpis et generis in famulatu fuerint, || cum agniti sunt et aut deorum aut regum filii inventi.

FLVVIVS, ut amnis, plerumque masculini generis. || Feminini. Sisenna Historiarum lib. IIII: quod oppidum tumulo in excelso [loco] propter mare parvis moenibus inter duas fluvias infra Vesuvium conlocatum. — idem eodem: transgressus fluviam, quae secundum Herculaneum ad mare pertingebat.

FLEXVS genere masculino Vergilius Georgicorum lib. I:

maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis.

|| Feminino Cicero in Oratore: cum alter alteri obicit vocis flexiones. — idem in eodem: ipse se moderans et virili laterum flexione.

## INCIPIT PER G LITTERAM.

GVTTVR neutri est generis. Vergilius lib. VI:

ille fame rabida tria guttura pandens.

|| Masculino Plautus in Milite glorioso:

---

29 Lucilius l. IIII || 31 III, 2, 94 || 34 19, 70 || 4 Sisenna Hist. IV || 6 Sisenna Hist. IV || 8 I, 244 || 10 18, 57 || 11 18, 59 || 14 Aen. VI, 421 || 16 III, 2, 22.

---

**30** subicit *Salmas.;* sucit *C.* — soldum *M;* fuldum (fulcum $Hs_2$*;* suldum $Ho_1$*;* sulcum $Ho_2$) *C.* — **32** *praec. ap. Plaut.:* quid ego nunc agam, nisi uti. — suppingi *cdd. Pl.* — soccis *Camerarius;* socios (sotios) *cdd. Pl.;* foco $H_1$*;* fico *rell.* — **34** amititia $L_1$. — aut (ut *Hqo*) in $H_1$*; Lr;* $G_2$. — **1** in *om.* $H_1$*; Lr.* — fuerint *etiam Cic. cdd.;* fuerunt *Madvigius, Halmius.* — cum agniti *Me;* cogniti *C;* cum cogniti *non bene cdd. Ciceron.* — **3** Fl., ut amnis, pl. m. g. Feminini *M; cf. l. superius.* — *C:* Fl. m. g. Feminini ut amnis plerumque. *cf. pg. 191* amnem masculino genere appellamus. — *non placet cum Quicherato sic interpungi:* Feminini, ut amnis, plerumque Sisenna. — *neque Sisennae ulla mentio pg. 191 s. l.* amnem — feminino. — **5** loco (*praec.* lso) *secl.* $Me_1$. — infra *Rothius* (contra *Quicheratus*); intra *C; om. Flor.*$_1$. — **6** Vesuvium $H_1$*;* Vessuvium *L,* $H_2$*, G.* — fluviam *v.;* fluvium *C.* — fluvia *etiam in v. Accii pg. 73 s. l.* angustitatem *reperitur.* — *cet. cf. Lachm. ad Lucr. pg. 326.* — **7** heraclaneam *Flor.* — pertingebat *M;* perfinebat *L, Flor.*$_1$*;* pertinebat *rell.* — **9** flexus inuos elibatur $L_1$. — **10** altera iteri *L,* $H_1$. — **11** flexiones *cdd. Or.;* inflexiones *C.* — id.; *praec. haec:* trunco magis toto. — se ipse *cdd. Or.* — ex vir. *C; et f. ipse Non.* — flexione *cdd. Cic. et Non.;* inflexione *bene Pideritus.* — **15** gutura *L.* — p. *(sic)* $H_1$.

207 M.

namními' calebat, ámburebat gútturem.

Lucilius:

et ventrem et gutturem eundem.

Naevius:

ingúrgitavit úsque ad imum gútturem.

Varro Lege Maenia:

éxercebar ámbulando, quí cibi capácior
ád cenam veníret guttur.

Plautus Aulularia:

etiámne obturas ínferiorem gútturem?

GENV neutri est generis. Vergilius lib. V:

genua labant; vastos quatit aeger anelitus artus.

|| Masculini. Lucilius Satyrarum lib. IIII:

haeret verticulis adfixum in posteriore
parte atque articulis; nam ut nobis talu' genusquest.

GELV, neutri generis. [Titus] Livius pisi† Aiace mastigophoro:

virtúti laus praestátur, set multo ócius
senió tabescit *quám* gelu.

|| Masculini. Afranius Epistula:

18 Lucilius || 20 Naevius com. inc. IV || 22 Varro Lege Maenia || 25 II, 4, 25 || 27 Aen. V, 432 || 29 Lucilius l. IIII || 32 Livius Aiace mastigophoro; cf. comm. || 35 Afranius Epistula.

**17** *ap. Pl.* caleb *A;* caleuit *C, D;* caluit *B. illud* calevit *cum Ribbeckio tutatur Reblinus pg. 34.* — amburebat *Camerarius;* ambureuat *cdd. Pl.;* adurebat (at *in ras. L*) *C.* — gutturem; militem $H_1$. — **19** guturem $G_1$. — **20** nevius *C.* — **23** *metrum agnovit Quicheratus.* — exercebar *v. d. in ed. Basil.;* exercebam *C.* — qui *M;* ut *v.* — cibi *Popma*; siti *v.* — **24** caenam *L, H; non G.* — **26** obturas *L, H;* obteras *G;* obturat *Plaut.; Prisc. pg. 649; ap. quem pars cdd.* obdurat. — **28** lavant $L_1$. — anhelitus *H, G.* — **29** Luc.; *cf. Fest. pg. 371.* — **30** heret *L, H.* — verticulum *L.* — **31** aerticulis *pr. L.* — nobis *Iun.;* novis *C.* — **32** neutro *L.* — genere *id. m. 2.* — *illud* Titus *a librariis suspicor esse additum confusis, ut saepius factum, poeta et historico. ac ne hunc quidem Titum Nonio dictum existimarim, cum non soleat is praeter M. Tullium scriptorum citare praenomina nisi ubi exscribit Gellium pg. 354 s. l.* necessitas; *cf. et comm. in 133 l.* laboriosum. — titus livius in aiace mastigho foro *Vrbin. 308;* titus livius pisi (ipsi *pr. G*) adtacematico foro *C. et tragoediae quidem Livianae titulus apte positus in Vrbinati, sive ea coniectura fuit librarii saeculi XV seu codicis antiquioris et quidem Harleiano similis memoria; quamquam eadem pg. 127 s. l.* iamdiu *solo Aiacis nomine citatur.* — *illud* pisi *tamen quo sit modo expediendum obscurum.* — **33. 34** v. l. pr. *M;* pr. l. v. *Ribbeckius;* pr. v. l. *C.* — set multo ocius senio tabescit quam gelu; *ita M;* gelu (genu *G*) set (sed *H, G*) multo ocius (otius $H_1$) venio (vento $H_1$; *in cod. ras. supra* o *et infra*) tabescit *C.* — senio (*praec.* s) *iam Turneb.; cf. pg. 1 l.* senium. — *apparet autem ad intellegendum genus a Nonio h. l. debuisse poni nominativum vel accusativum.* — *cet. cf. Soph. Aiac. v. 1266 sq.* — **35** epistola $L_2$, *H.*

quís tu es ventoso ín loco
soleátus, intempésta noctu, súb Iove,
apérto capite, || sílices cum findát gelus?

Accius Prometheo:

tńm profusus flámine hibernó gelus.

Cato Originum lib. II: Libui [qui] aquatum ut lignatum iubentur ire: securim atque lorum ferunt, gelum crassum excidunt, eum loro conligatum auferunt.

GRANDO generis feminini. Vergilius Georgicorum lib. I:

quam multa in tectis crepitans salit horrida grando.

|| Masculini. Varro Trihodite tripylio, περὶ ἀρετῆς κτήσεως:

néc coruscus ímber, alto núbilo cadéns multus,
grándine inplicátus albo.

GLADIVS masculini. || Neutri. Lucilius:

haerebat mucro gladiumque in pectore totum.

*GANEA, generis feminini.* || Ganeum neutro Varro Sesquulixe:

quí se in gáneum ác cénsum cóniécit amícaé.

GRVES genere feminino Vergilius Georg. lib. I:

Strymoniaeque grues.

Lucilius lib. IIII:

---

2 Accius Promethco || 4 Cato Orig. II || 7 I, 449 | 9 Varro Trihodite tripylio || 12 Lucilius || 14 Varro Sesquulixe || 16 I, 120 || 18 Lucilius l. IIII.

---

**37** sub Iove *Ribbeckius;* sub divo *C; cf. Hor. Carm. I, 1, 25. f.* sub deo; *ut in Varronis loco pg. 72 s. l.* algu. — *neque vero hoc genus dicendi dedecet comoediam, cum Naevius (inc. comoed. frgm. XX) adeo posuerit illa:* cocus edit Neptunum, Venerem, Cererem. — *non potest probari* sub dio *vel* sub diu; *cf. Lachm. comm. in Lucr. pg. 226 sq.* — **1** findit *Quicheratus.* — **3** tum *om. Prisc. pg. 685.* — *f. recte Passeratius scripsit* tum porro fusus. — flammine *H.* — **4** lib. II: Libui *Rothius* (Ligui *Gerlachius; puto recte*); qui *secl. M;* lib. II libri qui *Flor.;* libro II libii (*m. 2* libyi) qui *L;* lib. II; qui (*m. 2 supra* II *scr.* li, *supra* qui bii) *H;* lib. II libri qui *G.* — aquantum *pr. L,* $H_1$. — ut — iubentur *Lips.;* et — videntur *C.* — **5** lorum *Lips.;* solum (s. folum *L*) *C.* — exc. *Ald.;* exhidunt *L,* $H_1$; exidunt $H_2$, *G.* — **6** coll. *H,* $L_2$; conligatums $L_1$. — **7** Grado *pr. L.* — **8** quam *etiam Terent. Maur. v. 1240;* tam *Verg.* — crepitant $L_1$. — grande $L_1$. — **9** Varro *add.* $H_2$. — triodite *G.* — tripolio (tripolito *L;* tripolo *pr. G*) *C.* — καιηcεωc *C.* — **10** *metrum agnovit Meinekius.* — ymber *H.* — **11** implicatur $H_2$, *G.* — **13** herebat *C;* haerebit *I. Dousa.* — muero *G, libri Merceri.* — gladiumque *I. Dousa;* gladium *C.* — **14** Ganea generis feminini *add. M* (Ganea, genere feminino, ut plerumque *Quicheratus*). — sesquiolexes *L, tum* sesqueolexes; sesq: olexes, *m. 2* sesq: ulexes, *H;* sesq; ulixe *G testante Riesio.* — **15** accensum *L, H.* — *sotadeum agnovit Vahlenus.* — **16** Grues *nom. singul.; ita* gruis *ap. Phaedr. I, 8, 7. cf. et comm. in 114 l.* fros. — **17** strimoniaeque *L, H.* — **18** Lucilius; satyrarum *add.* $H_1$.

longior hic quam grus, grege concita cum volat olim.

|| Masculino Laberius in Fullonicis:

vérum tu gruém Baliaricum húnc esse anne hominém putas?

GREGES, ut saepe, generis masculini sunt. || Feminini. Lucretius lib. II:

lanigerae pecudes et equorum duellica proles
buceriaeque greges.

## INCIPIT PER H LITTERAM.

HORREA genere neutro, ut saepe. || Feminino Calidius oratione in Quintum Gallium: quarum iacent murei, nec ullae horreae curiaque et tabulariae publicae. — [eiusdem generis tabularias quo et horreas dixit.]

## INCIPIT PER I LITTERAM.

INTIBA generis neutri. Vergilius Georgicorum lib. IIII:

quoque modo potis gauderent intiba rivis.

|| Masculini. || Lucilius Satyrarum lib. V:

intubu' praeterea pedibus praetonsus equinis.

idem XX:

---

20 Laberius Fullonicis; cf. comm. || 23 II, 661 || 27 Calidius oratione in Quintum Gallium; cf. comm. || 32 IV, 120 || 1 Lucilius l. V || 3 Lucilius l. XX.

---

**19** grege *I. Dousa;* grue *C.* — concita *M;* tota *C.* — grege concita, *ad terras calidiores petendas.* — longior hic congrus grue tota, cum volat olim *Lachmannus.* — **20** *Fullo Laberii a Gell. XVI, 7, 3 memoratur.* — *f.* in Fullonica *vel* Fullonia; *cf. comm. in pg. 148 l.* paenularium. — **21** verum (*vel* at utrum; *cf. comm. in 200, 29*) tu gr. B. hunc esse anne hominem putas? *M;* virum tu hunc gruem baliaricum (balialicum *pr. L;* balearicum $L_2$, *H, G*) an hominem putas esse *C.* — utrum *iam Gulielmus;* anne hominem *Bothius.* — **23** *cf. pg. 80 l.* bucerias; *Lucil. II, 22 cum comm.* — lib. (libro) IIII *cdd. h. l., non pg. 80.* — **24** et quorum *G.* — **25** bucaeriaeque *H.* — **27** Feminini *L*, $H_2$. — Claudius *C; et ita haud dubie Non.;* Calidius *recte Meyerus in orator. Romanor. fragmentis pg. 437.* — **28** in Q. (Quintum *Ald.*) Gallium *idem;* in quintium Gallum *C. cf. et Petri historicor. Rom. rell. prooem. pg. CCCII.* — quorum *probabiliter Iun.* — iacent *H;* iaceni *L, G.* — muri *Iun.;* nec ullae horreae *v. d. in ed. Iun.* (nec ulla horrea *Popma*); murena (munera *H*) ulla horrea *C.* — **29. 30** *illa* eiusdem — dixit (*f.* ei. g. horreas d., quo et t.) *videntur secludenda.* — **1** Luc.; *cf. Charis. pg. 77; Serv. cd. quidam ad georg. I, 120.* — **2** intibus (intib: *H*) *C pr.* $L_1$*; Charis.* (intybus herba *cd. Servii*). — praetensus *C;* praetonsus *G. Wagnerus disputationis in Prolegomenis memoratae pg. 594.* — perserpsit *Charis. Neap.;* perserpit *ib. v. c. Dousae;* praecerptus *Ribbeckius Coroll. frgm. com. Rom. pg. LXXXI;* pressus *Serv.; hic f.* perpressus. — **3** *cf. 137* mictilis. — XXX *C.*

pulmentaria et intubus aut aliqua id genus herba.

Pomponius in Placenta:

rústici
edúnt libenter [pedibus] trístis, atros íntibos.

INTERITVS generis dicitur masculini. M. Tullius Philippicarum lib. II: Gnaeum Domitium non patris interitus, clarissimi viri. || Feminini. M. Tullius Verrinis, in Frumentaria: cum bis in eadem provincia magnae fugitivorum copiae versatae sunt, [cum] aratorum interitio facta nulla est.

INSOMNIVM generis neutri. || Feminini. Caecilius Plocio:

conséquitur comes insómnia; ea pórro insaniam áffert.

INTESTINVM generis neutri. Lucretius lib. IIII:

horum intestinum quodvis quale esse putandumst?

|| Masculino Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς: sensus portae; venae hydragogiae; clavaca intestini.

INGRESSVS generis masculini, ut saepe. || Feminini. M. Tullius in Oratore: ac profecto video hanc primam ingressionem meam non ex oratoriis disputationibus ductam, sed e media philosophia repetitam.

---

5 Pomponius Placenta || 8 II, 11, 27 || 10 III, 54, 125 || 13 Caecilius Plocio || 15 IV, 118 || 17 Varro Marcopoli || 20 3, 11.

---

4 p. ut intubus aut aliqua et id genus herba (herbae $H_1$) *C.* — 5 piacenta *L, pr. H.* — *fabulae nomen primus agnovit Aldus.* — 6. 7 *si reposueris* rusticis *nominativo, erit tetrameter trochaicus.* — pedibus, *ut e Lucilii v. priore huc illatum, del. Ribbeckius; hoc servato Munkius:* rústici edunt libénter pedibus trítos atros íntibos; *et ita vel* p. pistos *prius nos. sed praestat illud vel ideo, quod primus pes tetram. troch. tali pacto parum convenit Pomponii elegantiae.* — tristis; *cf. Verg. Georg. I, 120:* et amaris intiba fibris. — adros intribos *L.* — 8. 9 *f.* genere dicitur masculino. — lib. III *G.* — gneum *C.* — vibi $L_1$. — 10. 11 Verrinarum *C.* — *puto* in Verrem Frum. — cum his *pr. H.* — in ea prov. *cdd. Cic.* — cum (tum *L*, $H_2$, *G*) *ut ex superiore v. repetitum secl. M;* tamen *Cic. cdd.* — 12 internicio *cdd. quid. Cic.* — 13 plochio *L*, $H_1$. — 14 *f.* cos (quos) s. — *hiatus in caesura septenarii iambici.* — affret *G;* aufert *L.* — 16 quale eis *C;* quale esse *Lucr.* — putendum est $H_1$; putandum est *rell.* — 17 Masculino *Quicheratus;* masculinum *C.* — Varro; Cicero *L sec. Rothium; nihil notat Zangem.* — marcopoli *G*, $H_2$ (marco poli $H_2$); vimarco poli $H_1$; marco $L_1$; vimarco $L_2$. — νερι αρχhc *L.* — poriae *L.* — venae *Iun.;* verre $H_2$, *G;* verro *L*, $H_1$. — 18 idragogiae *L, G;* idragogae *H.* — clavada *L.* — clavaca; *cf. appendix Probi gr. lat. IV, 198:* cluaca, non clavaca. — *Varronem dedisse puto* clovaca *vel* cluaca. — 20 ac profecto *M;* perfecto hac $H_1$; perfectu $Hs_2$; perfectum hanc *L;* perfectum *G;* $Ho_2$; ac *libri Cic.* — *id.* primam; primum *C.* — 21 oratoriis *Strebaeus;* oratoris *C; item plerique cdd. Cic.* (oratorum *Vitebergensis*). — se *pr. L.* — e; di $L_1$; de $L_2$, $H_1$. — phylosopia *L.* — 22 repetita *L.*

IOCVS genere masculino. Cicero pro Caelio: ludus, iocus, sermo paene est familiarium deserendus. || Neutro Laevius Protesilaodamia:

in eum inruunt cacinnos
ioca dicta missitantis.

Sallustius in Iugurtae bello: ioca atque seria. ||

## INCIPIT PER L LITTERAM.

LENTEM consuetudo feminino genere dici vult. Vergilius Georg. lib. primo:

nec Pelusiacae curam aspernabere lentis.

|| Masculino Titinius:

. . . . . . lenti cálido, elvella, rápula,
rómice.

LVX feminini est generis. Vergilius in Bucolicis:

si mihi non haec lux toto iam longior annost.

|| Masculini. Plautus Aulularia:

lúci claro dísripiamus aúrum matronís palam.

Varro Bimarco:

nos ergó nihil
égimus, quod légem lucei cláro latam scutulans. †

---

23 19, 46 || 24 Laevius Protesilaodamia || 28 96, 2 || 3 I, 228 || 5 Titinius || 8 VII, 43 || 10 IV, 10, 18 || 12 Varro Bimarco.

---

**23** pro celio *L;* p lio, *m. 2* pro celio *H.* — lud., ioc., convivium *cdd. Cic.* — **24** sermo paene *Cic.;* sermone *C.* — disserendus $L_2$, $H_2$, *G.* — Laevius *Osannus;* nevius *C.* — Protesilaodamia *Carrio;* pro *(unius vel duar. litt. ras.)* te *(unius vel duar. litt. ras.)* silao dam *L;* protheosilao dam $H_1$*;* protesilao dam $H_2$*;* Protesilaodam *ed. Bas.* — **26. 27** *dim. anacreontei, quibus saepius usus Laevius.* — in eum *Vossius;* ineunt $H_1$*;* iniunt *rell.* — cachinnos $H_1$. — missitantes *Bothius;* riisitantis *L, G;* risitantis (*sed ita:* dictari sitantis) *H.* — *prius nos:* in eum inruunt cachinnos ioca dicta reisitantis; *ut transitive dictum esset illud* inruunt. — **28** salluscius $L_1$. — iugurte $L_1$*;* iugurthae *rell.* — **3** georgius $L_1$*;* georgicorum $H_1$*;* georgicon *rell.* — lib. I *ed. Bas.* — **4** asparnavere $L_1$. — **6** elvelle *G.* — rapula *Scal.;* trapula *C.* — rapulum *ap. Hor.* — **7** romicae *H;* romice (*vel* romioe) *L;* rumice *Turnebus.* — **10** *et* **20** platus *L.* — **11** luce claro der. (dir.) *cdd. Pl.* — luce *L,* $H_1$. — diripiamus $H_1$. — **12** uimarco (marco $L_1$) *C.* — **14** quod; *f.* quom. — luce claro l. *Ald.;* lucani claro latam *L;* lucanas (lucaniam *m. 2*) luci claro latam non latam (non latam *del. m. 2*) *H;* Lucanum (*teste Riesio;* Lucaniam *ed. Bas.*) luci claro latam *G. ex hisce satis apparet illud* lucanas *vel* lucanum, *in quo frustra argutati sunt docti* (*sagacior ceteris* Liciniam *Oehlerus*), *ortum ex sequente* lucei claro. — *quae res etiam numeris, qui haud occulti insunt verbis Varronis, confirmatur.* — scutulans; sustulimus *Oehlerus; debebat certe esse* sustuli *vel* quom — sustulam. *sensus cum* obscurandi *verbum requirat, suspicor latere ut puta* ἐσκοτίσαμεν.

idem Synephebo, *περὶ ἐμμονῆς*: hodie, sis, possumus quod debemus populo in foro medio luci claro dequoquere. — M. Tullius de officiis lib. III: * * *

et cúm prior ire lúci claro nón queo.

LVCRVM secundum consuetudinem neutri est generis. ‖ Masculini. Plautus Persa:

nunc ea narrabo, unde tu pergrandem lucrum facias.

LABIVM neutri [est] generis. Serenus in Opusculis:

labiúmque insigne revéllit.

‖ Labea rursum feminini. Plautus in Sticho:

áge, tibicen, quando† bibisti, réfer ad labeas tíbias.

Novius Macco exule:

vérberato pópulus homini lábeas pugnis caédere.

* * *

idem Praecone posteriore:

---

15 Varro Synephebo ‖ 17 III, 31, 112; cf. comm. ‖ 18 poeta scenicus ‖ 20 IV, 3, 23 ‖ 22 Serenus Opusculis ‖ 24 V, 4, 41 ‖ 26 Novius Macco exule ‖ 29 (Pomponius) Praecone posteriore; cf. comm.

---

**15** idem in efoebo (efebo, *pr.* coebo *H*) *C.* — sis *M;* si *v.* — εμμονhco die *L.* — **16** decoquere *L, G.* — **17** *indicavit Mercerus haustum Ciceronis exemplum; apud quem III, 31, 112 sunt haec:* quod cum audivisset adulescens filius negotium exhiberi patri (*affert haec N. pg. 105 s. l.* exhiberi), accurrisse Romam et cum prima luce (*ita cdd. boni;* cum primo luce *vel* luci *Non.*) Pomponii domum venisse dicitur. — *ab eis quae sunt* et cum *Nonius videtur esse orsus et ita causa orta, cur ad versum, quem recte dixit Quicheratus, comici ut puto poetae aberraretur.* — **18** *verba videntur esse malefici hominis vel timidi.* — non que *L.* — **19** *nullum l.* $L_1$. — est *om. L.* — **21** *etiam hic ut pg. 192 s. l.* aetas *falsa lectione deceptum N. recte statuere docti.* — ne *pro* nunc *L;* $H_1$. — eam *cdd. Pl.* — pergrande *cdd. Pl. cum A.* — *ap. hunc anapaesticis tetrametris haec discreta ita:* nunc eam nárrabo | unde tú pergrande lucrúm facias. — **22** Labium *v.;* Lauium (Lautum *L, pr. H*) *C.* — est *om. L,* $H_1$. — serenum $L_1$. — **23** *metrum paroemiacum; quod valde placuit saec. a. u. c. X et XI poetis.* — labiumque $H_1$*;* lauiumque (lautumque $L_2$) *rell.* — vellit *L.* — **24** Labia *Bentin.* (Labeae *Me*); Labeare *C.* — in *vid. delend. (seq.* s *impura).* — stigo $L_1$. — **25** acc *L.* — tibicem *L, H.* — biristi *L.* — quando bibisti; *eadem corruptela in Plauti libris.* — quom bibisti *Bothius;* quando biberis *Ritschelius.* — reter *L.* — tibeas *L,* $H_1$. — **26** macho *C.* — **27** verberato *Bentin.;* verberatio *C.* — cedere *L, H.* — *recte Praeconem posteriorem abiudicat a Novio Ritschelius Parerg. 134. cf. et Bentin. ad h. l. — neque tamen credo confusum eius nomen cum Pomponii, sed interceptum ex Prostibulo huius vel illum v.:* quis hic est? quam ob rem hic prostat? rictum et labeas cum considero (*Non. 455 l.* rictum) *vel talem:* numquis hic restat qui nondum labeas lirarit mihi (*Non. 17 l.* delirare). *cf. et comm. in pg. 505 l.* a tivit.

ego dédita opera té, pater, solúm foras
sedúxi, ut nequis ésset testis tértius
praetér nos, tibi cum túnderem labeás lubens.

Lucilius Satyrarum lib. vigessimo II:

Zopyrion labeas caedit utrimque secus.

LACERTI generis masculini. || Neutri. Accius Atreo:

cónquoquit
partém vapore flámmae, veribus ín foceis
tribuít lacerta.

LOCA generis sunt neutri. Vergilius Aeneidos || lib. I:

loca feta furentibus austris.

|| Masculini. Vergilius Aeneidos lib. I:

devenere locos, ubi nunc ingentia cernis
moenia.

Naevius belli Punici lib. III:

convenit, regnum simul atque locos ut haberet.

Cicero in Oratore: *e quibus ea* ducantur, duplices loci: uni *e* rebus ipsis, alteri adsumpti.

LAPIDES et feminino genere dici possunt, ut aput Ennium:

tanto sublatae sunt agmine tunc lapides .;

ad Homeri similitudinem, qui genere feminino λᾶας posuit.

LVXVRIA generis feminini. || Masculini. Varro Manio:

nec sumptibu', [finem] *luxu*
legibus *et poenis* statues finemque modumque.

---

33 Lucilius l. XXII || 35 Accius Atreo || 1 I, 51 || 3 I, 365 || 6 Naev. Bell. Poen. III || 8 35, 122 || 10 Ennius || 13 Varro Manio.

---

**30** ergo *C; corr. Iun.* — **31** sedixi $H_1$. — tercius $L_1$. — **32** tunderem *L, Iun.;* tonderem *deinde factum, sed* o *elutum;* tonderem *H, G.* — *cf. Varr. pg. 171 s. l.* suggillare. — **33** saturarum $L_1$. — lib. XXII *H, G;* lib. vigessimo (*m. 2* vicesimo) II *L.* — **34** *cf. Luc. IX, 45.* — zopirion *C.* — cedit *C.* — **35** *nullum l.* $L_1$. — **36** *videtur haustum* aeno (*praec.* Atreo). — concoquit *C pr.* $H_1$. — **37. 38** flammae *Voss.;* flammam *C.* — veribus in f. tribuit lacerta; *sic vel* tribuit in foco veribus lacerta *Ribbeckius;* tribuit veribus lacerta in focos (foco *Voss.;* foceis *M*) *C.* — **3** lib. II *H, G; om. L.* — **6** Nevius *C.* — lib. III *M;* lib. (libro) VI *C; libro VII non bene adscr. Merula.* — **7** *hexameter dactylicus; cf. l. de v. Saturn. pg. 113.* — non *pro* ut *L.* — haberet *Merula;* haberent *C.* — **8** e quibus ea *ex Cic. add. Quicheratus.* — e *om. C.* — **9** assumptis (ads. $L_1$; *G*) *C.* — **10** apud *C pr.* $L_1$. — **11** toto $G_1$. — *f.* lap. his. — **12** λάας *(sic) Iun.;* lapides *C.* — **14. 15** finem *del. Quicheratus;* luxu *(dativ.) add. M.* — legibus *Rothius;* lepitus *C.* — et poenis *add. M;* nec sumptibu' finem legibu'. nec luxu statues f. m. *male Lachm. ad Lucr. pg. 141; ita exc. quod scr.* nec sumptibus umquam (unquam *add. Quicheratus*) *Buechelerus.*

LVSVS vel LVDVS genere dicuntur masculino. || Feminino [Lusiones] M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. V: cum hi vero paulum processerunt, lusionibus vel laborioseis delectantur. — idem de oratore: qui pila ludunt, non utuntur *in* ipsa lusione artificio proprio palaestrae. — Varro Cato vel de liberis educandis: ab huiuscemodi lusionibus radices crudelitas agere solet.

LABRVSCA genere feminino. Vergilius in Bucolicis:

silvestris raris sparsit labrusca racemis.

Neutro Vergilius in Culice:

densaque vergultis avide labrusca petuntur.

LIBA generis neutri. Vergilius in Bucolicis:

sinum lactis et haec te liba, Priape, quodannis.

Masculino Nigidius de dis: 'deinde surgat, faciat libos quattuor'; et infra: 'libos duos ad dextram et duos laevorsus.'

LVPINVM neutro Varro de re rustica lib. I: || lacum esse oportet, ubi maceretur lupinum * * *

LIMFA [aqua] genere feminino, ut saepe. || Masculino Lucilius:

inpermixtum limporem.

LICENTIAM feminino. || Masculino Laberius in Paupertate:

meó licentiátu.

LATRINA genere feminino; et est lavatrina, quod nunc balneum dicitur. Lucilius lib. XI:

qui in latrina languet.

---

17 V, 20, 55 || 19 I, 16, 73 || 20 Varro Cato || 22 V, 7 || 24 Vergilius Culice 53 || 26 VII, 33 || 28. 29 Nigidius de dis || 1 I, 13, 3 || 3 Lucilius || 5 Laberius Paupertate || 8 Lucilius l. XI.

---

16 Luxus v. *G.* — Lus. *secl. M.* — **18** *puto* i; *om. cdd. Cic.* — processerint *male id.* — laboriosis *cdd. Cic.;* laboriosius *C.* — **19** de or. *Mc;* in or. *C.* — ut qui *Cic.* — pala $L_1$. — in *om. C.* — lusone *L.* — **20** e proprio $H_2$; proprioe $H_1$; propriae *L, G.* — palestrae *C.* — Varro; *cf. 133 l.* lusus. — **22** *cf. 449 l.* labra. — **23** solvestris $L_1$. — racimis $L_1$. — **24** in Culice; *hoc solo l. opusc. Verg. mentionem facit Non.; ex quibus Culex longe fuit celeberrimus fama, nec tamen qui exstat est ipsius.* — **25** virgultis *C pr.* $L_1$. — **27** laba $L_1$. — quotannis *C pr.* $L_1$. — **28** quatuor *Hqos.* — **29** et infra *Rutgersius, qui duo esse Nig. exempla intellexit;* et intra *C.* — ad dexteram *M;* ad dextram *Quicheratus;* ad dextera $H_1$; ad dextra *rell.* (a dextra *Ald.*). — laevorsus *M;* devexos *C.* — **1** de re populi pr̃ $L_1$; p *tertium punctis notat. m. 2;* de re populi rom̃ *H;* de re p̃r. *G.* — **2** *masculini generis exempli defectum notavit Quicheratus.* — **3** aqua *vid. delend.* — **4** inperm. *C.* — limporem $L_1$; limforem *rell.* — **5. 6** *puto* feminini. — paupertatem eo *L,* $H_2$. — licentiatu *Guietus; Gesnerus;* licentatus *C.* — **7** Latrina *v.;* Latrinas *C.* — et est latrina $H_1$. — **9** languet *Iun.;* languae *G;* lanq: *supra scr. m. 2* uae *L;* lan quae *H.*

212 M.

|| Neutro Laberius Conpitalibus:

séquere *me* in latrínum, ut aliquid gústes ex Cynica haéresi.

hic latrinum ventri finem locum dixit. — Lucilius lib. VI:

hac tu ab re credis quemquam latrina petisse?

LVTVM genere neutro. et aput Ciceronem in Epistolis ad Hirtium lectum est plurali numero: luta et limum adgerebant. || Masculino Claudius Annalibus: pluvia inibi lutus erat multus.

LANITIVM genere neutro. Vergilius Georgicon lib. III:

si tibi lanitium curae.

|| Feminino. Laberius Paupertate:

nil réfert *ergo*, móllem e lanitia Attica
an térgore ex hircórum vestitúm geras?

## INCIPIT PER M LITTERAM.

MERCATVS generis habetur masculini. Serenus Ruralibus:

ad mercatum eo, vilice.

Varro Sexagesi:

ubi túm comítia habébant, íbi nunc fít mercátus.

|| Mercatura feminini. Plautus Trinummo:

mércaturane án venalis hábuit, ubi rem pérdidit?

---

10 Laberius Conpitalibus || 12 Lucilius l. VI || 14 Cicero Epistulis ad Hirtium || 16 Claudius Annalibus || 17 III, 384 || 19 Laberius Paupertate || 23 Serenus Ruralibus || 25 Varro Sexagesi || 27 II, 2, 51.

---

**10** cōnpitalibus *(sic) L;* conp. *cd. Bas.;* comp. *H.* — **11** me *add. Bothius.* — aliquit $L_1$. — gustus *C pr.* $H_2$. — cineca *L*, $H_1$; cinicą $H_2$; Cynica *ed. Bas.* — heresi *C.* — **12** venter *hic ut interdum pro excrementis.* — **13** hac tu ab re *M;* hoc tu apte *C.* — credis *I. Dousa;* credit *C.* — *recte si habent nostra, dicit Lucilius non potuisse fieri, ut quisquam a re tam tristi tamque gravi latrina, loca deliciis et luxuriae destinata, peteret.* — **14** et *om.* $H_1$. — apud *C pr.* $L_1$. — epistolis *C.* — **15** irtium *L*, $H_1$. — adger. $L_1$; ager. $H_1$; agger. *rell.* — **16** Annalibus *M;* annalium *C;* annalium lib. IIII (libro quarto *Ald.*) *Paris. 7579; Ald.* — inibi *M;* imbri *C.* — luctus erat multis $G_1$. — **17** Laum $H_1$; Lanicium *L, G.* — genere masculino $H_1$. — Georgicorum *Hqos.* — **19** Lauerius *C.* — **20** nihil *C;* nil *Bothius.* — ergo *add. M.* — **21** tergore *Bergkius;* pecore *C.* — hyrcorum *H.* — vestitum *Lips.;* vestium *L, H;* vestigium *G.* — an pecore ex hirto crassum vestitum geras *Marquardtus Antiq. Rom. V, 2, 87.* — **23** Serenus; *cf. 431 l.* merx, *ubi* Serenus opusculis *memoratur et versus additur.* — **25** Varro; *cf. ibid.* — **26** *metrum saturnium agnovit Meinekius; quo in veteris temporis frugalitate cum sui luxuria comparanda haud inscite usus est Varro.* — ubi tum *cdd. 431; h. l.* suptum (*praec.* s) *L, H;* sumptum *G.* — cometia *L*, $H_1$. — habebat $H_1$. — **28** mercaturane an *cd. F ap. Pl.;* mercaturamne an *B, C, D;* mercaturam eam *cdd. Non.;* mercaturan an *Ambros.; Ritschelius.*

Novius in Militibus Pometinensibus:

ísta mercatúra, spero, rém faciet; frugíst homo.

Lucilius Satyrarum lib. VIII:

verum et mercaturae omnes et quaesticuli sti
intuti.

Turpilius Lindia: ||

consílium hoc cepi: lítteras misi ád senem
nostrúm processe nóbis ex senténtia
mercáturam . . . . . . . . .

M. Tullius de officiis lib. III: ad quos cum tamquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus. || Mercimonium neutri. Plautus Amphitryone:

ut vós in vestris vúltis mercimóniis.

Turpilius Thrasyleone:

vidére cupio véstrum mercimónium.

MELOS genere neutro. Naevius Lycurgo:

suavisonúm melus.

|| Masculino Accius Baccis:

ácris crepitantés melos.

Pacuvius Periboea:

thyasantém fremitu
commítte melum.

Varro Parmenone:

[paci in] huiús nascuntur púeri Rhythmus ét Melus.

---

29 Novius Militibus Pometin. || 31 Lucilius l. VIII || 34 Turpilius Lindia || 4 III, 2, 6 || 6 prol. 1 || 8 Turpilius Thrasyleone || 10 Naevius Lycurgo V || 12 Accius Bacchis || 14 Pacuvius Periboea || 17 Varro Parmenone.

---

**30** ista mercatura *M;* instant mercaturam *C;* instat mercaturam *male Scal.* — spero rem $H_1$*;* *v.;* peiorem *L* (i *ex* r *radendo factum*); *G;* perorem *pr. L;* periorem $H_2$. — **31** sitararum libro VI $H_1$*:* libro VI *etiam L testante Rothio.* — **32. 33** mercatorae $G_1$. — questiculi *L, H.* — isti (sti *M*) intuti *Scal.;* instituti *C.* — **1** hoc coepi *C;* hoc cepi *v.; f.* accepi. — **2** nostrum; *f.* notum *vel* nostram. — processe *Gifanius;* prodesse (prodeesse $L_1$) *C.* — nebis *L.* — sentia *pr. L.* — **4** M. Tull.; *cf. 431* merx. — **5** protectus *L.* — **7** mercimonus $L_1$. — mercimoniis voltis *Paris. 7579.* — **8** thrasileone *L, H.* — **9** vestrum; nostrum *in L esse dicit Rothius.* — **10** lecurgo $L_1$*;* lig. $H_1$*;* lic. *id. m. 2.* — **11** suavisonum *Gulielm.;* suave summum *C.* — melus *M* (*ut* pelagus); melos *v.* — *neque enim graecanica flexione tali tam vetus poeta uti potuit. a Nonio tamen positum* melos *non negarim.* — **12** Bacchis *Iun.;* vaccis *C.* — **13** acreis *Iun.;* acri *C.* — crepitantes $H_1$*; Ald.;* crepantes *rell.* — **15** thyasantem *Scriver.;* thesiantem (tesiantem $G_1$) *C.* — fremitu *v.;* fremita *C.* — **16** committe *M;* concidi *C;* concite *Ribbeckius.* — **18** paci in, *ut ex praec. voc. ortum, delet Duentzerus;* patris *Ribbeckius;*

idem Cato vel de liberis educandis: omnes enim qui locuntur habere debent quosdam melos.

MEDIMNVM generis neutri. || Masculini. Lucilius Satyrarum lib. XV:

praeterquam in pretio primus semisse, secundus
nummo, tertiu' iam plurest quam totu' medimnus.

MARGARITVM generis neutri. Varro *Ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν*:

ubi ílla phalera gémmea atque ephíppia
et árma margaríta kandikántia?

|| Feminino Varro Papia papae, *περὶ ἐγκωμίων*: inperito nonnumquam conca videtur margarita, vitrum smaragdos. — M. Tullius in Verrinis, de signis: ullam gemmam aut margaritam. — Varro Marcipore: altera exorat patrem libram ocellatorum, altera virum semodium margaritarum.

MESSEM generis feminini. || Masculino Lucilius lib. XXVII:

pótius quam non mágno messe, || nón proba vindémia.

MENDVM neutro M. Tullius ad Atticum lib. II: Castricianum

---

19 Varro Cato || 21 Lucilius l. XV || 25 Varro Hecatombe || 28 Varro Papia papae || 30 IIII, 1, 1 || 30 Varro Marcipore || 33 Lucilius l. XXVII || 2 II, 7, 5.

---

patris en *per tetram. troch. prius nos; f. recte.* — rithmus *C.* — e $L_1$. — Melus *Quicheratus;* melos *C.* — **19** C. valde *G.* — quo *L; f.* quom. — loquuntur *G.* — **20** debent *Iun.;* debeant *C.* — **23** praecio $L_1$; praetio *id. m. 2, H.* — semisse *v.;* seminisse *L;* se meminis $H_1$; *id. m. 2* se minis; seminis *G.* — **24** plurest *M; cf. frgm. inc. Luc. 93;* pluris *Iun.* — **25** *φυσιων* *L*, $H_1$; *φυσιωϲ* $H_2$; *θυσιωϲ* *G.* — **26. 27** *trimetri graecanici, non tamen exclusis a sede impari spondeis, id quod soluta v. 26 demonstrat arsis.* — falera *C.* — gemmea atque *Meinekius;* gemmeaque *L, G;* gemme (*m. 2* gemmae) aque *H;* gemme atque *Paris. 7579.* — efippia *C.* — margarita *M;* margariti *C; debuit scilicet reponi forma, qua de neutro genere constaret.* — kandikantia *M; κανaικaντια C;* candicantia *v.* — candicare *cum accusativo, ut* lucere *apud Plautum et Ennium; conf. comm. in Ann. pg. 158.* — **28** *παπιαπαπαι G; παπαπαπατ* (*m. 2 παπιαπαπατ*) *H; πατιαπαπαι L.* — *ενκωμων L*, $H_1$; *ενκωμυνων* $H_2$; *ενκωμμιων G.* — nonnunquam *Hqos.* — **29** margarita *Iun.;* margaritam *C.* — vitrum smaragdus (sm. *iam Iun.*) *Me;* ut amisi margdos *C.* — *vix puto V. illo* simaragdos *usum, cum graecam finalem servaverit; sed videtur illud ortum ex* ismaragdos. — **32** mergaritarum *H.* — **1** *ante* potius *dimidia fere pars versus vacat in L.* — non magno messe *Me;* non magnum esse *L*, $H_1$, *G;* non magnum me est $H_2$; non magnum messem esse (*del. Me*) *Ald.; Iun.;* non probam vindemiam *Iun.; sed non opus est accusativo; quem interdum in lemmatis pro nominativo poni iam in superiore capite vidimus.* — non magno messo *Lachmann.; at cum nominum in* -is *exeuntium alioqui sit tanta generum varietas, non video cur* messis *non potuerit masculine poni a Luc.* — vindemedia $H_2$, *G;* vi indemedia *L.*

mendum nos corrigemus. — Feminino M. Tullius in Verrinis: quam mendam† ista denique litura *correxit?* ‖ Lucilius:

nam [in] quibu' mendae
omnibus in rebus fiunt fierive potissunt.

METVS masculino Naevius:

magní metús tumúltus péctorá possídit.

‖ Feminino Ennius:

nec metus ulla tenet, fretei virtute quiescunt.

MVRMVR neutri est generis. ‖ Masculini. Varro Sexagesi:

accití sumus,
ntí depontarémur. murmur fít ferus.

MVNDVS muliebris, generis masculini. ‖ Neutri. Lucilius lib. XVI:

legavit *quidam* uxori mundum omne penumque.

MISERIA, ut saepe, generis feminini. ‖ Neutri. Laberius Carcere:

hómo frugi, quod tíbi relictumst, rétines miserimónium.

---

3 II, 2, 42, 104 ‖ 4 Lucilius ‖ 7 Naev. (Bello Punico) ‖ 9 Ennius ‖ 11 Varro Sexagesi ‖ 14 Lucilius l. XVI ‖ 17 Laberius Carcere.

---

3 nos corrigemus *Cicero;* non corrigeris *C.* — Feminino; Feminini nomen *pr. L;* Feminini *L post corr.; G.* — *de H nihil notatum; cf. infra.* — M. *supra add. in L.* — quam mendam ista denique litura *Victorius;* quae mendosa (mundosa *G*) denique litora *C.* — denique *om. cdd. Cic.; Eutyches pg. 2174.* — correxit *ex Cic. add. docti.* — *sed rectius Quicheratus Mercerum secutus sic scripsit:* quod mendum *(ita cdd. Cic.; Eut.)* ista denique litura correxit *et illud quod est* Femin. *ante Luc. nomen collocavit.* — *nec enim alias* menda *invenitur ap. Cic.* — *antiquum tamen errorem esse apparet, cum Nonius scripserit potius* idem in Verrinis. — 5 in (*seq.* omnibus in) *del. M;* ut *I. Dousa.* — quib. *dativ.* — 6 f. *M;* fierique *C.* — 7 masculini *G;* masculino feminino $H_1$*;* masculini non feminino *L; in quo supra* non fem. *et infra puncta addita sed deleta.* — Nevius *C.* — 8 metus *Ald.;* intus (uitus $L_1$) *C.* — possidit $L_1$*; Spengelius;* possidet *rell.* — *cet. n. N., cum aperte haec sic sint construenda:* metus tumultus magni pectora possidit. — 9. 10 feminino *om. cdd.; sed cf. supra.* — nec *Me;* ni *C;* $L_2$*:* n. i. *(sic).* — Metus *per lemma* $L_1$. — ulla (tilla *G*); *possis suspicari antiquitus fuisse traditum* ullu', *perinde atque ap. Lucr. pg. 205 s. l.* funis aureu'. *tamen satis constat antiquissimos Romanorum poetas in immutando genere multum sibi sumpsisse licentiae.* — *et alias* metus *ap. Ennium feminino genere invenitur; cf. Paul. 123; Fest. 286.* — tenet, freti *Me;* tenet rite *H, G;* tenne triae *L.* — 11. 12 Murmun neutrius generis $L_1$. — Varra *L.* — sexagesi sia actiti, *mut. in* sexagesi ia ctati (*voluit* iactati) *L;* sexagesi acciti $H_1$*; id. m. 2* s. iacciti; *et ita G.* — 13 uti *M, qui versus agnovit;* ut *C.* — depontaremur. murmur *Iun.;* deputare murmur (*pr.* mur) *L;* depontaremur mur $H_1$*;* depontaremurmur $H_2$*, G.* — ferus *M;* verus *H, G;* ieris *L.* — 14 muliebris $H_1$ (*prius* mulierris), *et ita v.;* mulieris *rell.* — gen. est m. $H_1$. — 15 *cf. Gell. IV, 1, 3; Luc. XVI, 6.* — XVI *Gell.; pr. H;* XVII *rell.* — 16 legavit quidam *Gell.;* legat *C.* — 18 retines (retine *id. 2*) miserim. *Bothius;* miseri, *supra* ri *scr.* ae, munium r. *L;* miserii (*m. 2* miserie) munium r. *H;* miseriae

## INCIPIT PER N LITTERAM.

NVNDINAE generis sunt feminini. Varro Marcipore: utri magis sunt pueri, hi pusilline, qui spectant nundinas, ut magister dimittat lussum? || Masculini. Lucilius lib. XXVI:

paúcorum, atque hoc pácto si nil gústat inter núndinum.

Varro Gerontodidascalo: quotiens priscus homo ac rusticus Romanus inter nundinum barbam radebat? — idem *Ταφῇ Μενίππου*: Romani psammacosioe, non qui in urbe inter nundinum calumniarentur. — idem Rerum humanarum lib. XX: decemviri cum fuissent, || arbitrati septenis nos *diebus* nundinum divisum habuisse.

NASVS masculini. || Neutri. Lucilius lib. VII.

queis oculi non sunt neque nasum et qualia sanis.

idem lib. XXII:

nasum rectiu' nunc hominist soeraene pedesne?

NEPOS dici et femina potest Ennio auctore, quae nunc neptis dicitur:

Ilia, dia nepos, quas erumnas tetulisti!

---

20 Varro Marcipore || 22 Lucilius l. XXVI || 24 Varro Gerontodidascalo || 25 Varro *Ταφῇ Μενίππου* || 27 Varro Rer. human. XX || 2 Lucilius l. VII || 4 Lucilius l. XXII || 6 Ennius.

---

mumium (miseraemumium *Gs*) r. *G.* — miserimonium; *ita idem Laberius* mendicimonium et moechimonium; *cf. Non. pg. 140 l.* mendicimonium; *Gell. XVI, 7, 1; apud quem haustum esse inter* mendicimonium dixit *atque* et moechimonium 'et miserimonium' *suspicatur Hertzius. versum tamen non ex hoc fonte petitum a Non. loci Gelliani ratio facit probabile.* — **20** Nundi *pr. L.* — V.; *cf. pg. 133 l.* lusus *ibique comment.* — utri *cdd. 133; h. l.* neutri $L_1$*;* $H_1$*; om. rell.* — magis *cdd. 133; hic* maius $H_1$*;* maiuses $L_1$*;* maiores *rell.* — **21. 22** hi pusillini q. *h. l. cdd.* — expectant $H_1$*; Paris. 7579; Ald.* — nundina *cdd. 133.* — dimittat lusum *cdd. 133;* dimittussum (dimittus su *L*) *C.* — **23** paucorum (paucarum *pr. G*); *sententia initio manca, ut vid., culpa Nonii.* — nihil *C.* — inter nundinum $H_1$*; Turneb.;* internundino *L;* inter nundino $H_2$*; G.* — **25** tafe minippu *C.* — **26** Romani psammacosioe *Me;* romam ipsam marcosioe; *cf. Macrob. V, 20, 13:* ψαμμακόσια — pro multis Varro saepe in Menippeis suis posuit. — urbe *Me;* orbe *C.* — **27** calumn.; *sequebantur ut puta:* sed qui pure viverent ruri. — **1** arbitrati *recte v., nisi Nonii stupore omissa, unde penderet infinitivus;* arbitrari *C.* — septenis nos (*scriptum erat, ut puto, antiquitus* VII$^{\text{nis}}$ nos) diebus *M;* vinos *C.* — *cf. Varr. de re r. l. II initium:* itaque annum ita diviserunt, ut nonis modo diebus urbanas res usurparent, reliquis septem ut rura colerent. — **3** queis *Iun.;* quos *C.* — sanis *vel* cunctis *M;* sunt *C.* — *f.* sunt *perperam iteratum et l. lacunosus.* — **5** soeraene *M;* serene *C* (surene $H_1$); *ita pg. 169 s. l.* scabres: scroepeo. — surae nec *Ald.* — pedesne *M* (*seq.* ne); pedes *C* (ped *G;* pedes dici c *L; sed* dici c *elutum;* pedes dici $H_1$*; et ita Ald.*). — **6** *cf. Enn. Ann. 47 cum comment.* — **8** alia $H_1$. — dia *Charis. pg. 70; alii;* da *L, G;* de, *m. 2* dea, *H.* — neptis *L.* — tetulisti *Charis.;* netulisti *C.*

215 M.

NVNTIVS generis masculini. ‖ neutro aput aliquos non receptae auctoritatis lectum est, sed doctos.

NERVI masculini sunt, sicuti plerumque. ‖ Nervia, feminini, aput doctos lectum est saepe [verum]. Varro *Ὄνος λύρας*:

Sciéntia
dóceat, quem ad modum ín psalterio éxtendamus nérvias.

Neutri. Varro *Ὄνος λύρας*: ei indicunt suam Breseidem producere, quae eius nervia tractare solebat.

NOVALIA genere neutro Vergilius in Bucolicis:

inpius haec tam culta novalia miles habebit.

‖ Feminino Vergilius Georgicon lib. I:

alternis idem tonsas cessare novalis.

## INCIPIT PER O LITTERAM.

OBSEQVIVM neutro genere habetur. Terentius in Andria:

obséquium amicos, véritas odiúm parit.

OBSEQVENTIA feminino Plautus in Asinaria:

qui mi aúscultabunt, fácient obsequéntiam.

---

9 scriptores non receptae auctoritatis; cf. comm. ‖ 12 Varro *Ὄνος λύρας* ‖ 15 Varro *Ὄνος λύρας* ‖ 17 I, 70 ‖ 19 I, 71 ‖ 22 I, 1, 41 ‖ 24 I, 1, 50.

---

9 Neutri $H_2$, *G.* — apud *C pr.* $L_1$. — **10** est *om.* $H_1$. — aliquos; *f.* aliquot. — *respici probabile est Catull. 63, 75:* geminas deorum ad auris nova nuntia referens. — *cf. quae prooemii capite II sunt exposita.* — **11** sicut *L.* — **12** aput (apud *C pr.* $L_1$) doctos; *cf. Gell. IX, 7, 3:* nervias in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias sonare. — verum, *ut ex seq.* Varro *ortum, delendum.* — Scientia; *sc.* dea. — **14** extend. *Gulielm.;* est tendamus *C.* — **15** *f. olim fuit:* Nervium neutri, *quamquam ipse Non. videtur scripsisse et supra:* feminino aput doctos *et hic:* neutro Varro *omisso utrobique substantivo. cf. comm. in 190, 7.* — *neque inscite suspicatur Quicheratus illud* neutri, *ut ex praecedente* nervias *ductum, delendum et servandum quod infra habent codices* nervias. — *repugnat tamen quod sequitur* Varro ὄνος λύρας *pro eo quod expectes*: idem eodem. — ei indicunt *M* (ei edicunt *Ribbeckius*); et id dicunt *C.* — *quod ad rem, cf. Il. I, 326 sqq.* — Bres. *C;* ut edyllium, Polycletus; Bris. *v.* — **16** nervia *Ald.:* nervias *C.* — tractare *Bentin.;* tracitare $H_1$*;* traciare *rell.* — **19** Georgicorum *H.* — II *C.* — **20** idem *om. L,* $H_1$. — novales $L_2$, $H_1$. — **22** turemtius $L_1$. — **23** ver. edium *G.* — **24** Obsequentiae *lemma restituit Bothius comm. ad Afranii locum; Neukirchius de fabula tog. pg. 236 sq.;* Obsequella *Non.; neque enim librarios eius culpandos docet exemplum Plautinum.* — Obsequentia; Obsequellam *L; porro in sequentibus ubique prior* l *duplici notata puncto;* Obsequelam *G; H; sed in hoc ad* l *appos. punctum et in margine ascript.* L *praemisso puncto, ut sit* Obsequellam, *quod non recte per* Obsequilam *interpretatus est Onionsius. idem huius error in sequentibus, ubi eaedem adiectae notae et in mrg. ad 28, 31, 1, 3 apposita* L, l, l, l. — *unum* l *ubique ed. Bas.* — **25** mihi *C;* mihi *vel* michi *cdd. Pl.* — facient *Plaut.:* faciunt *C.* — obseq. *Gruter.;* obsequellam *cdd. Pl.*

Turpilius Epiclero:

set néqueo ferre hunc díutius
miserári et conquerí nec desse suaé palam obséquentiae.

idem Thrasyleone:

cum intérea nil quicquam á mest praemi néque *preti,*
era, tuaé benignitáti atque obsequéntiae.

Sallustius Histor. lib. II: ibi Fimbriana e seditione qui regi per obsequentiam orationis et || maxime odium Sillae graves carique erant. — Afranius Privigno:

quam míhi sit grata illíus obsequéntia.

OSTREA generis feminini. Lucilius Satyrarum lib. III:

ostrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris.

Turpilius Demetrio:

in ácta coperta álga inoras óstreas.

Varro *Τὶ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐκαιρίας*:

nec múltinummus píscis, ex saló captus,
helóps neque ostrea úlla magna capta†
quivít palatum súscitare.

---

26 Turpilius Epiclero || 29 Turpilius Thrasyleone || 32 Sallustius Hist. II || 2 Afranius Privigno || 4 Lucilius l. III || 6 Turpilius Demetrio || 8 Varro *Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον.*

---

**26. 27** Epiclero *Bentin.;* sed *Me;* etgleros et *C.* — nequeo ferre *Canterus;* neque offerre (offerrae *L*). — **28** miserari (*praec.* ius) *M;* errari *C.* — nec; *sc.* queo. — desse — palam *M;* esse — parum *v.* — suae obsequentiae (obsequentiae *Neukirchius*); *i. e.* proprio officio. — **29** thrasileone *C.* — Thrasyleone *ubique cdd. Non., numquam* Thrasyleonte; *sicut* leonis *dicitur,* chamaeleonis, draconis. — **30** nihil *C.* — quiquam $L_1$. — praemii *C.* — preti *add. M.* — **31** hera *Quicheratus;* erat (*seq.* t) *C.* — benignitati *M;* benignitatis *C.* — obsequentiae *Bothius (id. corr. 216, 3).* — **32** historiae *C.* — Fimbriana e *Me;* fimbriane *L, G;* fimbriana $H_1$*; Paris. 7579;* fimbrianae $H_2$. — **1** obsequillam, *tum* obsequelam *L.* — *quamquam potest recte habere illud* obsequellam, *quod vocabulum antiquum esse confirmat Paulus pg. 192* (*ubi est:* obsequela, obsequium), *tamen cum medium sit interpositum inter exempla haud dubie falsa elocutionis eiusdem, non putavi tolerandum.* — sillae *L, H;* Syllae *ed. Bas.* — graves carique *Paris. 7579; Ald.;* grave scarique $H_1$*;* scarique *rell.* — *cf. Accii Deiphobi v. 314 s. l.* grave, multum. — *interpolatione deceptus Me:* Sullae Scaurique; *neque recte Quicheratus:* grati carique. — **3** ipsius *G.* — **4** *cf. Luc. III, 17—20.* — **5** pelobis $L_1$*; id. m. 2* pelopis. — **7** acta; *i. e.* litore. — coperta *pr. L;* cooperta *rell.* — alga *Palmerius;* age *C.* — *illud* inoras, *quod* sine ore *esse volunt coll. Paul. pg. 114 l.* inori, *valde suspectum.* — **8** *το* (*ιο L; om. G*) *επιπη* (*επιτη G*) *φακη μυρον περι ευcηριαc* (*ευιcηριαc G*) *C.* — **9** *hipponacteos graecanicos agnovit Scal.* — multinummus *Iun.;* multum nummus (m. nunummus *pr. L) C.* — sala *H ex corr.; G;* sola *L.* — **10** helops *Bentin.;* helaps *C.* — hostrea *H.* — ulla *Iun.;* illa *C.* — capta; captata *Scal.; quod propter illud* captus *valde displicet.* — *itaque perperam repetito eo quod est* captus *vera scriptura videtur esse extrusa. f. olim fuit* Lucrina *sive quod Buechelero placuit* Baiana (*praec.* na). — **11** *f.* quibit.

Afranius Excepto:

concás, echinos, óstreas marínas.

M. Tullius in Hortensio: sollertiam eam, quae posset vel in tegulis proseminare ostreas. — Varro Sexagesi:

tunc núptiaé vidébant óstriám Lucrínam.

|| Neutri. Lucilius Satyrarum lib. VIIII:

quin ergo, si ostrea ceno,
non norim fluvium, limum ac caenum sapere ipsum?

idem lib. XIII:

hoc fit idem in cena. dabis ostrea milibu' nummum
empta?

Varro *Ἕως πότε, περὶ ὡρῶν*:

non posse ostrea se Romae praebere et ecinos.

OVES generis feminini, ut plerumque. || Masculini. Varro Rerum humanarum lib. XXIII: ut etiam annotant illos, qui oves duos, non duas dicunt, Homerum secutos, qui ait:

*πολλοὶ δ' ὄϊες.*

idem: *M.* Terentio, quando citatus neque respondit neque excusatus est, ei ego unum ovem multam dico.

OBSIDIO feminino. Vergilius Aeneidos lib. III:

cingique urbem obsidione videret.

|| Neutro Ennius:

cum saevo obsidio magnus Titanu' premebat.

---

12 Afranius Excepto || 13 M. Tullius Hortensio || 15 Varro Sexagesi || 17 Lucilius l. VIIII || 20 Lucilius l. XIII || 23 Varro *Ἕως πότε* || 25 Varro Rer. hum. XXIII || 27 Homerus (Il. XXIII, 31) || 29 Varro (cf. comm.) || 31 III, 52 || 33 Ennius.

---

12 excepto quod $H_1$. — **13** *pars iambici octon. vel septen.* — ethinos $H_1$. — **14** sollertiam eam, quae (qua *Iun.*) *docti ap. Cic.*; sollertiamque eam *C.* — *cet. cf. comm. in 194, 12.* — **16** ostream *Iun.*; ostrinam *(ut lemma* $L_1$, $H_1$*) C.* — *v. agnovit Meinekius.* — *cf. comm. in 212, 26.* — **18** quin ergo *M* (ergo *Lachm. comm. Lucr. pg. 122*); quid ego *C.* — o. caeno *I. Dousa;* cerno o. *C.* — **19** cognorim *Bentin.;* cognorit *C.* — cenum *C.* — *de sententia horum verborum cf. comm. in Luc. IX, 8.* — **21** ho fit *L*, $H_1$. — **23** eos pote *C.* — **24** ecinos *C.* — **25** *cf. Gell. XI, 1, 4.* — plerumq: (*vel* plerum) quae *pr. L.* — **26** XXVII *L;* XXII $H_1$*; Paris. 7579.* — annotant illos *M;* nutantibus (*praec.* am) *C.* — **28** *νομοιαοεc L*, $H_1$; *πομοιαοεc* $H_2$; *πομοι δ οεc ed. Bas.; corr. Iun.* — **29. 30** *libris Rer. hum. probabiliter adscripsere docti, et quidem XXI coll. Gell. l. m. 5 Kretzschmerus; XXIII Mirschius.* — M. (*praec.* m) *add. Iun. ex Gell. l. m.* — excusatus *Gell.;* excitatus *C.* — ei ego *Iun.;* ego ei *Gell.;* eum ego *C.* — **34** saevo *Iun.;* suo *C.* — Titanu' *Merula;* titanum *C.*

## INCIPIT PER P LITTERAM.

PVTEI sunt genere masculino. Vergilius Georg. lib. III:

ad puteos aut alta greges ad stagna iubeto
currentem ilignis potare canalibus undam. ||

|| Neutro Varro Gallo ad Fundanium, de miris: secundo, de stativis aquis, ut sunt lacus et stagna et putea et maria.

PISCATIO generis, ut saepe, feminini. || Piscatus masculini. Cicero de finibus bonorum et malorum lib. II: istius generis asotos iocunde putat vivere: mundos, elegantis, optumis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione.

PVLVIS generis masculini, ut saepe. || Feminini. Ennius Annalium lib. VIII:

iamque fere pulvis ad caelum vasta vegetur.

idem lib. VIIII:

[iamque fere] pulvis fulva volat.

POSTICAM feminino genere consuetudine appellamus. Lucilius Satyrarum lib. III:

non peperit, verum postica parte profudit.

Varro *Ταφῇ Μενίππου*: perrexit *in* interioris partis domuis posticae, ut ait Plautus, penitissimae. || Neutro Titinius in Veliterna dici probat:

atque dúo postica, quaé loco
mercéde.

idem Fullonibus:

---

36 III, 329 || 1 Varro Gallo ad Fundanium || 4 II, 8, 23 || 7 Ennius Ann. VIII || 10 Ennius Ann. IX || 13 Lucilius l. III || 15 Varro *Ταφῇ Μενίππου* || 16 Plautus; cf. comm. || Titinius Veliterna || 20 Titinius Fullonibus.

---

37. 38 a put. *L.* — aut alta *om.* $H_1$. — iubebo *pars cdd. V.* — iubet occurrentem *L.* — currente in *G.* — ilignis $H_1$; elignis *rell.; P ap. V.* — portare *L,* $H_1$. — 1 G. ad F. *M;* gallo vel *(om. L)* fundanio *C.* — 2 stagnae *L,* $H_1$. — putei *C.* — mari *L.* — 3 feminino *L.* — 4 *praec. ap. Cicer.* nemo nostrum. — 5 iocundae $H_1$; $L_1$; iucundae $H_2$; iucunde *rell.* — mundo *H.* — eleganus *L;* selegantis $H_1$; seligantis *id. m. 2;* eligantis *G.* — cocis $H_1$; cogis *rell.* — 6 *seq. ap. Cic.* — vitantis cruditatem. — 7. 8 masculino $L_1$. — Annalium lib. VIII *Quicheratus;* lib. VIII Annalium *C.* — 9 vegetur *Bergkius;* videtur *C.* — 11 iamque fere *del. Hugius.* — 12 consuitudine *L.* — 13 IIII *pr. H.* — 14 peperi $H_1$. — verum *Bentin.;* virum *C.* — profudit *C. Barthius;* profundit $H_2$; *G;* protundit $H_1$; pro Tundit (T *rubrum*) *L.* — 15 Varro; *cf. 491 l.* domuis. — tafe minippu *C.* — perrepsit (perepsit *Paris. 7579*) *Quicheratus, f. recte;* perrexit *cdd. etiam 491.* — in *h. l. om. C.* — domus *hic idem.* — 16 ut ait Plautus; *cf. Pers. IV, 3, 53; 71:* ex Arabia penitissuma. — penitissimae *Me;* penitissime *C.* — Tit. neutro *C.* — 20 *cf. 366* patibulum.

síquis hodie praéter hac postícum nostrum pépulerit.

Lucilius lib. VIII:

pistrinum adpositum; posticum, cella, culina.

Varro Prometheo libero: detrimenta cibi qua exeirent per posticum, canalem feci.

PARTVS masculini est generis. Vergilius:

quin idem Veneri partus suus et Paris alter.

|| Partitudo et Partio feminini. Plautus Aulularia:

probrúm, propinqua pártitudo cui ádpetit.

idem in eadem:

núnc probrum atque pártitudo própe adest.

Afranius Vopisco:

nón dolorum pártionis véniet in mentém tibi,
quós misella pértulisti, ut pártum proicerét pater.

Plautus Truculento:

horrésco misera, méntio || quotiéns fit partiónis.

PRAESEPIA neutri sunt generis. Vergilius lib. XI:

qualis ubi abruptis fugit praesepia vinclis.

|| Feminino Plautus in Curculione:

quin réciperet se huc éssum ad praesepím suam.

---

22 Lucilius l. VIII || 24 Varro Prometheo libero || 26 Aeneid. VII, 321 || 28 I, 1, 36 || 30 II, 3, 9 || 32 Afranius Vopisco || 35 I, 2, 93 || 2 Aeneid. XI, 492 || 4 II, 1, 13.

---

22 si quisquam *cdd. melius 366.* — praeterhac *C. F. G. Muellerus;* praeter has *cdd. h. l.;* praeter hanc *366.* — poepulerit *pr. Hs;* pepullerit *Hqo.* — **23** pristrinum *L.* — adp. *C.* — cella *Gulielm.;* sella *C.* — **24** lib. II (II *in ras.* $L_1$) *C.* — detr. *M;* retr. *H, G;* trimenta *L;* recrementa *Popma; cf. Gell. XVII, 11, 2.* — quae *L,* $H_1$. — exirent *Popma;* exierint *C* (exierunt *Lr*). — **25** canalem *Ruhnkenius ad Xenoph. Memorab. I, 4, 6;* vallem *C* (*praec.* cum). — **27** idem venerit *L, H.* — **28** Paritudo *C.* — partitio, *m. 2* paritio *H.* —.feminino *C.* — alularia $L_1$. — **29** *praec. ap. Pl.:* neque iam quo pacto celem erilis filiae. — cui *etiam Plauti libri.* — **31** nam *unus ex mel. Pl. libris; cf. Goetzium l. m.* — pactitudo *G, Hqo.* — probe *G.* — abest *I. Dousa;* ad. *in cdd. Pl. ex priore v. vid. irrepsisse.* — **33** partitionis $H_1$. — venit *Both.* — *de Vopisco dicetur comm. ad 493 l.* effigia. — *verba ad matrem data, quibus exprobraretur viro, qui divortium cum ea fecerat post vopiscum editum, sed in gratiam redire cupiebat, facti pristini saevitia.* — **34** misella *M;* miserula *Bothius;* misera *C;* quos tu misera *Hermannus.* — **35** Plaut.; *cf. Prisc. pg. 710.* — troculento $L_1$. — **1** sentio *B, C, D; non A;* mentionem *Prisc.* (*qui et* miseram). — quotiens fit *Ambros.; Prisc.;* quod diis fit *B, C, D;* quod fit *cdd. Non., et ipse f. Non.* — *f. olim fuit* quando. — parationis *ap. Pl. B, C, D.* — **4** *cf. Charis. pg. 59.* — **5** essum *Fleckeisenus;* esum *cdd. Pl. et Char.;* cessum (*praec.* c) *C;* cessim *Passerat.* — praesepium $H_1$*;* praesepiam *Ald.;* praesepem *Char.;* presepem (presepe) *cdd. Pl.*

218 M.

idem:

ád meum erum arbitrúm vocat me hic íntra praesepeís meas.

Varro de re rustica lib. I: contra hic laudabatur ab illis, si habebat culinam rusticam bonam, praesepim latam, cellam vinariam.

PANIS consuetudine masculino genere appellatur. || Neutro Plautus in Curculione:

haéc sunt ventris stábilimenta, páne et assa búbula.

PINGVE est, pro pinguis est, neutrum pro alio genere positum. Novius Tripertita:

si aútem pinguest, mále cubandumst . . putent pántices.

PERDIX * * * et masculino genere dici potest. Varro in Admirandis: perdicas Boeotios.

PALPEBRVM genere neutro consuetudo dici vult. || Palpebrae feminino Lucretius lib. IIII:

brachia palpebraeque cadunt poplitesque cubanti.

Varro Papia papae, περὶ ἐγκωμίων:

quos cálliblepharo náturali pálpebrae
cinctaé vallatos móbili septó tenent.

M. Tullius de deorum natura lib. II: munitaeque sunt palpebrae [quae] tamquam vallo pilorum.

PANNVS usu generis masculini. || Neutro Novius Tabellaria:

---

6 Rudent. IV, 3, 99 || 8 I, 13, 6 || 11 II, 3, 88 || 14 Novius Tripertita || 16 Varro Admirandis || 19 IV, 952 || 21 Varro Papia papae || 24 II, 57, 143 || 26 Novius Tabellaria.

---

**7** intra intra (*supra scr.* in $Hs_2$) praesepias *C.* — **8** contra — illis *N.;* quae nunc sunt pleraque contra. illic laudabatur villa *Varro.* — si *V.;* is (his $H_1$; ir $L_1$) *C.* — **9** bonam *Varro;* vinam *C* (unam $H_1$); unam praesepim latam *Me.* — praesepiis laxas *cdd. Varr.* — **11** culeone, *supra scr.* cur $L_1$. — **12** ventri *cdd. Pl.* — stabulimenta $L_1$. — panem *cdd. Pl.* — **13** *cf. 198 l.* culest *cum comment.* — generi $L_1$. — **14** nevius *Vrbin. 308.* — tripertita *cdd. 517 s. l.* desubito; triperdita *h. l.* — **15** pantices *Iun.;* panticas *L, H;* ponticas *G.* — **16** *l. olim tale videtur fuisse:* Perdix usu generis feminini. sed et *e. q. s.; cf. Prisc. pg. 658; auct. de dubiis nomin. gr. lat. V, 587.* — **17** Boeotios *Bentin.;* veotios (veocios $H_1$) *C.* — **18** Palfebrum $L_1$. — **18—25** *illa* Palpebrae (Palfebre $L_1$) — pilorum *in cdd. posita post v. 31, h. e. post finem l.* purpurissum. — *in suum locum revocavit Ald.* — **20** bracchia *cdd. Lucr.* — palfebrae quae *L; id. m. 2* palpebrae quae; palpebre quae (*m. 2* que) *H;* palpebraequae *G.* — poplitisque cavanti *C; corr. docti ex Lucr.; ap. quem secuntur haec*: saepe tamen summittuntur virisque resolvunt. — **21** ενκωμιων (ενκωμιον $H_1$) *C.* — **22** call. *Iun.;* calliblefaron (*seq.* n) *C.* — palf. $L_1$. — **23** cinctae *Scal.;* tinctae *v.* — vallatos *cd. N. Fabri; Passerat.; Scal.;* vallato *C.* — mobili septo *Passerat.; Scal.* (septo *iam Iun.*); mobilis septos *C.* — **24** de deorum natura *Me;* de oratore *C.* — palfebrae $L_1$. — **25** quae *om. ap. Cic.* — tanquam *L, G.*

quí habet uxorém sine dote, pánnum positum in púrpurast.

PVRPVRISSVM genere neutro Afranius Omine:

cedo púrpurissum.

|| Feminino Novius Sannionibus:

ínlino cretám, cerussam, púrpurissam.

PERMITIES generis feminini. Lucilius Satyrarum lib. II:

pestem permitiemque catax quam et Maniu' nobeis. ||

|| Neutri. Accius Melanippo:

parátus sum, ubi vis, pétere partem pérmiti.

PALVMBES feminino Vergilius in Bucolicis:

nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes.

|| Masculino Lucilius lib. XIIII:

macrosque palumbes.

Plautus Bacchidibus:

quia enim intéllego:
duae unum† expetitís palumbem.

Pomponius Divite:

quó palumbem [unum] ex óre tollit?

PIGROR generis masculini. Lucilius Satyrarum lib. X:

---

28 Afranius Omine || 30 Novius Sannionibus || 32 Lucilius l. II || 1 Accius Melanippo || 3 I, 57 || 5 Lucilius l. XIIII || 7 I, 1, 17 || 10 Pomponius Divite || 12 Lucilius l. X.

---

27 qui; *cf. Enn.:* ea libertas est, qui pectus purum et firmum gestitat. — ux., *sc.* pulchram. — **28** hom. *C.* — **30** N. *Me;* nevius *C.* — S.; *cf. Cic. de or. II, 61, 251.* — **31** creto *L.* — purpurissum *L*, $G_2$. — **32** permites $L_1$; Pernities, n *ex* m *facto G; idem bis infra.* — Luc.; *cf. 25 l.* catax. — **33** pesmitiemque $L_1$. — *post hoc v. radendo* ae *videtur delet. in G.* — Manlius *cdd. l. utroque.* — nobis *id. pg. 25; hic H, G* novius (novis *pr. H*); *L* novus. — **1** melaneppo $L_1$; malanippo $H_1$; *id. m. 2* maelanippo; menalippo *G.* — **2** partem *M;* pestem *v.* — permiti *Ribbeckius* (*nominativus* permitium; *ut supra* lanitium *pro* lanitia, lanities) permities (pern.) *C.* — **3** Palumbes *Quicheratus;* Palumbi (alumbi *G*) *C* (*seq.* f). — *cet. cf. Char. pg. 82.* — **4** palumbis $L_1$. — **5** Lucilius XIIII *Neapol. Char.;* Lucilius XVI *Cauchianus.* — **6** palumbos *cd. Charis.; in exc. orthogr. pg. 2796 cd. Paris.:* palumbes; *Montepessul. et Lugdun.:* palumbos. *ab ipso tamen Charisio editum* palumbes *docent ea quae secuntur.* — **7** baccidibus $H_1$; *pr. L.* — **8** qui *C.* — **9** duae unum expetitis palumbem; *ita etiam Pl. cdd. — et hoc quidem constat non tolerandum hiatum. praeterea vix posse explicari cur duas unum expetere dicat h. l. Plautus iudicat C. F. W. Muellerus. relicua incerta, cum praesertim etiam altera pars versus graviorem traxerit corruptelam.* — **10** Divite *Bothius;* de vitae *C.* — **11** unum, *ut ex v. 9 huc illatum, secl. M.* — *fuit qui coniceret:* quo palumbem unum ec re (ex re, with c written above) tollit? — **12** saturarum $L_1$.

219 M.

obrepsitque pigror, languor torporque vietus.

|| Feminini [pigritia] * * *

PIGRET. Ennius lib. XVI:

post aetate pigret supferre laborem.

Accius Clytemestra:

. ómnes gaudent fácere recte, mále pigrent.

PALI genere masculino. || Neutro Varro Flaxtabulis, *περὶ ἐπαρχιῶν*: quid? tu non vides in vineis quod tria pala habeant tripales dici?

PERICVLVM generis neutri. Terentius in Andria:

ad stúc periclum in fília fierí gravest.

|| Periclitatio feminini. M. Tullius de deorum natura lib. II: sicut ex quibusdam stirpibus et herbis, quarum utilitatis longinqui temporis usu et periclitatione percepimus.

PARATVS generis masculini. || Paratio feminini. Afranius Privigno:

siléntio opus est; núlla enimst parátio.

PENVS generis feminini. Lucilius:

magna penus parvo spatio consumpta peribit. ||

---

15 Ennius Ann. XVI || 17 Accius Clytemestra || 19 Varro Flaxtabulis || 22 III, 3, 34 || 24 II, 64, 161 || 27 Afranius Privigno || 30 Lucilius.

---

13 obrepsitque *(ita Iun.)* pigror, languor torporque vietus *M; at C:* languor (langor *G*) obressitque (obressit quae *L*) pigror (pigor $G_1$) torporque quietis (quietus *ante rasur. G*). — *quod dicit Hauptius Observat. crit. pg. 45 in Parisino antiquissimo esse* obrepsit *et* quietus, *res eum fefellit. nam P hic deficit. — abundantiam synonymorum in tragicis latinis videtur irridere Luc.* — vietus *producta secunda; cf. de re m. 257.* — **14** *illa* Feminini pigritia *huc traiecit Quicheratus; in libris leguntur post v. 18;* pigritia *secl. M.* — **15—18** *ex secundo capite translata facile apparet. et habuerunt haud dubie locum pg. 153 vel ante l.* pigrare *vel post. — huc autem traiecta extitere causa cur et l.* pigritia *deturbaretur loco suo et exempla addita exciderent.* — **15. 16. 18** *puto* Piget; piget; pigent. — *cf. 475 l.* paenitebunt. — **16** potestate *L,* $H_1$. — supferre $L_1$; sufferre $L_2$, *H;* subferre *ed. Bas.* — **17** tytesemestra (tite semestra *H*) *C.* — **18** *f.* at omnes (*praec.* a). — male (*sc.* facere) *Bothius;* mali *C.* — **19** masculino $H_1$; feminino *L,* $H_2$, *G.* — Neutri *L,* $H_2$. — flaxtabilis $H_1$. — **20. 21** επαρχιον *C.* — quid *e. q. s.; haec sine ulla mutatione in trochaicos possunt redigi numeros sic:* quid? tu nón vides in víneis | quód tria pala habeánt tripales díci? — tripales *v.;* tripalles *C.* — **23** at *C pr.* $L_1$ *et Ho.* — istuc *cdd. Ter.;* stuc *C.* — periculum fieri in filia grave est *C.* — **24** M. Tull.; *cf. 364 l.* periculum, experimentum. — **25** sucut $L_1$. — surpibus *L;* sirpibus *G.* — longiqui *pr. L.* — **29** enim est *vel* mi est *Ribbeckius;* inest *v.* — **30** Luc.; *cf. Prisc. 659; 713.* — *qui et ipse omisso numero libri auctores adfert Donatum et Caprum.* — **31** parvo *Prisc.;* varro $H_1$; pervo $H_2$; *G;* per vos *L.* — spacio $L_1$.

Masculini. Pomponius Dotata:

> únum penem, quei ómnem ceterum álium praeberém penum.

Novius Dotata:

> meum ín penum conpónam satiust.

|| Neutri etiam lectum est aput plurimos, quorum || auctoritas non probatur.

POLYPVS, generis *masculini.* || Feminini. Lucilius lib. XXVIIII:

> paulisper comedent iam haec sese, ut polypus, ipsa.

PAVPERTAS generis feminini. || Neutri. Caecilius Plocio:

> ibo ád forum et paupérii tutelám geram.

PAPAVER· neutri. Vergilius:

> spargens umida mella soporiferumque papaver.

|| Masculini. Varro Admirandis: infriasse [ne] papaverem. — Plautus:

> quam sí formicis óbicias papáverem.

PILLEVS generis masculini. Plautus Captivis:

> pílleum, quem habuít, deripuit eúmque ad caelum sústulit.

---

32 Pomponius Dotata || 34 Novius Dotata || 1 scriptores, quorum auctoritas non probatur || 3 Lucilius l. XXVIIII || 5 Caecilius Plocio || 7 Aen. IV, 486 || 9 Varro Admirandis || 9 Trinumm. II, 4, 8 || 11 Plautus Captivis.

---

32 Dotata *Palmer.; Me; quae etiam alias a Non. citatur fabula;* Dotali *Bothius.* — 33 *ita M* — penum quae *C.* — alium *Palmer.;* aliam *C.* — praebere in penum $L_2$. — *verba haec esse hominis luxuria ad egestatem redacti et ob id uxorem locupletem captantis de re m. 429 est monitum., praecessere ut puta haec:* feneratores liquerunt cunctis solum de bonis. — 34 D. *Palmer.; Me;* dofacta *C.* — 35 meum in penum *Ald.;* mea in penum (in poenum *H;* impenum *G*) $L_2$; $H_1$; $G_2$; meam penum $L_1$; $G_1$; meam poenum $H_2$. — conp. *suspensum a* satiust. — satiust *M;* satius est *C.* — 1 *potius* Neutro. — apud *C pr.* $L_1$. — a. pl.; *cf. pg. 51 l.* penus: penoris (sic enim a plurimis declinatum est); *Gell. IV, 1, 2* nam et 'hoc penus' et 'haec penus' et 'huius peni' et 'huius penoris' veteres dictaverunt; *ib. 23* esse ea sola penoris putat (Masurius Sabinus). — *ceterum cum ex Char. 57 et Priscian. 659 (cf. et 713) constet apud Plautum et Afranium, poetas auctoritatis minime obscurae,* penum *lectum neutro, apparet etiam hic Non. socordia ductum, quod Gellius non attulisset exempla notorum auctorum neutri gen. adhibiti, posuisse ea quae in fine lemmatis leguntur.* — 3 masc. *add. Quicheratus.* — 4 *n. N.* — comedent iam *Gerlachius (comedendi verbum a Scal. inventum);* cui medemtia (medemptia *G*) medem *C.* — sese *M;* se *C.* — ipsa *nominativus.* — 5 Neutri; *n. N.* — plochio *C.* — 6 pauperii (*ut* dii, facii) *Ribbeckius;* pauperi *C;* pauperie *Caec.* — 7 Verg.; *cf. 404 l.* spargere. — 9 Varro; *cf. Char. pg. 64:* Varro in Admirandis. — Admirandis *Iun.;* noprandis *L*, $H_1$; adnoprandis $H_2$, *G.* — ne *om. Char.; del. h. l. Scal.* — Pl.; *cf. Char. pg. 64.* — 10 quam *cdd. Pl.; Char.;* an (*pro* cam *puto*) *C.* — papaveram $H_1$. — quam si tu ob. form. papaverem *cdd. Pl. cum A; Char.* — 12 deripuit *v. ap. Pl.;* diripuit (dirr. $L_1$) *C.* — sustulit *Bothius;* tollit *C.*

|| Neutri. Plautus Cornicula:

en, te óbsecro,
Lýde, pilleúm meum, mi sodális, mea salúbritas.

PROSECTA, exta quae aris dantur ex fibris pecudum dissecta, sunt generis neutri. Aemilius Macer in Ornithogonia:

Vulcani tosta vapore
cum virgis prosecta ferunt.

|| Feminino Lucilius lib. XIIII:

cenam, inquit, nullam neque divo proseciam ullam.

Varro Rerum divinarum lib. XI: prosiciem extorum vel in mensam porrigere.

PEDIS, quem nos pediculum dicimus, generis masculini est. Novius:

est pédis unus íngens in nasó..

|| Feminino Plautus Vidularia:

ubi quámque pedem víderat, supfúrabatur ómnis.

PLVVIA, ut saepe, generis feminini. Vergilius Georg. lib. I:

tum cornix plena pluviam vocat inproba voce.

|| Masculini. Laberius Late loquente:

quí pedem ex tabérna tulimus, tántus cum instarét pluor. ||

PASTILLVS masculino Novius Mania medica:

'lacrimaé calent.' —
'cadét pastillus.'

---

13 Plautus Cornicula || 17 Aemilius Macer Ornithogonia || 20 Lucilius l. XIIII || 22 Varro Rer. divin. XI || 25 Novius || 27 Plautus Vidularia || 29 I, 388 || 31 Laberius Late loquente || 1 Novius Mania medica.

---

**13. 14** Cornic. (*pro* Cornicula): en *Ritsch. Parerg. pg. 155;* cornicen $L_1$*;* cornicem *rell.;* Cornicularia *Bentin.* — **15** lide *H;* nide *G.* — pilleum m.; *vocativus.* — **17** Aemilius *Voss.; cf. 518 l.* picumnus; licinius (lucinius $H_1$) *C.* — hornithogonia (hornito gonia $H_1$) *C.* — **18** vulgani *H;* vulgari *Paris. 7579.* — **19** cum fibris *Palmer.* — prosecta; pro *in ras. L.* — **21** inquin (*seq.* n) *L;* inqui (*pro* inquit) *prius M.* — proseciam *M;* prosiciem *Scal.;* prosectam (prosecam *pr. L*) *C.* — **22. 23** Varro; *videtur intercidisse exempl. petit. ex libris de v. p. R.* — Rerum *Ald.;* ertipr̃ *H; G;* ertipr., *virgula supra* tipr. *addita, L.* — immensam $L_2$, *G;* in mensa *H.* — **24** est *om.* $L_1$. — **28** *f.* ubiquomque. — viderat *Fleckeisenus Ann. philol. a. 1861 pg. 575;* videbat *C.* — subpurabatur $L_1$*; id. m. 2* suppur.; suffurabatur $H_2$, *G.* — **30** tunc (*seq.* c) *L, G.* — pluvia *L, G;* pluviam *Hs;* pluiam *Ho.* — **31** Late loquente; *cf. comm. in 150 l.* popularia. — **32** instaret *M. Hauptius;* staret *C.* — **1** Pastillus *M;* Pestillus *L;* Pistillus *H, G.* — nouris *L.* — minia *C; cf. 154 l.* praesente. — **2** calent *M;* cadent (cadunt $G_1$) *C* (lacrima et addent *cd. Cuiac.*). — **3** cadet pastillus *cd. Cuiacii;* calet pistillus *C.* — *lamentanti mulieri respondet cavillator, nisi flere desinat, fore ut pastillus, quem formae conservandae causa induxerat ori, madore corruptus cadat.*

idem Fullonibus:

testas, pátinas, pastillós mihi
cantant.

|| Neutro Munatius: pastillum grande est.

PROPAGO, PROPAGES, ut saepe, generis est feminini. Pacuvius Antiopa:

salvéte, gemini, méa propages sánguinis.

|| Neutri. Ennius:

nobeis unde forent fructus vitaeque propagen?

PATIBVLVM genere neutro. || Masculino Licinus Rerum Romanarum lib. XXI: [deligat] ad patibulos deligantur et circumferuntur,† cruci defiguntur. — Plautus Carbonaria:

pátibulum ferát per urbem, deínde adfigatúr cruci.

## INCIPIT PER R LITTERAM.

RICTVS generis est masculini. Titinius:

cálve, exporge fróntem; semper hábeat facito *rísum* rictus.

RICTA neutri. Lucretius lib. V:

mollia ricta tremunt, duros nudantia dentes.

M. Tullius de Signis: ut rictum mentumque eius paulo sit adtritius.

---

4 Novius Fullonibus || 7 Munatius; cf. comm. || 8 Pacuvius Antiopa || 11 Ennius || 13 Licinus Rer. Rom. XXI || 15 Plautus Carbonaria || 18 Titinius || 20 V, 1064 || 22 IV, 43, 94.

---

nam saepe videmus
illorum spoliis vepres volitantibus auctas.

VADVM generis neutri. Vergilius Aeneidos lib. I:

in vada caeca tulit.

|| Masculini. Sallustius Historiarum lib. I: et mox Fufidius adveniens cum legionibus postquam tantas spiras, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hosti quam suis oportuniora videt.

VESPERA feminini. *Novius* Dotata:

tér manus meas véspera
oriénte clanclum férri ad speciem délino.

---

11 Aen. VII, 609 || 13 Aen. VIII, 645 || 15 Pomponius Porco; cf. comm. || 18 IV, 61 || 21 I, 536 || 23 Sallustius Hist. I || 26 Novius Dotata; cf. comm.

---

9 num *M;* ne *v.; f.* nei. — agitare *Gerlachius;* agitarem (*seq.* m) C. — **10** pessulum *Gerlachius;* pessulus *C.* — poscis *I. Dousa;* possis *C.* — cuneis opus *iam scripsi; in Lucilii ed.* cuneost opus ipso (cuneo ipso *Iun.*)*; sed illud* ipso *parum hic videtur aptum.* — **12** *excidit:* Vectis feminini; *cf. Caper de verb. dub. pg. 2250:* vectes hae et hi, ut veteres. — **14** parsi *L.* — orabant *G.* — **15. 16** Porco *Bothius;* porto *C* (Portitore *Iun.*); *cf. 40 l.* cossim, *ubi eadem fabula audit* Porcaria. *ap. Gell. XVIII, 6* Porcetra *memoratur ut Pomponii fabula. quae si eadem est cum* Porcaria, *h. l. erit scribendum* Porca. — per hypocorisma *G;* per hipocorisma $H_2$*;* per ipocori $H_1$*;* per hipocons *L;* peri pocons *Ald.* — decedo cac. *om. L;* $H_1$*; Ald.;* decaelo, *tum* decaedo $H_2$ (accius porto peripetoris male cedo cacatum *Vrbin. 308*). — **17** a *(add. M)* vepre (vepra *C*) est veprecula *uncis incl. M.* — *apparet in archetypo locum fuisse obscurum adeoque ipsa verba Pomponii praeter duo hausta.* — *frustra igitur fuere docti; e quibus ingeniosiores ceteris, excepto quod metrum laborat, Iunius* vipera est in veprecula; *Scal.* prope est veprecula *scripsere.* — vide, prope est veprecula *Munkius.* — **20** volatantibus $H_1$. — **21** aenei *L;* Aen. *ed. Bas.* — **22** in vade *L.* — **23** Salustius $L_1$. — *de verbis conf. Kritz. ad I, 68.* — et uox *L.* — Fufidius; *cf. Plut. Sertor. cap. 12.* — stipidius *an* fupidius *habeat L non sat constat.* — **24** tantas spiras; *cf. Fest. pg. 330 s. l.* spira; *comm. in Enn. Ann. 502.* — tantas asperitates *Iun.;* cautes asperas *Quicheratus.* — **25** suadum *L.* — oportunio pavidet *L.* — **26** feminino $H_2$*, G.* — *Novii vel Pomponii nomen haustum videtur.* — Dotata *Scal.* (*qui* Turpilius Dotata: manus); Atta *Me;* optatum *C.* — **27** ter manus *(cf. supra) M;* germanus *C.* — **28** clanclum (*ut* circlus) *M;* clamculum $L_1$*;* $H_1$*;* clanc. $L_2$*;* $H_2$*; G.* — *agitur de homine delicato et nuptiarum locupletium cupido, qui antequam ad puellam viseret summa cura*

|| Masculini. Plautus in Amphitryone:

haec íllis est pugnáta pugna† úsque a mani ad vésperum.

Vergilius Georgicorum lib. III:

cum frigidus aethera vesper
temperat.

Terentius Heautontimorumeno:

numquám tam mane egrédior neque tam vésperi
domúm revortor.

VTRES usu generis masculini tantummodo deputantur. || Neutri. Lucilius:

Andronis flacci leget utria.

VIGILIAE generis feminini sunt, ut plerumque. || Neutri. Varro in Endymionibus: animum || mitto speculatum tota urbe, ut, quid facerent homines, cum experrecti sint, me faceret certiorem; siquis melius operam insumeret, ut eius consilio potius vigilium adminicularem nostrum. quid vidit aliud curantem extremo noctis tempore * * *

[VICTVS, pro vita positum, genere masculino. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. V: persecutus Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras.]

---

29 I, 1, 97 || 31 III, 336 || 34 I, 1, 15 || 38 Lucilius || 40 Varro Endymionibus || 6 V, 4, 10.

---

*corpus suum exornare soleret. cf. Ov. Art. am. III, 433 sqq.* — **30** illic *cdd. Plaut. plerique;* illi *E.* — pugna; *ad hiatum removendum* inde a mani usque *Goetz.;* abusque m. *Pylades.* — ad mani $H_1$; ad mane *Ald.;* amane *cdd. Pl.* — **31** georḡ. *L;* Georg. *ed. Bas.* — **32** aethera $H_1$; aetra *L;* aethra $H_2$; *G;* aera *cdd. Verg.* — **34** heautontimorumenon (*add. L* libro VII) *C.* — **35. 36** *ita Ter.;* n. t. m. domo egr. neque tam vesperi revortor (vesper trevortor *L;* vesperi revertor $H_1$) *C.* — **37** tantummodi $L_1$. — **38. 39** *male Iun.:* Livius Andronicus: Flacci teget utria; *numquam enim* Andronicus *vocatur ille a Nonio.* — Andronis flacci *M* (flacci *iam Ald.*); andronius flacchi *C.* — leget (*id est* surripiet; *cf. comm. in Luc. inc. libr. frgm. LVI*) *Scriver.* (androgynus Flacci leget utria); teget *C.* — **1** endimionibus *C* (endimionibilis $L_1$). — *fuit qui coniceret* amicum. — animum meum mitto *Scal.* — orbe $L_1$. — **2** facerent *v.;* facere ne *C;* facerem *non bene Rothius.* — sint; *puto* sunt. — faceret *v.;* facere *C.* — cerciorem $L_1$. — **3** me melius *Scal.* — insumeret (*praec.* m) *M* (sumeret *Passerat., Scal.*); superet *C.* — vigilium *v.;* vigilius *C* (vigilias $L_2$). — adminicultarem $H_1$; amminicularem $H_2$; *G;* amminicutarem *L.* — **4** qui videt $H_1$; *edd. ante Basil.* — alium $H_1$; aliad, ad *ex* ud *facto (sic), L.* — curantem *Rothius;* curvantem *C.* — extremo noctis tempore *Iun.;* extrema noctis tempori *C.* — *sententia fortasse ipsius Nonii culpa manca, qui potuit concludere exemplum verbo* nostrum. — *sequebantur ut puta:* nisi quo potissimum modo rem pararet. *cf. Hor. Epist. I, 1, 53 sqq.; ib. 65 sqq.* — **5. 6. 7** *haec ab interpolatore suspicor addita, cum eis cum relicuis mutati generis exemplis, quotquot posuit in hoc capite Nonius, non conveniat.* — Vitus $L_1$. — pro victa $H_1$. — persecutus est *cdd. Baiteri praeter Palatinum recentiorem.* — ariscotelis ainimantium $L_1$. — ortus fictus $L_1$. — Finit Nonii Marcelli Peripatetici de indiscretis generibus per litteras ad filium *H.*

# IV.

# INCIPIT

# DE VARIA SIGNIFICATIONE SERMONVM

## PER LITTERAS.

## INCIPIT PER A LITTERAM.

ADVORSVM contra significat. Terentius [in] Adelphis:

neque sérvulorum quísquam, qui advorsum íerant.

---

13 I, 1, 2.

---

*Sequitur caput longe amplissimum (nam plus tertia parte continet totius operis) idemque gravissimum. — argumento quantum differat a primo et secundo, item ab aliis locis Compendiosae Doctrinae, ubi paraphrases proponuntur elocutionum, ipso indicatur titulo. — fontibus autem usus est Nonius obscuris quidem plerumque et incertis, neglecto, ut plurimum, Gellio, sed saepius egregiis. — et quamquam stuporis fidem superantis ne in hac quidem parte desunt exempla (neque ullum est magis vulgatum vitium inter grammaticos quam in explicandis scriptoribus supponere sensus, non exponere), tamen, nisi labor animi, maiore nonnihil cura et sollertia in ea videtur esse versatus, pariter atque in quinta et sexta; quas inter priores duodecim tempore esse ultimas facile possis persuadere animo. — porro notandum Ciceronem et Vergilium, cum et alibi multum memorentur, hic tamen longe citari frequentissime. cuius quidem rei causa in aperto est. — quod autem dicit Mercerus caput hoc fere totum propria constare lectione Nonii, fefellit eum opinio. ac potius agnoscas hominem perinde atque ante libris aliorum grammaticorum serviliter addictum. quamquam quin plura quam alibi ex propria vulgatissimorum scriptorum, Ciceronis et Vergilii, lectione addidisse videatur, non intercedo. — his cum plurimum innitatur, quartum caput in exemplis auctorum pauciores relicuis traxit corruptelas. contra saepius aberratum in lemmatum partibus suo loco ponendis. quae propter causam manifestam in archetypo cum excidissent, deinceps a correctore non ubi oportebat repositae. — in hac parte quam secuti simus viam, in prooemio expositum. — ceterum cum tractatus hic et propria mole sit gravissimus et tribus assumptis codicibus operosior, etiam magis quam ante minutiae mittentur. veluti non iam monebitur de ταφῇ Μενίππου latinis litteris scripta neque aut* sesque ulixe *pro* Sesquulixe *aut* heautontimorumenon *pro* heautontimorumeno *positum adnotabitur. — porro in Graecis ubicumque nec de vero posset ambigi nec occurreret in dittographiis, quod alioqui videretur notabile, unius libri sive Lugdunensis sive Harleiani scripturam apponere satis visum. — ab hoc autem capite cum aliquanto saepius quam ante auctorum librorumque nomina per compendium essent scripta in Lugdunensi (et maxime quidem* Vergilii, Georgicorum, Aeneidos), *nos illa plena posuimus, in his notandis eum expressimus. — etiam in Harl. iam crebrius imminuti tituli eodem modo. qui perinde manci in Gen. — denique libris Helveticis, hoc est Gen. ac Bern. utroque, quomodo uti instituerimus, iam in prooemio declaratum.* — **11** P. L. *om. L, G.* — **12** *cf. comm. in 68, 7—10; 190, 6.* — Incipit *om. L, G, Gen;* Id est *H; in quo illa* Id est per A litteram *capitalibus litteris addita in mrg.* — **13** Adversum *ubique Montepess.; Tornaes.; h. l.* Adversum $L_1$*; B; A ex corr.* — in $L_2$, $H_2$, *B, Montep.; om.* $L_1$, $H_1$, *Gen, A, ed. Bas.* — adelphis *H, Gen, B, A,* adelfis *L, G.* — **14** sermorulorum $H_1$. — adversum *B.* —

Plautus [in] Asinaria:

quaé illa praedast? íbo advorsum atque électabo quídquid est.

|| A d v o r s u m rursum apud significat. Titinius Gemina:

múlier, credo, advórsus illum rés suas conqueritúr . .

Terentius [in] Andria:

et id grátum fuisse advórsum te habeo grátiam.

Ennius Telepho:

te ipsum hóc oportet prófiteri et próloqui
advórsus illam míhi.

Afranius Excepto:

de víta ac morte dómini fabulábere
advórsum fratrem illíus ac dominúm tuum.

Plautus [in] Aulularia:

egone út te advorsum méntiar, matér mea?

|| *Advorsum, erga.* M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. III: nec vero pietas advorsum deos nec quanta is gratia debeatur sine explanatione naturae intellegi potest.

ANIMA est secundum consuetudinem spiritus quo vivimus. Vergilius Georg. lib. IIII:

animasque in || vulnere ponunt.

---

15 II, 2, 29 || 17 Titinius Gemina || 19 I, 1, 15 || 21 Ennius Telepho || 24 Afranius Excepto || 27 IV, 7, 9 || 29 III, 22, 73 || 33 IV, 238.

---

ierant *C, Gen, A;* inerant *B.* — ierant *et cdd. Ter.; Donatus; qui probat. — a Terentio venit illud* iverant. — **15** in *vid. delend.* — **16** illaec (illa aec) *cdd. Pl.* — ibi $L_1$. — quidq. *Gen;* quicq. *C.* — **17** Adversum $A_2$, $B_1$. — **18** advorsus *M;* advorsum *v.* — **19** in *hoc v.* (*et* **27**) *secl. M.* — **20** et it *pr. Gen.* — adversam $L_1$; adversum *Gen; A (item 26); B.* — te *om. ed. Bas.* — abeo *L*, $H_1$. — **21. 22. 23** Telefo *C, Gen.* — advorsus *M;* advorsum *C, Gen.* — profiteri *producta prima; cf. de re m. 362 sqq. — potuit etiam scribi* ted ipsum op. hoc, *servata* o *brevi in* profiteri. — *Quicheratus per octonarium iamb.:* te ipsum hoc oportet proloqui et profiteri adversum illam mihi; *f. recte.* — **25** divita *pr. L;* de vito $H_1$. — fabulabere *Bothius;* fabulavere *C, Gen* (fabulare *pr. H*). — **26** tuum *Bothius;* suum (sum $L_1$) *C, Gen.* — *recte si habent iam omnia, servus videtur moneri, ut caute circumspecteque loquatur de mortuo ero apud praesentem, ad quem iure hereditatis transierat.* — **28** *cf. Mil. glor. IV, 2, 88.* — ut te *Pl.;* ut ea *C, Gen.* — advorsu *Gen;* avorsum *pr. L.* — **29** Advorsum, erga *add. Quicheratus.* — **30** nec *Cic.;* haec *C, Gen.* — vero *om.* $H_1$. — nec quanta his (hys) *cdd. Cic.;* ne (nec *G sec. ed. Bas.*) qua isti *C, Gen;* ne quanta isti *cd. Tornaes.* — **31** explanatione *ap. Non. legi dicit Baiterus; sed* expiatione *habent H*, $L_2$, *Gen;* explatione *G, f.* $L_1$. — explicatione *cdd. Cic.; et ita v. ap. Non. — ac nescias, utrum praeferas.* — **32** Anima *m. pr. non l. in L.* — **33** XII *pr. L.* — **1** vulnere $H_1$, *Gen;* vulnera $H_2$, *G;* vulnerea *L.* — vulnera *pars cdd. Verg.; item Macrobii Parisin. VI, 6, 19; schol. in Iuven. 4, 91.*

|| Anima rursum alitus oris et odor. Vergilius Georgicon lib. II:

animas et olentia Medi
ora fovent illo et senibus medicantur anelis.

Titinius Fullonibus:

intérea faetida ánima nasum obpúgnat . . . . .

Plautus Asinaria:

animan fétet uxorí tuae?

idem Mercatore:

ieiúnitatis plénus, anima fétida.

Caecilius:

quaé mihi,
ubí domum adveni, atsédi, extemplo sávium
dat iéiuna anima.

|| Anima, aqua. Plautus Amphitryone:

ní ego illi puteó, si occepso, ánimam omnem intertráxero.

|| Anima, sonus. Varro Eumenidibus:

Phrygiós perósa córnús liquidá canít animá.

|| Anima, iterum significat iracundiam vel furorem; unde et animosi dicuntur iracundi. Plautus Amphitryone:

animam cónprime.

---

2 II, 134 || 5 Titinius Fullonibus || 7 V, 2, 78 || 9 III, 3, 13 || 11 Caecilius (Plocio) || 15 II, 2, 41 || 17 Varro Eumenidibus || 20 Plautus Amphitryone.

---

2 Georg. *ed. Bas.; om.* $H_1$ (*m. 2 add.* georḡ), *Gen.* — 4 favent *pr. L.* — tillo *L.* — anelis; h *supra* e *add. H;* anhelis *Gen.* — 6 faetida *L, H, Gen;* foet. *ed. Bas.* — anema $L_1$. — obp. *cum* $L_1$ *et H* (*in quo prius fuit* opugnat) *etiam Gen.* — interea nasum oppugnat anima foetida *cum probabilitate Bothius; aliter pars est octonarii iamb.* — *illud* anima fetida *utrum nominativus sit an ablat. incertum.* — 7 in As. $L_2$, $H_2$, *G.* — 8 animan' foetet u. t. *Quicheratus;* an fetet (faetet *H;* foetet *ed. Bas.*) anima (animae *pr. H, Gen; utrobique corr. in mrg.*) tuae uxori *cdd.* — anima faetetne (fetetne) uxori tuae *cdd. Pl.* — 9. 10 mercator ei eiunitatis *Gen.;* mercatore *(post littera eras.)* ei unitatis $H_1$. — anima *ed. Bas.;* animam *L, H, Gen.* — fetidat *H, Gen* (*pr. H* faetidat). — 11 *ex Plocio haec petita; cf. Gell. II, 23; quo tamen usum esse N. non potest demonstrari.* — atsedi, *supra* t *scr.* s, *L;* adsedi *Gen;* adsedit $H_1$*;* assedi $H_2$, *G.* — savium *Gell.;* avium *C, Gen.* — 15 aqua *Quicheratus;* aquae *v.* — 16 *cf. comm. in 148 l.* occepso. — si hoc cepsio (si hoo cepsto $L_1$*;* si hoc cepsitio *pr. H*) *cdd. h. l.* — 17 Varro; *cf. 334 l.* liquidum, suave. — 18 frigios (frios *pr. H*) *cdd.* — perossa *C, pr. Gen; A; B; v.;* perosa *cd. Tornaes.; Gen post ras.; Madvigius Advers. II, 660.* — perosa; *de Atti evirato videtur agi; cf. Catull. c. 63.* — anima *om. G; Gen sec. Hagenum et Meylanum; non A.* — 19 Anima *om. L, H, B; ab* iterum *novum l. in L, H, B; in G* animatum *pro* Anima iterum *esse testatur ed. Bas.* — iracundiam vel furorem *A; Montepess.; cd. Tornaes.;* iracundum (iracundiam *in mrg. Genm*) vel furorem (furorum $L_1$) $L_1$, $H_1$, *Gen, B;* iracundum vel furiosum $L_2$, $H_2$, *G.* — 21 conprime *cum* $L_1$ *Gen;* $B_1$.

233 M.

Accius Melanippo:

égone auxilio núdus temere ut hósti me animato ófferam?

idem Epinausimache:

ut núnc sum animatus, *si* íero, satis armátu' sum.

Novius Fullonibus fereatis:

nil ést pericli. dábo tibi validúm verum,
animósum.

M. Tullius de re publica lib. I: 'ergo non probares, *si* consilio pulso lubidines, quae sunt innumerabiles, iracundiaeque tenerent omnia.' — 'ego vero nihil isto animo, nihil ita animato homine miserius ducerem.' — idem de re p. lib. V: tum virtute, labore, industria tueretur summi viri indolem, nisi nimis animosa et ferox natura illum nescio quo * * * Vergilius Georg. lib. II:

quas animosi Euri adsidue franguntque feruntque.

et Aeneidos lib. XI:

pone animos et pulsus abi.

Lucilius lib. XXX:

atque animosam
Thessalam et indomitam frenis subigamque domemque?

---

22 Accius Melanippo || 24 Accius Epinausimache || 26 Novius Fullonibus fereatis || 29 I, 38, 60 || 32 M. Tull. de re publica l. V || 34 II, 441 || 36 XI, 366 || 38 Lucilius l. XXX.

---

22 Menalippo *C, Gen.* — 23 auxilium *pr. H.* — nudus *Lips.;* motus *C, Gen.* — honesti *Gen; pr. H.* — 25 ut nunc sum animatus, si iero *Madvigius Advers. II, 660;* ut nunc cum animatus (animatos *pr. H*) iero *C, Gen.* — 26 fer$\overset{i}{e}$atis *Gen.* — 27. 28 nihil *cdd.* — tabo $L_1$. — d. tibi *Ribbeckius;* d. t. verum *C, Gen.* — verum; *pro* virum. — *f. olim septenarius fuit in hunc modum:* nil ést pericli. dábo tibi validúm verum, acrem, animósum (*vel* validúm verum atque animósum). — animosim $L_1$. — 29 si *add. Me; habet Cic. cd.; om. C, Gen.* — 30 libidines $L_1$, *H, Gen.* — quae sunt *om.* $H_1$. — innumerabilis *Gen.* — iracundiaeque *Me;* iracundiaequae *C, Gen;* iracundiaeve *cd. Cic.* — terrent $H_1$, *Gen, cd. Tornaes.* — 31 animatio *pr. L.* — homine *supra add.* $Gen_2$. — 33. 34 tueretur *Me;* quaereretur *L*, $H_2$, *Gen;* quereretur $H_1$, *G.* — animosa et *M;* animose *C, Gen.* — nescio quo impelleret *Guietus, Me; sed plura videntur hausta.* — 35 quos *cdd.; et f. ipse Non.* — euri; eun (*vel* euni) ria $L_1$; euria *Gen.* — ads. (adsiduae *pr. L*) *cum* $L_1$ *et H Gen.* — frangunt quae *Gen, pr. L.* — ferunt quae *pr. Gen.* — 38 *cf. 401 l.* subigere, mollire. — 40 tessalam *cdd. 401;* thessaliam *h. l.* (tessal. *pr. H;* $G_1$). — indolitam $L_1$; *Gen; pr. H; P.* — subigamque domemque *Bentin.;* subigantque domentque (doentque *pr. L;* domenque *Hs;* domemque *Ho*) *C, Gen.; 401 cdd.* subigam ante domemque. — *post* subigantque domentque *Iun., Gothofredus, Me addunt* bellando. — apparet *Iun., si non ipso Guelferbitano, certo apographo inde ducto usum; nam in G margini adscriptum v. illud, sed ita ut ad versum Pacuvii, 234, 26, pertineat; qui legitur in columna altera.*

‖ Anima, ventus. Vergilius lib. VIII: ‖

quantum ignes animaeque valent.

Lucretius lib. V:

aurarumque leves animae calidique vapores.

Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς: noctilucam tollo, ad focum fero, inflo anima; reviviscit. — idem Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου:

detís habenas animaé leni,
dum nós ventus flamíne sudo
suavem ád patriam perdúcit.

Accius Myrmidonibus:

trahere ín salum
classís et vela véntorum animae inmíttere.

Plautus Aulularia:

. néquid animae . . emittat dórmiens.

APTAM, necessariam. M. Tullius de re publica lib. IIII: ea denique obiectu mutuo aeque umbram noctemque efficiat, cum ad numerum dierum aptam, tum ad laborum quietem. ‖ Aptum, eleganter ac necessarie conpositum. M. Tullius de officiis lib. I: ut enim pulcritudo corporis apta conpositione membrorum movet oculos et delectat. — idemque: sed facile iudicabimus, quid eorum

---

41 Aen. VIII, 403 ‖ 2 V, 236 ‖ 4 Varro Marcopoli ‖ 5 Varro Cosmotoryne ‖ 9 Accius Myrmidonibus ‖ 12 II, 4, 24; 26 ‖ 14 M. Tull. de re publica IV ‖ 17 I, 28, 98 ‖ 19 de off. I, 41, 146.

---

4 Marcopolis *C; Gen.* — noctilucam; NOCTIlucam *H, Gen.* — *in L* NOCTI *supra* noctilucam *m. 1, ut vid., additum.* — ad f. foro *L.* — 5 *alii:* inflo; anima reviviscit. — *sive hoc sive illud probaris, pro ablativo accipiendum* anima; *neque* ventus *est, sed* halitus. — cosmotor *ννε H, Gen* (cosmotor; *ννε L sec. Riesium*). — *κοϲμοι G solus.* — **6** a. l.; animasve ni (*pr.* amas veni) *L.* — **7. 8** sudo suavem *cd. Tornaes.;* sudos ualem *L;* sudosualem *H ex corr.;* sudes uadem *pr. H;* studos valem (vadem *Genm*) *Gen;* sudo Sualem (S *propter novi v. initium*) *ed. Bas.* — perducat *Scal.* — **9** mermidonibis $L_1$; myrmidonibis $L_2$; *G;* meridonibus $H_1$; *Gen;* mirmidonibus $H_2$; mieridonibus *cd. Tornaes.* — **10. 11** *ita Grotius;* lassis (classes *Iun.;* classis *Me*); trahere in salum et vela ventorum animae immittere (inm. $L_1$, *Gen*) *C, Gen.* — *non bene haec scandas per octonarium iamb.:* classís trahere in salúm me *(add. Hermannus)* et vela véntorum animae inmíttere. *in quo secundus pes displicet propter r. m.* — vela ventorum animae inmittere; *cf. Aen. III, 61:* dare classibus austros. — **13** *cf. Prisc. 649.* — nequit *L.* — an. forte *Pl.* — amittat *melius cd. Tornaes.; libri Pl.; Prisc.* — **14** III *B.* — **15** eademque *v.;* ea denique *cdd.* (cademque *non recte Bm*); *f.* eadem quom. — ob. m. aeque *M;* obiectum (obl. *B*) vivo atque *cdd.;* obiectu suo *v.* — **16** numeret $L_1$. — aptam, tum *Turneb.;* aptum (abtum $L_1$) *L, H, Gs, Gen, B.* — eliganter $L_2$, $H_2$, *G, non Gen, B.* — **18** enim *om.* $H_1$. — pulcr. *pr. B;* pacr. *pr. L;* prcritudo *(sic) pr. H;* pulchritudo *rell.* — apia $L_1$. — conpositionem (comp. $L_2$) *L.* — menbrorum *H.* — **19** idemque; *raro admodum exemplo dictum pro* idem. — sed facile; ex ceteris similibus facile *Cic.; et ita exc. quod legitur*

apte *fiat, quid* ab officio naturaque discrepet. — M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. III: itaque natura sumus apti ad coetus, concilia, civitatis. ‖ Aptus significat adeptus. Accius Melanippo:

óbviam ensi it. quem ádvorsum aptus álter in promtu óccupat.

Pacuvius Hermiona:

quód ego in acie crébro obiectans vítam bellando áptu' sum.

Lucilius lib. XXVIIII:

ut si íd quod concupísset non aptús *foret.*

‖ Aptum [conpositum], paratum. Vergilius Aeneidos lib. III:

interea classem velis aptare iubebat
Anchises.

idem lib. X:

proiecto dum pede laevo
aptat se pugnae.

Pomponius:

heús! aptate, púeri, munde atque ámpliter convívium!

‖ Aptum rursum conexum et conligatum significat. Vergilius Georg. lib. III:

ipsis e torquibus aptos
iunge pares. ‖

Accius:

demer hinc colomen ala† géminis aptum córnibus.

---

20 III, 19, 63 ‖ 22 Accius Menalippo ‖ 25 Pacuvius Hermiona ‖ 27 Lucilius l. XXVIIII ‖ 29 III, 472 ‖ 32 Aen. X, 587 ‖ 35 Pomponius (Herede petitore) ‖ 38 III, 168 ‖ 1 Accius.

---

et ceteris *Non. 258 s. l.* contentio, perseverantia. — *pro* sed *Quicheratus* sequentibus; *at pessime, cum id non soleat dici nisi de eis, quae proxime subsecuntur.* — iudicavimus $H_1$, *Gen.* — **20** apte fiet (fiat *ed. a. 1476*) quid *ex Cic. cd. princ.;* aliter *cdd.* — **21** naturaque (*praec.* itaque) *pr. H.* — **22** concilia *Cic.;* consilia *C, Gen.* — **23** Menalippo *cdd.* — **24** obviam ense *Grotius* (ensi *Quicheratus*); it *Bothius curis secundis* (obviam est, itque adversum, aptus; alter in promptu occupat); quem *M;* obvia mens idque *C, Gen.* — promptu *Gen.* — **25** pacuius *Gen.* — hermione *pr. H.* — **26** quod *incertum an per* quot *sit explicandum, cum potuerit praecedere ut puta* tropaea. — crebro *Passerat.; Me;* celebro *cdd.* — bellando; *cf. comm. in 233, 40.* — **28** foret *add. I. Dousa.* — **29** *illud* compositum (conp. *L*) *nisi corruptelam traxit, e v. 17 huc videtur translatum.* — **30** clasem $H_1$. — belis $L_1$*;* $Gen_1$. — **33** levo *cdd.* — **35** *cf. 511* ampliter. — **36** heus *cdd. 511;* eius *h. l.* — pueri *cdd. 511;* puer *H, L, Gen; item Gs.* — convivia *L;* $H_2$*; Paris. 7577; Gs.* — **37** Aptum, Atque *supra scr.* ptum *L.* — conligatum (coll. $L_2$*; G*); *f.* coniugatum *vel* coiugatum. *cf. tamen pg. 263 s. l.* contentus: contentum, conligatum, coniunctum. — **1. 2** hic *supra scr.* n *H.* — ala $H_1$*; Gen;* ale *L,* $H_2$, *G.* — hinc Colomena lece minis *cd. Iun.* — Accius * * *

Lucilius Satyrarum lib. X:

tonsillas quoque praevalidis ni funibus aptas.

idem lib. XVI:

ibat forte aries, inquit. iam quod genu'! quantis
testibu'! vix uno filo hosce haerere putares.
pellicula extrema exaptum pendere onus ingens.

Varro Mútuum mulí scabunt, *πεϱὶ ψωϱισμοῦ*:

úbi lúcus opácús tenerís frúticibus áptús.

M. Tullius de deorum natura lib. II: quis enim hunc hominem dixerit qui, *cum* tam certos caeli motus, tam statos astrorum ordines, tamque inter se omnia conexa et apta viderit, neget his ullam inesse rationem? — Sallustius Historiarum lib. III: quod ubi frustra temptatum est, socordius ire miles obcipere, non aptis armis, ut in principio, *et* laxiore agmine. — Lucilius lib. XXX:

clinas consternit nobis vetu' restibus aptas.

M. Tullius in Hortensio: altera est nexa cum superiore et

---

3 Lucilius l. X ‖ 5 Lucilius l. XVI ‖ 9 Varro Mutuum muli scabunt ‖ 11 II, 38, 97 ‖ 14 Sallustius Hist. III ‖ 16 Lucilius l. XXX ‖ 18 M. Tull. Hortensio.

---

idem Erigona (*potuit* Epigono *pro* Epigonis) *coni. Kiesslingius. sed etiam supra s. l.* aptum, paratum *nomen fabulae omissum in Pomponii v., quamquam alibi ab ipso Nonio est additum. ipsa potius Accii verba latere existimo in illis* demer hinc colomen; *in quibus tetrametrum troch. catalect. facile agnoscas. — emendatio tamen procedere nequibit, antequam illud* demer *sit expeditum.* — hinc colomen alte geminis aptum cornibus *Ribbeckius, de Parnaso intellegens;* hinc colo Maenalium g. a. c. *Iunius; cuius invento hoc potissimum obstat, quod desideratur substantivum ex illo* demer *fortasse eliciendum.* — **4** tonsillas *Iun.;* consellas *cdd.* — praevalidis *vetus liber Dousae, Turnebus;* validis *cdd.* — ni *Ribbeckius;* in *cdd.* — funibus *L, H, Gen.;* finibus *G.* — aptas; *non adiect. videtur esse, sed verbum. — talem si scripsit Lucilius versum, recte dicit Ribbeckius monere eum firmis retinaculis navem in litore religandam, ne venti aut fluctus abripiant.* — **6—8** *cf. comm. in Luc. XVI, 10.* — hosce *Gerlachius;* hoc se *cdd.* — herere *idem.* — pericula *$H_1$; Gen; P;* pellicula *in mrg. P.* — **9** Mutuum; multum (*pr., ut vid.*, muctum) *L;* mutum *H, G, Gen.* — scabant *cdd.* — *π.* (*πιοϱι $L_1$; ποϱι H, Gen, G*) *χωϱιςμον C; Gen.* — **10** *versum sotadeum agnovit Lachm. Opusc. 69.* — fructicibus *$Gen_1$.* — aptum *Gen; pr. H, P.* — **11** III *L.* — **12. 13** cum *ex Cic. add. docti.* — statos *v.;* status *C, Gen;* ratos *(quod vid. ex paragr. 95 irrepsisse) cdd. Cic.* — ordine *cdd.* (statutum — ordinem *A*). — o. quaenexa *L.* — in his *A; Cic.* — **15** temptatu *L, Gen.* — socordius *cdd.* — occipere *Me;* milites occoepere *Iun.;* obcepere (pe *supra scr. H*) *C, Gen.* — **15. 16** non aptis armis; *pro* aptatis; *cf. Catull. 28, 1* Pisonis comites cohors inanis aptis sarcinulis et expeditis. *nam n. N.* — et *add. Iun.* — **17** clinas *M;* unus *v.* — nobis *Turneb.;* novis *cdd.* — vetus; *i. e.* vetulus. — pestibus *L;* restibus *$H_1$* (*hic pr.* rebus); *G;* prestibus *$H_2$.* — aptas *M;* aptus *v.* — *cf. Luc. VI, 7.* — **18** hortentio *$H_1$;* hortemsi *pr. L.* — superiores *pr. H.*

inde apta atque pendens. — et Tuscul. lib. V: fulgentem gladium e lacunari seta equi aptum demitti iussit.

AEQVALES sunt similes et ex aequo. Afranius Vopisco:

> équidem te numquám mihi
> parasítum, verum amícum, aequalem atque hóspitem
> cotídianum et laútum convivám domi.

|| Aequales rursum aequaevi. Vergilius Aen. lib. X:

> nec non Euanthen Phrugium Paridisque Mimanta
> aequalem.

Lucilius Satyrarum lib. V:

> verum unum cecinisse tamen seni' Tiresiai
> aequalem constat.

Afranius Privigno:

> novi amícum atque aequalém meum.

Vergilius lib. V:

> ast illum fidi aequales.

Terentius in Eunucho:

> patrís cognatum atque aéqualem [te] Arcidémiden
> nostín?

M. Tullius de officiis lib. III: P. || Scipionem, Marce fili, eum qui primus Africanus appellatus sit, dicere solitum scripsit

---

19 V, 21, 62 || 21 Afranius Vopisco || 25 X, 702 || 28 Lucilius l. V || 31 Afranius Privigno || 33 Aen. V, 468 || 35 II, 3, 36 || 1 III, 1, 1.

---

**19** apta atque *Halmius;* aptaeque *L, G;* apteque *H, Gen.* — tuscul *L, H,* $Gen_2$ (thuscul, *pr.* thucul, *L et* $Gen_1$); Tusculan. *ed. Bas.* — **20** me l. *L;* $Gen_1$. — s. et aequi $Gen_1$. — equina *cdd. Cic.* — dimitti *C, Gen.* — iusit *Gen.* — **21** Afran.; *cf. 337 l.* lautum, elegans. — **22** *potuere esse velut haec:* eq. putari volui te numquam mihi. — equidem *cdd. pg. 337;* et quidem *h. l.* — nunquam *Hqos.* — **23** rerum $Hs_2$. — **24** convivam *h. l. Bentin.; pg. 337 ed. a. 1476;* convivium *cdd.* — **25** rursus *pr. H.* — aen *H, Gen, G;* aenei *L.* — **26** euantent $L_1$; euanten *Gen;* euantem *rell.* — frugium $L_1$; fryg. $L_2$, *G;* frig. *H, Gen.* — paradisque *L;* $H_1$; *Gen.* — minanta *L;* $H_2$; *G.* — **28** saterarum $L_1$; $Gen_1$; satirarum $Gen_2$. — **29** verum *Me;* veterum *cdd.* — cecinisse tamen *Franckenus;* cecidisset a me *L,* $H_1$, *Gen;* cecidisse tamen $H_2$, *G. et ita nos olim, de comissatore vetulo, qui nocturnis rixis esset implicitus et in fuga praepeditus, locum accipiendum esse rati.* — seni' *Franckenus;* senem (se senem *G*) *cdd.* — sene *pro dativo Me, minus recte, cum illud* Tiresiai *non possit non esse genetivus. cf. Lachm. comm. Lucr. pg. 40.* — Tiresiai *Me;* Tiresiam *cdd.* — *ita Lucretius* Geryonai. — **30** constet, *supra scr.* a, *H.* — **32** novi *pro* agnovi; *nisi scribendum* nosti. — aeq. eum *H; Gen.* — **34** ilum $H_1$. — fidere quales *C pr.* $H_1$; fidire quales $Gen_1$. — **35** eunuco $L_1$, $Gen_1$. — **36** archidemidem *cdd. Ter.* (archidemiden *G*); te marcidemiden (ti marcidem $H_2$) *C; Gen; A;* te archidemiden *cd. Tornaes.* — *Ter. scr.* Arcidemidem. — **37** nosti *A;* nostine *Bentl.;* novistin *Bembin.* — **1. 2** *cf. 238 l.* appellare. — P.; p̃. *supra add. in L;* P. *(sic) H, Gen;*

Cato, qui fuit fere eius aequalis. — et de senectute: ego vero propter sermonis delectationem temperius quoque conviviis delector, nec cum aequalibus solum, qui pauci admodum restant, sed cum vestra etiam aetate.

APERTVM, purum, serenum. Vergilius Aeneidos lib. I:

scindit se nubes et in aethera purgat apertum.

|| Apertum dicitur patefactum. Vergilius lib. VIII:

iamque adeo exierat portis equitatus apertis.

Terentius Adelphis:

ábi prae strenue ác foris aperi.

|| Aperit, mitigat, placat. Vergilius Aeneidos lib. I:

et vastas aperit syrtis et temperat aequor.

|| Apertum, nudatum. Turpilius Demiurgo:

apértae surae, bráchia alte prócera horrorém mihi
ex córde exsuscitábant.

Sallustius Histor. lib. V: quibus de causis Syllam in victoria dictatorem uni sibi equo descendere, surgere de sella, caput aperire solitum. — M. Tullius de officiis lib. I: verentur enim ni, siquo

---

3 14, 46 || 7 I, 587 || 9 Aen. VIII, 585 || 11 II, 1, 13 || 13 I, 146 || 15 Turpilius Demiurgo || 18 Sallust. Hist. V || 20 I, 35, 129.

---

pae, *lineolis traiectis deletum, G.* — fili, eum *Cic.;* fili *L*, $H_1$, *Gen;* filium $H_2$, *Gen; item cdd. 238.* — primo *L, H, Gen;* primus *ed. Bas.; cdd. 238; et ita Cicero.* — afranius $Gen_1$. — apellatus *pr. H.* — est *cd. Bamb. Cic.;* sit *rell.; item Non. libri l. utroque.* — **3** eius fere *cdd. Cic.* — et de sen.; *cf. 378 l.* restare — superesse. — **4** prompter $L_1$. — temperius *habent L, Gen, A;* tempestivis *Hqos, G* (*Genm*$_2$); tempestiiis $Genh_2$. — *ac* temperius *illud etiam adfirmat Charis. pg. 196 in tractatu de adverbiis, ubi cd. Neapol. leni cum corruptela et in lemmate et in verbis Ciceronis* tempestius; *in illo excerpta Bernensia per interpolationem manifestam* tempestive. — **5** ne *L*, $H_1$, *Gen, pr. A;* nec $H_2$, *A ex corr., G; cdd. 378.* — **5. 6** secum $L_1$; $Gen_1$; sed tum $H_1$. — vestra *om.* $Genm_1$; vestram $Ho_1$. — aetatem $H_1$. — **8** nobes $L_1$; nobis *Gen; supra scr.* nubes. — **9** VIIII *cdd.* — **10** portus *B.* — aequitus *B.* — **11** adelpis $H_1$; adelfis *rell.* — **12** pre *L, Gen;* per *pr. H.* — fores *L, Gen, G.* — **13** V.; *cf. 246 l.* aequor. — **14** syrtes *B; post* r r *vel* t *erasa in L;* e *del. in Gen.* — **15** dem uirgo *Gen;* de inuirgo *B.* — **16** a. s.; *cf. 237, 1.* — *L m. 1* aperi ae (aperi aesurae); aperto, *supra* o *pos.* e, *H;* aperte *G, Gen.* — bracia $L_1$. — alte *M;* autem *v.* — **18** Sall. (Salluscius $L_1$); *cf. 397 l.* surgere, erigi. — historiae *cdd.* — Syllam *C, Gen.* — victaria *L, H* (victariam $Ho_1$), *Gen.* — **19** dictatore $Hs_1$; *Gen.* — uni; *post* i *in L a correctore additum* a, *sed elutum; supra* i *adiect.* a *m. 2.* — uni sibi equo; sibi munia equo $H_1$; sibi muni aequo (equo *m. 2*) *Gen.* — uni sibi *etiam Arusian. Gr. lat. VII, 454.* — descendere equo *id.* — sylla *L*, $H_1$, *Gen.* — adsurgere sella *elegantius Arusian.* — **20** ni *pro* ne. — ni, siquo; nisi (ne nisi *ed. Bas.*) quod *cdd.*

casu evenerit ut corporis partes quaedam aperiantur, aspiciantur non decore. — Vergilius lib. VI:

aperit ramum qui veste latebat.

Varro Eumenidibus: capite aperto esse iubet, ante lucem suscitat. — Sisenna Historiarum lib. III: adoriuntur adversos vi apertis lateribus. — Varro de vita p. R. lib. I: minoris natu capite aperto erant, capillo pexo, vittisque innexis crinibus. ‖ Aperire, erigere, ostendere. Vergilius Aeneidos lib. III:

quarto terra die primum se adtollere tandem
visa, aperire procul montis.

idem Aeneidos lib. VIII:

patriumque aperitur vertice sidus.

Varro Meleagris: non modo suris apertis, sed paene ‖ natibus apertis ambulans.

AVTVMARE est dicere. Pacuvius Periboea:

fléxa, non falsa aútumarei díctio Delphís solet.

idem Hermiona:

quíd benefacta meí patris, cuius ópera te esse ultum aútumant?

Lucilius lib. XXVIII:

Sócraticum quidám tyranno mísse Aristippum aútumant.

Plautus Amphitryone:

---

22 Aen. VI, 406 ‖ 24 Varro Eumenidibus ‖ 25 Sisenna Hist. III ‖ 26 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 28 III, 205 ‖ 31 VIII, 681 ‖ 1 Varro Meleagris ‖ 3 Pacuvius Periboea ‖ 5 Pacuvius Hermiona ‖ 7 Lucilius l. XXVIII ‖ 9 Plautus Amphitryone.

---

**21** causu $H_1$, *Gen.* — asp. *m. 1 vel 2 add. L.* — decoreae *cdd.* — **24** *cf. 452 l.* torrere. — **25** susc. *supra addit. L.* — libro IIII *L.* — aversos *pr. L, $H_2$, G.* — vi *Me;* ut *cdd.* — **26** minoris *nominativ.* — **27** aperte *pr. H; Gen; $L_2$; id. m. 3* apertae. — vittisque *Popma;* utique *cdd.* (utrinque *Quicheratus*). — *de eo quod est* utique *cf. Lachm. comm. in Lucr. pg. 250.* — **29** *cdd.* quarto die terra. — prima $L_1$. — adt. $L_1$, *H, G, Gen, A.* — **30** mentis *$Gen_1$; C pr. $H_1$; non A, B.* — **1** pene (penae *pr. L*) *cdd.* — **2** apertibus *$Ho_1$;* apertib *$Hs_1$.* — **3** Auct. *pr. L.* — **4** plexa *Bergkius; coll. Fest. pg. 230 l.* plexa; *sed vide Pacuv. Dulor. pg. 260 s. l.* contendit, proripuit: quorsum flexivia dictio contenderet. — *etiam propter allitterationem sublatam displicet illud* plexa. — autumarei *M;* autumare *v.* — Delfis *cdd.* — **6** benefacta mei *Me;* benefaciam ei (et *L*) *cdd.* — patri $H_1$. — opera opera *cdd.* — autumant *Gen. m. 1; Bothius;* autumat (autum ad *pr. L*) *rell.* — *verba sunt Orestis ad Menelaum.* — **8** Socraticum *Iun.;* Socratium *L, $H_2$, G;* Socratum *$H_1$, Gen.* — Socratem *Lachm. comm. Lucr. pg. 170; qui male trimetros instituit.* — quidam *Lachm.;* quidante *pr. G;* quiddante *rell.* (*seq.* tyranno). — quidam *f. pro dativo accipiendum.* — misse *Guietus; Lachm.;* mississe *H, G;* misisse *L, Gen.* — tippum (*prius* p *supra scr.*) $H_1$.

nisi hóc ita factumst proínde ut factum esse aútumo,
non caúsam dico, vér, quin insimulés probri.

|| Autumare est sperare. Pacuvius Doloreste:

aut híc est aut hic ádfore actutum aútumo.

ALTVM non solum aerium vel profundum, sicuti plerumque. || Altum ab alendo dictum. Varro Manio: habens antepositam alimoniam, sedens altus alieno sumptu. || Altum, magnum vel gloriosum. Vergilius Georg. lib. III:

te sine nil altum mens inchoat.

|| Altum, vetus, anticum. Vergilius Georgicon lib. IIII:

altius omnem
expediam prima repetens ab origine famam.

et lib. VIII:

quid causas petis ex alto?

Accius Armorum iudicio:

cur vétera tam ex alto ádpetissis díscidi Agamemno, *initia?*

|| Altum, pressum, obscurum. Vergilius lib. X:

quid me alta silentia cogis
rumpere?

idem [in] eodem:

---

12 Pacuvius Doloreste || 15 Varro Manio || 17 III, 42 || 19 IV, 285 || 22 Aen. VIII, 395 || 24 Accius Armorum iudicio || 26 Aen. X, 63 || 29 Aen. X, 625.

---

10 ut factum est *pr. H.* — autumon *L.* — 11 vir *Quicheratus;* verum *cdd.* — quin insimules *Me;* qui insimules *Gen;* qui insimiles $H_1$; quin simules *L*, $H_2$, *G.* — quin vero insimules *cum Brandtio et Langeno Goetzius; f. recte.* — 12 Aut. est sperare; *n. N.* — doloreste $H_1$; dul. *rell.* — 13 *cf. Pl. Epidic. 257* nam ille quidem aut iam hic aderit, credo hercle, aut iam adest. — atutum *supra scr.* c *L*, *Gen.* — 14 profundes *pr. L.* — prof. sed plerumque *A.* — 15 Altum *om. B.* — ab alimento $H_1$, *Gen*, *B*, *A.* — dictum altum *B.* — Varro; *cf. comm. in pg. 133* limum, obtortum. — 15. 16 antepositum (u *corr. in* a) alimonium $B_1$ *auctore Hageno.* — altum $G_1$. — 17 IIII *L*, *Gen*, *pr. H*, *B.* — 18 nil *Gen; B; A;* nihil *rell.* — 19 antiquum *H*, $Gen_2$, *G.* — *n. N.* — georg *Gen;* Georgic. *ed. Bas.;* georgicus *pr. L.* — georgicorum *h. v. ut et 17 H.* — III *L*, $H_1$, *Gen*, *B.* — 20 omnem *C*, *Gen;* omen *B.* — 21 repetentes *ed. Bas.* — famam *Verg.;* fatum *L*, $H_1$, *Gen; A;* factum $H_2$, *G;* famam *B.* — 22 *cf. 366* petere, repetere. — 23 petas *pr. L.* — ab alto *B.* — 25 adpet. *cum H*, $L_1$ *etiam Gen;* adpetisses *Montepess.; A.* — discidi, Agamemno, initia *M propter r. m., cum non sit probabile ab Accio praeter primum pedem in numeris iambicis admissum proceleusmaticum;* discidia Agamemno (Agameno *pr. L;* Agamenno *H*, *Gen*) *cdd.* — 26 obcurum *pr. H.* — Verg.; *cf. pg. 182; 382 l.* vulgavit; rumpere, retentum proferre. — XI *L*, *Gen*, *G*, *B*, *H ante rasuram.* — 29 item *Gen; B.* — in *om.* $H_1$, $L_1$, *Gen.*

sin altior istis
sub precibus venia ulla latet.

ADITVS, interpellatio. Terentius in Andria:

aliquód me adierunt, éx te auditum esse.†

Vergilius lib. X:

regem adit et regi memorat nomenque genusque.

Lucilius lib. XXVII:

cúm pacem petó, cum placo, cum ádeo et cum appelló meam.

|| Aditus est ingressus. Vergilius lib. VIIII:

huc turbidus atque huc
lustrat equo muros aditumque per avia quaerit.

M. Tullius de suppliciis: in ipso aditu atque ore portus. || Aditus rursum adventus. Accius Medea:

tún, dic, || Meda es, cúius aditum expéctans pervixi úsque adhuc?

M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I: et aut ad consules aut ad te aut ad Brutum adissent, his fraudi ne esset, quod cum Antonio fuissent.

ADTENDERE est intendere. M. Tullius de officiis lib. III: set si, cum animum adtenderis, turpidinem videas adiunctam. — Accius Diomede:

simul aúrem adtendo, ut quírem exaudire ámplius.

Lucilius lib. XXVIIII:

praeterea ut nostris animos adtendere dictis
atque adhibere velis.

---

32 III, 2, 3 || 34 Aen. X, 149 || 36 Lucilius l. XXVII || 38 Aen. IX, 57 || 41 II, 5, 12, 30 || 42 Accius Medea || 2 M. Tull. ad Caesarem iuniorem l || 5 III, 8, 35 || 7 Accius Diomede || 9 Lucilius l. XXX.

---

**33** aliquot $L_2$; *ed. Bas.; cdd. Ter.* — ex te auditum qui aibant hodie filiam *e. q. s. Ter.* — **35** rei $H_1$. — **37** placito *Gen; pr. H.* — apello *H, Gen.* — **39** atque illuc *cdd.* — **40** p via $L_1$. — **41** *cf. 459 l.* os. — supleciis $L_1$; *item* $Gen_1$. — ore *Cic.*; opere *cdd.* — **42** rursus $Gen_1$. — Meda *cdd.; f. recte; quamquam alibi etiam ap. Nonium* Medea *tantum habetur inscriptio; cf. comm. in v. seq.* — **1** tun dic Medea es *Lachm. in Lucr. pg. 162* (tune dic iam *Barthius;* Meda es *M;* Mede's *Ribbeckius, f. recte*); tunc (tum $L_1$) diomedes et *cdd.* — tune dia (*debebat esse* tun) Medea es *male cum Passerat. Me; cf. vit. Ennii pg. 206.* — expectans *Passerat.;* expectant (exspectant *ed. Bas.*) *cdd.* — **3** et aut ad te $H_1$, *Gen.* — aut a Br. $L_1$. — essent *Gen; pr. H; etiam in L* n *scriptum supra* et. — **5** Adt. *cum* $L_1$, *H, Gen; et ita ubique* $L_1$, *H, Gen in sequentibus pr. v. 6; 8; 18.* — sed *Cic.*; et *cdd. Non.* — **6** att. *L.* — turpidinem $H_1$; *Gen;* turpitudinem *rell.* — adiunctam *Cic.*; adunatam *cdd. Non.* — **7** diome $H_1$. — **8** simil $L_1$. — att. *pr. H.* — attendi *Bothius; at praesens historicum frequens in fabulis vetustissimis, perinde atque in inscriptionibus.* — **10** nostris *Bentin.;* nostros *cdd.* — *post* adtendere de re *add. cdd.; om. ed. princ.;* attendere *om. rell. A.*

idem lib. XXVII:

rém cognoscas símul et dictis ánimum adtendas póstulo.

Pacuvius Antiopa:

sed cúm animum adtendi ád quaerendum quíd siet.

Pomponius Macco:

quíd futurumst, sí pol discere ártem ego hanc adténderim?

‖ Adtendere, perseverare. Accius Diomede:

numquám perpellar, gnáte. ‖ pol, ne adténderis
petere á me id quod nefás sit concedí tibi.

APPELLARE est familiariter respondere. Lucilius lib. XXVII:

cúm mei me adeunt sérvuli, non dóminam ego appellém meam? ‖

Appellare, nominare. M. Tullius de officiis lib. III: Publium Scipionem, Marce fili, eum qui primus Africanus appellatus sit.

APPELLERE est applicare. Afranius Excepto:

ábi tu, appellant húc ad molem nóstram naviculám *iube.*

Lucilius lib. XXVI:

ágere in iaciéndo siqueis víneis actís opust,
prímum id dant operam út quamprimum appéllant.

* * *

12 Lucilius l. XXVII ‖ 14 Pacuvius Antiopa ‖ 16 Pomponius Macco ‖ 18 Accius Diomede ‖ 21 Lucilius l. XXVII ‖ 23 III, 1, 1 ‖ 25 Afranius Excepto ‖ 27 Lucilius l. XXVI.

**12** *cf. 275 l.* cognoscere. — **13** postula *cdd. h. l.* — **15** animum *Iun. convenienter lemmati;* animo *v.* — querendum *ed. Bas.* — **16** Pomp. Macco; *cf. comm. ad 114 l.* foria. — **17** *puto:* quid futurumst pol, si. — discere a. ego h. *M;* ego hanc discere artem *cdd.* — **18** Attend. *L, non H, Gen.* — **19** n. p. *M;* si umquam perpediar *C, Gen* (praepediar *A; Montepess.*). — gnate *Grotius;* gnato *cdd.* — pol *M;* puer *cdd.* — **20** concede $H_1$*;* concedit *L, G.* — ibi *pr. L.* — **22** cum ei *pr. G.* — adeant *Guietus; quod possit placere, si dictum sit modo concessivo,* appellare *autem perinde atque* adire *sit* interpellare. — servili $L_1$. — **23–29** *obsequendum existimavi Quicherato, qui vv. 23, 24 in libris post 29 positos traiecit ac v. 25 restituit (ut et nos in ed. Luc. pg. 87)* Appellere, *ubi libri* Appellare. — *nam Nonium, quantumvis sit bardus et rudis, ignorasse ut existimem* ut *finale iungi cum coniunctivo nullo equidem possum adduci pacto. — quod cum ita sit, post v. 29 quaedam hausta esse apparet, quibus varia significatio* appellendi *verbi illustraretur.* — **23** M. Tullius; *cf. pg. 235 l.* aequales — aequaevi *cum comment.* — **24** Marce; *per compendium* m *vel* .M. *vel* M. *omnes (M. ed. Bas.; in relicuis addita supra virgula).* — fili, eum, filium *cdd.* — **25** Appellare *cdd.; v. supra.* — **26** iube *add. Buechelerus.* — **27** *cf. 243 l.* actum, admotum; *327 l.* iacit, facit. — **28** agere *pro* aggere *cdd. ter.* — agere in; agerem $H_1$. — iaciendo *Gs; item* (iacendo $Gen_1$) *rell. cum A.* — siqueis *M;* siquo est in $L_1$*;* $Hs_2$ ($Ho_3$*;* $Ho_2$ siquid; *pr.* $Hs_2$*:* siq with i above); *G post correcturam;* siquod est in *A; Montepess.;* $G_1$*;* $L_2$*;* $H_1$*; hic* siqd *ducta per* d *lineola; eodem cum compendio Gen.* — *243 cdd.*

AEMVLVS est invidus. Vergilius Aeneidos lib. V:

aemula necdum
temporibus geminis canebat sparsa senectus.

et lib. VI:

aemulus exceptum Triton. ||

Aemulus est sectator vel imitator. M. Tullius pro Marco Marcello: illo aemulo atque imitatore studiorum meorum ac laborum. — Sallustius Hist. lib. III: sed Pompeius a prima aduliscentia, sermone fautorum similem fore se credens Alexandro regi, facta consultaque eius quidem aemulatus erat. — Vergilius Aeneidos lib. X:

spemque meam, patriae quae nunc subit aemula laudi.

|| Aemulus, similitudinem vitae vel instituti sequens. M. Tullius de re publica lib. I: quei enim iudicatur iste optimus? doctrina, artibus, studiis? audio. quando * * *

ARGVTVM significat sonans. Vergilius Bucolicis:

forte sub arguta consederat ilice Daphnis.

et multa huiusmodi. || Argutum, audax, malitiosum. Lucilius lib. XXVIII:

agite, ágite, furei méndaci argutámini.

---

**31** V, 415 || **34** VI, 173 || **1** 1, 2 || **3** Sallustius Hist. III || **5** X, 371 || **9** I, 33, 50 || **11** VII, 1 || **13** Lucilius l. XXVIII.

---

siquos tu; *327* siquost *vel* siquo est. — opust *M;* opus *h. l. cdd.; id. 243* opost; *327* opust, opus est, opus. — **31** est *supra adscr. in H.* — **32** aemula, adversa virtuti *Serv.* — **34. 1** *cf. 437 l.* aemulatio; *ubi alio fonte usus N.* — Marco *ed. Bas.; rell. ut 238, 24.* — **2** imitatione $H_1$, *Genm, B.* — stud. ac (et) lab. meorum *cdd. Cic.* — **3** Sall. (Salustius *pr. L*); *cf. 501 l.* accusativus pro genetivo. — historiarum *ed. Bas.;* hist *cum virgula supra* t *H, Gen, L* (*hic prius* histus, *tum* histori). — adulescentia *C pr.* $L_1$*;* $Gen_2$. — **4** se fore *A.* — **5** aemulatus *verbum post* aemuli *substantivi lemma nihil quidquam habet offensionis. cf. l. sequens vel pg. 234* aptum, paratum. — *scite tamen Dietschius* aemulator. — *cf. comm. in pg. 501.* — **7** patriaeque nunc *L, G.* — **8** institutis *L, pr. Gen.* — **9** quei; qua *L, H, Gen;* qui *ed. Bas.;* quid *deleto* d *cd. Cic.* — **10** *illud* audio, *nisi forte ex praecedente vocab. ortum est, videtur positum noto usu pro* concedo. — **11** *cf. 245 l.* argutari. — bucolicorum *cdd.* — **12** considerat *B.* — dafnis *cdd.* — **13** Arg., audax (*f.* mendax), malitiosum; *n. N.* — **14** *libro XXIX propter haud dissimilis argumenti fragmenta plura adscr. M in ed. Luc.; cf. XXIX, 19—37.* — **15** *nota proceleusmaticum in primo pede.* — furei *M;* fures *cdd.* (furos *pr. A;* furu *pr. B*). — *illud* furei *non de homine furaci sed pro convicio videtur positum; cf. IV, 12.* — mendaci (mendati *L*); *olim fuit* mendacei. — argutamini *si recte habet, significat* argutiis detinete. *et argutandi verbum cum dativo iunxit Propertius.* — *f. tamen scribendum* furei, mendacei, arguto nimis (fures mendaci arguti nimis *male Ribbeckius*).

Plautus Mustellaria:

exi é culina, sís, foras, mastígia,
qui mi ínter patinas éxhibes argútias.

|| Argutum, parvum, adductum. Vergilius Georg. lib. III:

argutumque caput, brevis alvus obesaque terga.

ACCIPERE, tractare, increpare. M. Tullius in Verrinarum actione secunda: male accipit verbis Habonium. — et ad Caesarem iuniorem lib. I: roga ipsum, quemadmodum eum ego Arimini acceperim. || Accipere est datum sumere. Vergilius Aeneidos lib. III:

accipe et haec, manuum tibi quae monimenta mearum
sint, puer.

|| Accipere, sentire. Terentius Heautontimorumeno:

. . . . . Clínia, aliter túum amorem atquest áccipis.

|| Accipere, videre. Vergilius lib. VIII:

ut te, fortissime Teucrum,
accipio agnoscoque libens!

Accipere, concipere. Vergilius lib. VIII:

alii ventosis follibus auras
accipiunt redduntque. ||

|| Accipere, audire. M. Tullius: accipite nunc aliud eius facinus nobile. — Lucilius lib. XXX:

hoc etiam accipe quod dico; nam pertinet ad rem.

---

16 I, 1, 1 || 19 III, 80 || 21 II, 1, 54, 140 || 22 M. Tullius ad Caesarem iun. I || 24 III, 486 || 27 II, 3, 23 || 29 Aen. VIII, 154 || 32 Aen. VIII, 449 || 1 in Verr. II, 2, 34, 82 || 2 Lucilius l. XXX.

---

16 *cf. 55 l.* colinam. — in must. *B.* — **17** exceculi nasis *A;* ex cotulinasis $B_1$; ex ceculinasis $B_2$. — e; c, *pr. L.* — **18** mihi *cdd.* — exhiberes *B; A;* exiberes $H_1$ (*m. 2* exibes); *Gen.* — **19** add. *M;* ac lectum $H_1$; *Gen; B;* ac letum *L, G;* ac laetum $H_2$. — **20** *cf. 361 l.* obesum. — capud $B_1$. — obscque $Gen_1$. — **21** *puto* in Verrem. — **22** secundum $H_1$; *Gen; B.* — habonium $H_1$; *Gen; B; A;* abonium *L,* $H_2$, *G.* — Habonium *ubique in hac oratione Iordanus, cuius conferendus comm. in 50, 132;* habonius, habonis, abonius, babonius *cdd. Prisc. gr. lat. III, 258, 13; 263, 11.* — Rabonium *al. ap. Cic.; quod minore stat librorum auctoritate.* — **22. 23** et ad Caes. iun.; *cf. 383* rogare, quaerere. — roga — arimini — acceperim *cdd. 383;* rogo — arini (arinia *H*) — acceperit *C, Gen.* — ego eum *cdd. 383.* — **25** accep $L_1$. — manuumque tibi mon. *C* (*sed L pr.* manuum tibi quae); *Gen.* — eorum *pr. L;* meorum $Gen_1$. — **27** heautontimorumeno *pr. H;* heautontimorumeñ *H ex corr.;* beautontimorume ñ *Gen;* heautontimorumenon *L, G.* — **28** tuum (tuom) amorem *cdd. Ter.;* cum amore *N.* — **29** *n. N.* — *post* **31** *Ald. add.:* Varro de re rustica li. III: cum diceret nullam se accepisse villam, qua magis delectatus esset; *at Non. pr. id, quod fertur 122 s. l.* hinnos, *e solo lib. I exempla petiit.* — *leguntur III, 2, 8.* — **33** ali $L_1$, $H_1$, *Gen.* — **1** accipite *H, L,* $Gen_2$, *B; A;* accipete $Gen_1$; accipere *ed. Bas.*

240 M.

Vergilius Aen. lib. II:

accipe nunc Danaum insidias et crimine ab uno
disce omnis.

|| Accipere, pascere. Terentius [in] Eunucho:

áccipit homo némo melius prórsus neque prolíxius.

|| Accipere, decipere. Lucilius lib. XXVIIII:

sic ínquam veteratórem illum vetulúm lupum
Hanníbalem acceptum.

|| *Accipere, admittere.* Plautus in Aulularia:

tam óptumumst: tu cóndicionem hanc áccipe .....

ARDERE est igniscere, concremari. Vergilius Aeneidos lib. V:

namque volans liquidis in nubibus arsit harundo.

idem [Vergilius] lib. II:

iam proximus ardet
Vcalegon.

|| Ardere, festinare. Vergilius Aeneidos lib. I:

instant ardentes Tyrii: pars ducere muros
molirique arcem et manibus subvolvere saxa.

idem lib. XII:

ardet in arma magis.

|| Ardere, fulgorem et splendorem emittere. Vergilius Aen. lib. IIII:

tyrioque ardebat murice lena.

idem lib. X:

ardet apex capiti cristisque a vertice flamma
funditur.

---

4 II, 65 || 7 V, 8, 52 || 9 Lucilius l. XXVIIII || 12 II, 2, 60 || 14 V, 525 || 16 Aen. II, 311 || 19 I, 423 || 22 XII, 71 || 25 IV, 262 || 27 Aen. X, 270.

---

5 danuum $L_1$; *Gen*$_1$. — crimine; crina $H_1$. — **7** in *om.* $B_1$; *hab. C, Gen,* $B_2$. — eunuco *pr. L.* — **8** homo *C, Gen, B; ed. princeps;* hominem *pars deteriorum Ter. cdd.; Non. ed. a. 1471 et insequentes ante Quicheratum.* — prosus *pr. H.* — neque; atque (adque $L_1$) *cdd. Non.; cf. comm. in Plauti Mercat. v. pg. 191 s. l.* amnem. — **9** Acc., dec.; *n. N.* — accipere *idem quod* tractare. — XXXIIII *G.* — **10** sic inquam; scinquam *L.* — illum; *pronuntiandum propter r. m.* ˇlum *vel adeo* lum. — vetum $B_1$. — lupus *pr. L.* — **11** Hann. *L, H, Gen, B, A;* Ann. *G.* — **12** Accipere, admittere *add. Pius.* — **12. 13** Aulularia: tam *(ita Pl. cdd.) M;* aululariam *L, H, Gen;* Aulularia *ed. Bas.* — optumumst *docti ap. Pl.; ubi cdd.* optimum est; optumus (*pro* optumust; *seq.* t) *C* (autumus $H_1$); optimus *Gen.* — conditionem *C, Gen.* — **14** Arderest ign. $L_1$. — ignescere *B.* — concremarius $L_1$. — **19** V.; *cf. 283 l.* ducere, struere; *346* moliri, extruere. — **23** in ar, *supra scr.* ma magis, *L.* — **26** *cf. 541; 549 l.* laena; murex. — maurice $H_1$. — **27** XI $H_2$. — *cf. 312 l.* fundere.

|| Ardere, dolere vel irasci. Vergilius Aeneidos lib. X:

proxima quaeque metit gladio latumque per agmen
ardens limitem agit ferro, te, Turne, superbum
caede nova quaerens.

ACRE significat celer, velox. Vergilius Georg. lib. III:

calidumque animis et cursibus acrem.

idem Aen. lib. IIII:

ad puer Ascanius mediis in vallibus acri
gaudet equo.

|| Acre, austerum, acerbum, asperum. M. Tullius in Hortensio: quod alterius ingenium sic *dulce* ut acetum Aegyptium, alterius sic acre ut mel Hymettium dicimus. — Varro Parmenone: ||

demítis acris pectóre curas cantú castaque poési.

|| Acre, severum. M. Tullius de officiis lib. I: suum quisque igitur noscat ingenium acremque se et bonorum et malorum suorum iudicem praebeat. — idem [in] eodem: utendum est fortasse vocis contentione maiore et verborum gravitate acriore.

|| Acre, forte. Vergilius Aen. lib. VIII:

aut acrem dubites in proelia poscere Turnum.

Cicero Tusculanarum lib. V: in rebus gerundis virum acrem et industrium, eundem tamen maleficum natura.

---

30 X, 513 || 34 III, 119 || 36 IV, 156 || 39 M. Tullius Hortensio || 41 Varro Parmenone || 2 I, 31, 114 || 4 I, 38, 136 || 6 VIII, 614 || 8 V, 20, 57.

---

**30** d. irasci vel amare *A*. — V.; *cf. 391 l.* superbum. — **33** caedens $H_1$; cede *L*, *G*, *Gen*. — **34** celerem, velocem *A*. — celer; *pro* celere. — **35** animus *L*. — **37** at *C pr.* $L_1$; *Gen*. — **39** Acrem *cdd.*; Acre *Iun*. — acervum $L_1$; *Gen*. — *post* asperum *repetunt* acerbum (acervum $L_1$, $H_1$, *Gen*) *C*; *Gen*; *non B*. — Acrem austerum acerbum (acervum *m. 1*) asperum severum *mediis om. A*. — **40** altius *pr. H*. — dulce *add. Nobbius*. — acceptum $H_1$, *Gen*. — **41** ymetium *H*, *G*, *Gen*; metium *L*. — *quod ad sententiam, cf. Augustin. de vita beata c. 14:* nescio quomodo contortum hoc et aculeatum quod posuisti; ut ait ille de melle Hymettio: acriter dulce est nihilque inflat viscera. — Varro; *cf. 267* castum, suave. — demitis *cd. Tornaes.*; dimittis *rell.*; *cf. et comment. in 267*. — pectore *dativus; fuit qui coniceret* pectori'. — curas; luctus *minus bene, propter allitterationem imminutam, libri 267*. — cantum (cautum *pr. H*) cantasque (cantusque *Tornaes.*) *h. l. cdd*. — **2** suum quisque igitur *etiam Cic. cdd*. — **3** et bonorum et vitiorum suorum *recte cdd. Cic.*; *illud* malorum *videtur a librariis invectum prava recordatione librorum de fin. bon. et mal.* — suum *pr. H*. — **4** in *om. Gen*; $H_1$; *in L m. 1 videtur fuisse* m. — et vocis *bene cdd. Cic*. — **6** Acrem, fortem *cdd*. — **7** *cf. 374 l.* poscere. — praelia *B*. — **8** in rebusque *cdd. Cic.* — verum *cdd.*; *quod tamen Ciceroni non ausim tribuere.*

241 M.

|| Acre, vehemens, saevum. M. Tullius in Hortensio: aut Philisto brevius aut Theopompo acrius. — Vergilius Georg. lib. III:

acremque Molosum
pasce sero pingui.

idem Aen. lib. V:

acrior ad pugnam redit ac vim suscitat ira.

M. Tullius Verrinarum actione *II*, de signis * * * || Acre, providum, diligens. — Vergilius Georg. lib. II:

iam tum acer curas venientem extendit in annum
rusticus.

AER est medium spatium quod inter caelum est et terram. Vergilius Aeneidos lib. V:

aera dimovit tenebrosum et dispulit umbras.

|| Aer, altitudo. Vergilius Georgicon lib. II:

ubi aera vincere summum
arboris haut ullo iactu potuere sagittae.

|| Aer, sonus. Varro Andabatis:

anima út conclusa in vésica, quandóst arte religáta,
si pértuderis, aéra reddet.

AMARVM dicitur asperum. Vergilius Georg. lib. II:

et amara pausia baca.

Lucretius lib. IIII:

---

10 M. Tullius Hortensio || 11 III, 405 || 14 V, 454 || 16 II, 4, 31, 70 || 17 II, 405 || 21 V, 839 || 23 II, 123 || 26 Varro Andabatis || 29 II, 86 || 31 IV, 15.

---

**10** M. Tull.; *cf. 315 l.* grave, sapiens; *343 l.* mitis — tranquillus; *ibique comment.* — Ortensio *ed. Bas.* — au $H_1$. — filisto $L_1$, $H_1$, *Gen;* philippo (fil. $H_2$) $L_2$, $H_2$, *G.* — **11** brevius; vius *in ras.* $L_2$; brevis $Gen_1$. — **12** acrem $H_1$. — molosum, *supra scr.* s, *L et Gen;* molossum *G;* molosscium, *supra* ci *scr.* u, *H teste Siversio.* — **15** apud nam $Gen_1$. — pusnam *L.* — ac tum $H_2$, *G (non Gen).* — **16** *ex orationis de signis 31, 70 hausta illa:* qui apud alium iudicem multo acrior quam ego sum actor accusatorque esse deberes *intellexit Rothius.* — **18** dum $L_1$. — **22** dimonit *pr. H.* — dispolit $L_1$; *Gen.* — **23** Verg.; *cf. 418* vincere — superare. — **23** aeneidos (aen.) lib. (libro) V $L_2$, $H_1$, *Gen, B;* aeneidos libro II $L_1$; georgicon lib. VII *G;* georḡc lib. II $H_2$. — **24** summam $H_1$. — **25** aut *L, H, Gen;* haud *ed. Bas., B.* — illo $L_1$. — ullae *Verg.* — **27. 28** *metrum agnovit Meinekius.* — religata *M de re m. 146* (*praec.* arte); ligata *v.* — pertuderis *L, A, B;* pertuleris, d *supra* l *posita, H;* perfuderis *in G et Gen esse testatur ed. Bas.; sed cum eadem falsissime asserat hanc dittographiam etiam in B et Merceri libris inveniri neque quidquam adnotarint Hagenus et Meylanus, fides fit suspecta.* — pertoderis *pr., ut vid., B.* — *illud* pertuderis *producit ultimam noto usu.* — *f.* reddit. — **30** baccha *B.* — **31** Lucrecius $L_1$.

interea perpotet amarum
absinthi laticem.

|| Amarum, acerbum. Vergilius Aeneidos lib. IIII:

isque amens animi et rumore accensus amaro. ||

ADMONERE est conmonefacere. M. Tullius in Verrem, de signis: recte admones. Polycletum esse dicebant. || Admonere, percutere. Vergilius lib. X:

Lucagus ut pronus pendens in verbera telo
admonuit biiugos.

AMBIRE significat circuire et concludere. Vergilius lib. VI:

quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis.

idem lib. X:

atque oras ambiit auro.

|| Ambire, ambitionibus adpetere. Vergilius lib. VII:

nec conubiis ambire Latinum
Aeneadae possint.

Terentius in Andria:

nísi vides, nisi sénis amicos óras, ambis.

|| Ambire, interpellare. Vergilius Aen. lib. IIII:

quonam reginam ambire furentem
audeat adfatu?

AGERE†, egerere. Varro Bimarco: non Hercules potest, qui Augeae egessit *κόπρον*.

---

34 IV, 203 || 1 II, 4, 3, 5 || 3 Aen. X, 586 || 6 Aen. VI, 550 || 8 Aen. X, 243 || 10 Aen. VII, 333 || 13 II, 2, 36 || 15 IV, 283 || 18 Varro Bimarco.

---

**33** absenthi $L_1$, $H_1$, *Gen.* — **34** acervum $L_1$, *Gen.* — aeneidos *supra scr.* $H_2$. — **35** eisque *ed. Bas.* — acc. amore $Gen_1$. — **1** commonere facere *B.* — M. T.; *cf. Iordani comm.* — **6** circumire, *sed erasa virgula supra* u, *H.* — IIII *C, Gen, B.* — **8** idem *om.* $H_1$*; Gen; B.* — **9** oras *H*, $Gen_2$, *B;* horas *rell.* — ambit *libri pr.* $H_2$. — **10** adpetere *cum* $L_1$ *H, Gen, A.* — **11** nec; neu *cdd. Verg.;* ne *ed. a. 1476.* — **12** aneadae *H, Gen.* — possunt *A.* — **15** Virgilius *add.* $L_2$. — **16** quonam *libri et h. l. et pg. 30 s. l.* exordium; quo nunc *cdd. Verg.* — audire $L_1$. — **17** adfatu *cum* $L_1$, $H_1$, *Gen.* — **18. 19** *h. l. post 243, 12 habet ed. princ.; Quicheratus post 243, 38 reposuit probabiliter. nos, quia propriae est cuiusdam condicionis, hoc servavimus loco. — tamen rem omnino expeditam a Mercero animo habeo persuasum.* — Agere; Augerere (*ut* aufugere) *Ribbeckius.* — egerere *Me;* egere $L_1$; gerere *rell.* — uimarco (uimargo $L_1$) *cdd.* — **18** hergules $L_1$; ercules $H_1$, *Gen, G;* herculus $B_1$. — potes *ed. a. 1476 et insequentes usque ad Iun., qui in margine habet* potest. — pote *Ribbeckius.* — quod *Bm.* — **19** Augiae *Iun.* (Augeae *Buechelerus*); egessit *Me* (egit *Iun.;* augessit *Ribbeckius*); *κόπρον Iun.;* augebes (augehes $H_1$) sed conpron (*pr.* n *punctis notat. in G, quantum ex Riesii potest intellegi nota*) *C, Gen;* augebes sed ampion (ampyon *m. 2*) *Bh.* (ampron *non recte Bm*). — *in A h. l. om.*

242 M.

AVDACIA consuetudine temeritas dicitur. Sallustius Catilinae bello: audacia pro muro habetur. || Audacia, fiducia. Vergilius lib. V:

quique pedum cursu valet et qui viribus audax.

ATRVM dicitur nigrum. Vergilius lib. VI:

quinquaginta atris inmanis hiatibus hydra.

et Georgicon lib. III:

hic piscibus atram
inprobus ingluviem.

Varro Eumenidibus: vix vulgus confluit non furiarum, sed puerorum atque ancillarum, qui omnes me bilem atram agitare clamitantes * * *

ALVMNOS consuetudo quos alas vel educes vel eos qui alunt dici vult. Vergilius lib. VI:

nec Romula quondam
ullo se tantum tellus iactabit alumno.

M. Tullius in Verrem, de suppliciis: Italia autem alumnum suum servitutis extremo summoque supplicio fixum† videret. — Varro Sesquulixe: ubi quod lupam alumni fellarunt olim. — idem in Eumenidibus: ||

---

20 58, 17 || 22 Aen. V, 67 || 24 Aen. VI, 576 || 26 III, 430 || 29 Varro Eumenidibus || 33 Aen. VI, 876 || 36 II, 5, 66, 169 || 38 Varro Sesquulixe || 39 Varro Eumenidibus.

---

*Nonio (debebat dicere Nonii auctori) fuisse fraudi falsam lectionem* egisset, *recte adnotavit Buechelerus. — Ribbeckii autem aliorumque conatus, qui aliud atque* agere *verbum in l. Nonii fuisse existimant, non possunt probari nisi post illud κόπρον lacunam esse statueris. nam de varia sermonum significatione hoc capite agitur.* — **20** Audicia $L_1$; Audatio *B.* — salluscius $L_1$. — *cf. 431; 442 l.* audacia. — catilinae, *altero* l *supra scr., H;* cantillinae, *m. 2* cantilinae *L;* catillinae *Gen.* — **21** audicia *L;* audatia *B; id. statim* audatia *(bis),* fidutia. — **23** p. c. v. *m. antiq. in mrg. add. Gen.* — **24** nigrum *add.* $L_2$. — V *L, H, Gen;* VI *ed. Bas.; item B.* — **25** inm. *cum* $L_1$, *H, Gen, B* (*H prius* inmanus). — hidra *Gen.* — **26** *cf. 298 l.* explere; *327 l.* inprobum. — IIII $L_1$. — **27** p. ram $L_1$. — **28** impr. *C;* inpr. *Gen.* — ingluviem *cdd. 327;* inluviem (ill. $L_2$, *G*) *h. l.* — **29** Varro; *cf. comm. in 153, 3.* — **30** livem $L_2$, $H_1$, *Gen;* liven $L_1$. — **31** clam.; *hic hausta plura.* — **32** odocas, *tum* edocas, *dein. per ras.* edias *A.* — vel qui, *supra scr.* eos, *H.* — vel eos qui alunt; *cf. Isidor. Or. X, 3:* licet et qui alit et qui alitur dici potest alumnus; *cd. Bernens. 330 in fine Capri de dubiis verbis libelli.* — **34** romola *H.* — **35** ullo *om. B.* — tullus *Gen, pr. H.* — iactavit *cdd.* — **36** supliciis *L;* simpliciis $Gen_1$. — **37** sum serv. *pr. L et Gen.* — suplicio *L.* — affixum *v. ap. Cic.;* affectum *Hervagenus; cf. Iordani comm.; f.* afflictum. — **38** sesq. olixae $H_1$; *B;* sesq; olixe $L_1$; sesq; olixae *Gen;* sesq; (sesq. $H_2$) ulixe $L_2$, $H_2$, *G.* — ubi; ibi *Quicheratus.* — fallarunt $G_1$. — idem; *cf. 86 l.* canum. — in Eum. *om. A.*

243 M.

[et] écce de inprovíso ad nos accédit cana Véritas,
Áttices philośóphiae alumna.

|| **Alumnum**, filium. Vergilius lib. VI:

nec non et Tityon, Terrae omnipotentis alumnum.

Pacuvius Teucro:

quae désiderio alúmnum, penitúdine
squalés scabresque incúlta vastitúdine.

**Alumnum**, dominum. Vergilius lib. XI:

caro datus ibat alumno.

AGERE, leto dare. Vergilius Aen. lib. I:

tunc vulgus et omne
miscet agens telis.

|| **Actum**, rotatum. Vergilius Aen. lib. VIIII:

ipse ter adducta circum caput egit habena.

|| **Agere**, loqui. Terentius in Adelphis:

sed éstne *hic* ipse, dé quo agebam?

|| **Actum** dicitur perfectum. Vergilius lib. VI:

hic actis propere exequitur praecepta Sibyllae.

|| **Agere**, persequi. Vergilius Aen. lib. IIII:

quam procul incautam nemora inter Cresia fixit
pastor agens telis.

et [Aen.] lib. VIII:

quos illi bello profugos egere superbo.

---

3 Aen. VI, 595 || 5 Pacuvius Teucro || 8 XI, 33 || 10 I, 190 || 13 IX, 587 || 15 I, 1, 53 || 17 Aen. VI, 236 || 19 IV, 70 || 22 VIII, 118.

---

**1** et *om. A.* — inpr. *C, A, Gen* (inprovisi $G_1$; inprovixo $Gen_1$). — ad nos; annos $H_1$, *Gen;* anno $L_1$. — **2** phylosophyae *L.* — *apparet hic alumnam pro ea quae alat accepisse Non., non recte, cum active positum illud* alumnus *non inveniatur ante saec. IV.* — **4** *cf. Serv.* — Tytyon *C; non Gen.* — omniparentis *Verg.;* omnipot. *C, Gen; Arusian. gr. lat. VII, 471; ap. Verg. pr. F et M.* — **5** in T. *ed. Bas.* — *cet. cf. comm. in 152, 25.* — **6. 7** penitudines quales *L, H, Gen;* poenitudine squales *ed. Bas.* — scabresque; scrbreque, a *et* s *supra scr. H.* — vastitatudine *H.* — **8** Al. dominum. — *n. N.* — **10** loeto *H.* — aen̄ *add.* $H_2$. — **11. 12** tum *Verg. cdd. plerique.* — vultus, l *puncto notata et supra posita* g *(sic), L.* — omne *C, Gen; ed. Probi gr. lat. IV. 208.* — *Verg.:* et omnem miscet agens telis nemora inter frondea turbam. — **13** Actum; Adductum $H_2$. — Aeneidos *add.* $H_2$. — **14** *cf. 246, 25.* — habenas *C, Gen;* ab. *A.* — **16** hic *om. cdd.;* is *Donat.* — ipsus *multi libri deter. Ter.; Donat.* — ageram $L_1$. — **18** sybillae *C*, $Gen_2$ (sybilae $H_1$; syllabas $Gen_1$). — **20** quam pro *ed. Bas.* — **22** et *om. Gen*, $L_1$, *pr. H.* — Aen. *secl. M.* — *cet. cf. 391 l.* superbo, iniquo. — **23** profugus $L_1$, *ed. Bas.; non H, Gen*, $L_2$. — superbos $L_1$.

243 M.

|| Actum, adpulsum. Vergilius lib. VII:

sive errore viae seu tempestatibus acti.

Varro in lege Maenia:

non hós Pactolus aúreas undás agens
erípiet umquam e míseriis . . . .

|| Actum, infixum. Vergilius lib. VIIII:

sed viribus ensis adactus
transadigit costas.

Varro γνῶθι σεαυτόν:

nón videtis, únus ut Amor párvulus
árdifeta† lámpade arida ágat amantis aéstuantis?

|| Actum, coactum, territum. Vergilius lib. VI:

prodigiis acti caelestibus ossa piabunt.

|| Agere, fugare. Vergilius Georg. lib. II:

et membris agit atra venena.

|| Actum, admotum. Vergilius lib. VIIII:

adcelerant acta pariter testudine Vulsci.

Lucilius lib. XXVI:

ágere in iaciéndo siquo víneis actís ,opust.

|| Agere, porrigere. M. Tullius de officiis lib. II: vera gloria radices agit atque etiam propagatur. || Agere, intendere, inquirere. Vergilius in Bucolicis:

---

24 Aen. VII, 199 || 26 Varro lege Maenia || 29 Aen. IX, 431 || 32 Varro Γνῶθι σεαυτόν || 35 Aen. VI, 379 || 37 II, 130 || 39 Aen. IX, 505 || 41 Lucilius l. XXVI || 43 II, 12, 43 || 45 IX, 37.

---

**24** adpulsum $L_1$, $H_1$, *Gen.* — **26** l. menia $H_2$, $G$; leminia $L$, $H_1$, *Gen.* — **28** *non bene nonnulli hunc v. integrum rati de epodis cogitarunt iamb.* — umquam me $H_1$, *Gen.* — **31** transabiit *recte pars cdd. Verg.; cet. cf. Aen. XII, 276; 508.* — **32** Varro; *cf. 312 l.* fetum — plenum. — **33** ut Am. parv. *Meinekius;* ut parvulus amor *cdd.* — **34** ardi. feta $L$; ardifet alampade $H_1$; *Gen.* — aridat *pr. H.* — amantissa *L.* — estuantis *L, G.* — *aliter Ovid. Am. II, 9, 5:* cur tua fax urit, figit tuus arcus amicos? — *ea res persuadet cum Quicherato addendum hoc exemplum infra post v. 48.* — **35** V.; *cf. 370; 435 l.* piare; monstra. — lib. VI *om.* $L$, $H_1$, *Gen, Bh.* — **36** celestibus *ed. Bas.; Bh.* — **37** fugere $L_1$; $Gen_1$. — I $L$, $H_1$, *Gen.* — **38** ac *libri V.;* et *add.* $L_2$. — menbris *H.* — agit atra; t atra *in ras.* $L_2$. — benena $L_1$. — **40** adcelerant *cum* $L_1$, $H_1$ *Gen.* — volsci $H_2$; $G$ ($H_1$ vul, *tum rasura*); vulsci *Gen;* evulsi, *m. 2* evulsci *L.* — **41** Lucilius *supra v. add.* $L_2$, $H_1$. — *cf. comm. in 238 l.* appellere. — **42** iacendo *C, Gen.* — si quos tu vinis actis (actus *pr. H*) opost *C, Gen.* — **43—48** *in libris posita pg. 246 post finem l.* auscultare *huc transtulit Quicheratus.* — **45** *cf. 420 l.* volutari.

id quidem ago et tacitus, Lycida, mecum ipse voluto.

‖ Agere, urguere, inpellere. M. Tullius in Verrem actione secunda: agunt eum praecipitem poenae civium Romanorum.

ASPERVM significat insuave. Terentius ‖ Heautontimorumeno:

ásperum,
pater, hóc est; aliud *lénius* sodés para.

. Vergilius Georg. lib. IIII:

asper in ore sapor.

‖ Asperum, nocens. Vergilius Georg. lib. III:

saevit agris asperque siti atque exterritus aestu.

‖ Asperum, exasperatum, non leve. Vergilius lib. VIIII:

bina dabo argento perfecta atque aspera signis
pocula.

AEQVARE est cum aequitate dividere. Vergilius Aen. lib. I:

operumque laborem
partibus aequabat iustis.

‖ Aequare, continuare. Vergilius lib. VIIII:

felix, si protinus illum
aequasset noctis ludum.

ACCOMMODATVM dicitur adiunctum. Vergilius Aen. lib. II:

laterique Argivum accommodat ensem.

M. Tullius in Verrem, [in] Frumentaria: flagitia lubidinesque accommodat. — Accius Bacchis:

tunc * * *
silvéstres *pecudum* exúvias laevo píctas lateri accómmodant.

---

47 II, 1, 3, 7 ‖ 1 III, 1, 49 ‖ 4 IV, 277 ‖ 6 III, 434 ‖ 8 Aen. IX, 263 ‖ 11 I, 507 ‖ 14 IX, 337 ‖ 17 II, 393 ‖ 19 II, 3, 24, 60 ‖ 20 Accius Bacchis.

---

46 it *pr. Gen.* — tacitas *pr. H;* tacite *pr. A.* — licida *A, ed. Bas.* — 47 urgere $L_2$; *Gen*$_2$; *H; G.* — impellare, *m. 2* impellaere *H;* inpellere *Gen, B;* imp. *A;* inplere $L_1$; implere $L_2$, *G.* — 48 pene, *supra pos.* o, *H;* poene *Gen;* pene *B;* paene *A.* — 1 Asperam $L_1$; Asperem *pr. H.* — 3 lenius *om. cdd.* — s. vide *cdd. Ter.* — 6 *cf. 195 l.* exterritum. — IIII *L, Gen, B;* III *ed. Bas.; Hqos.* — 7 sevit *C, Gen.* — 9 segnis $L_1$. — 10 poculam *pr. L.* — 11 Verg.; *cf. 412 l.* trahere. — 12 laborum *Gen;* $H_1$. — 13 aequabus *pr. H.* — 14 Verg.; *cf. 376 l.* protinus, iugiter. — 15 felix *m. 1 vel 2 add. L.* — 16 nocti *cdd. 377 l. m.* — *sed hic a Non. datum illud* noctis *lemmatis ostendit perversa explicatio.* — 17 Verg.; *cf. 71 l.* adcommodat. — lib. II aen. *Gen;* $H_1$; eidos *(sic)* lib. II $H_2$. — 18 argiuuum *Gen.* — 19. 20 M. Tull.; *n. N.* — in *del. Quicheratus.* — *Ciceronis haec sunt:* a Q. Apronio, homine — ad Verris flagitia libidinesque accommodato. — libidinisque (quae *pr. L*) $L_1$; $H_1$, *Gen;* lubidinisque *rell.* — 20 Accius; *cf. 458 l.* exuvias. — 21 tunc; *l. mancus Nonii culpa, ut vid.* — 22 silvestres *om. cdd. 458;* pecudum *h. l.* — levo *cdd. 458;* saevo *h. l.*

M. Tullius de officiis lib. I: qui se ad rem publicam et ad magnas res gerendas adcommodaverunt. — et de re pub. lib. primo: expositaque ad exemplum nostrae rei publicae *forma* adcommodabo *ad* eam, si potero, omnem illam orationem, quae est mihi habenda de optimo civitatis statu. ‖ Accommodatum, proclive, propensum. M. Tullius in Verrem actione II: tum praeterea maxime sedati et quieti, prope praeter ceteros, ad summum Graecorum otium potius quam ad ullam vim aut tumultum accommodati. ‖ Accommodare, adhibere. M. Tullius de officiis lib. III: tantum dabit amicitiae, ut veram amici causam esse malit, ut orandae litis tempus, quoad per leges liceat, adcommodet. — et de senectute: cetera tempora metendis frugibus et percipiendis adcommodata sunt. ‖

ARIDVM dicitur siccum. Vergilius Aen. lib. I:

atque arida circum
nutrimenta dedit.

‖ Aridum, horrificum, acutum. Vergilius Georg. lib. I:

et aridus altis
montibus audiri fragor.

Lucretius:

aridus unde auris terget sonus.

‖ Aridum, purum, lucidum. Plautus in Rudente:

argento arido.

---

23 I, 21, 70 ‖ 24 I, 46, 70 ‖ 28 II, 1, 24, 63 ‖ 31 III, 10, 43 ‖ 33 19, 70 ‖ 1 I, 175 ‖ 4 I, 357 ‖ 7 VI, 119 | 9 III, 4, 21.

---

**23** et *postea add. in L.* — **24** adc., *supra* d *scr.* c *L;* acc. *rell.* — de re pub primus *Gen, L; in L* lica libro *supra scr. et* primus *mutat. in* o. — de republica primus *pr. H.* — de Re publica lib. I *ed. Bas.* — **25** expositaque *cd. Vatic.;* expositamque *C, Gen.* — nostrae (mostrum, *deinde* nostrum *L*) rei publicae (reip. *Vatic.*) *cd. Vat.; C, Gen.* — forma *add. M.* — *non bene Niburius:* expositaque — nostra re publica. — *etiam alias in corruptelis Nonio convenit cum palimpsesto librorum de re publica.* — adcommodabo *L (in quo* c *supra scr.), H, Gen;* acc. *G.* — ad *habet Vatic.; Arusian. gr. lat. VII, 452; om. C, Gen.* — potero *L; H; Gen; Arusian.;* potuero *cd. Vat.; ed. Bas.* — **28** actione II: tum (*praec. ap. Cic.* cum) *Me;* actione tertia tunc $L$; $G$; $H_2$; actione tunc tertia $H_1$; *Gen.* — **29** grecorum *C, Gen.* — motium $L$, $H_1$, *Gen.* — **30** accommodatu *pr. H* (accommodatum $Ho_1$). — **31** M. Tull.; *cf. 361 l.* orare, agere. — **32** orande $L_1$, *Gen, G.* — lites *h. l. cdd. pr.* $H_2$. — **33** quo ad; qu, *tum rasura,* ad $L_1$. — adcomm. *h. v. et 34* (*supra scr.* c. *L*) *L, H, Gen;* acc. *G.* — cetera *Quicheratus;* ceterum et *C, Gen;* reliqua autem *(om. Rhenaugiensis) cdd. Cic.* — demetendis *idem; et sic f. Non.;* metendis *C, Gen; sed* tendis *pr. Gen et L.* — **4** Aridum, horrificum, acutum; *n. N.* — **8** ardus $L_1$. — auris terget *cdd. Lucr.*; auri topet $H_1$, *Gen* (*supra* topet *scr.* est $Hs_1$); auris et *L, G,* $Ho_2$; auris *parum probabiliter* $Hs_2$. — *f.* auris torquet sonus. — **10** arido argentost opus *cdd. Pl.; at Non. auctor videtur legisse* opus est argento arido.

ANCEPS [est] dubium. Vergilius Aen. lib. X:

anceps pugna diu.

|| Anceps, duplex. Lucilius lib. XXVIIII:

nemo hós ancipites férro effringat cárdines.

[Vergilius Aen. lib. III:

agnovit prolem ambiguam geminosque parentis.]

Varro de vita populi Romani lib. IIII: Caesar reversione effecit, ne post occipitium in Hispania exercitus qui erant relinquerentur, quo se coiceret Pompeius, aut ancipiti urgueretur bello. || Anceps, acutum ex utraque parte. — Lucilius lib. XXVIIII:

vecte átque ancipiti férro effringam cárdines.

AVRA est ventus * * * || *AVRA, odor.* Vergilius Georg. lib. IIII:

ad illi
dulcis compositis spiravit crinibus aura.

|| *Aura, splendor.* Vergilius Aen. lib. VI:

---

11 X, 359 || 13 Lucilius l. XXVIIII || 15 III, 180 || 17 Varro de vita pop. Rom. IV || 20 Lucilius l. XXVIIII || 22 IV, 416 || 25 VI, 204.

---

11 Auceps $H_1$, $Gen_1$. — est *om.* $H_1$, *Gen, A, B.* — **14** ancipite *I. Dousa;* ancipiti *Bentleius* (*debebant* ancipitei); *cf. infra v. 20; 21.* — *Nonius certe dedit exemplum Lucilii hoc loco. quod quomodo defendendum esse videretur, comm. in Luc. XXIX, 23 dictum est. — neque tamen abhorret a fide etiam hic deceptum stuporem Nonii. cf. comm. in pg. 261 l.* cernere, amittere. — effrigat $H_1$. — **16** *aut legendum* ancipitem *pro* ambiguam *aut nihil valere hoc exemplum verissime notavit Mercerus. — ego ut plura alia, etiam in hoc capite, ab interpolatore, quem iam novimus, adiectum puto. nec enim erat, cur a librariis Nonii immutaretur illud* ancipitem. — geminusque $L_1$. — **17. 18. 19** p̄r *L, Gen;* populi Romani *H;* populi Rom. *ed. Bas.* — *cf. 222 l.* reditus: ad milites facit reversionem. — *ac notavi quidem ibi neglegentia videri lapsum interpolatorem, qui (nisi expungendum illud* eodem) *hactenus certe culpandus est, quod verba Varronis tribuit Rerum humanarum libro XX, qui praecedit l. m. — vix etiam hic turbatum antiquitus et verba sic concipienda:* Caesar reversionem fecit *(ita v. h. l.)* ad milites in Hispania qui erant, ne post occipitium exercitus relinqueretur, quo se coiceret Pompeius, aut ancipiti urgueretur bello. — caesar reversione *L, G;* cessare versione $H_1$*; Gen;* cessar reversione $H_2$. — effecit *M;* fecit *cdd.* — occipictum $L_1$. — relinquerentur *M;* relinqueret *Me; v.;* relinquerent *cdd.* (reliquerent *pr. H*). — coiceret *Gen, H, Gs;* coniceret *L.* — Pompeius, *scil.* si victus esset in Oriente. — aut *M;* ut *v.* — urgeretur $L_2$, $Gen_2$, *H, G.* — ancipiti — bello, *h. e.* ex Occidente pariter atque Oriente. — **22** ventus *M;* ventorum *cdd.* (v. est *A*); ventorum vis *Ald.* — *Verg. videtur exemplum haustum; cf. Aen. IV, 417 al.* — Aura, odor *auctore Mercero add. Quicheratus.* — Verg.; *cf. 257 l.* componere, ornare. — **23** at *C pr.* $L_1$*; Gen; B.* — **24** spirabit *cdd. h. l. praeter Bh; non 257.* — criminibus $L_1$. — **25** Aura, spl. *add. Quicheratus; om. cdd. — et* fulgoris *significationem excidisse adnotavit Me. antiquum tamen admodum errorem ea re probatur, quod cdd. habent* idem *pro* Vergilius. — VII $L_1$.

discolor unde auri per ramos aura refulsit.

|| Aura, tactus. Varro [in] Eumenidibus:

simul ac lánguido
córporei solís calidior vísast aura.

ARGVTARI dicitur loquaciter proloqui. Ennius Phoenice:

tum tu isti crédere
*nólito* atque exérce linguam, ut póssis argutárier.

Novius Exodio:

quándo ad ludos vénit, alii cúm taceut, totúm diem
árgutatur, quási cicada.

|| Argutari, sussilire. Titinius Fullonia:

*át* terra haec est, nón aqua, ubi tu sólitu's argutárier,
pédibus cretam dúm condepsis, véstimenta queí laves. ||

ATTOLLERE significat erigere, fundare. Vergilius Aen. lib. III:

attollit se diva Lacinia contra.

|| Attollere, adferre. Pacuvius Medo:

cústodite istúm vos, ne vim qui áttulat neu qui áttigat.

---

27 Varro Eumenidibus || 30 Ennius Phoenice || 33 Novius Exodio || 36 Titinius Fullonia || 1 III, 552 || 3 Pacuvius Medo.

---

26 *cf. Serv.:* auri aura; splendor auri. — 27 Aura *add.* $L_2$ *in spatio vacuo.* — tactus *M;* adtactus *Roeperus;* adactus (*praec.* a) *cdd.* — in *om. L;* eum enidibus, *m. 2* meum enidibus *id.* — 28. 29 *versus significavit Ribbeckius. quos quidem propter insolentius dirempta illa* solis — aura *putavimus admittendos.* — corpori *Oehlerus;* corpore *cdd.* — cadilior $Gen_1$. — 30 *cf. 239 l.* argutum. — loquaciter *ed. a. 1476;* loquacium *C pr.* $H_2$*; Gen;* loquacius $H_2$. — 30 Phoenice *Columna;* quo enice (*iunctum cum seq.* tum) *L, H, Gen;* quoenice *ed. Bas.* — 31 credere *ed. Bas.; v.; f.* cedere; crede *L, H, Gen.* — 32 nol. *add. M; cf. Luc. XXX, 103.* — linguam *A, Montep.;* lingua *rell.* — ut p. arg. *M;* ut arg. possis *cdd.* — 34 alii *om.* $H_1$. — 36 sussilire; exis silire *L;* easisilire, *sed hoc linea transfixum et in mrg.* subsilire *Gen;* sublire $H_1$*;* sussilire $H_2$*; G.* — *f.* ecsilire. — *cf. Serv. in Bucol. IV, 34:* unde verso in latinum verbo argutos celeres dici. — 37 at *add. Quicheratus;* nam *Bergkius;* terra hercle haec est *C. F. G. Muellerus Prosod. Plaut. pg. 604.* — nonaqua *Gen;* $H_1$ (non aqua *Bothius*); novaqua *rell.* — solitu's *Munkius de Pomp. Bonon. pg. 98;* solitus *cdd.* — terra haec est, non aqua, ubi tute solitu's *Ritschel. Op. II, 605 sqq.* — argutarier *Scal.;* argutari *cdd.* — 38 condepsis *Schneiderus;* conpescis (comp. $L_2$*, H, G, Gen*) *v.* — compercis *obscura mihi quidem sententia Lachm. comm. Lucr. pg. 379.* — qui *(ablativus)* laves *Lachm.;* que levas *cdd.* — 1 Adt. *Hqo; v. 1. 2. 3 A.* — fundare *M;* fundere *v.* — 2 att. (attolit *H*) *C;* adt. *Gen.* — divina $B_1$*;* dit (sedit) ua $L_1$. — Lucinia *ed. Bas. per errorem operarum;* lenia $L_1$. — 3 Adt. *H; Gen (ita et v. 4).* — adferre (aff. $L_2$*,* $H_2$*, G*) *C, Gen;* efferre *Guietus; alii* auferre. — *sed in priore Pacuvii exemplo illud* attulat *haud dubie positum pro* adferat; *secundo quidem l. pro* levet. — Pac.; *cf. Diomed. pg. 378.* — 4 istum (iustum *B*); hunc *cdd. Diom.;* istunc *Ribbeckius.* — ne vim qui; ne eum qui *cdd.;* nequis vim *Diom.* — adtollat (att. *G;* attollant *punctis notato* n *L*) *cdd.;*

idem Armorum iudicio:

'pro império agendumst.' — 'quís vetat, nequi áttulat?'

Vergilius Aen. lib. VIII:

attulit et nobis aliquando optantibus aetas.

AVSCVLTARE est obsequi. Pacuvius Chryse:

magis aúdiendum quam aúscultandum cénseo.

Ennius Melanippa:

mi auscúlta, nate; púeros comburí iube.

Caecilius Symbolo:

audíre, ignoti quom ímperant, soleó, non auscultáre.

|| Auscultare, audire. Afranius Simulante:

ne ego íllos velitántis auscultó lubens.

Pomponius Asina:

atque aúscultare dísce, si nescís loqui.

Auscultare, videre, spectare. Afranius Privigno:

'vidístei ludos?' — 'hínc auscultaví procul.'

ADDVCERE, ducere. Terentius Heautontimorumeno:

addúcimus [ad te] tuam Bácchidem . . . . .

---

5 Pacuvius Armorum iudicio || 7 VIII, 200 || 9 Pacuvius Chryse || 11 Ennius Melanippa || 13 Caecilius Symbolo || 15 Afranius Simulante || 17 Pomponius Asina || 19 Afranius Privigno || 21 II, 3, 70.

---

attulat *Diom.;* attolat *Voss.* — neu qui *M;* neve (neae $L_1$) qui *cdd.; ap. Diom. Parisini* neue; *Mon.* neui. — attigat *L;* adtigat *Gen; supra* i *scr.* n *in L et Gen;* adtingat *H, Gs;* attingat *B.* — 6 pro imperio agendumst; *verba militis custodientis corpus Aiacis.* — nequi *M;* quisne *cdd.; cf. v. 4.* — attulat *Quicheratus;* attolat *Voss.;* attollat *cdd.* — *f.* abstolat *olim fuit.* — *neque improbabile est et h. l. et v. 4 quod traditur a Nonio datum propter nimiam rei metricae scaenicorum imperitiam; cf. 393 l.* statim *ibique comment.* — 7. 8 *Vergilii exemplum ab interpolatore additum suspicere.* — VIIII *L.* — 8 attollit *pr. H.* — optantibus *L, H, Gen;* obstantibus *cd. Bas.* — 9 Austare, *in mrg. m. 2* auscultare *H.* — Chryse *Iun.;* qui se (qui sem *Gen*) *cdd.* — 10 ascultandum $L_1$. — gens eo $L_1$. — 11 Menalippa *cdd.* — 12 mihi *cdd.* — comburi *M;* cremari *cdd.* — 13 Symbolo; *cf. Turneb. Adv. XXIX, 20;* sembono *L,* $H_1$, *Gen;* embono $H_2$, *G; cf. 279 l.* destitui. — Emporo *Turneb.;* Embolo *Scal.* — 14 quom *Ribbeckius* (quae *Bothius*)*;* quod *cdd.* — 16 illos *add.* $H_2$. — velitantes *Iun.;* veltantis *cdd.* — ausculta *Gen, pr. H.* — livens *Gen;* iubens $L_1$*;* lives, *supra scr.* n, *H; deleto voc. in marg.* lubens $H_2$. — 18 discessi nescis, *m. 2* disce sinescis *L.* — 19 Auscultare, videre. *n. N.* — *cf. et comm. in 261 l.* cernere, audire. — 20 vidisti *Neukirchius;* videt *cdd.* — auscultari $H_1$, *Gen, B.* — *post hunc versum in cdd. posita illa* agere, porrigere — agunt eum praecipitem poenae civium Romanorum; *quae pg. 243 in fine l.* agere *sunt reposita.* — 22 ad te (ad tem *Gen*) *om. Ter. cdd.* — baccidem *pr. B.*

|| *Adduci*, cogi. M. Tullius de senectute: nullo imbri, nullo frigore adduci, ut capite operto sit. || Adducere, intorquere, rotare. Vergilius lib. VIIII:

ipse ter adducta circum caput egit habena.

|| Adducere [excutere], producere. Vergilius lib. VIIII:

ocius adducto torques hastile lacerto.

AEQVOR, campus. Vergilius lib. XII:

illi aequore aperto
ante notos zephyrumque volant.

|| Aequor, mare. Vergilius Aen. lib. I:

et vastas aperit syrtis et temperat || aequor.

|| Aequor, fluvius. Vergilius lib. VIII:

viridisque secant placido aequore silvas.

ADVENIRE, venire. Caecilius Plocio:

edepól senectus, étsi nil aliúd *viti*
adpórtes tecum, cum ádvenis, unum íd sat est.

|| Advenire, incipere. Plautus Amphitryone:

---

23 10, 34 || 25 Aen. IX, 587 || 27 Aen. IX, 402 || 29 Aen. XII, 333 || 32 I, 146 || 2 Aen. VIII, 96 || 4 Caecilius Plocio || 7 Plautus Amphitryone.

---

**23** Adduci *add. cd. princ.; om. cdd.* — cogi *ante* nullo *B, $H_1$, L, Gen; sed in H del. m. 2.* — M. T.; *cf. 395 l.* siccum, firmum. — M. Tullius de sen. *om. L, Gen, B; habet $H_2$ in margine; G. — atque in hoc potissimum capite* M. Tullii *nomen frequentia usus longe superat* Ciceronis. — Cicero de senectute *$H_1$ (del. m. 2); Gen in mrg.* — imbre *cdd. Cic.* — **25** *cf. 243 l.* actum, rotatum. — **26** ter *add. $H_2$.* — adducer, *supra scr.* ta, *H.* — habenas *pr. H;* habena *etiam B;* abena *A; ed. Bas.* — **27** excutere *add. $H_1$, in mrg. Gen; om. rell. cum B. — ac recte quidem ad superius potius lemma referendum dicit Quicheratus. sed utrum interpolatori an Nonio debeatur parum liquet.* — producere; *cf. cd. T Servii, in quo ad illud* adducto *haec notata:* quidam 'producto' intellegunt; alii 'reducto', quia reducitur manus, ut fortius exeat quod fuerit destinatum. — Adducere, reducere *Quicheratus. — neque potest dubitari, quin pro* reducendo *positum sit* adducere *l. Vergiliano.* — **28** ocyus *(ut Me, Iun.) ed. Bas.* — torques *$L_1$;* torquens *rell.* — astile *$Gen_1$.* — **29** Aequor mare campus *$H_1$, $Gen_1$.* — **31** nothos *$H_1$; Gen; B.* — zeferumque *$L_1$; $H_1$; $Gen_1$;* zefirumque *$H_2$; $Gen_2$;* zephirumque *B;* zefyrumque *$L_2$; ed. Bas.* — volat *$L_2$; $H_1$; Gen;* valat *B.* — **32** Verg.; *cf 236 l.* aperit, mitigat. — **1** syrtes *B;* cirtes *A.* — **2** Aequor, fluvius; *n. N.* — VIIII *L, pr. B.* — **4** Advenire est venire *A. — ita in hoc et alias nonnumquam additum illud* est. — Caec.; *cf. Cic. Cat. m. 8, 25; ubi sequitur versus* quod diu vivendo multa quae non volt videt. — **5** etsi *Bothius;* ut si *cdd.* — nihil *cdd.* — aliud *om. B.* — si nihil (nil *v.*) quicquam aliud vitii (viti *v.*) *fere cdd. Cic., f. recte.* — viti *om. cdd. Non.* — adportes *$L_1$, H, A, B, Gen;* app. *$L_2$, G.* — ad s. *$B_1$.* — sad *$L_1$.* — **7** Pl. *om. Gen; B. — cf. 44 l.* cerriti.

quaese ádvenienti mórbo *medicarí* Iovem.

AESTVS, solis et aestivi temporis flagrantia. Vergilius Georg. lib. III:

aestibus in mediis umbrosam exquirere vallem.

|| Aestus, marini impetus vel commotiones. Lucretius lib. IIII:

frigus ut a fluviis, calor ab sole, aestus ab undis
aequoris.

Plautus in Asinaria:

quó magi' te in altúm capessas, áestus te in portúm refert.

Vergilius:

fundoque exaestuat imo.

ACERBVM, horrendum, infandum, inmite. Vergilius Aen. lib. [IIII et lib.] VI:

et funere mersit acerbo;

et in multis ita. || Acerbum, incoctum, praecocum; ut de pomis frequentius dicitur. Varro in Agathone: virgo de convivio abducatur ideo, quod maiores nostri virginis acerbae auris veneriis vocabulis inbui noluerunt.

---

10 III, 331 || 12 IV, 219 || 15 I, 3, 6 || 17 Aen. III, 577 || 20 VI, 429; cf. comm. || 23 Varro Agathone.

---

8 quaeso *cdd. h. l.;* quasi *pg. 44.* — moribo *C, Gen, B.* — medicari *om. hic cdd. (pg. 44* medicati). — iube $H_1$*; Gen; B;* iure $H_2$*; L, G.* — quaeso, advenienti morbo medicari iube *Schroederus, Goetzius. quod nec ipsum displicet. — ceterum cum comm. pg. 44 brevius rettulissemus de Acidalio, addimus hic sic ab eo conformatos versus, qui ibi sunt:* quaese adveniente morbo nunc medicum tibi; | enim tu certe aut larvatus aut cerritus es. — *fugerat quippe eum apud Plautum pro* larva *poni* laruam. *cf. Lachm. comm. Lucr. pg. 379.* — **9** flagratia *H.* — **11** aestibus at *Verg.* — vellem $L_1$*; Gen*$_1$. — **12** mari, *supra scr.* ni, *Gen.* — Lucr.; *cf. 310 l.* frigus. — **13** frigiis $L_2$*; Gen.* — a fluviis *cdd. 310;* a pluviis (pluis $H_1$*;* pluvis $L_1$) *h. l.* — ab s. *et Lucr. cdd.* — **15** *cf. pg. 266 l.* capessere, inmittere; *381* referre, revocare. — *interpolatione ex Non. ducta additus ab Italis hic v. commentis Servii ad Aen. XI, 627.* — **16** quo *Non. ter.* — capessis *cdd. pg. 266; 381.* — *interpolata haec.* — *recte cdd. Pl.:* quam magis te in altum capessis, tam aestus te in portum refert. — te *secundum abesse malit Quicheratus, sed sine causa.* — **18** fondoque *B.* — **19. 20** Acerbo *pr. H.* — inmite *cum* $L_1$*, B, Gen;* immite (immitte *pr. H*) *rell.* — IIII et lib. *secl. M;* lib. VI et XI *Quicheratus. nam recurrit v. 21 XI, 28. — verum talis citandi modus omnino abhorret a Nonio. videtur olim fuisse scriptum* III *pro* VI *errore frequenti et ita ortum vitium. — cf. et comm. in 229 l.* tapete. — **21** *n. N.; recte enim Servius ad Aen. VI, 429:* acerbo, inmaturo. translatio est a pomis. — acervo $L_1$. — **22** et in multis (imnultis *B*) ita *add. L,* $H_1$*, Gen, B; om.* $H_2$*, G.* — et de p. *Iun.* — **23** V.; *cf. 521 l.* inbuere. — abdicatur *Pius; f. recte.* — **24** acervae $L_1$*, Gen*$_1$. — veneriis *vir doctus in mrg. ed. Iun.;* venereis *Guietus;* veneris *cdd. l. utroque.* — **25** inbui $L_1$*; Gen;* imb. *rell.* — voluerunt *cdd. pr. mrg. H; et in mrg. Genm* N̄. *(sic).*

ALBVM significatione manifesta est, ut Vergilius Georg. lib. III:

color deterrimus albis
et gilvo.

|| Album, mite vel placidum. Varro Sesquulixe: *albi nondum sunt fluctus nec* adversi venti ceciderunt. quodsi pergunt diutius mare volvere, vereor ne me quoque, quom domum ab Ilio cossim venero, praeter canem cognoscat nemo.

ADOLERE est urere. Vergilius in Bucolicis:

verbenasque adole pinguis et mascula tura.

|| Adolere, augere, honorare, propitiare: et est verbum sacratum, ut macte, magis aucte. Vergilius Aen. lib. I:

quinquaginta intus famulae, quibus ordine longo
cura penum struere et flammis adolere penatis.

et lib. VII:

praeterea, castis adolet cum || altaria taedis.

|| * * * Alescere†, crescere: unde aduliscentem dicimus. Lucretius lib. II:

---

26 III, 82 || 29 Varro Sesquulixe || 33 VIII, 65 || 36 I, 703 || 39 Aen. VII, 71 || 3 II, 1130.

---

26 ut *supra add. in H.* — 28 gilvo *B;* gilbo (gelbo $L_1$) *C, Gen.* — **29. 30** Altum *cdd.* — Varro; *cf. 276* cognoscere, agnoscere. — albi nondum sunt fluctus nec *add. M;* nondum album est mare nec *Quicheratus;* nondum album caelum est neque *Buechelerus.* — **31** quom *Vahlenus;* quo *cdd. h. l. exc. quod in H est* quod; cum *276.* — ab ilio *cdd. 276;* ab dalio (ab adalio $Gen_1$) *hic.* — *vid. fuisse* ab Eilio. — cossim *cdd. 276;* cossint (cossim *Gs*) *h. l.; cf. 40 l.* cossim. — cessim *Pius; v. Gruteri Lampad. I, 408.* — **32** revertero *cdd. 276; f.* revenero. — **33** *cf. 58 l.* adolere. — Adholere *hic et vv. 34; 35; 38 (dest 1) per* h *scriptum in A exc. quod v. 38 m. 2 sit repositum* adolere *refert Meylanus.* — Adolere aestu, *tum ras.,* rere $H_1$*; id. m. 2* Adolerea est urere. — aestu erere *Gen;* aestu urere *B.* — Verg.; *cf. 58 l.* adolere. — **35** aestu verbum $L_1$. — **36** mage (magi *Ho*), *supra scr.* cte, *H.* — Verg.; *cf. 58 l. m.* — **37** longo; *cf. Ribbeckii comm.* — **38** poenum $Gen_1$. — poenatis $Gen_1$*;* $H_2$. — **39** ex *pro* et *Gen.* — lib. VII; *cf. 58 l. m.; 439 l.* castitas. — **1** castris *Gen.* — tedis *Gen, G, H* (*hic* telis, *notata* l *puncto et supra scr.* d). — **2—7** *locus difficilis.* — **2** Adolescere (Adh. *A*) *cdd.;* Al. *M.* — *cum non possit demonstrari eo fuisse stupore eaque ignorantia Nonium, ut crederet recte procedere hexametrum talem:* donique adulescendi summum tetigere cacumen, *cumque adeo* alescendi *vocabulum in versu Laberii optimis suppeditetur codicibus, ego id non modo apud Lucretium, etiam in lemmate indicavi reponendum.* — *quod si recte factum, apparet Nonium opinatum* adolere *ab* alendo descendere. *nam per se stare non potest lemma illud, cum de varia agatur significatione sermonum nec facile appareat, quid aliud* alescendi *verbum possit significare nisi* alendo increscere, *ut omittam inveniri rarissime. afferunt lexica duos Varronis de re rust. (I, 44, 4; II, 4, 19) locos. e quibus prior hic est:* quae nata sunt, inquit, in fundo alescunt, adulta concipiunt; *ubi legendum videtur* olescunt; *alter talis, significatione quidem aperta:* quod

donique alescendi summum tetigere cacumen.

Laberius in Sororibus:

laus, nomen, glória
ea agénti alescit.

## INCIPIT PER B LITTERAM.

BELLVM est, ut plerumque, pugna. ‖ Bellum, elegans, melius: prudens. Lucilius lib. XXVIIII:

aétatem istuc tíbi laturam [et] béllum, si hoc bellúm putas.

Varro *Ταφῇ Μενίππου*: Diogenem litteras scisse, domi usioni quod satis esset, hunc quod etiam acroasi bellorum hominum. — idem eodem: in carteo stadio epitaphion agona quom quis cer-

---

5 Laberius Sororibus ‖ 10 Lucilius l. XXVIIII ‖ 12 Varro *Ταφῇ Μενίππου* ‖ 14 Varro *Ταφῇ Μενίππου*.

---

neque mater potest sufferre lac neque congenerati alescendo roborari. — *iam cum ne Nonium quidem sit probabile ab* alendo *existimasse ducendum illud* adolere, *potius videtur scribendum* Olescere; *id quod confirmatur Festi pg. 309, qui* suboles, *inquit,* ab olescendo id est crescendo, ut adolescentes quoque et adultae et indoles dicitur. — *praeterea apparet ante* Alescere vel Olescere *hausta, quibus indicaretur illud* adolere *ab* alendi *sive* olescendi *verbo originem ducere (ita et pg. 58 l. m. conferuntur illa* adolevit, adultum). *nam ne in quarto quidem capite Nonius, perditus veriloquiorum captator, a proprietate verborum abstinet. — cf. 362 l.* protelare. — aduliscentem $L_1$; $Gen_1$; adulescentem *rell. exc. quod* adolescentem *A, B.* — dicimus *Guietus; Lachmann. in Lucr. pg. 140; A;* dicimi $H_1$; dici $L_1$; *Gen; B;* dicit $L_2$, $H_2$, *G.* — 4 donique *Lachm. comment. in Lucr. l. m.;* denique *cdd.; et ipse, puto, Non.;* donec *libri Lucretii.* — alescendi *Lachm.;* olescendi *rectius Quicheratus;* adulescendi *C, Gen, A;* adolescenti *B.* — 6. 7 laus, nomen, gloria ea agenti (*vel* agendo) alescit (*vel potius* olescit) *M;* laus nomen gloria alescit *Lachm. l. m.;* laus nomine agendi nomine gloria alescit *Gen; pr. H;* laus nomine gloria alescit $L_1$; laus nomine gloria adolescit *L; H ex corr.; G.* — *in A, B Lab. exempl. non extat. — equidem nondum sat cognita sincera librorum traditione Lachm. putaram probandum inventum. sed cum illud* agendi *vix probabile sit ortum ex eo quod praecedit v. 4* adulescendi, *alia fuit via ineunda. — accedit quod anapaesticorum metrorum in reliquiis mimorum et atellanarum exemplum extat nullum. neque casu id factum praeter Terentii fabulas palliatarum hoc posteriorum et togatarum declarant reliquiae; in quibus etiam illa rarissima. adeoque in atellanis et mimis praeter trim. iamb. et troch. septen. et aliquando septen. et octon. iambicos vix quidquam metrorum fuisse tibi persuadeas nisi tetrametros bacchiacos et creticos eosque rarissimos. cf. et libri de Saturnio v. pg. 5.* — 8 *om. Gen.* — 9 *ingens hic N. stupor; qui utinam hoc loco origines circumspexisset verborum, in quibus alibi inquirendis est multus.* — elegans $L_1$, $H_1$, *Gen, B, A;* eligans $L_2$, $H_2$, *G.* — 11 stuc *Gen, B.* — et *quod ex praecedente* aetatem *vid. ortum del. Me.* — putas *add.* $H_2$. — 12 Varro; *cf. 230 l.* usus *cum comm.* — dum usioni *L, H, Gen, B;* dum uisioni *G.* — 13 hunc *Buechelerus;* tunc (*praec.* t) *cdd.* — hunc; *Menippum; propter elegantiam scriptorum.* — acroasi *Iun. in marg.;* acrosi *cdd.* — acta (acto *ed. a. 1471*) *edd. usque ad Iun.* — hominem *H, Gen, B.* — 14 idem oedem $H_1$. — cartao $H_1$; casteo $G_1$. — epitaphion agona *Turneb. Advers. XXIX, 20;*

248 M.

tassit animo bellissumo, magis delectatus stoicorum pancratio quam athletarum. — idem Sesquulixe: quid enim est quod homo masculus lubentius videre debeat bella uxore? — idem Bimarco: sociis es *hostis*, hostibus socius. bellum ita geris, ut bella omnia domum auferas.

* * *

## INCIPIT PER C LITTERAM.

CONMITTERE, effigiare. Pacuvius Niptris:

barbáricam pristim súbinis nostris óptulit,
nová figura fáctam, conmissam ínfabre.

|| Conmittere, coniungere, sociare. Lucilius lib. XXVIII:

quíd me fiet, síquidem nunc vis te ínprobis conmíttere?

---

16 Varro Sesquulixe || 17 Varro Bimarco || 22 Pacuvius Niptris || 25 Lucilius l. XXVIII.

---

quom *Riesius;* epitafion ago aquo (aqua, o *supra* a *scr.*, *H*) *C*, *Gen.* — certassit *Barthius;* certasset *C; Gen.* — **15** bellissumo *Gulielmus (hoc superlativo cum aliis etiam Lucilius usus);* bellus homo *C*, *Gen.* — pacratio *A*, *pr. H;* pancracio $L_1$. — **16** quam; *ita v.; et in Gen esse testatur ed. Bas.; sed nihil notatum ab Hageno et Meylano;* quarum *cdd.* — adletarum $L_1$*; G; ita 82, 24* adlis *C;* atletarum $L_2$, *H*, *Gen* (*hic sec. ed. Bas.* athl.). — (*in B Varronis hoc cum sequentibus exemplum omissum. — ad init. lemmatis m. s. XI in mrg. B adscr. haec:* de B. cuĩ consequentia vitio (vitia *Bh*) scriptorum male curtata sunt.) — **17** masulus $H_1$*; Gen.* — libentius $L_1$*;* $H_1$*; Gen.* — bella uxore *Me* (bellam uxorem *ed. pr.;* quam bellam uxorem *Bentin.*); illa uxorem (uxore *Gen*) *cdd.* — VI marco $H_1$*; Gen;* uimareo $L_1$*;* uimarco *rell.* — **18. 19** sociis es *(sic Bentin.)* hostis, host. socius *M;* socis (socius $L_2$, $H_2$, *G*) est *(ita et Gen)* hostibus socius (sociius *H*, *Gen*) *cdd.* — generis $H_2$, *G.* — *minus observata cdd. opt. memoria* sociis es hostis, cum sociis bellum ita geris *Lips.;* socius es hostibus, hostis sociis *Madvigius;* socius es? hostibus socius *Havetus.* — *post illud* auferas *hausta plura cum per se sit probabile (nec enim uno lemmate in hoc capite, omnium amplissimo, ea quae a* B *littera inciperent contineri voluisse Nonium demonstrat collata pars secunda, qua de honeste sed nove dictis agitur), tum ea re docetur, quod in Guelferbitano libro dimidia pars columnae h. e. versus circiter 14 vacant. qua re lacunam indicari declaratur; cf. comm. in 8, 24.* — **21** *om. H, Gen.* — **22** efficiare $L_1$*;* effugiare *B.* — Pac.; *cf. 40 l.* infabre. — niptra $L_2$, $H_2$, *G;* neptra $L_1$, $H_1$, *Gen*, *B.* — **23. 24** *verba nuntii ad Vlixem de pugna, quam commiserat Telegonus, stomachatus quod non admitteretur ad patrem.* — barbaricam (barricam *pr. H*); *i. e.* peregrinam, ignotam. — pestem *cdd.* — subinis *in A testatur esse ed. Bas.; sed totum Pacuvii locum desse constat;* sabinus *C*, *Gen*, *B (in L laesa charta factum* sahinus). — *fuit olim* subineis. — navibus *cdd. pg. 40.* — *cf. de hoc genere teli Paul. pg. 336.* — optulit *C*, *Gen;* obt. *B.* — novam *cdd.* — figuram *C;* figura *Gen*, *B.* — fatam $L_1$, *pr. H*, *Gen*, *B.* — **26** fiet et $L_1$. — nunc *Vahlenus;* non (no *supra scr.* N *Gen*) *cdd.* — committere *cdd.*

Vergilius Aen. lib. III:

delphinum caudas utero conmissa luporum.

|| Conmittere, donare, relinquere. M. Tullius in Verrem actione secunda: [is] calumniatores ex sinu suo obposuit, qui illam hereditatem Veneri Erycinae conmissam esse dicerent. || Conmittere, facere. M. Tullius in Verrem actione [tertia]: ego etiam quae tu sine Verre conmisisti Verri crimini daturus sum. — Vergilius Aen. lib. I: ||

quid meus Aeneas in te conmittere tantum?

Lucilius lib. XXVIII:

cónmovet se núsquam neque conmíttit ut pereát sibi.

|| Conmittere dicitur initiare. Vergilius lib. V:

et tuba conmissos medio canit aggere ludos.

Varro Endymionibus: discumbimus inviti. tum dominus maturo *ovo* cenam conmittit. || Conmittere, credere, permittere. Vergilius lib. VIIII:

portam, quae ducis imperio conmissa, recludunt.

Terentius in Eunucho:

ovem conmisisti lupo.

Lucilius lib. XXX:

---

27 III, 428 || 29 de praet. urb. 10, 27 || 32 Divinat. 11, 35 || 34 I, 231 || 2 Lucilius l. XXVIII || 4 Aen. V, 113 || 6 Varro Endymionibus || 8 Aen. IX, 675 || 10 V, 1, 16 || 12 Lucilius l. XXX.

---

28 delfinum *C, Gen.* — 30 secunda: [is]; secundas $L_1$; *Gen*$_1$. — is *non habet Cicero.* — obposuit $L_1$, *H, Gen;* opp. $L_2$, *G, B;* app. *cdd. Cic.* — 31 ericinae *L, H, Gen.* — 32 M. Tullius; *cf. 279 l.* dare, adscribere; *ubi recte* in Verrem, Divinatione. — in, *tum ras.*, in uerem, *supra* ue *scr.* r, *Gen.* — tertia (atertia *pr. H;* terentia *Gen*$_1$) *secl. M.* — M. Tullius in Verrem Divinatione *Mc.* — 33 commisisti *C, Gen.* — 3 commovet — committet (commitet, *supra scr.* t *G*) *C, Gen;* committit *Quicheratus; Lachmannus.* — ut pereat sibi; *sensus mancus Nonii, ut vid., culpa.* — *recte Quicheratus vv. 14—16, qui in libris positi sunt post 3, traiecit in illum l.* — 5 agere *Gen*$_1$*; B.* — 6 Varro; *cf. 281 l.* dominus — convivii exhibitor; *349* maturum, mite. — eudimionibus (eudym. *Gen*) *C, Gen.* — inviti. t. d. *M* (multi, tum d. *Carrio*); multitudo minus $H_1$; *Gen, G;* multi dominus *L testantibus Gerlachio Riesioque* (multi tu dominus *ed. Bas.; nihil notat Zangem.*); $H_2$; invitati *Riesius.* — *cf. comm. in pgg. 282; 349.* — 6. 7 maturo ovo *cdd. 349;* matura *h. l.; corrupta lectio etiam 282.* — caenam *H, Gen.* — conmittit *L sec. Zangem.;* committis (conm.) *L testantibus Gerlachio, Riesio; G; Gen;* commitis *H.* — 9 portamque ducis *cdd. pr.* $H_2$. — comm. *cdd.* — 10 Terrentius *L, ut saepius scriptum in cdd. vetustis.* — eunocho *Gen*$_1$; eunuco *ed. Bas.* — 11 commissiti *B.* — *ap. Ter.:* scelesta, ovem lupo commisti (commisisti *cdd. cum Bembino;* commisi *Bentleius*). dispudet.

quoi sua conmittunt mortali claustra Camenae.

idem lib. XXVI:

ád enim dicis, clándestino tíbi quod conmissúm foret,
né muttires quícquam nec mystéria ecferrés foras.

M. Tullius de officiis lib. II: quamdiu res publica per eos gerebatur quibus se ipsa conmiserat.

CONFVTARE, commovere.† Titinius Setina:

cocu' mágnum aenum, quándo fervit, paúla confutát trua.

|| Confutare, reprimere, convincere. Terentius in Phormione:

. . . confutávit verbis ádmodum iratúm patrem.

CONDERE significat abscondere. Vergilius Aen. lib. II:

scandunt rursus ecum et nota conduntur in alvo.

|| Condere, constituere. Sallustius in Catilinae bello: urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Troiani.
|| Condere, consecrare. Vergilius Aen. lib. III:

animamque || sepulchro
condimus.

|| Condi, potiri. Vergilius lib. VII:

---

14 Lucilius l. XXVI || 17 II, 1, 2 || 19 Titinus Setina || 21 III, 1, 13 || 23 II, 401 || 25 6, 1 || 27 III, 67 || 3 Aen. VII, 303.

---

Licinius Macer in epistula ad senatum: illi suam vitam mecum contendunt, quoius in corpore ita crebra sunt vulnera [vitae], novae cicatrici ut locus non sit. — Naevius in Lycurgo:

cáve sis tuam conténdas iram cóntra cum ira Líberi.

Accius in Tereo:

video égo te, mulier, móre multarum útier,
ut vím contendas tuam *ád* maiestatém viri.

Varro *Γνῶθι σεαυτόν*: age nunc, contende alterum genus

---

41 Lucilius l. VII ‖ 44 Caecilius Titthe ‖ 3 Licinius Macer epistula ad senatum; cf. comm. ‖ 5 Naevius Lycurgo XIX ‖ 7 Accius Tereo ‖ 10 Varro *Γνῶθι σεαυτόν.*

---

**39** *praecessit ut puta* talis erat forma. — possem; *f.* posses. — **40** lede *cdd.* — *Ἰξιονίης ἀλόχοιο Me;* ixiones alcholocheo *L*, $H_2$, *G;* eximone salcholocheo (h *scr. supra* co) $H_1$; *Gen; Tornaes.; cf. Il. XIV, 315 sqq.* — **41** *cf. comm. in Lucil. VII, 4.* — **42** huncine *Tornaes.* — hyacinctho (h *supra* to *scripto L*) *L, G.* — **44** tithac *C, Gen.* — **1** ego, n *supra scr., L;* egone *A, Montepess.* — **2** asticam *Bergkius;* atticam *cdd.* — ista *A*, $Gen_2$; isti, *supra scr.* a, $H_1$. — rustina $Gen_1$; rusticina *Am, Montepess.* — tua *add. Bergkius; Quicheratus.* — **3** lucilius $H_1$; $Gen_2$; licilius $Gen_1$. — in epistula (epistola $L_2$) ad senatum. — *iure dubitat Petrus hist. lat. prooem. pg. CCCXL, num Licinii Macri epistulae vel ab ipso vel ab amicis umquam sint editae, putatque hanc epistulam a Sallustio fictam et historiis suis insertam; eiusque opinionem probat Hertzius Indicis schol. Vratislav. aestiv. a. 1871 pg. 4. — adversatur, quod Nonius ne eis quidem locis, ubi citati ab eo auctoritatis addendae gratia scriptores aliorum verbis utuntur, adeoque addito nomine, hos ponit auctores, sed illos. — cf. comm. in pg. 261 l.* cernere, amittere. — *itaque si recte statuit Petrus, in fonte, quo usus est Non., Sallustii nomen vel casu omissum vel cum extaret a Nonio neglectum existimabimus. — sed nescio an similius sit veri post illud* epistula *eius quem scribentem induceret Licinius nomen haustum; cf. pg. 228:* Claudius Quadrigarius, describens Manli Torquati pugnam. — *etiam hoc notandum, non uti alias epistulis Non., nisi Ciceronis et Varronis, auctorum celeberrimorum.* — metum $L_1$. — **4** quoius *M;* quorum *v.* — vitae, *ut e v. 3 illatum, secl. M.* — **5** cicatrice ut lucus $L_1$; lucus *etiam* $Gen_1$. — **6** contenda syram *H, Gen;* yram *etiam* $L_2$. — **7** *cf. 519 l.* multos. — actius *B.* — accius in te in tereo *L;* te *punctis adpositis notatum; sed haec eluta.* — **8** more *om.* $H_1$; *Gen; B; Tornaes.* — **9** vim *cdd. 519; hic P;* cum *rell.* — ad *om. h. l. cdd.* — maiestutatem *pr. H.* — viris *cdd. hic.*

259 M.

φιλοθέωρον, ecquid ibi videris melius. ‖ Contendere, certare. M. Tullius de officiis lib. I: miserrima omnino ambitio est honorumque contentio. — Vergilius Aen. lib. IIII:

quis talia demens
abnuat aut tecum malit contendere bello?

Sallustius in Iugurthino bello: fretus multitudine militum parabat armis contendere. ‖ Contendere, continuare. Cicero de oratore lib. I: *ut una continuatione verborum*, id quod eius scripta declarant, *binae* et contentiones vocis et remissiones continerentur. et [de oratore] lib. III: nihil perniciosius quam ecfusa sine intermissione contentio. ‖ Contendere iterum significat extorquere. Cicero in epistula *ad* Cassium: hoc a te ita contendo, ut in eo fortunas meas positas putem. — Accius [in] Eurysace:

iám petere incipiam ét si *precibus pérpetrari rés* nequid,
ví contendam, ut hínc parentem técum Salaminem ávehamm.

Turpilius Lemniis:

habés potestatem, úbi petes tantúm, senis.
pretiúm contendas, út redempto Phaédriae
liceát redire antíquam in consuetúdinem.

---

12 I, 25, 87 ‖ 13 IV, 107 ‖ 16 13, 3 ‖ 17 I, 61, 261 ‖ 20 III, 60, 224 ‖ 22 Cicero epistula ad Cassium (ad Fam. XV, 14, 5) ‖ 23 Accius Eurysace ‖ 26 Turpilius Lemniis.

---

11 φιλοθέωρον *Iun.;* filothoreon *cdd.* — ecquid *Vahlenus* (*praec.* n); nequid *cdd.; f.* numquid (nunquid). — videris *Ribbeckius;* viderit (vederit $H_1$) *cdd.* — videre sit *Vahlenus.* — melius. *hic addend. Varr. exempl. 260, 18 sqq.* — recertare *Gen;* $H_1$*;* decertare *B.* — **12** miserima $L_1$. — est ambitio *cdd. Cic.* — hon. *Cic.;* bonorumque *cdd.* — **14** qis *L.* — **16** saluscius $L_1$. — in I. b. fretus *supra scr.* $L_2$. — Sall. — bello *in mrg. add.* $Gen_2$. — militem *pr. H.* — **17** parabat *Sall.;* sperabat *cdd.* — **18. 19** II *cdd.* — *quae cursivis litteris sunt expressa, ex Cic. add. Quicheratus.* — ei cont. *cdd. Cic.* — missiones *pr. L.* — continuarentur *C, Gen.* — **20** de or. *om. v.* — ecfusa *M;* effusa *cdd. Cic.;* et infusa *Non.* — **22** epistola $L_2$, *H, G.* — ad Cassium *Quicheratus;* Cassi *cdd.; cf. pg. 278 l.* delenitus, delectatus. — a te ita *Cic.;* ait ita *L, H, Gen;* agit ita *G; mss. Me; om. B.* — **23** meas putem as (putem as *delet.*) positas putem *L.* — pugnem *B.* — in *om.* $L_1$. — **24** petere *Scriver.; Guietus;* potere *G;* potero *L, H, Gen.* — precibus perpetrari res *add. M;* nequid *pro* nequit *(ita Scriver.).* — *cf. Pacuv. ap. Fest. pg. 217:* neque perpetrare precibus nec pretio quiid. — **25** vi; *m. 1 f.* in *L.* — hic *G.* — par. *M;* comportet (conp. $L_1$*;* competeret $G_1$) *cdd.* (*praec.* c). — tecum *Grotius;* texum *cdd.* — Salaminaem *pr. H; f.* Salaminam; *qua Pacuvius usus est forma; quamquam Accium graeca graece magis inflectere coepisse constat.* — aveham *Buechelerus;* habeam *cdd.* — *verba Teucri ad Eurysacem.* — **26** Lemniis *Ald.;* lemonis *C, Gen;* lenonibus *inepta, ut saepe, interpolatione cd. N. Fabri; atque ita ed. princ.* — **27** habes *Ribbeckius;* habet *cdd.* — habes potestatem; *i. e.* facultatem adeundi. — ubi petes tantum *M;* ubi potestatem (*supra scripta haec in H, in quo* potastatem, *mutat. in* potaestatem) *C; Gen.* — **28. 29** pretium *M;* p̃tio *(ante* t *rasura*

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν:

et petere imperium populi et contendere honores.

M. Tullius de officiis lib. II: extremum || autem praeceptum in beneficiis operaque danda, nequid contra aequitatem contendas. || Contendit proripuit vel direxit significat. Vergilius lib. V:

qui tamen aerias telum contendit in auras.

Licinius Macer: quo die magistratum obiit, repente celeri gradu per forum se in Capitolium contendit. — Turpilius Philopatro:

heu fortunás meas,
máter. — hem, qua caúsa huc opere máxumo conténditur?

Pacuvius Doloreste:

nil cóniectura quívi interpretárier
quorsúm flexivia *díctio* conténderet.

M. Tullius de re publica: sed audisse te credo, Tubero, Pla-

30 Varro Serrano || 1 II, 20, 71 || 3 Aen. V, 520 || 5 Licinius Macer || 6 Turpilius Philopatro || 10 Pacuvius Doloreste || 13 M. Tullius de re publica (I, 10, 16).

*in L) L, H, Gen;* pretio *ed. Bas.* — Phaedriae *Grauthoffius;* fedria *C, Gen* (fedri alice ad *Gen;* licead *etiam* $H_1$). — antequam $H_1$*; Gen.* — *sensus apertissimus. nam cum Phaedria adulescens propter peccatum levissimum exclusus esset a patre* (*cf. pg. 363 l.* protelare — excludere) *et a piratis captus ereptusque amicae, h. l. socii de exorando patre illoque liberando consilia ineuntes inducuntur.* — **30** sarrano $L_1$. — πραρχαιρεϲιων *L, sed solus.* — **31** honores; *quamquam in accusativo nihil inest offensionis, tamen collato Lucretii versu (II, 11)* certare ingenio, contendere nobilitate *suspicor deceptum Nonii auctorem falsa lectione restituendumque* honore. — *et accedit, quod* extorquendi *verbum parum videtur convenire huic loco.* — **1** dextremum *Gen; pr. H;* deextremum $L_1$. — **2** aequalitatem $H_1$*; Gen; Torn.* — contendas; *n. N.* — **4** tantum *B;* tñ, *in mrg.* tamen *H.* — se — contendit; *ut* se erugire *ap. Ennium,* se irrumpere *ap. Varr., sim. multa.* — filopatro *H, G, Gen;* filipatro *L.* — **7** heu (*vel* vae) fortunas meas *M;* gemmeas fortunas *cdd.* — geme meas fortunas *Me; quod cum non displiceat, tamen ne versus exeat in* mater. hem *non poterit admitti nisi aut traiectis verbis ita:* meas fortunas geme *aut ut statuas post* fortunas *finem versus prioris haustum.* — *parum erit elegans metrorum discriptio haec:* geme meás fortunas, máter. — hem, qua caúsa huc opere máxumo | conténditur? — *diverbium, cuius prior pars finiretur in eo quod est* mater, *instituit Ribbeckius.* — fortunas *pro* fortuna *saepe dici apud antiquiores* notum. — **9** maximo *L.* — **10** doloreste $H_1$*;* $G_1$*; f. L ex corr.;* dul. *rell.* — **11** nihil *cdd.* — confectura $L_1$. — **12** flexivia dict. *Grotius;* flexivice (flexi vice $L_2$*;* flexivite, *supra scr.* c, *Gs*) *cdd.* — *cf. v. ex Periboea pg. 237 s. l.* autumare *ibique comm.* — *huc pertinet quod legitur ex Dolor. pg. 123 s. l.* incertat. — **13** de re publica *G, ut vid.; B;* de repb: *L;* de repub *Gen;* de reb; *mutat. in* de repub; *H.* — audisse te *Vatic. Cic.;* audisset *C, Gen, B.* — tuvero *C, Gen, B.* — plautonem $Gen_1$.

tonem Socrate mortuo primum in Aegyptum discendi causa, post in Italiam contendisse. — Afranius Epistula:

nón licet me pérvenire quá contendi sémita.

Sallustius [in] Iugurthae bello: ex proelio fugit in provinciam; ac deinde Romam contendere. — Varro Quinquatrubus:

quí Tarentinúm tuum
ad Héracleiden Pónticon conténderet. ||

CERNERE significat videre. Vergilius Aen. lib. III:

cernimus adstantes nequiquam lumine torvo.

|| Cernere rursum disponere. Lucilius Satyrarum lib. V:

postquam praesidium castris educere crevit.

idem lib. XIII:

acribus interse cum armis confligere cernit.

|| Cernere, amittere. Varro Gerontodidascalo: non vides apud *Ennium* esse scriptum:

tér sub armis málim vitam cérnere
quám semel modo párere.

---

15 Afranius || 17 13, 4 || 18 Varro Quinquatrubus || 1 III, 677 || 3 Lucilius l. V || 5 Lucilius l. XIII || 7 Varro Gerontodidascalo || 8 Ennius (Medea exule).

---

**14** causa *om. male Vatic.; cf. 52 l.* lues. — **15** in Italiam et in Siciliam *Cic.* — epistola $L_2$, *G.* — **16** *ita M; cdd.:* non (noñ *Gen.*) licet me qua contendissem ita (contendi sem. *Gulielmus Verisim. III, 8*) pervenire *cdd.* (non l. me q. contendi p. semita *Buechelerus*). — **17** saluscius $L_1$. — in *om. Gen.* — praelio *ed. Bas.* — profugit *Sall.* — **18** deinde *ed. Bas.; v.;* deinde inde *L, H, Gen.* — contendit *Sall.* — Varro; *cf. comm. in 259, 11.* — **19. 20** *versus indicavit M.* — Tar. t.; 'Heraclides Tarentinus, Herophili discipulus celeberrimus et empiricae scholae addictus — Varro dicit medicis a philosophis discendum esse.' — *haec Oehlerus.* — Heracleiden *M;* heracliadem *Gen; etiam in H littera supra* id *erasa;* heraclidem *rell.* — Ponticon *Oehlerus;* ponti (*seq.* con) *cdd.;* ponto $L_1$*;* Ponticum *v.* (ponticum contenderit *ed. princ.*). — *post v. 20 in libris sequitur pars l.* conponere, *et quidem illa:* conponere, simulare vel fingere — societatem praedarum cum latronibus conposuisse*; cf. pg. 257, 29—45.* — **1** videre *m. antiqua supra scr. in Gen.* — **2** cerminus $Gen_1$. — astantes *ed. Bas.;* asstantes $L_2$, $H_2$*;* adst. *et A, B.* — luminet orbo *Gen.* — torbo $L_1$*; pr. H.* — **3** rurs. *om. A.* — **4** seducere *pr. H.* — crevit *ed. a. 1476;* crevi *Dp;* decrevit *L, G, H ex corr.;* decrevi *pr. H; Gen; A; B.* — **5** dem *pr. H.* — **6** inter sese armis *per interpolationem liber vetus Dousae.* — cum *coniunctio potius quam praepositio.* — comfligere *H.* — **7** rontodidascalo $L_1$*;* pontodidascalo $H_1$*; Gen (hic pr.* rontodidascalo); *B.* — **8** Ennium *add. Ald.* — *cf. Enn. Fab. 268 cum comment.* — **9** nam te *cdd. v. 22.* — vitam; multa *Flor. Varr. VI, 81; cf. comm. in v. 22.* — **10** parire *Planckius* (s. q. m. parire *Porsonus ad Euripidis Medeam 252*). — *sane ita dixit E. in Annalibus; et potest* modo *producere finalem. — sed cum alibi (Fab. v. 1) idem posuerit* parere *neque in numeris videatur esse offensio, ego illud, quod etiam Varronis libris firmetur, immutare timui.*

‖ Cernere, audire. Accius in Chrysippo:

'quid agám? vox illiust cérte'. — 'idem omnes cérnimus.'

‖ Cernere, iudicare. Pacuvius Armorum iudicio:

et aecum et réctumst, *tu* quod póstulas.
iuráti cernant.

Ennius Thyeste:

inpetrem facile ab animo ut cernat vitalem babium.†

‖ Cernere rursum dimicare vel contendere. Accius Epinausimache:

primóres procerum próvocavit nómine,
si essét quis, quei armis sécum vellet cérnere.

Ennius in Medea exule:

. . . nam tér sub armis málim vita cérnere.

Pacuvius Armorum iudicio:

qui sése adfines ésse ad causandúm volunt,
dé virtute eis égo cernundi dó potestatem ómnibus.

‖ Cernere, rursum succedere: unde et cernere hereditatem filii (id est succedere patribus) dicti sunt. Accius Myrmidonibus:

régnum tibi permítti malunt. cérnas! tradam exércitus.

---

11 Accius Chrysippo ‖ 13 Pacuvius Armorum iudicio ‖ 16 Ennius Thyeste ‖ 18 Accius Epinausimache ‖ 21 Ennius Medea exule ‖ 23 Pacuvius Armorum iudicio ‖ 27 Accius Myrmidonibus.

---

11 actius *A, ut saepius.* — crysippo *L; H* (*hic pr.* cris.); *Gen.* — 12 illiust *M de re m. 441; Ritschelius Opusc. II, 683;* illius est *cdd.* — certe *pro* certo. — *illud* cernimus *potius dictum pro* iudicamus, existimamus. — *nam videndi verbum latius patet in linguis plerisque, cum visus ex omnibus sensibus longe sit acutissimus praestantissimusque.* — 13 pachubius *A; et sic vel* pacubius *saepius.* — 14 ecum *L;* aequum *H, Gen, A, B, Montepess.* — tu *add. M.* — postula *pr. H.* — 16 thyste $L_1$; $Gen_1$. — 17 *versus corruptus.* — cernet *Gen; pr. H.* — 18 epinausimace *Gen; pr. L.* — 19 procerum *ed. princ.;* procertum *cdd.* — provocavit *Bothius* (provocaret *Vossius*); revocarit *cdd.* — provocavit; *sc.* Hector; *cf. Il. VII, 66 sqq.* — nomine *Vossius;* nomina *cdd.* — 20 si *Voss.;* nisi *cdd.* — quis, quei; quis qui *ed. a. 1476;* quisque *cdd.* — 21 media *Genh.* — 22 nam *om. Varro l. m.* — nam *e. q. s.; vide stuporem socordiamque Nonii, qui paucis versibus ante prorsus diversa de eodem loco Enniano tradiderat et ne senserat quidem esse Ennii.* — *ac tamen extitere, qui Mercerum ac potissimum quemque criticorum incusarent, quod talem hominem inclementius arripuissent.* — maculim *pr. L.* — vitam *v.;* vita *M; nam ita scripsit auctor Nonii; item Ennius.* — 23 Pacuvius; *cf. 89 l.* causari. — 24 quis esse *Gen;* $H_1$. — adfines *Iunius;* adfinem *cdd. l. utroque.* — causandam *H, Gen.* — 25 eis (ei *diphthongo*) *M;* et *cdd. h. l.* (*id in H supra scr.*); his *vel* is *id. pg. 89.* — potestatem cernundi do (de *L*) omnibus *cdd. hic.* — 26 rursum succedere *Me;* rursum cedere (caedere *H*) *C, Gen.* — 27 fili $L_1$; $H_1$; *Gen.* — id est succ. patr. *nos;* patribus id est cedere (cedere *in mrg. add. Gen*) *cdd.; cf. Merceri comment.* — 28 malunt *quidam per interrogationem.* — malim *Iun. in mrg.* — cernas *M;* cernam *cdd.;* cernant, *pro* decernant, *Me.* — tradunt *L.* —

CIRCVMFERRE est proprie * * *
|| *Circumferre*, lustrare. Lucilius Satyrarum lib. II:

tum farcto omnia sunt circumlata . . . .

Plautus in Amphitryone:

istám iube
pró cerrita círcumferri.

Vergilius lib. VI:

idem ter socios pura circumtulit unda. ||

CONFIDENTIA est fiducia. Vergilius Aen. lib. I:

et adflictis melius confidere rebus.

|| Confidentia, duritia, patientia. Plautus in Asinaria:

scapulárum confidéntia, virtúte ulmorum† fréti.

|| Confidentia rursum temeritas, audacia. Pacuvius in Atalanta:

gradere ádque atrocem coérce confidéntiam.

* * *

idem lib. X:

inprobu', confidens, nequam, malus *ut* videatur.

Turpilius Leucadia:

---

30 Lucilius l. II || 32 II, 2, 143 || 35 Aen. VI, 229 || 1 I, 452 || 3 III, 2, 3 || 5 Pacuvius Atalanta || 8 Lucilius l. X; cf. comm. || 10 Turpilius Leucadia.

---

exercitum *Ald.* — *verba Agamemnonis, ut videtur; cf. Ribbeckii libri de tragoedia lat. pg. 352.* — **29** et *pro* est, *sed punctis add. delet. m. 2, L.* — proprie; *recte Quicheratus, cum relicua male gereret, putavit hausta ea quae sunt* differre, spargere, vulgare. — **30** Circumferre *add. Quicheratus.* — **31** farcto *M;* farto *Iun.;* facto *L, G;* facta *H, Gen, B.* — sum *B.* — circumlata *Iun.;* circumlatus *cdd.* — **33** quin tu istanc iubes *cdd. Pl.;* iube istam *C, Gen* (tam, *supra scr. m. 2* iube is, *L*). — *et potest servari imperativus, qui promptior fuit ad interpolandum.* — **34** cerritam *C, Gen.* — *post v. 36 in cdd. posita illa:* Constituere, retinere, firmare — prudentia; *tum:* Conparare, dare — merces conparabatur. — *cf. pg. 256 finem l.* conparare; *273 initium l.* constituere. — **3** duratia, *sed* i *supra scr., H.* — pacientia *A,* $L_1$. — **4** *cf. Goetzii comm.* — ulnorum credi (*corr.* creti) *A.* — **5** Athalanta *C, Gen.* — **6** atque *C pr.* $L_1$*; rell.* — coerce *ed. princ.*; coercere (cohercere *G, A, B*) *cdd.* — coerce *trisyllabum; cf. 121, 15.* — **7** *recte suspicatur Gerlachius pg. 463 haustum alterum P. l., et quidem eum cuius Fest. 355 s. l.* torvitas *facit mentionem:* cum recordor eius ferocem et torvam confidentiam; *quamquam etiam potuit reponi v.:* par fortitudo, gemina confidentia, *qui servatus est ab ipso Non. pg. 316 s. l.* geminum, *vel alius.* — *nam amat Pacuvius elocutiones fortiores.* — *ut autem pariter, quod Mercerus notavit, Lucilii exemplum hauriretur (quod potuit esse illud:* neminis ingenium tantum confidere oportet; *cf. 143, 18), ea re effectum, quod a priore* idem *ad posterius in archetypo Nonii erat aberratum.* — **8. 9** X *om. Gen;* $L_1$*;* $H_1$*, ut videtur; nam pallidiore atramento, quali m. 2 uti soleat, in H scriptum esse testatur Siversius.* — ut *add. M.*

víden tu Phrygis incéssum? quamst confídens! di istunc pérduint!

idem Hetaera:

nam quíd illoc homine vívit confidéntius?

Accius in Myrmidonibus:

íram infrenes, óbstes animis, réprimas confidéntiam.

Afranius Vopisco:

exclúdat uxor tám confidentér virum?
non fáciet.

Vergilius Georg. lib. IIII:

nam quis te, iuvenum confidentissime, nostras
iussit adire domos?

Terentius in Andria:

néscioqui senéx venit modo: éllum, confidéns, catus.

‖ Confidentia, constantia. M. Tullius de re publica lib. III: duas sibi res, quominus in vulgus *prodiret* et in foro diceret, confidentiam et vocem, defuisse. — Naevius in Danae:

éxcidit orátionis ómnis confidéntia.

Plautus in Amphitryone:

quaé non delinquít, decet
aúdacem esse, cónfidenter pró se et proptervé loqui.

---

12 Turpilius Hetaera ‖ 14 Accius Myrmidonibus ‖ 16 Afranius Vopisco ‖ 19 IV, 445 ‖ 22 V, 2, 14 ‖ 24 M. Tullius de re publ. III ‖ 26 Naevius Danae V ‖ 28 II, 2, 206.

---

**11** viden' tu Frygis (Frugis *Me*) *Lips. Epistol. quaest. V, 2;* videntur (videtur *Gen,* $H_1$) frigus *C, Gen.* — perdunt $Gen_1$*; pr. H.* — **12. 13** idem *m. 2 add. H; del.* $Gen_2$. — hetera nam *in mrg.* $Gen_2$*; item H* (nam *infra* hetera *scriptum*); *sed in hoc utrumque lineola circumducta deletum;* terentius (terrentius *pr. L*) *L, G; item H,* $Gen_2$ *in contextu; ubi* hererentius $Gen_1$. — quid *Quicheratus, Ribbeckius;* qui in *H, Gen in contextu, sed in H deleta praepositio;* qui *L, G;* q̃ *in margine H, Gen.* — illoc *Bergkius;* illo *cdd.* — **14** infrenes *Iun.;* infrenis *H; Gen; item G;* infermis $L_1$*;* inferimis $L_2$ *sec. Zangem.; in mrg.* $Hs_1$*:* inferrinis, *sed m. 2 idem* infrerinis. — obtes *Gen;* $H_1$. — **16** vobisquo, *m. 2* vopisquo *L;* vobisco *Gen.* — **23** nescio quis *B* (*pr.* n. qui); *et ita pars librorum Ter.; Donat.* — veni *L, Gen.* — modo venit *B; cdd. Ter.; idque melius quam si in illo* venit modo *pro praesente acceperis* venit. — tellum *L;* sellum *Gen; B; pr. H.* — **24** const.; confidentiam, *sed id del. et supra scr.* constantia, *L.* — **25** sibe *B.* — s.; Isocrati. — prodiret *add. M.* — diceret *H* (t *supra scr.*); dicere *(om. B) relicui.* — **26** nevius *cum L, H Gen.* — Danae *ed. Bas.; Gen;* Dane *pr. H;* Dana *L; H ex corr.* — **27** condentia *pr. H.* — **29** deliquit, deliquid *cdd. Pl.* — *etiam* delinquit *perfectum.* — **30** *verba* pro se et propterve (propterve $Bh_1$*;* protervae $Gen_1$*;* $L_1$*;* proterve *rell.*) loqui *in C, Gen, A, B (om. Plauti frgm. A, B) locata post sequentia* Consternari significat deici (deci *B*). *ordinem rectum restituit Pius.* — propterve *etiam cd. D ap. Pl.*

CONSTERNARI significat deici. ‖ Consternari rursum erigi. Pacuvius in Periboea:

> constérnare, anime? ex péctore hoc ecvólvito
> consílium subitum, rés quod enatâst modo,
> qui pácto inimicis mórtem et huic vitam ófferas.

idem Duloreste:

> únde exoritur? quó praesidio frétus? auxiliís quibus?
> quó consilio cónsternetur? quá vi? cuius cópiis? ‖

CVRRICVLVS, ut consuetudo fert [a curru diminutio est], dicitur brevissimum vehiculi biroti genus. ‖ Curriculus, cursus. Varro in epistula *ad* Iulium Caesarem:

> quém simul ac Romám venisse tétigit mi auris núntius,
> éxtemplo meos ín curriculum cóntuli properé pedes.

CALVMNIA est malitiosa et mendax infamatio. ‖ Calumnia rursum calliditas. M. Tullius de re publica lib. III: ut Carneadi

---

32 Pacuvius Periboea ‖ 36 Pacuvius Duloreste ‖ 2 Varro Epistula ad Iulium Caesarem ‖ 7 M. Tullius de re publ. III.

---

**31** Consternari rursum erigi. — *mirum criticos quosdam adeoque Guietum ac Bothium et Madvigium putasse vel ante haec verba hausta quaedam et pro* Consternari *reponendum* Confirmari *vel certe post prius Pacuvii exemplum; porro in posteriore reponendum* confirmatur. — *solus quippe arguendus stupor Nonii, qui in altero Pacuvii loco non intellexit* consternare *esse indicativum, non imperativum, in altero unius litterae deceptus est errore.* — **33** anime (animae *cdd.*); *interrogandi notam add. M.* — hoc ecvolvito *M* (hoc evolvere *Passerat.*); hac (hanc *Gen, B, pr. H*) et volvere (*seq.* con. — volveret *ante ras. Hs; e ultimum f. ex i factum*) *cdd.* — **34** subitum *et q. seq. usque ad v. 1 om. B.* — subitum, res quod enata est modo *Madvigius Advers. II, 661; M;* subit omnes (omñs *Gen*) quod denata est modo *cdd.* — **34** qui p. *C, Gen.* — offeras *Gen;* $H_1$*; Vossius;* efferas *rell.* — **36** Duloreste *C, Gen.* — **37** undem *pr. L.* — auxilius *G.* — **38** consternetur *M;* consternatur *v.* — cuius corpus *pr. Gen.* — **1** Curriculis *L; G; B;* $Gen_1$*;* Curriculum *A.* — fer, *sed del. et* fert *supra scr., Gen.* — a curru diminutio est *secl. M.* — a *supra add.* $H_1$. — curri *pr. H;* $Gen_1$*;* curre *pr. B.* — dimminutio $L_2$*; H, B,* $Gen_2$. — **2** viroti *C, Gen, B* (*om. A*); biroti *Bentin.; cf. 86, 28.* — **3** aepistula $L_1$*;* aepistola $L_2$*;* epistola *G.* — ad Iul. Caes. *M; cf. supra pg. 259 l.* contendere — extorquere; Iuli (Iulii *B*) Caesaris *cdd.* — **4** venisse *Gen; B;* venissem *L, H, G.* — tetigit mi *M;* mihi attigit (adt. *Gen*) *C, Gen, B.* — **5** exemplo *pr. Gen;* $H_2$*; G;* extemplo *etiam B.* — meos *Gulielm.;* eas *cdd.* — *imitatus est Varro Ennii, ut probabile est, Iphigeniae haec (Fab. 72 sq.):* posteaquam abs ted, Agamemno (*vel* postquam abs te Agamemo, ut venirem, *quam commendat lectionem Varronis locus, nisi potius statueris huius exemplo scribendum* simul abs te, Agamemno, ut venirem), tetigit aures nuntius, extemplo. — *hos versus utrum Varro iocosa recordatione Ennii ductus interposuerit pedestribus an saepius poemata epistulis eodem modo inseruerit, quo usus est in saturis, propter paucitatem reliquiarum decerni nequit.* — **6** menda, *supra scr.* x, *L.* — infamatio. *post hoc v. librariorum neglegentia collocata haec:* Convenire, placere, constituere — tolli convenerat. — *cf. pg. 270 initium l.* convenire. — **7** III *Maius;* II *cdd.*

263 M.

respondentis, qui saepe optimas causas ingenii calumnia ludificari solet.

CALIDVM est fervens. Vergilius Aen. lib. nono:

volvitur ille vomens calidum de pectore flumen.

|| Calidum, citatum et velox. Varro *περὶ κεραυνοῦ*:

cum dixísset Vitulus, écce *ibi*
tibi cáldis pedibus quídam naviculárius
semústilatus ínrumpit se in cúriam.

|| Calidum, ferox et inconsultum. M. Tullius de officiis lib. I: sic reperias multos, quibus periculosa et calida consilia.

CAELVM est deorum domicilium. Vergilius Aen. lib. IIII:

caelum qui vertice fulcit.

|| Caelum rursus aer. M. Tullius de deorum natura lib. II: *acutiora ingenia et ad intellegendum* aptiora eorum, qui terras in-

---

10 IX, 414 || 12 Varro *περὶ κεραυνοῦ* || 16 I, 24, 82 || 18 IV, 247 || 20 II, 16, 42.

---

8 Carneadis respondentis *cdd. quattuor Vaticani Nonii auctore Maio;* Carneadi respondeatis *C, Gen. — servandus quidem fuit genetivus* Carneadi; *quo etiam alias usus Cicero; et adeo rarior finalis causa fuit erroris librariis. — verba sunt L. Furii Phili; cf. III, 5, 8. — praemissa huic fragmento haud inscite haec a Buechelero mus. Rhen. XIII, 595:* neque hanc tamquam meam orationem vos volo accipere, sed. — **10** Verg.; *cf. 311 l.* frigidus, mortuus. — lib. VIIII *H, B, Gen, G.* — **12** Caldum *H, Gen, G;* Calidum *et. B;* Caldum autem c. *A.* — cicacum $L_1$. — verox $Gen_1$. — *pro illo περὶ κεραυνοῦ ed. princ., quae om. ubique graeca, h. l., non 28, 15, mirifice:* in logischorio (*i. e.* in logistorico). *sed eam interpolationem esse apparet. numquam enim logistoricorum titulo usus Nonius. — minus grave est, quod Macrob. III, 12, 2 hunc saturis adscribit libellum. nam logistorici et saturae propter argumenti similitudinem et quod etiam saturae pleraeque gemino erant titulo saepius confusae.* — **13** Vitulus *Ald.; ante ferebatur* vitulus. — Vitulus *cognomen Pomponiorum. — et Vitulus inter amicos Varronis memoratur de re r. II, 11, 12. — nec tamen displicet* vetulus, *quod apud quosdam inveniri refert Bentinus.* — ibi *add. M; qui versus indicavit.* — **15** irrupit in c. *cd. N. Fabri.* — iniuriam *B; Gen; pr. H. — atque illud* in curiam *valde suspectum; f.* iniuria. — *inter* **15** *v. et* **16. 17** *interpositum est l.* caelum. — *ordinem restituit ed. princ.; in qua tamen v. 16, 17 leguntur post 11; quos post 15 reposuit Quicheratus.* — **16** Callidum $L_2$*; H ex corr.* — **17** repperias *C, Gen;* reperies *B.* — callida *cdd. Baiteri; et ita* $L_2$*; H; B;* $Gen_2$. — consilia; *seq. ap. Cic.:* quietis et cogitatis splendidiora et maiora videantur. — *in mrg. Ho habet haec:* melius exemplum Vergili *(Georg. III, 119):* calidumque animis et cursibus acrem. — *ita idem supra ad 240, 8:* pascere: *(Aen. III, 353)* rex accipiebat in amplis. — *talia etiam in G reperiuntur; cf. comm. in 15 l.* torrus. — **20. 21** de deorsum naturam *pr. L. — verba* acutiora — ad intelleg. *add. Quicheratus ex Cic.; apud quem praecedit* etenim licet videre. — aptiora *ex Cic. Me;* altiora *cdd.* — incolunt *idem; et ita fortasse ipse Nonius.*

colant eas, in quibus aer sit purus ac tenuis, quam illorum, qui utantur crasso caelo atque concreto.

CONTENTVS dicitur cui res etiam parva abunde est. Vergilius lib. VII:

patriis sed non et filius arvis
contentus. ||

Terentius in Eunucho:

quia
neque tu úno eras conténta neque solús dedit.

Lucilius lib. XXX:

his te versibus interea contentu' teneto.

M. Tullius ad Brutum: sic igitur facies et me aut amabis aut, qui contentus sum, diliges. — idem de officiis lib. II: [in] brevitatis causa familia contenti erimus una. || Contentum dicitur extensum. Vergilius lib. V:

tunc rapidus, iamdudum arcu contenta parato
tela tenens.

Lucilius lib. XXX:

hic ut muscipulae contentae ac scorpio' cauda
sublata.

|| Contentum, conligatum, coniunctum. Vergilius Georg. lib. III:

contenta cervice trahunt stridentia plaustra.

---

25 Aen. VII, 736 || 1 I, 2, 41 || 4 Lucilius lib. XXX || 6 M. Tullius ad Brutum || 7 II, 12, 43 || 9 Aen. V, 513 || 12 Lucilius l. XXX || 15 III, 536.

---

**22. 23** rursus ac tenues *C, Gen.* — qui tantur *Gen*$_1$*; pr. L.* — **26** patris *L*$_1$. — **5** his *Gulielm.;* et is *cdd.; ita pg. 422 s. l.* horridum *item in v. Lucilii* etit, eti *pro* hic. — *fuit qui coniceret* mis *pro* meis; *sane in Nonii libris etiam* m *cum* et *confusa pluries.* — contentu' teneto; *cf. comm. in Luc. XXX, 13.* — **6** M. Tullius; *cf. 421 l.* inter amare et diligere. — aut *H*$_2$*;* ut *rell.* — **7** qui *M;* quid *cdd. h. l.;* quod *(om. L) 421;* quo *v. ap. Cic.* — contentus sum *cdd. 421;* contendi sum *h. l. (sed in H* di *punctis notatum et supra scr.* tus). — *non ausim scribere* contentu' sum, *quamquam a Varrone ita saepius* s *finalem subtractam constat.* — diliges *Gen;* diligens *L; G; in H m. 2 supra scr.* N, *sed rursus del.* — in *(quod ex praecedente numero ortum) om. ed. princ.;* sed brevitatis causa *Cic.* — **8** *post illud* erimus una *seq. ea quae sunt:* Contendere, festinare — Aristotele, si legas; Conponere pro redimere — pretio conpositi. — *cf. 258 initium l.* contendere; *257 finem l.* conponere. — *atque ea, quae hic posita, ed. princ. translata ex pg. 265 sq., ubi feruntur inter lemmata* citare *et* cadere. — **10** tunc *Me;* hunc *C, Gen;* tum *cdd. Verg.* — rapidum *A, B.* — iandudum *B.* — **12** *cf. comm. in 181, 30 sq.* — **13** muscipula contenta atque *h. l. cdd.* — muscipulae tentae atque ut *vid. scripsisse Luc.; Non. autem aliam hic atque pg. 181 ipso lemmate declaraverat secutus est lectionem.* — ac *M;* atque *cdd.* — caudas *pr. Gen. et L.* — **15** conligatum (coll. *L*$_2$*; G*); *f.* coiugatum; *cf. comm. in 234 l.* aptum — conexum et conligatum. — Verg.; *n. N.*

|| Contentum, continuum, perseverans. Cicero Tusculanarum lib. V: Socraten ferunt, cum usque ad vesperum contentius ambularet quaesitumque esset ex eo, cur id faceret.

COGERE, conradere. Varro in Eumenidibus:

furando tamen, a morbo stimulatus eodem,
ex sese ipse aliquid quaerat cogatque peculi.

|| Cogere est urguere. M. Tullius de officiis lib. III: Diogenes contra: 'num te emere coegit, qui ne hortatus quidem est?' — Terentius in Eunucho:

'iubesne?' — 'iúbeo, cogo atque ínpero.'

|| Cogere, mollire, subigere. Varro Virgula divina:

sed pancarpineo cibo coacto
libamenta legens caduca veris.

|| Cogere, in unum colligere. Sisenna Historiarum lib. IIII: submoti et intra moenia rursum coacti. — Cicero Tusculanarum lib. I: caelum hoc, in quo nubes, imbres ventique coguntur. — Terentius in Heautontimorumeno:

quási talenta ad quíndecim
coégi.

M. Tullius ad M. Catonem: coactoque in unum exercitu || castra in Lycaonia aput Iconium faceret. — Vergilius in Bucolicis:

cogere donec oves stabulis.

Lucilius lib. XXVI:

---

17 V, 34, 97 || 20 Varro Eumenidibus || 23 III, 13, 55 || 25 II, 3, 98' || 27 Varro Virgula divina || 30 Sisenna Hist. IV || 31 I, 19, 43 || 33 I, 1, 93 || 36 M. Tullius ad M. Catonem (Ep. ad fam. XV, 4, 2) || 1 VI, 85 || 3 Lucilius l. XXVI.

---

17 thusculanorum $L_1$. — 18 Socraten *et Cic. cdd.* — Socratem fertur *B.* vesperum; epirum *H, Gen, G;* epyrum *B;* ephyrum *L.* — contentus *B.* — 19 esse *B; Gen; P.* — qua re *cdd. Cic.* — facere *L, G, Gen, non B.* — 20 V.; *cf. 392 l.* stat — plenum est. — 21 a *Lachmannus comm. Lucr. pg. 85;* ac *libri l. utroque.* — stipulatus *B.* — 22 periculi *B, Gen; pr. H; etiam in L* ri *supra scr.* — 23 urguere *A; pr. L et Gen;* urgere *rell.* — 24 num; nimium $L_2$, $H_2$. — te emere; temere $H_2$*; et ita correctum in L, sed rursus mutatum.* — nimium temere *libri Merceri.* — ortatus *A.* — 26 nubesne *B, Gen, pr. H.* — inpero $L_1$ *solus.* — 27 V.; *cf. 332 l.* legere — colligere. — 28 parcarpineo *L;* pancerpineo $G_1$. — 'pancarpineus adiectivum formatum est ut carbasineus (V. ap. Non. pg. 541)' *Oehlerus.* — ciuo (ciuo ci uo *L*) *h. l. cdd.* — *illud* coacto *potius pos. pro* collecto; coacta *Reuvensius; f. recte.* — 29 veris *Scal.;* vetus *hic libri,* victus *pg. 332.* — 30 submoti $L_1$, $H_1$, *Gen, A.* — 32 caelum *om.* $H_1$. — imbres *om.* $H_1$, *Gen, A, B.* — 36 Catonem; exionem $L_1$. — in unum locum *Mediceus Cic.* — 1 aput $L_1$*; pr. Gen;* apud *rell.* — conium *H.* — Verg.; *cf. 381 l.* referre. — 2 coegere $Gen_1$. — stabilis $L_1$*;* tabulis $Gen_1$. — 3 Luc.; *cf. comm. in Luc. XXVI, 33.*

265 M.

raúco contiónem sonitu et cúrvis cogant córnibus.

|| Cogere, mulgere. Vergilius in Bucolicis:

cogite oves, pueri. si lac praeceperit aestus,
ut nuper, frustra pressabimus ubera palmis.

|| Cogere, stringere, coartare. Vergilius Georg. lib. IIII:

nam frigore mella
cogit hiemps eademque calor liquefacta remittit.

|| Cogere, inpremere. Vergilius lib. VII:

quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis
scindebant.

CLAVDERE significat includere. Vergilius Georgicon lib. III:

aut intus clausos satura ad praesepia servant.

|| Claudere rursus obsistere. Vergilius Aen. lib. X:

ecce maris magna claudit nos obice pontus.

|| Claudere, circumire. Vergilius in Bucolicis:

claudite, nymphae,
Dictaeae nymphae, nemorum iam claudite saltus,
siqua forte ferant oculis sese obvia nostris
errabunda bovis vestigia.

CITVM, incitatum, celer. Sallustius in Catilinae bello: citus modo, modo tardus incessus. || Citum, divisum vel separatum: unde et oscitare dictum est. Vergilius Aen. lib. VIII:

haut procul inde citae Mettum in diversa quadrigae
distulerant.

CITARE est vocare. M. Tullius in Verrem: citat reum: non respondit; citat accusatorem. || Citare, incitare, provocare. M.

---

5 III, 98 || 8 IV, 35 || 11 Aen. VII, 509 || 14 III, 214 || 16 X, 377 || 18 VI, 55 || 23 15, 5 || 25 VIII, 642 || 28 de praet. Sicil. 40, 98.

---

**4** contentionem *Gen*; $H_1$; $L_2$. — *f.* e. — curtius $L_1$. — **6** praecip. *Gen*; $L_1$; $H_1$. — estus $L_1$. — **7** *om. B.* — praessavimus, *m. 2* praessabimus, *Gen.* — **8** restringere *B.* — coartare (coaptare *Gen, B, pr. H*) *e v. 11, ubi post* inpremere *pos. erat, huc revoc. M.* — **10** hiemps *et B ex corr.*; *A*; hiems *pr. B*; $Gen_2$; *H*; *G*. — color $L_1$; $Gen_1$. — **11** inprem. $L_1$; inpraem. $Gen_1$; inprim. (impr. $L_2$; *G*) *rell.* — **12** cum eis $L_1$; $Gen_1$. — et *cdd.* — **13** scindebat *V.* — **14** georgius $L_1$. — **17** obicere $Gen_1$; *sic vel* obicire $L_1$. — **18** V.; *cf. 103 l.* errabundus. — **19** nymfae (nimfe $L_1$) $L_2$, *G*; *ita et v. 20, ubi* $L_2$ nimfae. — **20** dictae $Gen_1$, $H_1$; dictaee $Gen_2$; dicteae *(ita $H_2$)* nymphae *supra add.* $B_2$. — n. n. i. cl. *m. antiq. add. Gen.* — **21** nostri $H_1$. — **23** inc. *v. 24 post* Citum *add.* $H_1$, *Gen, B, Tornaes.*; *om. rell.*; *huc transtulit M.* — celer *pro* celere; celerem *A.* — catillinae *L, Gen.* — **24. 25** modo *alterum add.* $H_2$. — tarsus $Gen_1$. — vel — d. est *om. B.* — Verg.; *cf. 284 l.* differre, dividere. — **26** aut $L_1$; $H_2$, $Gen_1$; *B*; at $L_2$; $H_1$; $Gen_2$; haut *ed. Bas.* — diversum *B.* — **27** sustulerant *B.* — **28** citar $L_1$; $Gen_1$. — **29** accussatorem *Gen.*

Tullius de Divinatione: quorum studio legendi nostrum scribendi studium vehementius in dies suscitatur. ‖ Citare, laudare. M. Tullius de officiis lib. I: citeturque Salamis clarissimae *testis* victoriae, quae anteponatur consilio Solonis. ‖

CADERE est ruere. Vergilius Georg. lib. I:

illa cadens raucum per levia murmur
saxa ciet.

‖ Cadere, occidere. Vergilius Aen. lib. II:

cadit et Ripheus, iustissimus unus
qui fuit in Teucris.

‖ Cadere, evenire. M. Tullius de officiis lib. III: et, ut idem dicunt, omnes numeros habet nec praeter sapientem cadere in quemquam potest.

CAPESSERE, perficere. Vergilius Aen. lib. I:

mihi iussa capessere fas est.

Plautus in Aulularia:

ín erum matura, ín se sera cóndecet capéssere.

‖ Capessere, inmittere. Plautus in Asinaria:

quó magi' te in altúm capessis, aéstus te in portúm refert.

‖ Capessere, recipere. Plautus in Amphitryone:

nunc pérgam eri imperium éxsequi et mé domum capéssere.

COMMODVM, sicuti plerumque, utile. ‖ Commodum, aptum, conveniens. Vergilius lib. XI:

accommoda fraudi.

‖ Conmodum, integrum, totum. Lucilius:

---

30 II, 2, 5 ‖ 32 I, 22, 75 ‖ 1 I, 109 ‖ 4 II, 426 ‖ 7 III, 3, 14 ‖ 10 I, 77 ‖ 12 IV, 1, 4 ‖ 14 I, 3, 6 ‖ 16 I, 1, 106 ‖ 19 Aen. XI, 522 ‖ 21 Lucilius.

---

**30** studio *Cic.;* studium *cdd.* — nostrum *M;* non (*seq.* scr.) *C, Gen;* meum *cdd. Cic.* — **31** studium *om. A.* — die $L_1$. — suscitatur *M;* suscitant *L;* citant *rell.;* incitatur *cdd. Cic.* — *saepius composita in hoc capite pro simplicibus adserendae significationis causa adhiberi notum.* — **32** Sal.; psalmis *cdd.* — testis *Cicero; om. cdd.* — **33** anteponantur *Gen, L, pr. H.* consolio $Gen_1$. — quae a. c. S. *om. A, B.* — *seq. illa:* Contentum dicitur extensum — cur id faceret; *cf. pg. 264 finem l.* contentus. — **5** ripheus *B;* rifeus *C, Gen.* — **7** M. Tull.; *cf. 352 sq.* numeros, modos. — et *postea add.* $H_1$. — **8** omnes *Cic.; cdd. 353;* ob *h. l.* — **10** perficere *L, H, Gen, B; de G non constat;* perferre *ed. Bas.; Me; edd. ante Aldum.* — II *pr. Gen.* — **13** se rerera *Gen; pr. H.* — **15** *cf. comm. in 247 l.* aestus, marini inpetus. — reffert *L.* — **17** percam *L,* $H_2$. — era $Gen_1$. — exequi *cdd. Pl.;* persequar *(quod ex praecedente* pergam *vid. ortum) Non.* — *hiatus nihil habet offensionis. male Guiet.* exsequier, *cui repugnat r. m.* — **19** XII *cdd.* — **21** Conm. *L solus.*

bis quina octogena videbis
conmoda, tunc Capua quinquaginta atque CCC.

Plautus in Asinaria:

vigínti argenti cónmodas minás, eius quas dem mátri.

CANDET, ignitum est. M. Tullius de officiis lib. II: candenti carbone adurebat capillum. ‖ Candet, candidum est. Vergilius Aen. lib. IIII:

candentis vaccae media ‖ inter cornua fundit.

Varro *Γνῶθι σεαυτόν*:

candéns córpore taúrús Triviaé lúmine Lúnaé.

CASTVM, sine lubidinis et turpitudinis nota. Vergilius Aen. *** *Georg.* lib. II:

casta pudicitiam servat domus.

‖ Castum, religiosum. Vergilius lib. VI:

quique sacerdotes casti, dum vita maneret.

Varro Gerontodidascalo: ergo tum sacrae, religiosae castaeque fuerunt res omnes. — idem in Eumenidibus:

---

24 III, 3, 135 ‖ 26 II, 7, 25 ‖ 28 IV, 61 ‖ 2 Varro *Γνῶθι σεαυτόν* ‖ 5 II, 524; cf. comm. ‖ 7 Aen. VI, 661 ‖ 9 V. Gerontodidascalo ‖ 10 V. Eumenidibus.

---

**22** libro III *recte adscr. I. Dousa. — de argumento cf. comm. in III, 4.* — vis $L_1$; *Gen;* liis *pr. H;* vi is *Bh.* — quina *Scal.;* quin *C;* qui in *Gen, B.* — actogena *C* (*sed* octogena *pr. G; et ita B*). — videƀ (*i. e.* videbit) *H, B, Gen.* — **23** commoda *cdd. pr.* $L_1$. — tunc (*Lucilius scripsit pronuntiavitve* tun; *ita* nun *sequente item gutturali XVII, 1*) *M;* te (*pro* t͠c) *cdd.* — capu *Gen;* capi *B.* — CCC *M;* CC *L, G;* ducenta *H, Gen, B.* — **24. 25** *haec ante versus 21 illud* Lucilius *in B collocata.* — Asiria *L.* — commodas *cdd. Pl.;* commoda (conm. *L*) *Non.* — huius *recte cdd. Pl.* — quidem *idem; ex quo Valla fecit* qui dem. — **26** candenti *(ut ap. Cic. Bernens. 104) B; pr. H; Gen* (*hic pr.* candent); candente *L* (e *f. ex* o *fact. vel postea add.*); *H ex corr.; G.* — **27** carb. sibi adur. *cdd. Cic.* — **1** candentes *Gen; L;* $H_1$. — ignotis eauton $L_1$; $H_2$; ignotis auton $H_1$; *Gen;* ingnotis eauton $L_2$, *G.* — **3** *tetrametrum ionicum a minori esse dixit Lachmannus comm. Lucr. pg. 276; possis tamen etiam anapaestis haec discribere, ut Riesio placuit, et quidem cum Buechelero in hunc modum:* candens corpore Taurus trivio | lumine Lunae. *idque magis probabile ideo, quod pg. 148 s. l.* orbitum *qui leguntur versus etiam ad caeli spectant signa.* — candens (cadens $H_1$; *P*); *cf. Verg. Georg. I, 217.* — Triviae (trivie *ed. princ.*) *Oehlerus;* trivio *v.* — **4. 5** Castum; *cf. 439 sq. l.* castitas. — libidinis *pr. H;* $L_2$; *G;* $Gen_2$; lividinis $Gen_1$. — loca *pro* nota *B.* — Aen.; geor. *ed. a. 1471; et ita v. — quod si recte habet, illud* Aen. *ex 266, 28 irrepsit. — sed potuit etiam exemplum ex Aeneide petitum hauriri, ita quidem ut a priore* lib. *aberraretur ad sequens* Georg. lib., *veluti VI, 563:* nulli fas casto sceleratum insistere limen. — Georg.; *cf. 439 sq.; ubi etiam v. 8.* — **8** maneret *libri etiam 440;* manebat *cdd. Verg.* — **9. 10** sacrae *Ald.;* sacra *cdd.* — *aristophaneos de re m. pg. 146 instituimus ita:* ergó tum sacrae réligiosae | castaéque

nam quaé venustas hís adest gallántibus?
quae cásta vestis?

|| Castum, a furtis et rapinis apstinens. Varro Andabatis:

néc manus viscó tenaci tíncxerant vireí castei.

|| Castum, suave, iucundum. Varro Parmenone:

demítis acris pectóre luctus cantú castaque poési.

CENSERE significat existimare, arbitrari. Accius Eurysace:

nam ea *démum* oblectat spés erumnosum hóspitem,
cum illúd, quod miser est, clam ésse censet álterum.

Naevius Belli Poenici lib. VI:

censét eó ventúrum óbviám Poénum.

Cassius Emina Historiarum lib. II: censuit sese regem Porsennam occidere. — Quadrigarius Annalium lib. VI: ne nos ad certationem censeas haec incepisse. || Censere, suscensere. Varro Caprino proelio, περὶ ἡδονῆς: ne vobis censeam†, si ad me referetis.

COICERE est iacere. Vergilius Aen. lib. II:

---

13 Varro Andabatis || 15 Varro Parmenone || 17 Accius Eurysace || 20 Naev. Bell. Poen. VI || 22 Cass. Hemina Hist II || 23 Quadrigar. Ann. VI || 24 Varro Caprino proelio || 26 II, 544.

---

fuerunt rés omnes; *hexametros Buechelerus sic:* ergo tum sacra relligio castaeque fuerunt | res omnes. — *quae si magis placuerint, recte illud* sacra *adiectivum dicit Riesius.* — religiose casteque *L.* — idem; *cf. 119 l.* gallare; *386* species. — **11** namque *cdd.* — hic *cdd.; cf. 119.* — gallatibi (*m. 1, ut vid.*, gallatib;) $L_2$, *in quo supra alterum* a *rasura.* — **13** aptinens, *supra* pt *scr.* s, *L;* abstinens *rell.* — **14** vis contenaci *pr. L et H.* — visco tenaci; *cf. Luc. XXVIII, 44 ibique comm.* — tincxerant virei castei *M;* tinxerat (tincxerat *L*) viri casta (tinxerant castas viri *Quicheratus;* castas *pro var. lect.* $Me_1$); tincta erat viri casta *Meinekius.* — **15** *n. N.* — iocundum *A, B.* — Varro; *cf. 240 l.* acre, austerum. — **16** demitis *pr. L;* demittis *rell.;* dimittis *B.* — acros $L_1$. — luctus; curas *melius cdd. 240.* — **17** arbitrare $L_1$, $H_1$, *Gen, A, B.* — **18** na mea *B, Gen,* $H_1$ (*hic* eurysacenā; *B* eurisa caena). — dem. *add. Ribbeckius.* — oblectet *B.* — aerumn. *H,* $B_2$. — **19** cum *M;* dum *v.* — illud *Ritschelius;* id *cdd.* — quo *Ritschelius.* — dum id quod miseriaest *Buechelerus.* — alterum *M;* altero *Gen, B,* $H_1$; alteros *rell.; v.;* ceteros *Quicheratus.* — *non ausim retinere illud* altero; *quamquam ap Fest. pg. 142, loco mutilo, fertur ut Accianum:* cum virginali mundo clam patre. — *cf. Kuehneri gramm. II, 373.* — **20** belli punici *ed. princ.;* poenici (phoenici *B*) belli *cdd.* — **21** censet *L,* $H_1$ (*hic* censete), *Gen, B, pr. G;* censent $H_2$; *G ex corr.* — o *pro* eo $Gen_1$; $H_1$. — poenam $L_1$. — **22** casiu semina *pr. H;* casui semina *Gen;* casui Sisenna *B;* sisenna *pro* C. E. *A.* — histor (*vel* historia) $L_1$; hist. *Gen.* — **23. 24** annali *cdd.* — certatione *Gen.* — incaepisse $Gen_1$. — *f.* Censere, irasci. — **25** p̃lio *L.* — *ηαοηc H; Gen; G; ηαocη L.* — *graeca cum* ne *om. B.* — censeam; *altius hic latet vitium. nam* censere *pro* suscensere *nullo pacto potuit poni.* — *f. olim fuit* suscenseam; *cf. comm. in 265, 31.* — referetis $B_1$; *ed. princ.; Oehlerus;* referretis *cdd.*

telumque inbelle sine ictu
coniecit.

Afranius Simulante:

vellem íntervenissem ánte; nam, ut signa índicant,
hi cóniecere vérba inter sese ácrius.

|| Coicere, confligere, certare. Afranius Simulante:

'*te* nólim, mater, mé praesente, cúm patre
coícere.' — 'non, si túte non vis, mél meum.'

|| Coicere, agere. Afranius Materteris:

causam coícere hodie ad té volo:
ambón adestis? prófuturos árbitror. ||

|| Coicere, furari, auferre. Afranius Incendio:

servus ést mihi Nicásio,
scelerátus, curiósus. is cum fílio
coiécerat nescíoquid de ratiúncula.

Lucilius lib. II:

quid dicis? cur est factum, quod coicis istuc?

CONTINGERE est tangere. Vergilius Aen. lib. II:

funemque manu contingere gaudent.

---

29 Afranius Simulante || 32 Afranius Simulante || 35 Afranius Materteris || 1 Afranius Incendio || 5 Lucilius l. II || 7 II, 239.

---

**27** inbelle $L_1$, *H, B, Gen.* — **29** simulate $L_1$. — **30** signant *Gen,* $H_1$ (*seq.* indicant). — **31** ci *f.* $L_1$. — coniacere *Gen, H;* coniaecere $L_1$*;* conicere *G.* — sese *Iun.;* se *cdd.; f.* intersed, *quod melius propter r. m.* — **32** confligere *Me;* colligere *C, Gen.* — Affranius $L_1$. — **33** te *add. Bothius* (*praec.* te). — nae praes. *B.* — **34** non, si tute non vis *M* (non si *iam ed. princ.*); non sine (n. s. *om. L*) non vis (novis *B, Gen, pr. H*) *cdd.* — nunc sine, etsi non vis *Bothius, minus bene ut puto, cum videantur hi versus superiori fragmento praecessisse.* — *ad illud* coicere *existimo pertinuisse in praecedentibus obiectum, quod commode posset suppleri; cf. v. 31; 36.* — **35—1** Afranius Materteris — furari, auferre *in mrg. add.* $H_1$. — **36** cohicere *pr. L.* — coi *per unam syllabam efferendum propter r. m.* — odie *pr. H.* — **1** furari, auferre. — *lacunam post haec putat esse Quicheratus additque* Conjicere, interjicere, dicere. — *ego potius stuporem Nonii arguendum puto. nam* coiciendi *verbum quo umquam pacto pro* furandi *potuerit poni, haud facile intellegas.* — Affranius $L_1$. — **2—4** *hic* coicere *pro* coniectare *vid. dictum.* — curiosis cum *Gen, B, pr. H.* — coiecerat *M comm. Lucil. pg. 200;* ei (*om. Gen, B,* $H_1$) coicere (cohicere *pr. L*) ad (aut, *m. 2* at, *B*) *cdd.* — nescíoquid; *cf. de re m. 371; Luchsius Hermae Berolinensis VI, 270 sq.* — ratiuncula *Iun.;* latratiuncula (latraciuncula *B,* $L_1$) *cdd.* (latriuncula *liber Iun.; in archetypo fuit* rat latiuncula). — **6** *f.* quid dices? — quod; quo *Ho* (quodicis, *m. 2* quod coicis *P*). — cur est factum? quo conjicis istud? *Scal.* — *illud* coicis *hic pro* abicis *vel* proicis *dictum esse existimo.* — *non inscite Ribbeckius Comicor. rell. Corollarii pg. LXXII:* quid dicis? cur est furtum? quor coicis istuc? *quod quidem sicui arriserit, diverbium erit instituendum ita:* 'quid dicis? cur est furtum?' — 'quor coicis istuc.' — **7** III *cdd.*

|| Contingere, evenire. M. Tullius *Tusculanarum* lib. V: quod non modo singulis hominibus, sed potentissimis populis saepe contingit. Ennius Thyeste:

quei máximum mi hic hódie contigerít malum.

CONFERRE significationem habet manifestam. M. Tullius de officiis lib. II: omnis meas curas cogitationesque in eam conferebam. || Conferre, conserere. Vergilius lib. VIIII:

ergo etsi conferre manum furor iraque monstrat.

|| Conferre, contollere. Vergilius:

et conferre gradum et procedere longius audet.

|| Conferre, conparare. M. Tullius de officiis lib. II: quae conferri cum eorum studiis potest? || Conferre, trasferre. M. Tullius de officiis lib. II: ad hoc nos studium potissimum contulissemus.

CONFECTVM dicitur occisum, exanimatum. Vergilius lib. XI:

hactenus, Acca soror, potui; nunc vulnus acerbum
conficit.

M. Tullius de suppliciis: plagis confectum dico a lictoribus tuis civem Romanum ante oculos tuos concidisse. || Confectum, defessum. Vergilius lib. XI:

ducitur infelix aevo confectus Acoetes.

Lucilius lib. XXVI:

túm doloribús confectum córpus animo obsístere.

M. Tullius de officiis lib. II: nec me angoribus dedidi, quibus eram confectus. || Conficere, frangere. Lucilius lib. XXVIII:

malo hércle vestro cónfectores cárdinum.

|| Conficere, colligere. || Terentius in Phormione:

. . *id* ut confícerem. confeci: átfero.

---

9 Tusc. V, 6, 15 || 11 Ennius Thyeste || 14 II, 1, 2 || 15 Aen. IX, 44 || 17 Aen. IX, 690 || 19 II, 2, 6 || 21 II, 2, 6 || 22 XI, 823 || 25 II, 5, 54, 140 || 27 XI, 85 || 29 Lucilius l. XXVI || 31 II, 1, 2 || 32 Lucilius l. XXVIII || 1 I, 1, 4.

---

9 Tusc. *add. Me.* — **10** modo *male om. cdd. Cic.* — potentibus *male id.* — **11** contingit *B; H ex corr.; G; ap. Cic. Gudianus m. 1;* contigit (contig $L_1$) *rell.* — tyeste *cdd.* — **12** quei maximum (max. *Bothius*) mi *M;* quam (*seq.* m) mihi maxime *cdd.* — **14** omnes *Gen,* $L_1$, $H_1$*; non B.* — **16** pudor i. *Verg.; cf. Aen. II, 316.* — mostrat *B.* — **18** manum *Verg.; cf. Aen. VI, 488.* — procurrere — audent *Verg.* — **20** trasf. $L_1$*;* transf. *rell.* — **22** examinatum *A, G.* — **23** actenus *cdd. pr.* $B_2$. — aceruum *L,* $H_2$*, G,* $Gen_1$. — **25** *cf. 368 l.* plagae. — dici a *cdd. h. l.;* dico a *368.* — lectoribus $L_1$*;* $H_1$*; A;* $B_1$*; Gen.* — **26** civem Romanum *Cic.;* C. R. *Me;* p̃r *L;* p̃r $B_1$*; H; Gen;* P. R. *ed. Bas.;* tp̃r $B_2$. — consedisse $B_1$*;* occidisse *ed. Bas., ut priores.* — **28** *cf. 283 l.* ducere. — dicitur *G.* — acoetis *cdd. pr.* $B_2$. — **31** dedi *A, G; f. recte.* — **32** essem *Cic.* — **1** formione *cdd. pr. B* (Phormione *Hqos*). — **2** id ut *Ter.;* aut *cdd.* — conficiat fero *idem* (confici auferre $B_2$).

269 M.

M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I: * * * in singulas tegulas inpositis [sescenti] sescenties confici posse. — et in Verrem actione secunda: permagnam eum dicere ex illa re pecuniam confici posse. — Lucilius lib. XXVI:

nónne multitúdinem
tuórum, quam in album índidistei déxtra, confecí tibi?

|| Conficere, facere. Terentius in Phormione:

bonás me absente hic cónfecistis núptias.

M. Tullius in Hortensio: ea facultas maioribus nostris erat, qui confectis senatusconsultis. — et Tusculanarum lib. I: nihil est enim apud istos, quod non eorum turba conficiat. || Conficere, explicare. M. Tullius de officiis lib. II: honestatis pars confecta est, quam tibi cupio esse notissimam. || Conficere, consumere, finire. Terentius in Phormione:

*ne* cum híc non videant mé, conficere crédant argentúm suum.

M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I: bellum, ut opinio mea fert, consensu civitatis confectum iam haberemus. — Lucilius lib. XXX:

conficit ipse comestque.

M. Tullius in Hortensio: quae est enim confectio valitudinis, quae deformatio corporis?

---

3 M. Tullius ad Caes. iun. I || 4 de praet. urb. 52, 138 || 6 Lucilius l. XXVI || 9 II, 1, 28 || 11 M. Tullius Hortensio || 12 I, 11, 22 || 14 II, 3, 9 || 16 V, 5, 11 || 18 M. Tullius ad Caes. iun. I || 20 Lucilius sat. l. XXX || 22 M. Tullius Hortensio.

---

**3** *lacunam indicavit M.* — **4** inpotis, *m. 2* impositis, *L.* — sescenti *om. L, $H_1$, Gen, B.* — sescenti et *pr. L.* — *cet. cf. Cass. Dion. XLVI, 31.* — **5** permagna *Gen.* — meum *Gen; $H_1$.* — iha *$B_1$;* ilia *$B_2$; Gen; $L_1$; $H_1$.* — **7. 8** nonne *Duebnerus,* non te *cdd.* — tuorum *bis, sed posteriore deleto, G.* — indidisti *Duebnerus;* indidit a (indita, *supra scr. m. 2 altero* di, *L, in quo post* a *rasura*) *cdd.* — dextera *idem;* dextra *ed. princ.* — confeci tibi *Duebnerus;* conficis ibi *cdd.* (tibi *I. Dousa*). — **9** formione *cdd.* — **12** senatusconsultis; *f. post hoc v. hausta quaedam.* — I; VI *C, Gen, B* (V *$L_2$, H post ras.*). — **13** quod *B, Gen, pr. H;* quos *rell.* — eorum; atomorum *cdd. Cic.* — n. in eorum, *om.* turba, *$B_1$.* — **14** honestatis *B, Gen, $H_1$;* onestatis *A;* honestitatis *rell.* — **15** quam quidem tibi *cdd. Cic.* — consumere; *erat cum rescribendum ducerem* consummare; *sed certe ad primum exemplum tertiumque et quartum bene quadrat id quod traditum est.* — **16** terrentius *pr. L.* — formione *cdd. pr. B.* — **17** ne *om. cdd.* — nec conf. *B.* — **19** fert *v.;* feret *pr. L, $H_2$;* ferret *rell.* — fert et consensus *non bene Me;* fert, ex consensu *Orellius.* — Lucilius; *cf. 81 l.* comest *cum comm.* — **21** confecit *h. l. cdd.* — comesque *$H_1$.* — **22** enim *om. L.* — confessio *cdd. pr. $H_2$.* — quae enim conf. est *Augustin. contra Iulian. Pelagian. IV, 14, 72.* — valitudinis (*ut* consuitudo) *C, Gen.* — **23** quae deformatio coloris et corporis *Augustin.*

CONCEDERE, dare vel permittere. M. Tullius in Verrem actione prima: da mihi hoc; concede, quod facile est. — Vergilius lib. VII:

concessit in iras
ipse deum antiquam genitor Calydona Dianae.

Terentius in Adelphis:

hui!
metuísti, nunc si dé tuo iure cóncessisses paúlulum.

Lucilius lib. XXVIIII:

concédat homini id quód velit; deléniat.

M. Tullius de officiis lib. III: si negent, omnia turpia per se ipsa fugienda esse concedant. ‖ Concedere, credere vel consentire. Terentius Phormione:

numquamne hódie concedés ‖ mihi
neque intélleges?

Lucilius lib. XXVII:

mí concedere únum atque in eo dáre quod spectatúr manus.

‖ Concedere, recedere vel cedere. Terentius in Hecyra:

hic vídeo me invisam ésse inmerito: témpus est concédere.

Afranius [in] Incendio:

atque étiam incedit hóc: procul concéssero.

Caecilius Titthe:

hic dúm abit, huc concéssero.

Cicero Tusculanarum lib. IIII: ut [cum] magnitudinei medicinae doloris magnitudo concederet.

---

24 Divinat. 7, 23 ‖ 26 Aen. VII, 305 ‖ 29 II, 2, 8 ‖ 32 Lucilius l. XXVIIII ‖ 34 III, 9, 39 ‖ 36 V, 3, 22 ‖ 3 Lucilius l. XXVII ‖ 5 IV, 2, 21 ‖ 7 Afranius Incendio ‖ 9 Caecilius Titthe ‖ 11 IV, 29, 63.

---

25 primus $L_1$; *Gen*$_1$. — **26** VI *L, Gen*$_1$. — **27** in oras $B_1$. — **28** atiquam *Gen, pr. H.* — Calidona *L.* — **29** terrentius *pr. L.* — adelfis *C, Gen; non B.* — **30** ut *B.* — **31** si nunc *cdd. Ter.* — concessesses $L_1$; *Gen*$_1$. — **32** Luc.; *cf. 277 l.* delenitus; *301* eligere. — **34** negent *Cic.;* neglegent *cdd.* (negleglent *pr. L*). — **35** vel consistere *A, B, Gen;* vêl cedere, *supra* ced. *scr.* consentire, *H.* — **36—5** *illa* Terentius — vel cedere *in mrg. suppl.* $H_2$. — **36** formione (in F. *ed. Bas.; Bh*) *cdd.* — **1** numquamne h. *Ter.;* numquam me hoc die (odiae *A*) *cdd.* — **2** intellegis $B_1$. — **4** mihi (*vel* id) *Corpetus;* in *cdd.* — unum; num *pr. G.* — atque; *post* at *rasura in B.* — quod spectatur *M;* quo superatur *cdd.* — **5** terrentius $L_1$. — **6** merito *cdd.* — est me *Bembin.* — **7** in *om. B, Gen,* $L_1$, $H_1$. — **8** atque ideo etiam $B_1$. — ellam *Lipsius,* eccum *Gulielm. sine causa.* — incedit *Gulielmius Verisim. I, 2; Lipsius Epistol. Quaest. II, 22;* intendit *cdd.; f.* tendit. — hoc *pro* huc, *quod Lipsius reposuit.* — **9** tithe *cdd.* — **11** magnitudinei; magnitudini *cdd. Cic.;* cum magnitudine (magnitudime *pr. Gen*) *Non.* — emedicine *L;* medicae *Gen,* $H_1$; medice *B.*

270 M.

CONSEQVI significat sequi. Vergilius lib. V:

quem deinde Cloanthus
consequitur.

M. Tullius de officiis lib. III: ex quo intellegi debet illum mentis agitatione *investigatione*que earum rerum quas cogitando consequebatur neque otiosum nec solum umquam fuisse. ‖ Consequi, adipisci. M. Tullius Epistularum ad Caesarem lib. I: tunc cum ea, quae es ab senatu summo cum honore tuo consecutus. — idem in Verrem actione prima: quod ego meo labore et vigiliis consecutus sum. ‖ Consequi, exprimere, definire. M. Tullius ad Caesarem: extrema vero nec quanta nec qualia sint verbis consequi possum.

CONSERERE dictum est miscere. Vergilius Aen. lib. II:

multaque per caecam congressi proelia noctem
conserimus.

‖ Conserere, serere. Vergilius Georg. lib. II:

iuvat Ismara baccho
conserere.

M. Tullius de senectute: *nec* consitiones modo delectant, sed etiam insitiones.

CONVENIRE, placere, constitui. Sisenna Hist. lib. IIII: signum

13 Aen. V, 152 ‖ 16 III, 1, 4 ‖ 19 M. Tullius Epistul. ad Caes. I ‖ 21 I, 2, 6 ‖ 22 M. Tull. ad Caesarem ‖ 25 II, 397 ‖ 28 II, 37 ‖ 31 15, 54 ‖ 33 Sisenna Hist. IV.

**13** Verg.; *cf. 381 l.* remi. — **14** cloantus *cdd.* — **16** IIII *ed. Bas.* — **17** ag. invest. *Cic.;* agitatione quae (a *in L puncto notatum*) *cdd.* — cogitandum *id.* — **17. 18** sequebatur *G.* — nec ot. *libri Cic.* — **19** M. T.; *cf. 320 l.* honor *cum comm.* — epistula (aep. $L_1$; *m. 2:* aepistola; epistola *G*) *C, Gen.* — **19. 20** *f.* tum ea. — es *ed. Bas.; cdd. 340;* est *L, H, Gen.* — senatus *h. l. cdd.* — honere *L.* — **21** actione I *Gen, ed. Bas.* — **23** sin verbis *pr. Gen.* — **25** *oblitus est Non.* serendi *verbi significationem pro diversitate perfecti differre. quamquam pro* sevi *aliquando invenitur* serui. — **28** serere; *ita Guietus pro* inserere, *cui plane hic nullus locus; cf. supra:* consequi significat sequi; *pg. 299* exornare, ornare. — **29** iubat $L_1$, $Gen_1$. — bacho *A.* — **31. 32** *his cum Passeratium secutus Mercerus primus intellexisset restituenda ex Cicerone ea quae sunt* consitiones et insitiones, *locum aptum assignavit Quicheratus. nam feruntur pg. 273 post l.* Constituere est proponere, definire. Vergilius: hominesne feraene, quaerere constituit, *et quidem sic:* Constituere, instituere. M. Tullius de senectute: constitiones (constitutiones *H, Gen; in L* tu *supra scr.; praeterea hic m. 1* constitioñs, *2* constitione) modo delectant, sed etiam institutiones. — *non autem merito h. l. Nonii stupor arguitur a Mercero. nec enim ab auctore illius potuisse proponi lemma tale* Constituere, instituere *ipsa verba Ciceronis declarant.* — **33. 34** Convenire — convenerat. — *haec in cdd. collocata pg. 263 ante illud:* Calumnia rursum calliditas. — *cum sequentibus iunxit, sed ut haec in pg. 263 revocaret, ed. princ.; huc retraxit Quicheratus.* — **33** constitui *Quicheratus;* constituere *cdd.* — IIII; *libro III coll. Appian.*

nanctus a Papio, quod inter ·eos tolli convenerat. || Convenire, aptum esse. M. Tullius in Hortensio: nam quod vereris, ne non conveniat nostris aetatibus ista oratio quae spectet ad hortandum. || Convenire significat obvium fieri. Terentius in Eunucho:

> cónveni hodie advéniens quendam meí loci *hinc* adque órdinis hóminem.

|| Convenire, videre. M. Tullius de senectute: neque vero eos solum convenire aveo quos ipse cognovi, sed illos etiam de || quibus audivi et legi et ipse conscripsi. — Plautus in Asinaria:

> aétatem velím serveire, Líbanum ut conveniám modo.

|| Convenire, colligi, coire. Vergilius Aen. lib. I:

> conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni.

M. Tullius in Philippicarum lib. III: cui quidem hodierno die, patres conscripti, nunc enim primum ita convenimus. || Convenire, constare. Terentius in Phormione:

> . . conveniet númerus, quantum débui.

|| Convenire, similem esse. Varro Longe fugit qui suos fugit:

---

35 M. Tull. Hortensio || 37 II, 2, 3 || 40 23, 83 || 1 II, 2, 8 || 3 I, 361 || 5 III, 2, 5 || 7 I, 2, 3 || 9 Varro Longe fugit qui suos fugit.

---

*de bello civ. I, 42 probabiliter tribuit A. Schneiderus de Sis. hist. reliquiis pg. 24.* — **34** nanctus $Gen_1$, *L, in quo puncta erasa supra* n *alterum et infra;* nactus *rell.* — a Papio *docti; et ita Petrus;* a papo *C* (pape *prius, ut vid.,* o *supra scr., H*), *Gen ex corr.;* a popo *cd. Tornaes.; pr. Gen;* a papippo *B.* — quod *Iun.;* qui (quid *Gen, B, pr. H*) *cdd.* — **35** actum *Gen, L, B, P;* aptum *Hqos, ed. Bas., v.* — in or hortensio *pr. L.* — **36** spectat *Bh.* — **37** Ter.; *cf. 324 l.* inpurus, inprobus; *item 359* offendere, invenire; *quo quidem loco egregia Nonii diligentia comprobatur.* — **38** odiae *A.* — quendam mei loci hinc atque ordinis *cdd. Ter.;* mei loci quendam (quemdam $L_1$; *prius* quemdant; *Gen; Hqos*) atque (adque *L*) ordinis (ordines $Gen_1$; ordine *pr. L*) *Non.* — *pg. 324 haec feruntur omissis relicuis:* mei loci atque ordinis hominem haut inpurum; *359 talia tradita:* offendi adveniens quendam mei loci atque ordinis hominem. — **40** uidere *bis pr. L.* — *f.* visere. — M. Tull.; *cf. 275 sq.* cognoscere, nosse. — **41** solos *pars cdd. Cic.* — aveo *v. ap. Cicer.;* habeo *cdd. Halmii;* abeo $H_1$, *B, G;* ab eo *Genh;* habeo $H_2$; ad eos *L.* — cognovi, sed; cognovissed *pr. L;* cognovisset $Gen_1$. — **1** et audivi *cdd. 276.* — Plaut.; *cf. pg. 72 l.* aetatem, *ubi recta scriptura versui seq. reddita.* — Asynaria *L.* — **2** serveire; servare *L, H, Gen;* servere *G.* — **3** Conveniri *A, B ex corr., Gen,* $H_1$. — **5** in filippicis *cdd.* — **6** e p. c. *G;* ep̃c *L;* pãc $H_1$, *Gen; H m. 2 supra* p *add.* e *et in margine adscriptum* ep̃c. — conveniens *Gen,* $H_1$. — *ap. Cic. haec sunt:* cui quidem (C. Caesari adulescenti) hodierno die, patres conscripti (nunc enim primum ita convenimus, ut — possemus — libere dicere), tribuenda est auctoritas. — convenimus. *cf. comment. in v. 20.* — **6—8** Convenire — debuit *in mrg. add.* $H_2$; *om. Gen.* — **7** in formione *cdd.* — **8** conveniet — debui *Ter.;* convenit — debu it *cdd.*

271 M.

solus rex, solus rhetor, solus formonsus, fortis, aecus vel ad aedilicium modium, purus putus. si ad hunc charactera Cleopantus conveniet, cave attigeris hominem. ‖ Convenire, placere, certum fieri. Vergilius lib. XII:

cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
convenit Euandri victos discedere ad urbem.

M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. V: vivendi cupiditate incensi omnes sumus; atque hoc mihi cum tuo fratre convenit. ‖ Convenire, interpellare. M. Tullius in Verrem actione secunda: non dubitat quin, *si* ipse Verrem convenisset, aequitate causae, auctoritate sua conmovere hominem posset. — Lucilius lib. XXVIIII:

heic tum conventus tela insidiaeque locari.

CAEDERE est verberibus laedere. Terentius in Andria:

verbéribus caesum te ín pristinum, Dáve, dedam....

M. Tullius de suppliciis: caedebatur virgis medio in foro Messanae civis Romanus. ‖ Caedere, excidere. Vergilius Georg. lib. I:

caeditur et tilia ante iugo levis.

Lucilius lib. XXVII:

---

13 XII, 183 ‖ 16 V, 29, 86 ‖ 18 de praetura urb. 48, 126 ‖ 21 Luc. l. XXIX ‖ 23 I, 2, 28 ‖ 25 II, 5, 62, 162 ‖ 26 I, 173 ‖ 29 Luc. l. XXVII; sed cf. comm.

---

**10** *stoicum describi notarunt plerique.* — rethor $L_1$; *Gen.* — formonsus *pr. L*, $Gen_1$; formosus *rell.* — fortis, aequus *Turneb. Advers. XXIX, 20, alii;* fortis secus *L, H ex corr., G;* forti secus *Gen, pr. H.* — fortis, securus *Iun.* — **11** modium *N. Faber;* modius *cdd.;* munus *Lips.* — putus *Iun.;* putis *cdd* — hunc *v.;* huc *cdd.* — car. *Gen, H.* — Cleanthes *Gifan.; f.* Cleanthis. — **13** Verg.; *cf. 250 l.* cedere, succedere; *ib.* cedere — abire superatum. — **16** de finibus malorum et bonorum *Gen, H,* $L_1$. — beate enim *ex Cic. add. Quicheratus.* — **17** atque *om. cdd. Cic.* — hoc *pro nom. vid. habuisse N., cum sit ablat.* — **19** dubitabat *cdd. Cic.* — quiin $L_1$. — si *om. cdd.* — **20** causae et auct. *cdd. Cic. plerique; om.* et *Vatic.* — posse *Gen,* $H_1$; possit *rell.* — *Luc. l. reponendus supra v. 6.* — **21** *cf. 340 l.* locare, parare. — lib. XXVIII *pg. 340.* — **22** heic; hic *I. Dousa;* haec *cdd. l. utroque.* — tu *idem hic.* — *porro* insidiisque (insidisque *Gen,* $L_1$); insidiaeque *340.* — locavi *idem utrobique;* locari *I. Dousa.* — hic tu conventus, tela insidiasque locasti *mrg. Iun.* — **23** Caedere *A;* Cedere *rell.* — laedere *Quicheratus;* dedere *cdd.* — **24** pristinum *L;* pistinum, *post* p *ras., supra* in *scr.* RI, *Gen;* pistrinum *rell.* — **25** de supl; *Gen;* de supl̃ $L_1$; de supli $Hs_1$. — cedebatur *cdd.* — in m. f. *cdd. Cic.* — **26** c. R.; C͡R *L, H, Gen;* C. R. *ed. Bas.; om. B;* M. c. R. *om. A.* — Cedere *cdd.* — georgicon $H_2$; *G; et ita v. 33 et saepius.* — **29** *cf. 420 l.* verrere, mundare. — XXVI *G;* XXVIII $H_2$; *item G pg. 420;* lib. XXVII *om. B.* — *seq. versus Plauti Merc. II, 3, 63, ubi de ancilla agitur.* — *et potuit quidem Lucilius eum inserere saturis suis; sed propius est a fide Nonium neglegentia lapsum, sicut alibi pluries ab eo pro Claudio Gelliano repositus Caelius.*

lígnum caedat, pénsum faciat, aédis vorrat, vápulet.

M. Tullius in Hortensio: aut tibi id ipsum pervertendum fuit, quod tu ne attigisti quidem, aut eius partes quasi membra quaedam caedenda. || Caedere, occidere vel mactare. Vergilius Georg.:

non aliam ob || culpam Baccho caper omnibus aris
caeditur.

et Aen. lib. II:

caeduntur vigiles.

Varro in Eumenidibus:

Aiax tum credit ferro se caedere Ulixem,
cum baculo silvam caedit† porcosque trucidat.

|| Caedere inmolare. Plautus in Aulularia:

caedéndum conduxi égo illum.

Vergilius Aen. lib. V:

caedit quinas de more bidentis.

|| Caedere, frangere. Vergilius Georg. lib. III:

caeduntque securibus umida vina.

M. Tullius in Verrem actione secunda: caedere ianuam saxis, instare ferro. Lucilius lib. XXVIIII:

caede óstium, Gnato! úrguent, instant: périimus!

---

31 M. Tullius Hortensio || 33 II, 380 || 3 II, 266 || 5 Varro Eumenidibus || 8 III, 6, 31 || 10 V, 96; cf. comm. || 12 III, 364 || 14 de praetura urb. 27, 69 || 15 Lucilius l. XXVIIII.

---

**30** cedat *cdd.* — edis *L, G;* aedes *B.* — vorrat *M;* varrat *G l. utroque;* verrat *rell.* (verret *hic* $B_1$). — **33** ced. *L; H ex corr.* — caedenda *pro* caedendae. — Cedere *cdd.* — *illud* vel mact. *cum Verg. exemplo priore potius ad sequens l. erat referendum, si sine violentia graviore posset recta lectio constitui.* — **2** ceditur *L, H.* — **4** ceduntur *H.* — viles *B.* — **6** Aiax tum *Benaeus apud Passeratium; Me;* maximum *cdd.* — cedit $G_2$. — se *v.;* sed *cdd.* — cedere *idem.* — **7** baculo *Lachmannus;* baccha *cdd.* (baccham *pr. L*); bacchans *male Me; nam eo quod est* baculo *non potest careri.* — caedit (cedit *Gen, G*) *corruptum; puto* laedit. — porcusque *L.* — *hexametros indicavit Iun.* — **8** Cedere *L, H, Gen.* — inmolare $L_1$ *solus.* — Plaut.; *cf. 274 l.* conducere. — caedendum illum ego conduxi *cdd. Pl.* — **10** lib. V *Me;* lib. IIII *cdd.* — *Aen. IV, 57 legitur:* mactant lectas de more bidentis. — *f. ibi fuit dittographia* caedunt *et hoc exemplum cum lib. V nota haustum.* — *conferenda etiam quae notavimus supra ad illud* caedere, occidere. — quinas; binas *recte Medic. ap. Verg.; ubi R:* caeditq. binas; *P, V:* caedit quinas; quinas *Serv. ad V, 78;* binas *Serv. Dan. ad IV, 200.* — **12** Cedere *C, Gen.* — Verg.; *cf. 380 l.* rigidum. — IIII *B.* — **14** actione secunda $H_2$*;* actione II *ed. Bas.;* actione I $L_2$*;* actione $L_1$*;* actionem *Gen,* $H_1$. — **15** Lucil.; *cf. 417 l.* urguere, insistere. — lib. XXVIII *cdd. pg. 417.* — **16** hostium *cdd. h. l.; item quidam 417.* — grato *cdd. hic; cf. comm. in 417.* — urguent, instant *M;* urgere (urguere $Gen_1$*; pr. L*) istam *libri h. l.; 417:* urge (urgue) restant. — periimus *cd. Iun. pg. 417 (cf. eius comm. in pg. 301);* perimus *rell. l. utroque.*

272 M.

|| Caedere, consumere. Lucilius lib. XXX:

lanai opus omne perit; squallor, tiniae omnia caedunt.

CVATERE significat percutere. Vergilius lib. VIII:

quadripedante putrem sonitu quatit ungula campum.

Cuatit, infestat. Vergilius lib. VIIII:

aut rastris terram domat aut quatit oppida bello.

|| Cuatit, excludit. Terentius in Eunucho:

'nímirum *istum.*' — 'homó quatietur cérte cum donó foras.'

|| Cuatit, movet. Vergilius lib. X:

ad vero ingentem quatiens Medientius astam.

CONSTAT, valet. Lucilius lib. XXVI:

trádo ergo alias númmo porro, quód mihi constat cárius.

|| *Constat*, consistit. Cicero Tusculanarum lib. I: animus; qui si est quattuor horum generum, unde omnia constare dicuntur.

|| Constitit dicitur stetit. Vergilius Aeneidos lib. IIII:

hic primum paribus nitens Cyllenius alis
constitit.

Plautus in Amphitryone:

*boát*
*caélum* frémitú virum; éc spíritu átque hálitú
nébula cónstát.

---

17 Lucilius l. XXX || 19 Aen. VIII, 596 || 21 Aen. IX, 608 || 23 II, 3, 67 || 25 Aen. X, 762 || 27 Luc. l. XXVI || 29 I, 18, 42 || 31 IV, 252 || 34 I, 1, 77.

---

17 Ced. *H post ras.; G.* — cons. *Ald.;* commiscere (conm. $L_1$, *H, Gen*) *cdd.* — Luc.; *cf. 462 l.* squallorem. — 18 lanai *M;* lanae *B h. l.; v.;* lana *rell. utrobique.* — periit $B_1$. — squalor *Ald.;* fallor *libri h. l.;* pallor *pg. 462.* — cedunt *H, G, Gen,* $B_2$*;* cedent $B_1$. — 19 Quatere *L, H,* $Gen_2$. — qu *ubique B h. l. et 254.* — 20 quadripedantem $Gen_1$*; L.* — putem *pr. L.* — sonitum *Gen, L, pr. H.* — quatit *etiam ed. Bas.;* cuatit *ed. Merceri (apud quem ubique* cu *pr. v. 24).* — quate $Gen_1$*; pr. L.* — 21 Cuatit *ed. Bas.;* Quatit *rell.* — *eadem varietas in v. 22; 23; 25.* — lib. VIII *L.* — 24 nimirum istum *M;* nimirum *C, Gen;* istum ipsum *Bembin.;* istunc ipsum *rell. Ter. libri.* — quat. *hic etiam ed. Bas.; item v. 26.* — quatietur homo *Bembin.* — 26 ad $Gen_1$*;* $L_1$*;* at *rell.* — medientium $Gen_1$*;* $L_1$*; plebeium illud scribendi genus;* mezentius *vel* mezzentius *cdd. Verg.; cf. de re m. pg. 314.* — astam $Gen_1$*; L;* hastam *rell.* — *post hoc v. in B posita haec (pg. 254):* Quassum est conlisum et non integrum — Virg. lib. VI et lampada quassans per Graium populos. — 27 Constat valet consistit *cdd.* — *illud* consistit *ad v. 29 transtulit ibique* Constat *addidit Quicheratus.* — 28 numero $G_1$. — trado porro; *cf. comm. in Luc. XXVI, 68.* — mihi; *melius* mi. — 29 is autem animus, qui — dicuntur, ex inflammata anima constat *Cic.* — 30 unde; ex quibus *cdd. Cic.* — 31 Verg.; *cf. 353 l.* niti, volare. — 32 cylennius *pr. H.* — 34—39 *huc revocavit M. in libris Plauti exemplum colloc. post v. 40 illud* erectus est; *Cic. post 41.* — *non respexit Non. diversas* standi *significationes; cf. Gell. VIII, 5; 391 l.* stare. — *confudit idem* stare *et* consistere. — 35. 36 boat c. *om. cdd.* — ec *M;* et *cdd. Non.;* ex *Pl.* — et *pro* atque *Am.*

Cicero Tusculanarum lib. I:

. . . ubi rígida constat crássa caligo ínferum.

|| Constitit, erectus est. Vergilius lib. V:

constitit in digitos.

|| Constat, conpositum est. Lucilius lib. XXVI:

príncipio || physici ómnes constare hóminem ex animo et córpore dícunt.

Sisenna Historiarum lib. IIII: multitudinem procul hostium constare viderunt. || Constat, convenit, manifestum est. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II: cum constaret Caesarem Lupercis id vectigal dedisse: qui autem poterat id constare? — et Tusculanarum lib. I: sive quod a gravioribus leviora natura repellantur. quae cum constent.

CONSTITVERE est proponere, definire. Vergilius Aen. lib. I:

hominesne feraene,
quaerere constituit.

|| Constituere, retinere, firmare. M. Tullius de officiis lib. I: ineuntis enim aetatis inscitia senum constituenda et regenda est prudentia. || Constituere, instituere * * * || Constituere, parare. M. Tullius in Verrem actione II: quod ubi est Philodamo nuntiatum,

---

38 I, 16, 37 (tragic. incert.) || 40 Aen. V, 426 || 42 Lucilius l. XXVI || 3 Sisenna Hist. IV || 4 M. Tull. ad Caes. iun. II || 6 I, 17, 40 || 9 I, 308 || 12 I, 34, 122 || 15 de praetura urb. 25, 65.

---

— halitu *C. F. G. Muellerus;* anhelitu *cdd. Non.* (anel. *A*) *et Pl.* — **40** Constit *$Gen_1$; pr. L.* — **1** fisici *cdd.* — animo *Gulielmius;* anima *cdd.* — *cf. tamen XXVIII, 1, 6.* — **3. 4** *etiam in Sis. loco* constare *idem quod* stare. — **5** iun. lib. II *om. B.* — com *pr. B.* — constaret *Halmius;* constet *L, pr. H, Gen, A, B;* constat *H ex corr.; G.* — **7** reppellantur *L.* — **8** constent *Gen, L, $H_1$; Cic.;* constet *$H_2$, G.* — *f. ante* sive *vel post* constent *hausta quaedam.* — *cf. Cic.* — **9—11** *haec etiam inveniuntur pg. 258 ante l.* Contendere, festinare; *ubi legitur* Const. est *(om. B)* disponere (componere *B, Gen, pr. H*), *om.* definire. — *hic* ponere *B, Gen, pr. H.* — definire (difinire *$L_1$*) *ex deterioris aetatis usu pro* destinare. — Verg.; *cf. 290 l.* exigere, inquirere. — *h. l.* lib. III *B, Gen, L, pr. H.* — **10. 11** *h. l.* hominosne *$L_1$; item* faeraene *$L_1$;* ferenae *Gen, H; pg. 258* ferene *H, Gen ex corr.* (*pr.* ferenae). — quaere *h. l. $L_1$.* — **12—14** *haec in cdd. pg. 261 post finem l.* circumferre. — **9—14** Const. — prud. *ut nos disposuit ed. princ., sed ita ut totum lemma in pg. 258 l. mem. reponeret.* — **13** inscicia *$L_1$;* inscia *Bm, Gen, $H_1$;* insua *Bh.* — et r. *Cic.;* exgregenda *B, Gen, $H_1$;* excredenda *L;* exercenda *$H_2$, G;* ercen *supra scr. et ante erasum* et *$H_2$.* — **14** prud.; *seq. in cdd. illa* Constituere, instituere. M. Tullius de senectute — institutiones. — *quae praeter lemma Nonii pg. 270 s. l.* conserere, serere *sunt collocata.* — *dubium tamen, h. l. utrum haustum sit exemplum l.* constituere, instituere *an, quod minus probabile existimo, hoc et ipsum videatur delendum.* — **14** parere *pr. H.* — **15** est *cdd. Cic.;* erat, *quod ex seqq. vid. ortum, Non.* — Filodamo *cdd.*

tametsi erat ignarus, quantum sibi ac liberis suis iam tum mali constitueretur. ‖ Constituere, erigere. Vergilius lib. VI:

et feralis ante cupressos
constituunt.

COLLIGERE, in unum redigere. Vergilius Aen. lib. V:

colligere arma iubet validisque incumbere remis.

M. Tullius in Philippicarum lib. VI: succurrendum est D. Bruto; omnes undique copiae colligendae. ‖ Colligere, reficere. Cicero in Verrem actione II: sed manifesto furto perturbatus ubi se collegit. ‖ Colligere, celare, subpremere. Vergilius lib. XII:

substitit Aeneas et se collegit in arma,
poplite subsidens.

‖ Colligere, auferre. Lucilius lib. XXX:

ruis hoc et colligis omnia furtim.

Plautus in Aulularia:

quin ípsi pridem tónsor unguis démpserat;
collégit, omnia ábstulit praeségmina.

CONTINENS est abstinens, integer. M. Tullius ad M. Catonem: ut, quae copiis et opibus tenere vix possumus, ea mansuetudine et continentia nostra, ‖ sociorum fidelitate teneamus. ‖ Continens, coniunctum, continuum. M. Tullius in epistula ad Senatum: itaque cum exercitu per Cappadociae partem eam, quae cum Cilicia

---

17 Aen. VI, 216 ‖ 20 V, 15 ‖ 22 VI, 3, 7 ‖ 24 de praet. Sicil. 20, 48 ‖ 25 XII, 491 ‖ 28 Lucilius l. XXX ‖ 30 II, 4, 33 ‖ 33 M: Tullius ad Catonem (Ep. ad Fam. XV, 3, 2) ‖ 2 M. Tullius epist. ad Senatum.

---

**16** quatum $L_1$. — suis liberis *B, Gen,* $H_1$. — **20** lib. VI *cdd.* — **21** iuvet $Gen_1$; $L_1$. — **22. 23** filippicis (phil. *Hqos*) *cdd.* — D. Bruto — copiae collig. *Cic.;* de bruto (butro *Gen,* $H_1$) — coepere colligere *cdd.* — **24. 25** a. III *cdd.; om. B.* — perturbat' $L_1$; perturbatur *Bm.* — *ap. Cic. haec feruntur:* tamen tum rumore et clamore populi et furto manifesto grandis pecuniae perturbatus est. ubi se collegit, vocat ad se Syracusanos. — caelare *H.* — subpremere $L_1$; suppremere $Gen_1$; supprimere *rell.* — celare, subpremere; *mirifica paraphrasis; suspicor exemplum cum lemmate haustum.* — *Servius notat haec:* ita se texit, ut nulla parte posset feriri. — **27** polite *pr. L.* — **28** Lucilius; *cf. 380 l.* ruere, irruere. — **29** ruisset hoc, *tum* ruiset hoc, coll. *B.* — ruis; *cf. comm. in pg. 380.* — hoc *pro* huc. — est *L.* — **30** plautur *(sic)* omnia in aulularia *G sec. ed. Bas.* — Plaut.; *cf. 151 l.* praesegmina. — **31** quin ipsi (ipse *cdd. l. utroque*); *cf. comm. in pg. 151.* — **33** est abstinens est integer *L.* — catonem cationem *G;* catonem catonem, *sed alterum del. L.* — **34** utque *B, Gen,* $H_1$, *L ex corr.* — tenere *Medic. Cic.;* ferre *C, Gen; f.* servare. — **1** teneamus *v. ap. Cic.* (*ubi Medic.* tenemus); teneamur *L, H, Gen;* tuncamur *G, libri Merceri;* tueamur *ed. a. 1471.* — **2** epistola $L_2$, *G.* — **3** exercitum *Genm, H, L, G.* — capodociae, p *supra scr., H;* cappodociae *et Genm.* — meam $Gen_1$; *pr. L.* — cilia $Gen_1$.

continens est, iter feci. — et in Hortensio: ne in continentibus quidem terris vestrum nomen dilatari potest.

CVRATVM est sanatum. ‖ Curatum, post laborem refectum. Vergilius:

corpora curamus, fessos sopor inrigat artus.

‖ Curatum, cum dilectu apparatum. Lucilius lib. XXIX:

ét circumvolitánt ficellae, túrdi, curatí cocis.

CONDVCERE est, sicuti usu, emere. Plautus in Aulularia:

caedéndum conduxi égo illum.

Lucilius lib. XXVIIII:

mángo, non magná mercedest, mágno quod condúxeris.

M. Tullius de officiis lib. II: ut saepe in nostra republica videmus, mercede conducti. ‖ Conducere, colligere, convocare. Varro Manio: Manius mane suscitat; rostrum sub rostra fert, populum in forum conducit. ‖ Conducere, convenire. Lucilius lib. XXX:

et virtute tuae et caris conducere cartis.

‖ Conducere, utile esse. *Lucilius:*

sólus vero scít quid re atque quaéstu conducát suo.

---

4 M. Tullius Hortensio ‖ 7 Aen. III, 511 ‖ 9 Lucilius l. XXIX ‖ 11 III, 6, 31 ‖ 13 Lucilius l. XXVIIII ‖ 15 II, 6, 22 ‖ 17 Varro Manio ‖ 19 Lucilius l. XXX ‖ 21 Lucilius; cf. comm.

---

4 ita *pro* iter $H_1$. — feci. et in *Me;* feci. Idem *Iun.;* faciet in *cdd.* — 6 sanatum *Me;* natum (*praec.* st) *cdd.* — perfectum *pro* refectum *L.* — 8 curam $L_1$. — arcus *pr. H.* — 9 curatum dilectu *B.* — delectu *ed. Bas.* — XXX *cdd.;* XXIX *M.* — *comm. Lucilii pg. 264 sunt haec notata: in ipsis quidem Nonii libris, qui saec. IX raro attingunt, numquam excedunt, id genus numerorum legere me non memini; sed in vetustioribus saepius, velut in Neapolitano Charisii, nec minus in inscriptionibus.* — 10 ficellae *M;* ficetulae (ficaetulae *Gen*) *cdd.* — ficella *pro* ficedula, *ut* nitella *pro* nitedula; *cf. Lachm. comm. Lucr. pg. 204.* — t'di $L_1$*;* turdis $B_1$. — ficellae, turdi; *asyndeton ex more Lucilii.* — curati cocis *M* (curati *iam Palmerius*); curatis coci *B; Gen; L; H;* curatis soci *G.* — 11 Conducere est, sicuti usu, emere *Quicheratus;* Conducere emere, *dein post Plauti exemplum:* Conducere est sicuti usu *cdd.* — Plautus; *cf. 272 l.* caedere, inmolare. — 12 cedendum *cdd.* — 14 mango *M;* magno *cdd.* — mercedest *M;* mercede *v.* — non magna mercedest, *i. e.* non multum praebet usurae. — cumduxeris *pr. B.* — 15 re publ *Gen;* re p̃ubl *L.* — 17 sub *Turnebus;* sum *C, Gen; om. B.* — suum *Me; unde* suum sub *Quicheratus.* — rostra, *sc.* fori. — fert *M;* adfert (*praec.* a) *cdd.* — 18 convertere *G;* convenire *et B.* — 19 XX *B.* — 20 e *B.* — virtute *dativus.* — tuae *M;* tua (*seq.* e) *cdd.* — caris *M;* claris *v.* — cartis *B;* carthis *L,* $Gen_1$*;* chartis *rell.* — cartis; *i. e. epistulae Scipionis, cui iam rescribit.* — 21 *Lucilii nomen add. M musei Rhenani XVII, 199. res tamen non prorsus certa.* — 22 scit *M;* soli *cdd.* — atque quaestu *M* (quaestu *iam ed. princ.;* quaestu *ed. a. 1471*); et questi *cdd.* (quaesti *Gen; pr. H*).

M. Tullius de officiis lib. III: stulte? [lib. I] rei publicae conducebat. potest autem, quod rei publicae inutile sit, id cuiquam ceivi utile esse? — idem de re publ. lib. I: facillimam autem in ea re publica esse posse concordiam, in qua idem conducat omnibus. — Sisenna Historiarum lib. IIII: quid re publicae suae maxume conducere videretur.

CONCELEBRARE dicitur conmovere. Lucretius lib. I:

quae mare navigerum, quae terras frugiferentes
concelebras.

|| Concelebrare, diffamare: || dictum a celebritate. Lucilius lib. XXX:

multis indu locis sermonibu' concelebrarunt.

CREDERE est fidem habere dictis vel factis. Lucilius lib. XXVIII:

Hymnís, velim tete íd quod verumst crédere.

Vergilius Aen. lib. II:

ora dei iussu non umquam credita Teucris.

Credere, fidei conmittere. Lucilius lib. XXVIII:

vitam ác fortunas cuí concrediderím meas.

|| Credere [est], servandum conmendare. Plautus [in] Aulularia:

ubi is óbiit mortem, quí id mihi aurum crédidit.

CONMODARE est mutuari. Lucilius lib. XXVII:

---

23 III, 27, 101 || 25 I, 32, 49 || 27 Sisenna Hist. IV || 29 I, 3 || 2 Lucilius l. XXX || 5 Lucilius l. XXVIII || 7 II, 247 || 9 Lucilius l. XXVIII || 11 prol. 15 || 13 Lucilius l. XXVII.

---

**23. 24** *ap. Ciceronem haec verbosiora:* quomodo stulte? etiamne si rei publicae conducebat? — lib. I *del. Iun.* — R. P. *ed. Bas.;* R͡P. *L;* RP. *Gen; H;* r͞p *B.* — inutile rei publicae *cdd. Cic.* — re, *supra scr.* i, *L.* — sit inut. *B.* — it *pr. Gen et L.* — **25** civi *cdd. Cic.;* ubi *B, Gen,* $H_1$*;* ibi *rell.; cf. comm. in 224, 21.* — utilem *Gen*$_1$*; pr. L.* — *f.* facillime. — **26** esse concordiam *minus bene cd. Vatic.* — **27** hystoriarum *L.* — re publicae *M;* rem publicam (rem pub *Gen;* rem pub͞l *L*) *cdd.;* in rem publicam suam *non bene Ald.* — **28** maxime *B, Gen, pr. H.* — **1** diffamare *vel* divulgare *Lips.;* diu amare *cdd.; cf. 284, 13.* — **5** XXVIII *M;* XXVII *v.* (XXVI *G*). — **6** hynnis *Gen; B; pr. H;* hiemis, *supra* iemis, *quod punctis notatum, scr.* ymnis *G; om. A.* — velym $L_1$*;* vel in *Montepess.* — tete *M;* te *v.* — verum est; est *supra add. in L.* — **8** hora *cdd. pr.* $B_2$ (oro $B_1$). — diei iusso *Gen,* $H_1$. — nonnumq. *cdd. pr.* $H_2$*, B.* — **10** crediderim *A, B.* — **11** est *om. A, B, Gen,* $H_1$. — Pl.; *cf. 359 l.* observare, celare. — in *om.* $L_1$. — uidularia *B.* — obiit *A, B, cdd. Pl.;* obit *rell.* — morte *A.* — qui id mihi aurum *Bothius;* quid mihi in aurum *cdd. h. l.; pg. 359:* qui mihi id aurum *sicut libri Plauti* (ubi is obiit mortem, qui mi id aurum *Goetzius*). — **13** Commendare *Gen*$_1$*;* Conmodare $L_1$*;* Comm. *rell.* — mutari $L_1$.

cérta sunt, sine détrimento quae ínter sese cónmodent.

M. Tullius de officiis lib. II: atque ut dando et accipiendo mutuandisque facultatibus et conmodandis nulla re egeremus. || Conmodare, conmodum dare. M. Tullius ad filium lib. II: cui ego, quibuscumque rebus potero, libentissime conmodabo.

CAPTARE, capere. || *Captare, observare.* Lucilius lib. XXVII:

quódsi paulispér captare atque óbservare haec vólueris.

COGNOSCERE est audire, aestimare. Lucilius lib. XXVI:

rém cognoscas símul et dictis ánimum adtendas, póstulo.

Pomponius Sponsa Pappi:

pól magi' curabo, úbi cognorint, ómnes una adséntiant.

Terentius in Andria:

eo pácto et gnati vítam et consiliúm meum
cognósces.

Vergilius Georg. lib. I:

ni refugis tenuisque piget cognoscere curas.

|| Cognoscere, nosse vel perspicere. Vergilius lib. VIIII:

venatu adsiduo et totum cognovimus amnem.

idem Georg. lib. II:

nunc quo quamque modo possis cognoscere dicam.

M. Tullius in Hortensio: unde autem facilius quam ex annalium monumentis aut bellicae res aut omnis rei publicae disciplina

---

15 II, 4, 15 || 17 M. Tullius ad filium II || 19 Lucilius l. XXVII || 21 Lucilius l. XXVI || 23 Pomponius Sponsa Pappi || 25 I, 1, 22 || 28 I, 177 || 30 Aen. IX, 245 || 32 II, 226 || 34 M. Tullius Hortensio.

---

**14** detrim.; rim *in ras. B.* — conmodent $L_1$; comm. *rell.; ita et infra.* — **16** metuandisque *Gen;* mutuandis *A, B.* — commendantis $Gen_1$; commodantis *H*, $Gen_2$. — mutand. — et commodis *cdd. Cic.* — **17** Comm. *cdd.* — c. d. *M;* cum commodo (conm. $L_1$) dare *L, G*, $H_2$; cum commoda dare $H_1$; cum comoda dare *Gen;* concommodare *B.* — M. Tullius ad filium; *om.* $Gen_1$; *in mrg., si recte intellego Hagenum, repos. m. 2* m. tullius. — **18** rebus potero; re potero, *supra* e p *scr.* ꝑ, *Gen;* reppotero, *supra scr. m. 1* bus *et del. m. 2* ꝑ, *H;* repertis potero *B;* perpotero *A.* — **19** Capt., obs. *add. Quicheratus.* — **20** adque *pr. B.* — **21** Luc.; *cf. 238 l.* attendere, *ubi cdd.* lib. XXVII; *Luc. XXVII, 25; 26.* — **22** cognoscat *h. l. libri pr.* $H_2$. — simul *supra add. L.* — dicis $H_1$. — anim'. *B.* — attendas $L_2$; *B.* — **23** Sponsa *Iun.;* pansa *cdd.* — papi *L*, $H_2$. — **24** pol magi'; pol mage *Bothius;* pol emagis *cdd.* (pole magis *Gen*, $H_1$). — curare *cum coniunctivo; cf. comm. Luc. pg. 268.* — **26** vita me, *supra add.* t, *L.* — **27** cognoscis *cdd.* — **28** Verg.; *cf. 411 l.* tenue, parvum. — **29** non *pro* ni *Gen*, $H_1$. — **30** perspicere *B; ed. princ.;* prospicere *A;* prespicere *L;* praespicere *H, Gen, G.* — Verg.; *cf. 230 l.* venatus *ibique comm.* — **31** venati *A.* — ads. $L_1$, *H, Gen.* — **33** qui $Gen_1$. — quemque *B.* — **34** analium *pr. L.* — **35** omnes $H_2$. — reip̃ubl. *L;* reipub. *Gen, G;* reipub. *H.* — disciplinae $L_2$ (*m. 1* discipline), $H_2$, $Gen_1$, *G.*

cognoscitur? — idem [et] de || senectute: neque vero eos *solum convenire aveo quos* ipse cognovi, sed illos etiam de quibus et audivi et legi et ipse conscripsi. || Cognoscere, agnoscere. Vergilius in Bucolicis:

incipe, parve puer, risu cognoscere matrem.

M. Tullius de re publica lib. I: cognosce mehercule, inquid, consuetudinem istam et studium sermonemque. — Varro Sesquulixe: vereor ne me quoque, cum domum ab Ilio cossim revertero, praeter canem cognoscat nemo.

CONPETERE significat quod est honorem vel coniugium vel quidvis aliud adversus alium petere. unde conpetitores, ut saepe. || Conpetere, par esse vel simile. unde et in aestimatione rerum 'hoc illi conpetit' dicimus. || Conpetere, rei cuiusque meminisse aut constare, valere. Sallustius Historiarum lib. I: sic vero, quasi formidine adtonitus, neque animo neque auribus aut lingua conpetere.

## INCIPIT PER D LITTERAM.

DAMNARE est damno adficere. unde et condempnare dictum est. e contrario nullo damno adfectum indempnem probamus†. || Damnare est exheredare. Lucilius Satyrarum lib. XI:

---

1 23, 83; cet. cf. comm. || 4 IV, 60 || 6 M. Tullius de re publ. I || 7 Varro Sesquulixe || 14 Sallustius Hist. I || 20 Lucilius l. XI.

---

**1. 2** *aut delendum illud* et *aut ante eiusdem Ciceronis haustum exemplum.* — de senectute; *cf. 270 l.* convenire, videre *cum comm.* — eo *(sic)* ipse *omissis mediis cdd. h. l.* — de q. audivi *pg. 270; cdd. Cic.* — **3** audivi legi (lege $L_1$, $Gen_1$) *pr. L; $H_1$; Gen.* — **6** repub *Gen, H;* repubͥl *L.* — cognosce *Tornaes.; Gen; L; H ex corr;* cognoscere *(cf. v. 5) pr. H, G.* — inquit *Gen, H, G.* — **7** sermonis *Vaticani cdd. Maii; ed. princ.* — *locus vid. mancus Nonii culpa.* — Varro; *cf. comm. in 247 l.* album, mite. — sesq: ulexe *L.* — **8. 9** quo domum — cossint venero *cdd. 247; f.* revenero. — nemio *pr. Gen.* — **10** quod est *om. A, B.* — vel c. *add.* $L_2$. — **11. 12** quodvis $B_1$. — aliud *ed. princ.;* aliquid *cdd.* (aliquis *B*). — ut saepe *om. A, B.* — unde *A, B;* inde *rell.* — **13. 14** dic. h. i. comp. *A.* — ille *B.* — rei c. m.; *n. N.* — aut const. v. *om. A.* — constare *M; cf. Liv. V, 42* ne auribus quidem atque oculis satis constare poterant; constanter *v.* — Sallustius; *cf. Kritzii comm. in I, 88.* — *recte puto statuere Dietschium comm. ad incert. libr. rell. 34 non huc pertinere, quod Donat. ad Ter. Adelph. III, 2, 12 illud* conpos animi *refert Sall. de amente Septimio dixisse* neque animo neque lingua satis compotem; *quamquam ibi in edd. princ., Veneta videtur esse illud* competere. — **15** formidane *prius H.* — atton. $L_2$; aut ton. *G.* — **18** Damnare malo addicere *G.* — adf. *L, H, Gen, A, B; et ita v. 19.* — condemnare *cdd. pr. L* (*item v. 19* indemnem). — **19** est *om.* $L_1$. — nonlo d. *B.* — probamus; *f.* nuncupamus (*praec.* nem) *vel* ponimus, *nisi forte aetatis ultimae usu* probare *pos. pro* declarare. — **20** exered. *A.* — Sat. l. XI *om. B.*

Cassiu' Gaius hic operariu', quem Cephalonem
dicimu', sectorem furemque, hunc Tullius, inquam,
index heredem facit, et damnati alii omnes.

|| Damnari, necessitate constringi. Terentius in Phormione:

tuus ést damnatus nátus, non tu.

|| Damnare est et morti dare. Vergilius Aeneidos lib. IIII:

nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
abstulerat Stygioque capud damnaverat Orco.

|| *Damnare, condemnare.* Accius Armorum iudicio:

maiór erit luctus, cúm me damnatum aúdiet.

M. Tullius in Verrem actione prima: reus in iudicium || adductus est Verres, homo vita atque factis omnium iam opinione damnatus. || Damnare et Condempnare pro liberare positum est. Titinius Veliterna:

fórtasse *hau scis* vótum fuisse, quó die libér foret.
núnc eius voti cóndempnatust; ímmolavit hóstiam.

Vergilius lib. XII:

quem damnet labor aut quo vergat pondere letum.

Turpilius in Leucadia:

etiám plus illanc ápparare cóndecet,
quandóquidem voti cóndempnatast.

---

24 II, 3, 75 || 26 IV, 698 || 29 Accius Armorum iudicio || 31 1, 2 || 3 Titinius Veliterna || 6 Aen. XII, 727 || 8 Turpilius Leucadia.

---

**21. 22** Cass. — fur. *om. B.* — C. G.; *cf. comm. in XI, 13.* — quam $L_1$. — Cefalonem *cdd.* — Ceph., *i. e.* capitum fenore augendorum studiosum. — sextorem $H_2$, *G.* — furemque *Scal.;* furiumque *cdd.* — inquam *M, Quicheratus;* quem *cdd.* — quidam *non bene Scal., cum appareat minime de homine audientibus ignoto agi;* Quintus *Lachmannus.* — **23** index (idex *B*); *h. e.* sycophanta; *cui propter improbitatem optime conveniret cum Cassio.* — iudex *male ed. princ.* — et; *cf. comm. Luc. l. m.* — at *Scal.; f.* fecit: damnati. — **24** Damnari *Quicheratus;* Damnare *cdd.* — formione *cdd.* — **25** gnatus *cdd. Ter.* — **26** Dampnare $Gen_1$. — **27** *om. B.* — **28** stigioque *cdd. pr. B.* — caput $L_2$, $H_2$, *G;* canum *B, Gen,* $H_1$. — horco *L,* $Gen_1$*;* hora *B.* — **29** Damnare, condemnare *add. M.* — Actius *A,* $L_1$. — **30** *cf. Sophocl. Aiac. 462 sqq.* — maior erithel, *tum ras. trium fere litt.,* tus $L_1$. — **31** actione I *ed Bas.* — iuditium *L.* — **1** adductus *Cic.;* abductus *cdd.* — C. Verres *Cic.* — oppin. *pr. L.* — **2** *n. N.* — *illud* et condempnare (condemn. *cdd. pr. L*) *f. olim ad. v. 29 pertinuit.* — **3** est *vid. delend.* — **4** hau scis *add. M.* — votum *participium.* — fortasse eum votum (votum eum *Neukirchius*) fecisse *Bergkius* (fecisse *iam Palmer.*); fortasse id votum fecisse *Bothius ed. 2.* — *possit et reponi:* fortasse scis votum fecisse, *si cum Neukirchio scandendo* nunc éius *octonarios iambicos admiseris.* — **5** condemnatust *Bothius;* condemnatus *ed. princ.;* condemnatus (condempnatus *L*) est *cdd.* — immolabit *Scioppius.* — **7** aut *(om. B);* et *recte cdd. pleriq. Verg.* — loetum *H; ex corr. Gen, L.* — **9** et iam plus *Palatin.;* et amplius *C, Gen.* — etiam (*melius erat* et iam) thus *Gulielm.* — illanc *Quicheratus;* illam *v.* — apparare *Palatin.;* apparere (apparerere *pr. L*) *rell.* — **10** condempnata est *L;* condemnata est *rell.*

277 M.

Vergilius in Bucolicis:

damnabis tu quoque votis.

Sisenna Hist. lib. IIII: quo voto damnati fetum omnem dicuntur eius anni statim consecrasse. ‖ *Damnare, accusare.* Cicero Tusculanarum lib. V: rerum naturam quam errorem nostrum damnare malumus.

DELICERE est inlicere. Titinius Quinto:

quod eá parasitus hábeat, illum quí sciat
delícere et noctem fácere possit dé die.

* * *

Lucilius lib. XXX:

nemo istum ventrem pertundet delicietque,
ut veniatque videbis.

DEFENDERE, vindicare, tueri. ‖ Defendere, depellere. Vergilius in Bucolicis:

solstitium pecori defendite.

Ennius Achille:

sérva cives, défende hostes, cúm potes deféndere.

DELICA est aperi, ecplana. Titinius in Quinto:

---

11 V, 80 ‖ 13 Sisenna Hist. IV ‖ 15 V, 1, 4 ‖ 17 Titinius Quinto ‖ 21 Lucil. l. XXX ‖ 25 VII, 47 ‖ 27 Ennius Achille ‖ 29 Titinius Quinto.

---

**13** quo *Victorius;* quod *cdd.* — foetum *pr. H.* — **14** anni *supra add. in L.* — D., acc. *add. Quicheratus.* — **15** quam merorem *Gen, L,* $H_1$. — **17** est *supra add. L.* — inlicere $L_1$, *H, Gen, A, B.* — in Quinto *Me;* lib (*vel* libro; in lib. *Montepess.*) V *cdd.* — **18** habeat *supra scr. in L.* — habeat *pro* habitet. — illum qui *M;* quilum *Gen,* $L_1$, $H_1$; quillum $B_1$; qui illum $B_2$, $L_2$, $H_2$, *G;* qui illam *A; Montepess.* — ut qui illum *Neukirchius.* — sciat; satiat *B; unde* qui illum sat sciat *Ribbeckius.* — **19** delicere; *supra scr. m. 2* ī fauere *in B.* — noctem facere, *i. e.* probe decipere. — possit *om. B.* — de die; *apparet hic textum hiare; nam plures significationes verbi quod est* delicere *debebant proponi.* — *male conicit Quicheratus iungendum hoc lemma cum eo quod sequitur* delica. — *transferendos autem huc versus Lucilii, qui in cdd. positi sunt post v. 38, facile intellegitur.* — *ante 21 haustum f. l.* Delicere, inludere (*vel* decipere). — **22** *agitur de vocando ad cenam comedone.* — istum in (*pr.* im *G*) *G, alii ap. Dousam.* — ventrem; *cf. Luc. V, 29.* — delicetque *edd. ante Bas.; Hs; non Hqo;* delicietque *et P;* delicietquae *pr. L; f.* delicietve. — **23** ut veniatque *M;* uti via *L, G, H ex corr.;* ut via *Gen; Tornaes., pr. H.* — **24. 25. 26** Defendere, vindicare, tueri. Defendere, depellere. Virg. in B.: s. p. d. — *ita Quicheratus.* — Def. vind. (vind. Def. $L_1$) depellere (*om. Gen, B, pr. H*) V. in B. s. p. d. Defendere (Dedfendere *L*) tueri depellere (Def. debellare ueri *Gen, B, pr. H; in hoc* d. u. *delet. et supra scr.* tueri depellere) *cdd.* — **26** solistitium *pr. Gen et L.* — **27** in achille *Gen,* $H_1$; in chille $B_1$; *id. m. 2* in achilleo. — **28** que te (*quod f. ex sequente* Quinto *ortum*) serva *B.* — defendite h. *B; cf. v. 26.* — potest *pr. H.* — **29** *cf. 98 l.* delica, explana, indica. — aperi, ecplana *M;* aperi et explana *v.*

quíd istuc est aut quíd istic sibi vult sérmo? mater, délica.

idem Proelia:

tibin égo remedium, quóm sciam, non délicem?

Caecilius Obolostate:

'si linguás decem
habeám, vix habeam sáti' te qui laudém, Lache.' —
immo véro haec ante sólitus sum.' — '*res* delicat.'

Accius in Achille:

qua re ália ex crimine ínimicorum effúgere possis, délica.

* * *

DELENITVS, ad nostram consuetudinem: placatus. || Turpilius in Demetrio:

vide mírum ingenium ac délenificum múlierum!
commórat hominem lácrimis.

|| Delenitus, delectatus. M. Tullius ad Cassium lib. I: iam biennium est cum virtuti nuntium remisisti, delenitus inlecebris voluptatis. — Lucilius lib. XXX:

praeservit, labra delingit, delenit amore.

|| Delenitus est mente alienatus. Plautus in Amphitryone:

délenitus súm profecto, ita út me, qui sim, nésciam.

Lucilius lib. XXVIIII:

---

31 Titinius Proelia || 33 Caecilius Obolostate || 37 Accius Achille || 1 Turpilius Demetrio || 5 M. Tull. ad Cassium I (Epist. ad Fam. XV, 16, 3) || 7 Lucilius l. XXX || 9 II, 2, 214 || 11 Lucilius l. XXVIII.

---

**30** *cf. pg. 98.* — istuc est aut; istuc essa ut *prius H;* istu cessa ut *Gen;* istud esse ut *B.* — vulsi sermo *B, Gen, pr. H.* — **32** tibin ego remedium (medelam *Buechelerus*) *Ribbeckius;* tibine comediam *L, G;* tibi nego mediam *Gen, pr. H; in hoc* c *supra* g *scr.* — quom *Ribbeckius;* quem $L_1$; $H_1$; *Gen;* quam *rell.* — **33** obolestate *Gen, pr. H.* — **34. 35. 36** *personas distinxit M; totum v. 36 Lacheti trib. Both.* — linguis $L_1$. — decem *Bentin.;* dete *cdd.* — **35** Lache *Passerat.;* ache *cdd.* — **36** *cf. pg. 98.* — immo *pyrrichiacum; cf. Bentl. ad Ter. Phorm. V, 8, 43.* — *ita saepe scaenici.* — res *om. cdd. h. l.* — **37** *cf. pg. 98.* — Actius *A,* $L_1$. — Accille $L_1$; Achilleo $B_2$. — **38** qua re ex alio orimine *B.* — alias *A.* — *post* **38** *seq. 21—23; cf. supra. at hausta quibus varia significatio v.* delicare (deliquare) *demonstraretur.* — **1** c. dicitur placatus *A.* — **3** vide virum *L.* — ingenitum $B_2$; *et ita Gen; pr. H.* — delenificum mulierum *Iun.;* delenifica mulierem *cdd.;* delenificam mulierem *male v.* — **5** *in H post* Del. est *supra scr. m. 2 et elutum.* — quare si i. b. aut triennium est *Cic.* — **6** illec. $L_2$, *G;* incelebris *B.* — **8** delingit *Turnebus;* delicit *cdd.* (delic *cum ras. supra* i *pr. L*). — **9** Plautus in *om. B, Gen, pr. H;* Plautus *om.* $L_1$. — **10** *n. N.* — **11** *cf. 269; 301* concedere, dare; eligere, defetigare. — XXVIII *cdd. pr. B.*

278 M.

concédat homini id quód velit, deléniat,
corrúmpat prorsum ac nérvos omnis éligat.

Titinius Proelia:

verum énim dotibu' deléniti ultro etiam úxoribus ancíllantur.

DEGERE est agere. Lucretius lib. II:

degimus hoc aevi quodcumquest.

|| Degere est etiam minuere. Plautus in Aulularia:

núnc ego istum, sorór, laborem dégam et deminuám tibi.

|| Degere est detrahere. Plautus in Epidico:

degetur córium de tergó meo.

DARE, exhibere. M. Tullius de signis: Cn. Pompeius est Philo, qui fuit Tyndaritanus: *is* cenam isti dabat aput villam. — Terentius [in] Heautontimorumeno:

. . namque unam ei cénam atque eius cómitibus
dedí.

|| Dare, facere. Vergilius Aen. lib. I:

tu das epulis accumbere divum.

et lib. III:

inmotamque coli dedit et contempnere ventos.

---

14 Titinius Proelia || 16 II, 16 || 18 II, 1, 43 || 20 I, 1, 63 || 22 II, 4, 22, 48 || 24 III, 1, 46 || 27 I, 79 || 29 III, 77.

---

**12** velit *cdd. 269;* vult *h. l.* — **13** prorsus *cdd.* — *qui G scr., voluerat pr.* prorsum; prorsum *M de re m. 419.* — *f.* prorsus, n. — uervos *pr. G;* nec vos *B*, $Gen_1$; nevos $H_1$. — Deligat *novo l. G.* — eligat; *cf. comm. in pg. 301.* — **14** *cf. comm. in 72, 1, 2.* — **15** deliniti *Gen.* — anchillantur $Gen_1$. — **16** Lucrecius *A, B.* — **17** degitur *cdd. Lucr.* — **18** est *om. A.* — **19** nec $B_1$. — degam; demam *recte libri Pl.* — laborem *supra add. H.* — diminuam *H;* dimminuam $L_2$ (dem. *etiam B*). — **21** degetur *Pius;* degitur (deagitur $Gen_1$; *pr. L;* $H_2$; *non A, B*) *cdd.* — detegetur *recte cdd. Pl.* — cofuum $B_1$. — **22. 23** Dare est exibere *A.* — M. Tull.; *cf. 523 l.* apud — pro in. — Gn. *ed. Bas.; et ita, virgula supra add., L;* G͡N *H;* G͡R *Gen.* — Gn. — Tyndaritano *om. B.* — filo (filio *pr. H*) *cdd.* — Tyndaritanus: is *Cic.* — in Tyndaritano (Tind. *L*) *cdd.* — istam apud dabat villam *B.* — caenam *Gen, H; non B.* — *pg. 523 om. prioribus haec sunt tradita:* cenam isti dabat apud villam in Tyndaritano. — apud *cdd. pr.* $L_1$. — *Ciceronis haec sunt:* Cn. Pompeius est Philo, qui fuit Tyndaritanus. is cenam isti dabat apud villam in Tyndaritano; *et ita f. h. l. Non.* — **24** in *om. Gen, pr. H.* — **25** amquae (*praec.* heautontimorumenon) *pr. L.* — unam ei *M;* ieiunam (eiunam *H ex corr.*) *C, Gen;* ei unam *v.* — caenam *Gen, H, ed. Bas.* — *ap. Ter. est:* sensi; nam (que *add. in Bemb. m. rec.*) unam ei cenam atque eius comitibus | dedi. — **29** lib. IIII *L; Gen; B; pr. H.* — **30** dedit inmotamque coli *L*, $H_2$. — inmotamque $L_1$ (imotamque $L_2$), *H, Gen, non B.* — contempnere *L, B;* contemnere *rell.*

|| Da significantiam habet manifestam. Vergilius Aen. lib. III:

da propriam, Thymbraee, domum.

|| Da, id est: dic. Vergilius in Bucolicis:

sed tamen iste deus qui sit, da, Tityre, nobis.

et in lib. VI:

tuque, o sanctissima vates,
praescia venturi, da, non indebita posco.

Terentius in Heautontimorumeno:

nunc, quam ób rem has partis dídicerim, paucís dabo.

Lucilius || lib. XXX:

si liceat facere et iam hoc versibu' reddere quod do.

et lib. XXVIIII:

pervâde et transi, vél da, quam ob rem trânseas.

|| Dare, adscribere. M. Tullius in Verrem, Divinatione: ego etiam quae tu sine Verre conmisisti Verri crimini daturus sum. || Dare, ostendere. Lucilius lib. XXVI:

ânimo quei aegrotát, videmus córpore hunc signúm dare.

|| Dare, vendere. Lucilius lib. V:

sicut cum primus ficos propola recentis
protulit et pretio ingenti dat primitu' paucos.

DEPONERE est ponere. Vergilius in Bucolicis:

de grege non ausim quicquam deponere tecum.

---

31 III, 85 || 33 I, 18 || 35 Aen. VI, 65 || 38 prol. 10 || 1 Lucilius l. XXX || 3 Lucilius l. XXVIIII || 5 11, 35 || 7 Lucilius l. XXVI || 9 Lucilius l. V || 12 III, 32.

---

**31** significationem *A*. — man., id est dic *cdd.* (idem dic $B_1$; *item L, in quo* dic *post versum additum et punctis infra supraque notatum, sed haec deleta;* idem dič $B_2$). — id est dic. Virg.; *tum v. 34 A.* — id est *ad 33 transtulit M.* — Verg.; *cf. 361 l.* proprium — perpetuum. — IIII *B.* — **32** tymbreae *L, H, Gen;* timbraeae *B;* Tymbraee *ed. Bas.* — **33** id est; *cf. supra.* — **34** tytyre *C, Gen;* titire *A;* tytire *B.* — uobis $L_1$. — **35** et in; etiam $L_2$, $H_1$, *Gen* (ety *vel* etỹ $L_1$); etiam in $H_2$, *G;* idem in *B.* — **37** da; *n. N.* — **39** n. q. *Ter.;* numquam *cum Bemb. cdd. Non.* (nunq. *B*). — **2** et iam *v. c. Dousae;* etiam *v.* — **3** XXVIIII *M;* XXVIII *v.* — **4** pervade *M;* persuade *v.* — val $H_2$. — de $Gen_1$. — **5** asscribere $L_2$; ascribere *ed. Bas.* (adscr. *etiam B*). — M. Tull.; *cf. 248 l.* committere, facere. — divinationem *cdd.* — **6** sine Verrem *Gen, pr. L.* — orimini d. *B.* — **6—11** Dare, ostendere *e. q. s.* — *haec in cdd. pg. 281 ante l.* dominus *prostant; huc revocavit ed. princ.* — **8** quei; qui *Gulielm.;* que *cdd.* — videmus *Gulielm.;* vidimus *cdd.* — **9** Luc.; *cf. comm. in 154 l.* primiter. — vendere *v. d. in mrg. ed. Iun.;* petere *cdd.* — V *add.* $B_2$. — **10** sicuti *cdd. l. utroque.* — primos *cdd. 154.* — **11** pirotulit *cdd. h. l.* (recenti spirotulit *Gen, B*); *sed in H pr.* i *erasum.* — p̃ci, o *m. 2 add., B.* — **13** quiquam *Gen, H, pr. L.*

279 M.

M. Tullius: existimavi honestissime molestias posse deponi, si me ad philosophiam retulissem. ‖ Deponere est conmendare. Accius in Erigona:

hóspitem depósitam interemes?

Afranius Epistula:

amáre, habere púerum depositúm foris.

M. Tullius de officiis lib. III: ergo et promissa non facienda nonnumquam neque semper deposita reddenda. ‖ Deponere est alienare. Plautus in Aulularia:

ut mé deponat víno, eam adfectát viam.

‖ Deponere est desperare: unde et depositi desperati dicuntur. Lucilius Satyrarum lib. III:

Symmachu' praeterea iam tum depostu' bubulcus
exalans animam pulmonibus aeger agebat.

Vergilius lib. XII:

ille ut depositi proferret fata parentis.

Accius in Tereo:

Tereús indomito móre atque animo bárbaro,
conspéxit ut eam, amóre vecors flámmeo,
depósitus facinus péssimum ex deméntia
confíngit.

idem in Alphesiboea:

---

14 de offic. II, 1, 4 ‖ 16 Accius Erigona ‖ 18 Afranius Epistula ‖ 20 III, 25, 95 ‖ 22 III, 6, 69 ‖ 25 Lucilius l. III ‖ 28 XII, 395 ‖ 30 Accius Tereo ‖ 35 Accius Alphesiboea.

---

**14. 15** honestissime *cdd. Cic.;* honestissimas *Non.; f.:* honestissime meas. — mollestias *Gen*$_1$. — si *Cic.;* nisi (*praec.* ni) *cdd.* (nisi si *pr. H; etiam in Gen* si *supra scr.*). — filosophiam *L.* — rettulissem *Cic.;* retulissent *cdd.* — conmendare $L_1$ *solus.* — **16** Actius $L_1$. — **17** hospitam *B.* — deposita *H ex corr., G;* depositam *rell. cum B.* — *f.* hospitem depositum; *nam de Oreste videtur agi, qui ad regiam Aegisthi accessisset.* — interemes $B_1$; *Gen;* $L_1$ (*hic pr.* interem); *pr. H;* interimes $B_2$; $L_2$; *H ex corr.; G.* — **18** aepistula *L;* epistola *H, G; om. B.* — **19** habere *om. B.* — **20** et *add.* $H_2$. — **23** adfectat *C, Gen;* adsecrat *B.* — **24** disperare *Gen*$_1$. — desperati; desperare $L_1$. — **25—27** *post 29 in B.* — **25** Lucil.; *cf. 38 l.* expirare. — saturarum lib. IIII *B.* — **26** symmacus *L, Gen;* simacchus $G_1$; simmachus $G_2$; *B.* — preter, *m. 2* preterea *L.* — depostus *ms. N. Fabri;* depositus *rell.* — bubulchus *B.* — **27** exalans *B; L;* $G_2$; exhalans *H; Gen;* examinans $G_1$; expirans *cdd. pg. 38.* — **29** ille et $B_1$. — deponeti, *supra scr.* siti, *L.* — facta *pr. id.* — **31** barbario *pr. H.* — **32** ut *M;* in *v.* — vecor *pr. L.* — flammeo *Iun. in mrg.* (flammeo et *non bene Me; deterius Pius* flammeus et); flammeos *cdd.* — **35** Alfesiboea *cdd.*

etsist ín malis
depósitus animus [meus], quaé scibo, exinde aúdies.

M. Tullius in Verrem actione II: itaque mihi videor, iudices, magnam et maxime aegram et prope depositam rei publicae partem suscepisse. — Caecilius in Obolostate:

depositús modo
súm animo, vivós sepultus [súm].

DESTITVI est desolari. ‖ Destitui rursum statui. Naevius in Gymnastico:

iubét in alto nâvem ‖ destitui ánchoris.

Caecilius in Symbolo:

destítuit omnes sérvos ad mensam ánte se.

DEDICARE est dicare. M. Tullius * * * ‖ *Dedicare, indicare.* Accius in Alphesiboea:

ád vereor, cum te ésse Alcmeonis frátrem factis dédicas.

Caelius in Annalium lib. I: legati, quo missi sunt, veniunt, dedicant mandata.

DICERE, constituere. Terentius in Andria:

placuít; despondi. hic núptiis dictúst dies.

---

38 de praetura urb. 2, 5 ‖ 40 Caecilius Obolostate ‖ 43 Naevius Gymnastico ‖ 2 Caecilius Symbolo ‖ 4 M. Tullius ‖ 5 Accius Alphesiboea ‖ 7 Caelius Annal. I ‖ 9 I, 1, 75.

---

36. 37 meus *del. Bothius* (*praec.* mus); etsi meus est in malis | depositus animus *Ribbeckius.* — audies *Me;* audiet *cdd.* — 38 II *Me;* I *G;* II *om.* $L_1$, *pr. H, Gen; supra add.* V $L_2$; *H:* prima. — iudices *om. cdd. Cic.* — 39 ac pr. *falsus Ascon.* — 40 obolo istate *L; H ex corr.;* oboloist. *Gen, pr. H, ed. Bas.* — 41. 42 *versus distinxit M.* — animo *Ribbeckius;* anima *cdd.* — vivos *M;* vita *v.* — sum *secl. Ribbeckius.* — 43 dosalari $L_1$. — *idem* tursum. — Nevius *cdd.* — 44 gymastico *Gen, pr. H;* gimastico *B.* — 1 iubet in alto navem *M;* in alto navem iubet *cdd.; f.* in alto navem lubet ei *(monosyllab.)* destitui anchoris. *minus eleganter Vrbin. 307:* in alto navem destitui iubet ancoris; *Bothius:* in alto destitui anchoris navem iubet. — 2 Coelius *B.* — 3 destitui $B_1$. — mesam *Gen; pr. H.* — ante sex *B.* — 4—6 M. Tullius — dedicas *om. B.* — Tullius *om. Gen, pr. H.* — Dedicare, indicare *add. M.* — Dedicare est dicare, *om. illo* M. Tullius, *ed. princ.; et sic, exc. quod pro* dicare *positum* dicere, *Iun., Me;* Delicare *non recte Lindemannus; nam* delicare *non ponitur pro* dicare. — *sine hoc foret, potuit hoc lemma iungi cum illo* delica, *quod legitur pg. 277.* — 5 Alfesiboea *cdd.* — 6 ad *O, Gen.* — Almeonis *cdd.* — dedicas *Bothius;* dedicat (indicat $L_1$) *cdd.* — 7 Caelius *Me;* Caecilius (Cecilius *B*) *cdd.* — *illud* in *vid. ex seq.* an *ortum; certe alias sequente genetivo eo, qui est* Annalium, *invenitur rarissime.* — annalibus *B.* — legatique misi *B.* — veniunt *om. B.* — 9 Dicere est const. *A, qui saepius addit* est *vel omittit.* — 10 despondi. hic *Ter.;* despondit hinc (u *supra* i *scr. in H;* hunc *G*) *cdd.* — dictust *Ter.;* dictus est *cdd.*

|| Dicere, denuntiare. Lucilius lib. XXVIII:

minitári aperte câpitis dicturúm diem.

Terentius in Andria:

sed dicó tibi,
ne témere facias.

|| Dicere est indicare. Vergilius in Bucolicis:

dic mihi, Damoeta, cuium pecus?

|| Dicere, dicare. Vergilius lib. VI:

Iunoni infernae dictus sacer.

|| Dicere, destinare. M. Tullius de officiis lib. III: et is qui morti addictus esset, paucos sibi dies conmendandorum suorum causa postulavisset. || Dicere etiam promittere. Pomponius in Pistore:

'ibu' númmos certos dícas.' — 'dico quínquaginta mília.'

Sallustius Hist. lib. II: eodem anno in Macedonia Gaïus Curio principio veris cum omni exercitu profectus in Dardaniam *a* quibus potuit pecunias Appio dictas coegit. — Afranius in Vopisco:

igitúr quiesce; et quóniam internos núptiae
sunt díctae, parcas ístis verbis, sí placet.

idem Fratriis:

det rústico nescíocui, viciná suo,
perpaúperi, cui dícat dotis paúlulum.

Pacuvius in Hermiona:

príu' datast quam tíbi dari dicta aút quam reditumst Pérgamo.

---

11 Lucilius l. XXVIII || 13 I, 2, 33 || 16 III, 1 || 18 Aen. VI, 138 || 20 III, 10, 45 || 22 Pomponius Pistore || 25 Sallustius Hist. II || 27 Afranius Vopisco || 31 Afranius Fratriis || 34 Pacuvius Hermiona.

---

**12** minutari *L.* — aparte *G.* — **15** temnere facies *B.* — **18** Dicere etiam d. *A.* — **19** iunio infen ered ictus $L_1$. — **20** defunare *Bm, Gen, pr. H.* — et his *B, Gen, L, pr. H.* — **21. 22** adductus *B; Gen*$_1$ — paucos — postulavisset *om. B.* — dies *om. Gen;* $H_1$. — conmend. $L_1$ *solus.* — **23. 24** Pistore: ibus *M;* Pictoribus *minus bene Me; nam vix potest careri dativo.* — **25** III *Gen, pr. H.* — ex Macedonia *Dietschius.* — gauis *Gen.* — **26** exercitu appio profectus *cd. Tornaes.* — darniam *cd. Tornaes.; Gen; m. 1 H.* — **27** a *add. M.* — quibus potuit modis *Carrio ex codice, ut refert.* — Appio *Rothius;* appia *L, Gen,* $H_1$*; del.* $H_2$*; om. G; de Tornaes. supra dict.* — dictas *recte per* constitutas *vel* imperatas *explicat Cortius.* — *etiam in relicuis exemplis fefellit Nonium ratio.* — affraniu' *(sic) L.* — **29** quiesce et *Lips.;* quiescet *C, Gen* (quiesce *A, Montepess.*). — internos; *i. e.* inter nos. — **30** dictae *supra add. L.* — **31** fratris *cdd.* — **32** det *Lips.* (dat *Me*); da *cdd.* — **35** *verba Orestis ad Pyrrum.*

Varro Mysteriis: in id iurgo, dos a femina ut auferatur. quae mihi posteaquam ad concordiam dicta est. || Dicere, dare. M. Tullius de officiis lib. II: conmode autem, quicumque dixit pecuniam. ||

|| Dignatus significat dignus habitus. Vergilius lib. III:

coniugio, Anchisa, Veneris dignate superbo.

Accius in Neoptolemo:

sed quém mihi iungent? cuí, quae cum illo fúerim, dignabór dari?

idem in Atreo:

égone Argivum impérium adtingam? aut Pélopia dignér domo?
quoí me ostendam? quód templum adeam? quem óre funesto ádloquar?

Cicero in Oratore: quamquam enim omnis locutio oratio est, *tamen unius oratoris locutio hoc proprio dignata nomine est. — idem de oratore lib. III: res complures dissimiles inter se,* quae tamen consimili laude dignantur.

DOMINVS dicitur cui servitur. Vergilius Aen. lib. I:

Romanos rerum dominos gentemque togatam.

|| Dominus rursum appellatur convivii exhibitor. unde et dominia convivia. Lucilius Satyrarum lib. VI:

---

36 Varro Mysteriis || 38 II, 20, 69 || 1 Aen. III, 475 || 3 Accius Neoptolemo || 5 Accius Atreo || 8 19, 64 || 10 III, 7, 25 || 12 I, 282 || 15 Lucilius l. VI.

---

**36** mirteris, *tum* mirteriis $L_1$; misteriis $L_2$, *G; non Hqos, Gen.* — in id iurgo *Popma;* in id virgo *cdd.;* illud urgeo *Vahlenus.* — dos a *om. Tornaes.; Gen; pr. H.* — *f.* adferatur. — **37** *illud* ad concordiam (concodiam *pr. Gen*) *obscurum; neque placet quod Popma coniecit* ad Concordiam; ad consortium *haud male Riesius.* — **38** *ingens hic socordia Nonii. nam ap. Cic. haec sunt:* commode autem, quicumque dixit, pecuniam qui habeat non reddidisse, qui reddiderit non habere *e. q. s.* — commō da *B.* — **1—11** *hoc lemma cum eo, quod legitur pg. 286, conflat ed. princ.; ei rectius subiungitur a Quicherato. nec vero quae hoc loco leguntur per se constare posse ea re declaratur, quod varietas nulla significationis est proposita. — tamen cum violentius haec essent contaminanda, indicasse rem satis habui.* — **1** abitus *A.* — Verg.; *cf. pg. 286 l. m.* — lib. III *om. B, Gen, L; in H supra scr.* — **3** Actius $L_1$. — in eoptolemo $Gen_1$. — **4** *puto* mi. — iunget *pr. L.* — cui q. c. i. f. *Me;* tuique tu illo fuerint *cdd.* — digna bona tibi *Tornaes.; Gen;* $H_1$. — **6** adt. $L_1$, *H, Gen.* — Pelopia *Voss.;* Pelopis *cdd.* — **7** quoi *Lips.;* quo *cdd.* — adeant $L_1$. — quem ore *libri Merceri (cd. S. Victoris ap. Quicheratum); Lips.;* quae more *L;* $H_2$; quaem ore *Gs;* quae mone *Gen,* $H_1$. — funeste *Gen, H.* — alloquar *Me;* conloquar (coll. $L_2$, *G*) *cdd.* — **8** loqutio *L.* — **9. 10** tamen — se *ex Cic. supplevit Me.* — signata *cdd. Cic.* — **10** qua et a me *Gen, pr. H.* — **11** dignentur *Cic.* — *seq. 279, 6—11; cf. ibi comm.* — **14. 15** exhibetur $Gen_1$; $L_1$. — domini ad convivia *B, Gen, L,* $H_1$.

qui te bonu' Iuppiter, inquit
Crasso Muciu', cum cenabat * * *
* * * dominum fortem.

idem lib. XIII:

*i* primum domina adque sodalicia omnia tollant.

Turpilius Philopatro:

forte eó die
meretrícis ad me délenificae ut Átticae convénerant
condíxerantque cénam aput me, Tháis adque Erótium,
Antíphila . . Pýthias, ego éxtra cubui dóminium.

Varro Papia papae, περὶ ἐγκωμίων: dominum convivi, vinum aliudve — quidni? — laudato. — Sallustius Hist. lib. III: alter scriba Maecenas in imo, medius inter Tarquitium et dominum Perpennam. — M. Tullius in Verrem, Frumentaria [adria]: || *huius* argento dominia vestra, *huius signis et tabulis forum comitiumque ornari?* — Varro in Endymionibus: discumbimus. statim dominus

---

19 Lucilius l. XIII || 21 Turpilius Philopatro || 26 Varro Papia papae || 27 Sallustius Hist. III || 1 II, 3, 4, 9 || 3 Varro Endymionibus.

---

**17. 18** Mutiu' *I. Dousa;* Mucium *cdd.* — caen. *Gen, H.* — *Lachm.* Crasso Muciu', cum quo cenabat, dominum ornet; *at pro* cum *debuit poni* apud *neque illud* fortem *esse sollicitandam docent plures Lucilii Horatiique loci; cf. Luc. XXX, 89; Hor. sat. II, 5, 64; 102.* — ornandi *tamen verbum vel simile quin lacuna haustum esse videatur non intercedo.* — **20** i *add. M* (*praec.* XIII). — domina *Perottus Corn. Cop. 114, 40;* domina, *supra scr.* i, *G;* domini, *supra add.* a, *H;* domini *Gen;* dominia *L.* — domina; *ita Accius dixit* augura; *cf. tamen de re m. 249.* — adque $L_1$; atque *rell.* — tollant *M;* tollantur (*seq.* Turpilius) *cdd.* — **21** filopatro *cdd.* — **22** eo *monosyllabum.* — **23. 24** meretricis *cdd.* — delenificae *Iun.;* delenitate (delinitate *Gen, H*) *cdd.* — ut Atticae *Grauthoffius;* Attice (Atticae *ed. Bas.*) ut *cdd.* — convenerant *Iun.;* convenerat *Gen,* $H_1$, *G;* cum venerat *L,* $H_2$. — condixerantque *Iun.;* quo (quo, d *supra scr., H;* quod *L*) dixerant quae (que $L_1$; qui *Gs*) *cdd.* — caenam *Gen, H.* — apud *C pr.* $L_1$, *Gen.* — tais *cdd.* — adque *L;* atque *rell.* — **25** Antifila *cdd.* — Lais *addit Ribbeckius.* — pithyas *pr. H.* — Pythias; *finalis producta propter caesuram.* — ego extra (exira *Gen,* $H_1$) cubui (*f.* accubui; *praec.* a); *quia copa erat, non conviva.* — dominium *M;* domina *cdd.* — **26** ενκωμιων *cdd.* (ενκωμν *G*). — **27** convivii *Gen, H, ed. Bas.* (convivi *Riesius, qui nihil adnotat*). — quidni *Gifanius, Popma;* quid mi *cdd.* — *f. scazon italicus in hunc modum concinnandus:* dóminum conviví tu, vinum alídve — quidni? — (*vel* alídve quidvis) laúdato. — Sallustius; *cf. Serv. ad Aen. I, 698.* — **27. 28** et alter scriba Maecenas *Serv.* (*ap. quem libri etiam* mecaenas, maccennas, accenas); alteri (alter $H_2$, *G*) scribam et cenas (caenas *Gen, H*) *cdd.* — Tarquitium *Kritzius, cuius conferendus commentarius;* Tarquinium *Serv. et Non.* — **1** Perpernam *Serv.;* Perpenna *C, Gen.* — frumentaria *ed. princ.;* frumentaria adria (*praec.* aria) *cdd.* — **1—3** huius — ornari; *haec ex Cicerone reponi iussit Lipsius; cui obsecuti sumus, quamquam non ausim adfirmare eadem plane data a Nonio.* — argento dominos vestrae *C, Gen.* — Varro; *cf. 249; 349 l.* conmittere — initiare;

maturo ovo cenam committit. ‖ Domini etiam mulierum amatores * * * ‖ Dominus, maritus. Vergilius Aeneidos lib. IIII:

conubia nostra
reppulit ac dominum Aenean in regna recepit.

DELIBERARE est dubitare. Terentius in Phormione:

ego ámplius delíberandum cénseo.

‖ Deliberatum, conplacitum vel definitum. Turpilius in Philopatro:

certum ác deliberátumst me illis óbsequi.

DISCRIMEN, divisio [separatio]. Cicero de finibus bonorum et malorum: *quam quidem certationem* homo et acutus et diligens Chrysippus non contempnit totumque discrimen summi boni in earum conparatione positum putat. ‖ Discrimen est periculum. Vergilius Aeneidos lib. I:

per quot discrimina rerum
tendimus in Latium.

‖ Discrimen rursum separatio, a discernendo, unde et discerniculum dicitur acus, quae capillos a media fronte disseparat. — Sallustius Hist. lib. I: Sertorius portis turbam morantibus et nullo, ut in terrore solet, generis aut imperii discrimine per

5 IV, 213 ‖ 8 II, 4, 17 ‖ 10 Turpilius Philopatro ‖ 13 II, 14, 44 ‖ 17 I, 204 ‖ 22 Sallustius Hist. I.

maturum, mite. — endimionibus *L, G.* — discumbimus. statim *M;* discumbimus mussati *cdd. h. l.; cf. comm. in pg. 349.* — **4** maturo ovo cenam; mandarenam *cdd. h. l.* — committit *C, Gen.* — etiam maliorum $L_1$. — **5** *lacuna praeter exemplum unum vel plura nescio an haustum sit lemma ut puta tale:* Dominae, meretrices *vel* Dominae, amicae; *cf. Lucil. XXVII, 18; Terent. Hautont. II, 3, 57. — notus usus eroticorum.* — **7** reppelit $L_1$; reppullit *Gen.* — Aeneam *cdd.* — recoepit *L.* — **8** formione *cdd.* — **10** complecitum *G, liber optimus Merceri.* — definitum; *i. e.* destinatum. — Turp.; *cf. 429 l.* cogitare et deliberare. — in *add.* $B_2$. — filopatro *cdd.* — **13—16** *illud* separatio *ut e v. 20 illatum del. M; Quicheratus scribit v. 20:* Discrimen rursum divisio, separatio, a discernendo *e. q. s. ibique Ciceronis reponit exemplum.* — **14** *verba* q. q. c. *ex Cic. add. Quicheratus.* — et actus *B, Gen, H.* — **15. 16** Crysippus *cdd. cum A, qui om. illud* de fin. — diligens. — contempnit *L, G, Gen, A, B;* contemnit *H.* — in earum *Cic.;* in eam rem rerum *C, Gen, B;* in ea rerum *A.* — est *om. B.* — **18** quod *L; B;* $Gen_1$; *H ex corr.;* quot *pr. H;* $Gen_2$; *G; A.* — tot *Verg.; et ita cdd. 410 s. l.* tendere est dirigere. — **20** a discernendam (*vel* discernendum) $L_1$. — etsi d. *pr. L.* — **21** media (*non* medio) *omnes.* — **22** Sall.; *cf. 530 l.* deinsuper; *Serv. ad Aen. IX, 555.* — portis *Me;* fortis *cdd. h. l.;* partis *530.* — turbam *Me;* turba *L, H, Gs, Gen;* turbam orantibus *fertur 530.* — **23** discrimen *Gen;* $H_1$; discrimene $Hs_2$.

calonum corpora ad medium evasit murum, dein supera stantium manibus adtollitur. — Vergilius Aen. lib. I:

Tros Tyriusque mihi nullo discrimine habetur.

M. Tullius in Philippicarum lib. XII: Etruriam discriminat Cassia. — Lucilius lib. XXVIIII:

et amábat omnes; nám discrimen nón facit,
quei sígnat linea álba.

|| Discrimen, certamen. Vergilius lib. V:

post hos aequo discrimine Pistrix
Centaurusque locum tendunt superare priorem.

DVCERE, consuetudine quam significantiam habeat, claret; sicut Vergilius Aen. lib. XI:

ducitur infelix aevo confectus Acoetes;

et multa talia. || Duci, delectari vel avocari. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. V: dantque se ad ludendum fabellarumque || auditione ducuntur. || Ducere, potiri. Vergilius Aen. lib. IIII:

nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?

|| Ducere, nudare, exerere. Vergilius lib. XII:

ille tamen clipeo obiecto conversus in hostem
ibat et auxilium ducto mucrone petebat.

---

25 I, 574 || 27 XII, 9, 23 || 28 Lucilius l. XXVIIII || 31 Aen. V, 154 || 35 XI, 85 || 37 V, 15, 42 || 1 IV, 560 || 3 XII, 377.

---

24 evasit *Me;* quasi *cdd. hic et 530. — defendit Kritzius, qui pro* circiter *dictum putat; sed ipsum illud* circiter *parum placet.* — murum *h. l. M;* in murum *post* manibus *cdd.* — dein supera stantium *M;* dein super adstantium (asstantium *L ex corr.*) *cdd. h. l.;* deinsuper *(ita Non.)* stantium *530. — illud* super adstantium *qui servatum velit, provocare possit ad Aen. X, 490:* quem Turnus super adsistens. — **25** adt. *Gen, H, pr. L.* — **26** Tyriosque *B, Gen, L, H; ap. Verg. prius Medic.;* Tyriusque *ed. Bas.* — habetur; agetur *Verg.* — habetor *non bene Guietus.* — **27** filippicis *cdd.* — **28** Cassia *Cic.;* Cassius *cdd.* — Luc.; *cf. 405 l.* signare, discernere. — **29** amauat $L_1$. — nam *Iun.;* nam *(om. Gen, pr. H)* ut *cdd. utroque.* — **30** quei *M;* neque *cdd. utrobique.* — linia (lima) *cdd. 405.* — linea alba; *cf. comm. in Luc. XXIX, 6.* — **31** Verg.; *cf. 411 l.* tendere, contendere. — **32** hoc *Gen,* $H_1$, $L_2$. — equo $H_2$, *G;* equod *pr. L;* eoquod *L ex corr; Gen, supra* e *posito* ◡̇; eoquo quod $H_1$; equos, *puncto supra* s *pos. et infra, B.* — priscis *B;* pristis $Ho_2$ (pristris $Hs_2$); *haud dubie per interpolationem; nam illud* pristis *vel simillima habent optimi Verg. libri;* pistrix *cdd. etiam 411. — v. 33 om. B.* — **34—37** Ducere — talia *hic reposuit Quicheratus; in cdd. leguntur pg. 283 post v. 8 illud* gloria ducitur. — **34** significationem *B.* — clareat *pr. L.* — **35** Verg.; *cf. 268 l.* confectum, defessum. — XII *cdd.;* I *B.* — **36** Ac. *Verg.;* acestes *B;* adquietes *L;* aquietas $H_1$; aquiaetes, *supra* ia *pos.* ◡̇, *Gen;* alaetaes $H_2$; Acetes *ed. Bas.* — **37** dectari $B_1$. — M. Tull.; *cf. 113; 191 l.* fabellae; auditus. — fellarum quae, *m. 2* fabellarum quae, *si recte intellego, L;* fellarumque $Gen_1$. — **1** dicuntur $L_1$. — potiri *M;* pati *cdd. — cf. 250, 3.* — **2** *n. N.* — somnes $L_1$. — **3** exherere *pr. L.* — **4** ille omen *B.* — ostem *H.*

‖ Ducere, excitare. M. Tullius in Verrem actione secunda: quodsiquem statuae magno opere delectant, siquis earum honore aut gloria ducitur. ‖ Ducere, inlicere, inducere. M. Tullius de officiis lib. II: postremo pretio aut mercede ducuntur. — et de senectute: sic adulescentes senum praeceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur. ‖ Ducere, extruere, erigere. Vergilius Aen. lib. I:

pars ducere muros
moliriqne arcem.

‖ Ducere, existimare, iudicare. Varro Sexagesi:

*aut* ávidus
iudéx reúm ducébat ésse *κοινὸν Ἑρμῆν*.

Vergilius lib. X:

tanton me crimine dignum
duxisti?

M. Tullius in Verrem, [in] Divinatione: clarissimi viri nostrae civitatis temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant. — Lucilius lib. XXX:

non datur. admittit nemo, nec vivere ducunt.

‖ *Ducere, agere. Lucilius lib. XXVI:*

*quí sex menses vítam ducunt,* Órco spondent séptimum.

M. Tullius de officiis lib. III: a quattuor fontibus honestatis primo libro officia duximus. ‖ Ducere, volvere, pertractare. Vergilius lib. VI:

sic equidem ducebam animo rebarque futurum.

---

6 de praetura Sicil. 58, 143 ‖ 8 II, 6, 21 ‖ 9 8, 26 ‖ 11 I, 423 ‖ 14 Varro Sexagesi ‖ 17 Aen. X, 668 ‖ 20 20, 66 ‖ 22 Lucilius l. XXX ‖ 24 Lucilius l. XXVI ‖ 26 III, 25, 96 ‖ 28 Aen. VI, 690.

---

**6.** 7 in Verr. — delectant *om. B.* — 7 magnopere *Gen; L ex corr.; pr. H.* — delectantis *pr. L.* — et siq. *non bene cdd. Cic.* — eorum *B.* — **8** inl. $L_1$, $H_1$, *Gen, A, B.* — **9** inducuntur *B;* deducuntur *pr. H.* — **10** adolescentes *A.* — senuum $L_1$, $Gen_1$*;* senem *pr. A.* — **11** struere *cdd.;* extruere *M.* — Verg.; *cf. comm. in 240, 19.* — **15. 16** *saturnios agnovit Meinekius; cf. 212, 26.* — aut *add. M.* — *praecesserat* non. — avid̄ $L_1$. — *κοινὸν ἑρμῆν Iun.;* coenon (coeno *Gen*) hermen *C, Gen.* — **18** tanto *A, B, Gen, pr. L,* $H_1$. — **19** dixisti $Gen_1$*; pr. H.* — **20** in *del. Quicheratus.* — **23** n. v. d. *lacunae signa post haec iam in ed. Luc. posita. mancum etiam illud* non datur. *sed in hoc certe Nonii culpa vid. turbatum.* — nec vivere ducunt, *i. e.* vitam non putant vitalem. — **24** Ducere, agere *add. Quicheratus;* Ducere, trahere *nos in ed. Lucilii; sed recurrit illud* trahere *v. 35.* — Luc.; *cf. pg. 525 l.* quoties per accusativum casum; *ex quo suppletur lacuna.* — **25** *imitatur Luc. Caecilii v.:* mihi sex menses sati' sunt vitae, septimum Orco spondeo. — orpo *cdd. hic.* — **27. 28** lib. *vel* lib̄ *C, Gen.* — Virgilius *supra scr. in H m. 2.* — M. Tul. *pro* Verg. lib. VI *A.* — **29** sic quidem *pr. Gen et L.* — deducebam *A.*

Lucilius lib. XXVIIII:

áge nunc, summam súmptus duc atque ádde alieni aerís simul.

|| Ducere, fabricare. Varro *Γνῶϑι σεαυτόν*:

nil súnt Musae *ad* Polyclís vestrae,
quas aérifice duxtí.

|| Ducere, trahere, differre. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I: ne || res duceretur, fecimus ut Hercules Antianus in alium locum transferretur. — idem de officiis lib. III: aput populum Romanum criminatus est, bellum illum ducere. || Ducere, proprium pro temporibus servare†. Vergilius in Bucolicis:

astrum, quo segetes gauderent frugibus et quo
duceret apricis in collibus uva colorem.

|| Ducere, dimittere, descendere. Plautus in Aulularia:

ubi ille ábiit, ego me dúco deorsum de árbore.

|| Ducere, gerere. Vergilius lib. VIII:

hi bellum adsidue ducunt cum gente Latina.

DIFFERRE est spatium temporis dare. Vergilius Aen. lib. VI:

distulit in seram conmissa piacula mortem.

|| *Differre*, diffamare, divulgare. Lucilius lib. XXX:

gaudes, cum de me ista fori sermonibu' differs.

---

30 Lucilius l. XXIX || 32 Varro *Γνῶϑι σεαυτόν* || 35 M. Tullius ad Caesarem iun. I || 2 III, 20, 79 || 4 IX, 48 || 7 IV, 8, 8 || 9 Aen. VIII, 55 || 11 VI, 569 || 13 Lucilius l. XXX.

---

**31** sumtus, p *supra scr., L.* — duc atque *Iun.;* ducatque *cdd.* — adde alieni aeris simul *M;* atque aeri (eri *Gen,* $L_1$*;* aeris *Iun.*) simul adde alieni *cdd.* — **32. 33. 34** Varro; *cf. 69 l.* aerificum *cum comment.* — *h. l. cdd.*: nihil sunt musae policis vestrae quas erifice (aerifice *B*) duxti (duxci $L_1$*;* duxisti *B*). — **35** trahere ferre *B, Gen, pr. H; etiam* proferre *aptum huic loco.* — **1** ne, *B; L; hic supra scr.* c; nec *rell.* — rex *B, Gen; item,* s *supra scr., H.* — fetimus $L_1$. — ut — transferretur *om. B.* — **2. 3** tranferretur *pr. L;* transferetur $Gen_1$. — aput $L_1$*;* apud *rell.* — populum Romanum; P. R. *ed. Bas.; L;* pr, *add. supra virgula, Gen, H;* $\overline{RR}$ *B.* — bellum *Cic.;* balbum *L, H ex corr., G;* balbus $B_1$*;* balbul $B_2$*, Gen, pr. H.* — **3. 4** proprium (proprie *male Iun.*) pro temporibus servare. *subobscura haec nec rei apta. nam* ducere *ap. Verg. idem quod* accipere. — *igitur aut lacuna post illud* servare *aut in Nonii verbis turbatum gravius.* — **5** segetis *C, Gen, non B.* — **7** demittere *Iun.; sed Non. quam non accurate utrumque verbum distinxerit pg. 285 l.* dimissum *probatur.* — **8** abiit *B; cdd. Pl.;* abit *C, Gen.* — ego medico *Gen; pr. H.* — deorsum *Pl.;* serium *cdd.* — **9** VII *B, Gen, L,* $H_1$. — **10** *etiam Servius:* ducunt; aut gerunt aut in longum trahunt. — *sed hoc verum; cf. Forcellinum s. v.* duco. — adsidue (adsiduae *pr. L*) *Gen,* $L_1$*, H.* — **11** Differe *B, G.* — est *om. A.* — *f.* tempori. — Verg.; *cf. 370 l.* piare — impiare. — **13** Differre (Differri *per errorem operarum*) *add. ed. princ.; idem habet mrg. Ho.* — **14** fori *M;* foris (*seq.* s) *cdd.*

Varro de vita p. R. lib. IIII: si modo civili concordia exequi rationem parent, rumore famam differant licebit nosque carpant. || Differre, dividere vel scindere. Vergilius Georg. lib. III:

Scythiaeque hiemes atque arida differt
nubila.

Terentius in Adelphis:

. . miseram me! dífferor dolóribus.

Vergilius lib. VIII:

haut procul inde citae Mettum in diversa quadrigae
distulerant.

Lucilius lib. XXX:

et maledicendo in vulgi sermonibu' differs.

Plautus in Aulularia:

nisi reddi
mihi vasa iubes, pipulo te differam ante aedis.

|| Differre, in ordinem ponere. Vergilius Georg. lib. IIII:

ille etiam seras in versum distulit ulmos.

|| Differre, distare. M. Tullius in Verrem, Divinatione: ac vide, quid differat inter meam opinionem ac tuam. — Lucilius lib. XXVII:

támen aut verruca aút cicatrix naéveis papulae dífferunt.

M. Tullius in Hortensio: quantum inter se homines studieis, moribus, omni vitae ratione || differant.

---

15 Varro de vita pop. Rom. IV || 17 III, 197 || 20 III, 4, 40 || 22 Aen. VIII, 642 || 25 Lucilius l. XXX || 27 III, 2, 31 || 30 IV, 144 || 32 19, 61 || 33 Lucilius l. XXVII || 35 M. Tullius Hortensio.

---

**15. 16** concordie $L_1$. — *f.* si modo *(ut sit substantivum)* civili cum concordia. — exsequi *pr. L; ed. Bas.* — parent *Kettnerus;* paret *cdd.* — rumore *vel* rumoribus *Quicheratus;* rumores *cdd.* — *illud* differre *h. l. potius videtur dictum pro* scindere. — nosque *H;* nos quae *rell.* — nos qui *(ablat.) Kettnerus.* — **17** sindere *B.* — IIII *cdd.* — **18** schytiaeque (schytieque *L*) *C, Gen;* scinthiaeque, *m. 2* scithiaeque *B;* scythieque *A.* — hiemis *cdd.* — **20** adelphis *B;* adelfis *rell.* — **21** *ita et Ter. cdd. vitio inveterato; nam reponendum propter rationem musicam* me miseram. — **22** Verg.; *cf. 265 l.* citum, divisum. — VII *cdd.* — **23** aut *cdd.* — **25—29** *haec ad* scindendi *significationem rettulisse videtur Non.; rectius addidisset lemmati superiori, cuius in fine collocata sunt a Quicherato.* — **26** in vulgi *M;* in multis (*seq.* s) *cdd.* — **27** Plautus; *cf. 152 l.* pipulo *ibique comment.* — auluraria *L.* — **28. 29** *praec.* te iam. — redde *cdd. h. l.* — *item* iuves (vives *Gen*). — te hic *cdd. pg. 152; ubi cf. comm.* — **31** siras *L.* — in inversum *L; puncta et supra prius* in *posita et infra; sed utraque eluta.* — ulmos; ornos *B.* — **32** Differe *H, Gen.* — in V., D.; ac v. *om. B.* — **33** oppinionem *pr. L.* — **34** t. aut *Me;* tamen aliti *L, G;* t. aditi *H, Gen.* — cacatrix $Gen_1$. — naeveis *M* (naevus *Me*); medius *cdd.* — papulae *v. c. Dousae;* papule (popule *Gen,* $H_1$) *rell.* — papulae; *v. Luc. frgm. inc. libr. 14.* — *de sententia, quam parum perspexit Mercerus, cf. comm. in Luc. XXVII, 12.* — **35** studieis; studiis *Nobbius;* studentes *cdd.*

285 M.

DVRVM, solidum. Vergilius Aen. lib. IIII:

sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus.

|| Durum, nocens. Vergilius Georg. lib. IIII:

aut durum tineae genus.

Lucilius lib. XXX:

et saevo ac duro in bello multo optimus hostis.

|| Durum, patiens et perseverans. Vergilius Georg. lib. II:

Scipiadas duros bello.

et Aen. lib. I:

durate et vosmet rebus servate secundis.

Terentius in Adelphis:

nón hercle hic qui vúlt durare quísquam, si sic fít, potest.

|| Durum, inmite. Vergilius Georg. lib. III:

quid iuvenis, magnum cui versat in ossibus ignem
durus amor?

Terentius in Heautontimorumeno:

et quód illum insimulat dúrum, id non est.

DECERNERE est constituere, definire. M. Tullius de officiis lib. I: quare expetenda quidem magis est decernendi ratio quam decertandi fortitudo. — Vergilius lib. IIII:

decrevitque mori.

Terentius in Andria:

quidquíd peperisset, décreverunt tóllere.

Plautus in Asinaria:

eos mé decretumst pérsequi morés patris.

---

2 IV, 366 || 5 IV, 246 || 7 Lucilius l. XXX || 9 II, 170 || 11 I, 207 || 13 IV, 2, 15 || 15 III, 258 || 18 I, 2, 30 || 20 I, 23, 80 || 22 Aen. IV, 475 || 24 I, 3, 14 || 26 I, 1, 58.

---

4 Causasus *Gen*, $H_1$, Causcasus *pr. B.* — 5 Durum *Quicheratus;* Durus *cdd.* — noces *B.* — 6 ut *L.* — tineae $L_1$, *A, B;* tiniae *rell.* — 8 *cf. 388 l.* saevum. — ut (aut *pr. H*) duro *cdd. h. l.* — 9 et *f. delend.* — III *B.* — 13 adelfis *C, Gen.* — 14 hic quidem dur. *Ter.* — 15 inmite *A, B; Gen;* $L_1$*; H.* — Verg.; *cf. 418 l.* versat, agitat. — 19 insimulato *C, Gen.* — 20 definibus *B, Gen, pr. H.* — definire *pro* destinare, *ut supra et saepe alibi.* — 21. 22 expetenda — ratio *Cic.;* explenda — oratio *C, Gen.* — *illa* oratio quam decertandi *om. Gen; m. 2 add. H.* — 22 Verg.; *cf. 291 l.* exigere, definire. — 25 quidquid $L_1$*;* quicquid *rell.* — peterisset *Gen;* praeterisset *B; item* $H_1$*; sed in mrg. corr. m. 2.* — ollere $H_1$*;* ōllere *(sic) Gen;* tollore *B.*

Varro in Eumenidibus: forenses decernunt, *ut* Existimatio nomen meum *in* insanorum numerum referat. || Decernere, id est dicere. Plautus in Amphitryone:

quí nequeas nostrórum uter sit Ámphitryo decérnere.

|| Decernere, certare. Vergilius Aen. lib. XI:

ipsum armis ipsumque iubent decernere ferro.

idem Georg. lib. III:

cornibus interse subigit decernere amantis.

M. Tullius Philippicarum lib. III: *nisi servire malumus* quam ne serviamus animis armisque decernere.

DIMISSVM, abiectum. M. Tullius de || officiis lib. III: perspicuum est enim ea quae timido animo, humili, demisso *fractoque fiant* * * * unus accipit, adfert†. Dimissum, humile, miserandum, abiectum†. — Vergilius Aen. lib. III:

---

28 Varro Eumenidibus || 30 Plautus Amphitryone || 32 XI, 218 || 34 III, 218 || 36 III, 13, 33 || 1 III, 32, 115 || 3 cf. comment. || 4 III, 320.

---

28 Varro; *cf. 381 l.* referre, adscribere. — ut *om. cdd. h. l.* — Existimatio; aestimator (*i. e.* censor) *Popma.* — 29 eum *cdd. hic.* — in insanorum *Popma;* in sanorum (insanorum) *cdd. utrobique.* — *cf. Hor. Sat. II, 3, 46 sqq.* — referat *idem 381;* refert *h. l.* — id est *M;* ut est *C, Gen;* est *B; v.* — **30** dicere; *rectius dixisset* diiudicare. — in am in amfitryone *pr. H; sed* in am *punctis deletum.* — **31** nequeas *ed. princ.;* neque has *L, G,* $H_2$*;* nequea *B, Gen;* neque $H_1$. — nostrum $B_1$. — qui nequeo vostrorum *Acidalius; Gulielm.* — *post v. 1038 inserit h. v. Gul.* — Amfitryo *C, Gen;* Amphitrione, *m. 2* Amphitrio *B.* — *cf. et ed. Goetz. pg. 118.* — **32** recertare *B; Gen; pr. H.* — **34** idem; *cf. 401 l.* subigere, cogere. — **36** filippicarum *L, G, non Gen, H.* — IIII *L, H,* $Gen_2$*;* III $Gen_1$*; ed. Bas.; v.* — nisi servire malumus *ex Cic. add. Quicheratus.* — **37** serviamus *Cic.;* serviam *cdd.* — armis animisque *Vatic. ap. Cic.;* animis armisque *deteriores; cf. Phil. X, 10, 21:* armis animisque infestam inimicamque. — **1** *apparet a Numida semidocto et vulgi erroribus obnoxio pro deteriorum temporum more parum distincta illa* demittere, dimittere. — *nos observata, quantum potest fieri, codicum memoria scriptoribus quid quoque loco conveniat curabimus; ipsi suam relinquemus barbariem.* — obiectum *G.* — IIII *Gen.* — praespicuum $Gen_1$*;* $L_1$*;* pspicuum *B.* — **2. 3** enim est *Hqos.* — dimisso *cdd. Non.* — fractoque fiant *ex Cic. add. Quicheratus.* — **3. 4** *illa* unus (unas *B, Gen,* $H_1$) accipit, adfert (affert $L_2$, $H_2$, *G*) *alterius scriptoris esse intellexit Me. ac fortasse sunt poetae, ut post verbum* accipit *finis sit v. prioris.* — *etiam illa* demissum humile (humilem $Gen_1$*; pr. L*) abiectum (obiectum *G) eidem adsignat auctori Me; de quo tamen dubites. nam in cdd. lemmatis instar scribitur* Dimissum; *ac nescio an ea quae sunt* hum., mis. *v. 1 post* Dimissum *sint reponenda. accedit quod A omisso Cic. exemplo habet haec:* Dimissum *(semel)* humile miserandum abiectum. — *de his igitur cum parum constet, non magis apparet, quomodo illud* adfert (aufert *mrg. Iun.*) *vel supplendum sit vel corrigendum. possunt multa proponi velut:* adfért auxilium démisso, humilei, míserando, abiectó ◡ – .

286 M.

deiecit vultum et demissa voce locutast.

Lucilius lib. XXVII:

re ín secunda tóllere animos, [et] ín mala demíttere.

Cicero Tusculanarum lib. V: non est ausus elate et ample loqui, *cum* humiliter demisseque sentiret. ‖ Dimittere, permittere, in potestatem dare. M. Tullius de re pub. lib. I: tum annui consules, tum demissi populo fasces. ‖ Dimittere est derelinquere. M. Tullius ad Caesarem lib. III: quae si videres, non te exercitu retinendo tuereris, sed eo tradito aut dimisso. ‖ Dimittere, desuper mittere. Vergilius Aen. lib. II:

demissum lapsi per funem.

Sallustius Hist. lib. II: cum machinato strepitu demissum Victoriae simulacrum coronam capiti inponebat. — Varro in Meleagris: cum etiam Thais Menandri tunicam demissam habeat at talos. ‖ Dimittere, edere. Vergilius Georg. lib. III:

demissaeque ab Iove gentis
nomina.

‖ Dimittere, mittere. Vergilius Aen. lib. I:

equidem per litora certos
dimittam.

DIGNARI dicitur dignum aliquem deputare. Vergilius lib. X:

adque idem fugientem haut est dignatus Oroden
sternere.

---

6 Lucilius l. XXVII ‖ 8 V, 9, 24 ‖ 10 I, 40, 62 ‖ 12 M. Tullius ad Caesarem l. III ‖ 14 II, 262 ‖ 16 Sallustius Hist. II ‖ 17 Varro Meleagris ‖ 19 III, 35 ‖ 22 I, 576 ‖ 25 Aen. X, 732.

---

5 dimissa *A, B, Gen,* $H_1$. — loquuta est *A.* — 7 et *m. 2 add.* *L; del. M.* — dem. *Pius;* dimittere *cdd.* — 8 nos est $L_1$. — 9 cum *ex Cic. add. docti.* — dimisseque sentire *cdd.* — 11 demissi *Vat. Cic.;* dimissi (dimisi *pr. L*) *cdd.* — 12 si *ed. a. 1471;* sibi *cdd.* — te *Nipperdeius Philol. III, 149;* de *cdd.* — 13 tuereris *M;* tueris *pr. L;* tueri *rell.* (retinendo tueri, *infra* o t *punctis tenuissimis positis, H*). — Dem. $A_2$. — 15 dimissum *B, Gen, C pr. Hs.* — 16 Sallustius; *cf. 180; 222 l.* transenna; secus *cum comment.* — III *h. l. cdd.* — machinato *cdd. 180;* machinis *h. l.* — transenna dim. *cdd. pg. 180.* — dim. *cdd. utrobique* (dem. *Hs*). — 17 inponebant (imp. $L_2$, *G*) *cdd.* — V.; *cf. 536 l.* tunica. — 18 dem. *ed. a. 1480;* dim. *cdd. utrobique.* — 19 atialos, *supra* i *pos.* ◡, *Gen;* attalos $L_1$*; H;* adt. $L_2$, *G.* — *fragmentum hoc iungendum cum eo, quod legitur pg. 236 s. l.* aperire, erigere, ostendere, *intellexit Gulielm. Verisim. I, 5.* — edere *Quicheratus;* dare (*praec.* e) *cdd.* — 20 dimissaque *(sic) cdd.* — 23 et quidem *Gen, L, H; non B, ed. Bas.* — littera, *tum* litera, *B.* — 25 *cf. pg. 281 l.* dignatus *ibique comm.* — Dignari *v.;* Dignatus *cdd.* — 26 atque *cdd. pr.* $L_1$. — haud (hau *pr. Gen*) *B, Gen, H, G.* — horoden *B.*

|| Dignatus rursum, qui ab alio habetur dignus. Vergilius Aen. lib. III:

coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.

DISCERE est ignotam rem meditando adsequi. Lucilius lib. VIIII:

labora
discere, ne te res ipsa ac ratio ipsa refellat.

Vergilius lib. XII:

disce, puer, || virtutem ex me.

|| Discere, temptare. Vergilius lib. V:

et fractis discentem currere remis.

DEFVNCTVM dicimus consuetudine mortuum. Vergilius lib. VI:

defunctaque corpora vita.

|| Defuncti, liberati. Vergilius lib. VI:

o tandem magnis pelagi defuncte periclis.

DISTRAHERE est vendere. Lucilius lib. XXVIIII:

* * *

|| *Distrahere, discerpere* * * *

dívidánt, dífferánt, díssupént, dístrahánt.

|| Distrahere, separare. Terentius in Phormione:

quódsi eo meae fortúnae redeunt, Phánium, abs te ut dístrahar.

M. Tullius in Philippicarum lib. II: *quid ego illum ab eo distrahere conarer? — idem de officiis lib. III:* qui primum haec natura cohaerentia opinione distraxissent. — Varro de vita p. R. lib. II: distractione civium elanguescit bonum proprium civitatis

---

28 III, 475 || 31 Lucilius l. IX || 34 XII, 435 || 2 Aen. V, 222 || 4 Aen. VI, 306 || 6 Aen. VI, 83 || 8 Lucilius l. XXIX || 11 versus poetae scaenici; cf. comm. || 12 I, 4, 23 || 14 II, 10, 23 || 15 III, 3, 11 || 16 Varro de vita pop. Rom. II.

---

**28** Verg.; *cf. 281 l. m.* — **29** IIII *L.* — **30** Ancisa *pr. L;* Ancissa *Gen*$_1$. — **31** adsequi *L*$_1$, *H, Gen.* — **32. 33** labora discere *Iun.;* discere labora *cdd.* — te res *I. Dousa;* res te *cdd.* — refallat, *tum* refaellat *H.* — **3** dicentem *L.* — **4** consuetudinem *(ita et pr. L)* ortum *Gen*$_1$. — **5. 6** vita. Def., lib. *in mrg. add B*$_1$. — **7** defuncti *L;* defunte *pr. H;* defunctae *Gen*$_1$. — **9. 10** *lacunam indicavit, illud* Distrahere, discerpere *add. M.* — *cf. Luc. XXIX, 40 cum comm.* — **11** *versus poetae scaenici, et quidem, ut puto, comici.* — dissupent *Gen, pr. H;* dissipent *rell. cum B.* — distrahunt *Gen, H*$_1$*;* distrahent *G*$_1$. — *quod notavimus comm. Luc. pg. 262 verba Titinii quae leguntur ap. Fest. pg. 270 s. l.* rediviam *implere tetrametrum creticum (nam sic ibi legend.), etiamnunc tuemur, sed ita, ut iuventur numeri scribendo:* cónservóm lássitúdó (*cd.* l. c.) redíviaé flagrí. — **12** formione *cdd. pr. B.* — **13** fanium *cdd.* — **14. 15** filippicis *C, Gen.* — quid — lib. III; *suppleta haec a Mercero.* — **15** idem; *cf. 356 l.* opinio, suspicio. — quid *cdd. h. l.; cf. v. superiorem.* — **16. 17** coherentia *C, Gen.* — p. R.; pr, *virgula supra posita, Gen, H; ita et v. 21.* — *sed haec non ubique notata.*

atque aegrotare incipit et consenescit. ‖ Distrahere, dividere, diffindere. Vergilius lib. VII:

turbatis distractus equis.

Varro de vita p. R. lib. I: Mettum Fufetium propter perfidiam interemit, poenae *iure usus* imperiosius quam humanius; nam equis ad curriculum ex utraque parte deligatum distraxit.

DICARE dictum est constituere, consecrare. Vergilius lib. V:

urbe velit posita templis sibi ferre dicatis.

‖ Dicare, tradere. M. Tullius in Epistolarum ad Caesarem lib. I: Balbum quanti faciam quamque ei me totum dicaverim, ex ipso scies. — Lucilius lib. XXX:

iuratam se uni, cui sit data deque dicata.

‖ Dicare, indicare, nuntiare. Lucilius lib. XXX:

sicubi ad auris
fama tuam pugnam clarans adlata dicasset.

DETRAHERE dicitur derogare. M. Tullius de signis: et si quaeritis, ut ipse de me detraham, illos ego accussatores puto. ‖ Detrahere, tollere. ‖ Terentius Heautontimorumeno:

adsído: adcurrunt sérvi, soccos détrahunt.

Vergilius Georg. lib. IIII:

observans nido inplumis detraxit.

M. Tullius in Verrem, [in] Frumentaria: postremo, sicui

---

19 Aen. VII, 767 ‖ 21 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 24 Aen. V, 60 ‖ 26 M. Tullius Epist. ad Caes. I. ‖ 28 Lucilius l. XXX ‖ 30 Lucilius l. XXX ‖ 33 II, 4, 24, 53 ‖ 1 I, 1, 72 ‖ 3 IV, 513 ‖ 5 II, 3, 70, 165.

---

18 egrotare *A, Gen, G.* — incipiet cons. *Gen,* $H_1$. — distraere, *tum* distrere *L.* — 19 diffund. *cdd.; corr. Passerat.* — 20 aequis $Gen_1$*; L.* — 21 Mettum *C, Gen, A. cf. de nomine illo comm. in Enn. Ann. v. 129.* — 22 poenae iure usus *M;* poene *A, C, Gen.* — pene *ed. princ.;* paene *Me; quod tamen non aptum.* — aequis $Gen_1$*; L.* — 23 deligatum *ed. a. 1471;* diligatum *cdd.* (del. $H_2$*; sed* e *rursus elutum*). — 24 construere $G_1$. — 25 orbe velim positam (posita *B*) *cdd.* — 26 Ep. *M;* aepistola *L;* epistola *H, G, Gen.* — lib. I *om. B.* — 27 ex i. *supra add.* $B_1$. — 29 cui stit *Gen; in H ras. post* s. — deque *Carrio;* adaequae *C, Gen;* atque *cd. N. Fabri.* — 31. 32 auris *v.;* auri *cdd.* — clarans *Lips.;* claram *cdd.* — adlatam $L_1$*;* $H_1$*; Gen; B;* all. $L_2$*;* $H_2$*;* illatam *G.* — alata *non bene Lipsius.* — dicasset *in ras. B;* dicassit *Franckenus.* — 34 de *supra add. in A.* — accusatores (acus. *L*) *A, B, C, non Gen.* — puto fuisse *Cic.* — 2 adsido *B, Gen,* $H_1$, $L_1$*;* atsido *A.* — adcurrunt *A, Gen,* $L_1$, *H;* occurrunt *B.* — *post* servi *add.* $L_2$ ii (i *alt. supra scr.*). — soccosque *B.* — 3 Verg.; *cf. 360 l.* observare, captare. — 4 *post* nido *supra scr.* et $H_2$. — inplumis (in plumis *Gen*) *C, Gen, B.* — 5 in Verrem Frumentaria *Quicheratus;* in Frumentaria in Verrem *cdd.*

civitati solvit, tantum detraxit quantum conmodum fuit. — idem de officiis lib. III: numquam conmittet, ut alienum adpetat et id quod alteri detraxerit sibi adsumat. — et in Hortensio: ut ea [sibi] ratio vera restituat, quae consuetudo vitiosa detraxerit. ‖ Detrahere, extrahere. Lucilius lib. XXVIIII:

[cum] ipsi ín lutum descéndant, dum alios détrahant?

DESPICERE est pro nihilo habere. M. Tullius in Verrem actione secunda: quem ad modum tenuissimum quemque contempserit, despexerit, liberum esse numquam duxerit. — Vergilius in Bucolicis:

despectus tibi sum nec qui sim quaeris, Alexi.

M. Tullius de officiis lib. II: despiciunt autem eos et contempnunt, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putant. ‖ Despicere, desuper aspicere. Vergilius Georg. lib. II:

qualem saepe cava montis convalle solemus
despicere.

M. Tullius in Hortensio: consolabitur ea magnitudo animi et humanarum opinionum alta quaedam despectio.

DEICERE, elidere. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II: de statua nescio cuius Clodi; quam cum restitui iussisset Antonius, [cum] iterum deiecta est ex senatei consulto. ‖ Deicere dicitur *desuper* mittere. Vergilius lib. VIII:

---

7 III, 5, 23 ‖ 8 M. Tullius Hortensio ‖ 10 Lucilius l. XXIX ‖ 13 II, 1, 57, 123 ‖ 15 II, 19 ‖ 17 II, 10, 36 ‖ 19 II, 186 ‖ 22 M. Tullius Hortensio ‖ 24 M. Tullius ad Caesarem iun. II ‖ 27 Aen. VIII, 427.

---

6 solv.; sociae *cdd.* — conm. $L_1$ *solus.* — 7 conm. $L_1$ *solus.* — adp. $L_1$; *H; Gen.* — 8 adtraxerit *Gen;* $L_1$; $H_1$; attraxerit $L_2$. — *f. olim fuit* alterei detraxerit. — adsummat (*m. 2* ass.) *H.* — 9 sibi *ut e v. 8 illatum del. M.* — *minus placet reponi* tibi. — detraxerit *Aldus; qui hoc et praec. exempl. primus addidit;* detraxerat *cdd.* — 11 cum *secl. M.* — luctum *pr. B.* — discendant $L_1$; $H_1$; *Gen.* — dum (*vel* quei) *M;* cum *v.;* tum *A.* — detrahunt $H_2$, *G; f.* dum — detrahunt. — *vulgata lectio, quam in ed. Luc. dedimus, non poterit servari, nisi nugatum existimabimus N. atque illud* detrahere *idem esse quod* deorsum trahere. — 12 Disp. *pr. Gen.* — *cf. comm. in 286, 1.* — M. T.; *cf. 436 l.* contemnere. — 13 actione II *ed. Bas.* — 14 desperit $H_1$. — 16 nequi sim *Gen, pr. B,* $L_1$, $H_1$. — Alexi; N *m. 2 supra* i *adscr. in L, H.* — 17. 18 contemnunt *Cic.* (eos contempnuntque *Bern. 104*); condempnant *Gen, L,* $H_1$; condemnant $H_2$, *G, A.* — 19 super asp. *A, B, pr. H.* — 21 dispicere $Gen_1$; $L_1$; *deteriores quidam Verg. cdd.; et ita videtur scribendum. cf. Lachm. comm. Lucr. pg. 236.* — 22 ea *M;* eam (*seq.* m) *M;* eum *docti ap. Cic.* — 23 oppinionum *pr. L* — 25. 26 de statua *Me;* ad est adba *L;* ad est adab $H_1$; *Gen;* ad est atba $H_2$; *ed. Bas.;* adest abba *Gs.* — cum *ed. princ.;* tu *cdd. (supra add. in Gen).* — Antonius, iterum *M;* ancone (Anconae *v.*) cum *(quod e v. 25 huc videtur delatum)* hero *cdd.* — deiecta *Me;* delectam *cdd.*

toto genitor quae plurima caelo
deicit in terras.

Lucilius lib. XXVIIII:

vasa éc fenestreis ín caput
deíciam, qui prope ad óstium aspiráverint.

|| Deicere, praecipitare. M. Tullius in Verrem actione I: si me aedilitate deiecisset. — || Lucilius lib. XXVIIII:

detrúsus tota ví deiectusque Ítalia.

|| Deicere, avertere. M. Tullius in Philippicis: nec vero usquam *discedebam* nec a re publica deiciebam oculos.

DEDVCTVM dicitur molle et suave. Vergilius Bucolicis:

pascere oportet ovis, deductum dicere carmen.

|| Deducere, revocare. M. Tullius de re publica lib. I: quare, si placet, deduc orationem tuam de caelo ad haec citeriora. || Deductum, delectatione ductum. Vergilius in Bucolicis:

carmina vel caelo possunt deducere lunam.

Lucilius lib. XXVII:

íllo oculi dedúcunt ipsi atque ánimum spes illúc rapit.

|| Deducere, retrahere, movere. Sisenna Hist. lib. IIII: ab armis recedere, praesidia de locis deducere. || Deductum, deminutum, subpressum. Lucilius lib. XXX:

---

30 Lucilii l. XXIX || 33 8, 23 || 1 Lucilius l. XXIX || 3 I, 1, 1 || 5 VI, 5 || 7 M. Tullius de re publ. I || 9 VIII, 69 || 11 Lucilius l. XXVII || 13 Sisenna Hist. IV || 15 Lucilius l. XXX.

---

— est *M (ita iam Nobbius, cuius quidem mira de h. l. somnia);* esse *cdd.* — *minus bene Me in notis:* de statua nescio cuius Clodii, quam tu restitui iussisses Anconae, quum ea deiecta esset ex S. C. — senatei *M;* senatus *ed. pr.;* senatu *L*, $H_2$, *G;* senatum $H_1$, *Gen.* — consultu *Gen*, $L_2$, *Hqo*, *G.* — **27** des. *add. M; cf. 286, 13.* — **30** XXVIIII *M comm. Luc. pg. 257; et collocandum est hoc fragmentum post XXIX, 36;* XXVII *cdd.* — **31** vasa ec fenestreis *M* (ec *iam Vahlenus*); has et fenestras (fenestris $L_2$, $H_1$) *C, Gen.* — **32** deiciam *Tornaes.; Gen;* $H_1$*;* deiciunt *L*, $H_2$, *G.* — hostium *cdd.* — **33** I *Me;* II *ed. Bas.;* secunda *Gen, L, H.* — **1** deiecissent *Cic.* — deiecisset carmen *B, qui Luc. exempl. omittit; sed illud* carmen *punctis subditis deletum.* — XXVIII $H_1$. — **2** detrusus *ed. pr.;* detrursus *L;* $G_2$*;* det rursus *Gen, H;* dtrursus $G_1$. — deiectusque *ed. pr.;* deiectaque *L, G;* deiactaque (vide iactaque; *sed H ex corr.* vi de iactaque) *Gen, H.* — **3** in filippicis *cdd. (om. B).* — usq $L_1$. — **4** discedebam *ex Cic. add. docti.* — rem *B.* — **5** in Buc. *B.* — **7** revocare *doctus quidam in mrg. ed. Iun.;* vocare (evocare *A; B; Gen;* $H_1$) *cdd.* — M. Tullius; *cf. 85 l.* cituma. — quarem *B.* — **8** deduce rationem *L;* $H_2$ (deducere *pr.* $H_2$); *puto et G;* deduc or. *Gen*, $H_1$, *A, B.* — **9** ductum *om. B, Gen, pr. H.* — **11** XXVI *H post ras., G.* — **12** illo *mrg. Iun.;* illoc (*seq.* oc) *cdd.* — **13** retrahere *B; Gen; pr. H;* trahere *rell.* — *f.* demov. — **14** dem. *etiam A;* dim. *B;* dimminutum $L_2$, $H_2$, *G.* — **15** depressum *B;*

deducta tunc voce leo: cur tu ipsa venire
non vis huc?

|| Deducere, depravare, transvertere a recto. M. Tullius in Hortensio: habet enim ipsa certam et definitam viam; set ex ea multis vitiis et erroribus depravata deducitur. — Vergilius Georg. lib. I:

rivos deducere nulla
relligio vetuit.

DEFERRE, abducere. Vergilius Aen. lib. V:

defer in Italiam.

|| Deferre est adferre. Vergilius Aen. lib. IIII:

celeris mandata per auras
detulit.

|| Deferre, celatum prodere. Lucilius lib. XXVIII:

quaprópter certumst fácere contra ac pérsequi
et nómen deferre hóminis.

DESTINARE dicitur parare. || Destinare, emere. Lucilius lib. XXVIIII:

fació *cito.*
ád lenonem vénio, tribus in líbertatem mílibus
déstino.

DOCERE significat disciplinam vel artem quampiam magisterio dare. || *Docere, demonstrare.* Vergilius Aen. lib. V:

docuit || post exitus ingens.

|| Docere, dicere. Lucilius lib. XXVIIII:

---

18 M. Tullius Hortensio || 20 I, 269 || 24 V, 730 || 26 IV, 357 || 29 Lucilius l. XXVIII || 32 Lucilius l. XXIX || 38 V, 523 || 2 Lucilius l. XXIX.

---

suppressum *(sic)* $L_2$; superbumressum *id. m. 1;* subpr. *A, Gen, H.* — *ita supra pg. 204 s. l.* frontem *in v. Pacuvii:* voce suppressa. — **16** deducta tunc *pr. L;* deductat hunc *rell. cum B.* — leo *om. G.* — cur tum *B, Gen.* — **19** certam *A, Tornaes. (et ita Nobbius);* incertam *rell.* — def. *et A;* deinfinitam $H_1$; *Gen; Tornaes.* — set; sed *Orell.;* et *cdd.* — **20** orroribus *pr. H.* — **22** deducere *supra scr. in B.* — **23** religio *Gen, pr. L,* $H_1$; relligio *et B.* — **24** abd. est *B.* — VI *cdd.* — **25** defert *cdd. pr.* $H_2$. — **26** adf. $L_1$, *H, Gen, A, B.* — **27** celeris *et B* (caeleris $Gen_1$; *L*). — **29** caelatum $Gen_1$; prolatum (pro *per compendium*), *sed supra scr.* ce, *L.* — XXVIII $H_2$; *G;* XXVIIII *rell. cum Tornaes.* — *cf. Luc. XXVIII, 1 sqq.* — **30** ac *Ald.;* hac *cdd.* — haec *(quod ad sequentia trahendum) ed. Luc. Turic.* — **33** XXVIII $H_2$; *item G;* XXVIIII *etiam Tornaes.* — **34** cito *add. M.* — **35** leonem *pr. L.* — **36** destino *Acidal. ap. Gruter. Lampad. VI, 177;* destiner *cdd.* — *male eidem in mentem venit illud* ad. len. venio, facio destinet *(ita ed. princ.); nec enim* emere *est* destinare, *ut Non. dicit, sed* empturire, proponere pretium; *cf. Plaut. Mostell. v. 646.* — **37. 38** quempiam *B.* — *f.* mag. tradere. — Docere, demonstrare (*vel* declarare) *add. M.*

290 M.

ad non sunt similes, neque dant. quid? sin dare vellent,
acciperesne? doce.

DILIGERE† manifestam habet significationem, ut plerumque. Diligit, dividit. Plautus in Curculione:

clipeátus elephantum úbi machaera díligit.

Titinius Proelia:

pérnam totam díligit.

DEXTRVM dicitur dextrae partis. Vergilius lib. V:

quo tantum mihi dexter abis?

‖ Dextrum dicitur felix, propitium. Vergilius Aen. lib. VIII:

et nos et tua dexter adi pede sacra secundo;

multaque similia multorum.

DEPRECOR * * * *Deprecor* amolior, depello, propulso. M. Tullius

---

6 III, 54 ‖ 8 Titinius Proelia ‖ 10 Aen. V, 162 ‖ 12 VIII, 302 ‖ 15 M. Tullius de re publ. VI.

---

3. 4 at $L_2$; *G*; *B*. — sin *M*; sint *cdd.*; si *ed. princ.* — acciperesne *ed. N. Fabri*; acciperisne $Gen_1$; $L_1$; *G*; acceperisne *rell. cum B.* — *sine causa quidam haec diverbio existimarunt contineri, ita, ut altera pars ab illo* quid *inciperet.* — **5** Dirigere *Salmas. ad Solin. pg. 1191; idem infra bis* dirigit. — ut; at *B ex corr.* — *in eodem a verbis* ut plerumque *quae secuntur usque ad finem* D *litterae addita m. 1 in schedula.* — **7** elephantum *cdd. Pl.*; eligantum *Gen*, $H_1$, *G*; eligantium *B*; eligant *L*, $H_2$. — ibi *B*; *Gen*; $H_1$. — macera *cdd.* — diligit; dissicit (dessicit) *cdd. Pl.* — *cf. de hoc verbo Ribbeck. Corollar. ed. Com. Lat. frgm. pg. XIII sqq.* — *illud* diligit *tueri videtur C. F. G. Muellerus libri de prosodia Plautina pg. 490.* — *verum neque quae ipse neque quae Madvigius Emend. Livianarum pg. 175 adfert exempla* eligendi *verbi* pro *evellendi positi* (*cf. et comm. in pg. 301 l.* eligere, defetigare) *sufficiunt ad huius loci scripturam, quam Non. suppeditat, defendendam.* — *propius est a fide huc pertinere quod Paulus adfert pg. 69:* dirigere apud Plautum invenitur pro discidere (discindere *Scal.*). — *quem locum ad Plauti versum pertinere putat Scaliger.* — *qui si recte coniectavit, etiam in Titinii versu restituendum videtur cum Salmasio* dirigit; *quamquam in hoc id quod traditum est possit explicari per* divellit. — *illud incertum Noniine an librariorum culpa sit turbatum.* — **10** dextrae *G*; dexctre, *m. 2* dexctrae *L*; dexterae *A*, *B*, *Gen*, *H*; *quod non potest recipi, nisi et h. l. et v. 12 scripseris* Dexterum. — lib. IIIII *(sic)* $L_1$; lib. VIIII *pr. B.* — **13** et tua; ernia *Gen, sed hoc deletum et iuxta adpositum* et tua. — tua *om. L.* — dexter, *supra* r *adscr.* a, *B, qui illud* sacra *habet in margine additum.* — **14** multaque similia multorum; *ita Me, notissimum usum Nonii secutus;* mollissima quam multorum *L*; *H*; *G*; *om. Gen et pariter cum seq. l. B.* — *male Rothius (cf. Addend. pg. 463) cogitavit de haustis Vergilii verbis (Aen. IV, 293)* et quae mollissima fandi tempora, qui rebus dexter modus (*illud* et quae mollissima fandi tempora *pg. 336 s. l.* molle, opportunum *adfert Non.*). — *citant ad hunc locum scholia Danielis memoratum a Non. exemplum; explicantque id quod est* dexter *per* bonus ac propitius (*ipse Servius per* propitius). — **15** *ex Gell. ductum hoc l.; cf. N. A. VII, 16; Hertz. Opus. Gell. pg. 128 sq.* — Deprecor. *fuere olim ut puta haec:* Deprecor significationem habet manifestam. — *cf.*

de re publica lib. VI: non modo invidia pari non erant, sed etiam Claudi invidiam Gracci caritas deprecabatur. — Ennius Erechtheo:

quis núnc erumna meá libertatém paro,
quis sérvitutem meá miseria déprecor.

DIVORTIVM est rerum omnium separatio. Cicero de oratore lib. III: sic e conmuni sapientiae iugo sunt doctrinarum facta divortia. ‖ Divortium, flexus de via, a divertendo. Vergilius lib. VIIII:

obiciunt equites sese ad divortia nota.

## INCIPIT PER E LITTERAM.

EXIGERE, vi extorquere. M. Tullius in Divinatione: et cum esset tritici modius sestertiis duobus, pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse. ‖ Exigere, inquirere, verum perdiscere. Vergilius Aeneidos lib. I:

quaerere constituit sociisque exacta referre.

‖ Exigere est excludere. Plautus in Aulularia:

itaque ómnis exegít foras . . . . . . . .

Terentius ‖ in Andria:

---

17 Ennius Erechtheo ‖ 20 III, 16, 69 ‖ 23 Aen. IX, 379 ‖ 26 10, 30 ‖ 29 I, 309 ‖ 31 III, 1, 7 ‖ 1 prol. 27.

---

*Gell. VII, 16, 3.* — Deprecor; *pro* pre *ubique* p̃ *Gen, L, H, exc. quod L h. l.* Deprecor. — **17** Gracci; greci (graeci *H*) *Gen, pr. H.* — Erechtheo *v.;* erictheo *Vatican. Gell.;* erepiteo *Gen;* $L_1$*;* $H_1$*;* eripiteo *rell.* — **18. 19** *verba utrum Erechthei sint an Praxitheae coniugis incertum.* — **18** quis *Me;* cui *cdd. Non.;* qui *Gell.* — nonc $L_1$. — erumpna *Vatic. Gell.;* mea *v.;* erumnam ea (eta *L*) *Gen; L; H; Gs.* — libertatem paro *Gell.;* libertate para *cdd. Non.* — *in ed. Ennii nos:* quin nunc erumna mea libertatem para; *quod tamen non potest placere, nisi v. seq. scripseris:* quin servitutem mea miseria depreca. — *et affirmat Prisc. pg. 799 veteres dixisse etiam* preco. — **19** queis *Quicheratus;* quibus *cdd. Non. et Gell.* — mea miseria *Gell.;* meam miseriam *C, Gen* (miseria *Gen et ut vid.* $H_1$). — **20** Div.; *cf. 458 l.* Divortia. — **21** haec autem, ut ex Apennino fluminum, sic ex communi *Cic.* — sic — sapientiae *om. B.* — sic ae *L, pr. H.* — conmuni *Gen, H ex corr.;* $L_1$*;* communi $L_2$, *pr. H, G, A.* — *atque hic semel notasse satis erit, de quo saepe monuit Zangemeisterus, in L esse traditum* cõn *et* ĩn, *et ita saepius, plerumque ut sit incertum, utrum prima manu sic sit perscriptum et deinde* n *deletum an secunda apposita virgula.* — *sane haud raro quae primae, quae secundae manui sint tribuenda in L, H valde dubium.* — sapientia *A.* — sapientium *male cdd. Cic.* — sint *A, B, Gen, pr. H.* — **22** devortia $L_1$. — Verg.; *cf. 458 l. m.* — **25** *om. Gen.* — **27** modios *A, B, Gen, L, pr. H.* — sestertis *Gen,* $L_1$*; pr. H;* sestertii *A.* — **28** duodenis *A, B, Gen,* $L_1$, *pr. H.* — sertertios *H.* — exigisse *A.* — **29** perdiscernere *B, Gen, pr. H; non A.* — Verg.; *cf. 273* constituere — proponere. — **30** excita $Gen_1$. — **31** est *om. A.* — **32** exegit *cdd. Pl.;* exigit *Non.* — poras $L_1$. — **1** Ter.; *cf. 402 l.* spectare, probare.

spectándae an exigéndae sint vobís prius.

Afranius Fratriis:

retinébitur virí [ut] voluntate únice probábili,
pregnátem quo non éxigat.

Naevius Danae:

indigne éxigor patria ínnocens.

M. Tullius [in] Philippicarum lib. II: claves ademit forasque exegit. — Lucilius lib. XXVI:

véstimentis frígus atque horrórem exacturúm putat.

|| Exigere, debitum repetere. M. Tullius epistula ad Cassium: sed non urgeo: longiores enim expectabo, vel potius exigam. — * * * quando, hercle, ego temere exigam? || Exigere, facere [cogere]. Vergilius Aeneidos lib. II:

quos inproba ventris
exegit caecos rabies.

|| Exigere significat agere. Plautus Captivis:

'sálve, Tyndare.' — 'ét tu, cuius caúsa hanc erumnam éxigo.

Vergilius Aeneidos lib. I:

omnis ut tecum meritis pro talibus annos
exigat.

Terentius in Hecyra:

illíque exopto ut rélicuam vitam éxigat.

---

3 Afranius Fratriis || 6 Naevius Danae X || 8 II, 28, 69 || 9 Lucilius lib. XXVI || 11 M. Tullius epistula ad Cassium (Epist. ad Fam. XV, 16) || 13 cf. comm. || 14 II, 356 || 17 V, 4, 12 || 19 I, 74 || 22 III, 5, 40.

---

3 fratris *cdd.* — 4 viri *Bothius;* ut *seclus. M;* vir ut *cdd.* — unice, *quod ad illud* probabili *referendum, M;* una *cdd.* (unica *Bothius*). — *f.* r. v. v. unice, ut probabilest. — 5 p̃gnatem *Gen;* pregnantem *B, pr. H.* — quo *M;* quod *v.* — 6 Naevius *ed. Bas.;* Nevius *rell.* — dane *B, H.* — 7 *utrum ante* indigne *an post versus pars sit hausta, incertum.* — 8 in *post add. in L.* — filippilibro, *tum* filippicisbro *L;* filippicis lib. *H; ed. Bas.;* filipp̃ lib. *Gen;* filippic̄ *(post rasura; lineola supra* c *pos. m. 2)* lib. *B.* — claves ademit, exegit *cdd. Cic.* — 10 frugus *pr. B.* — orrorem *L.* — exactorem *L.* — putat *F. Dousa;* putet *cdd.* — 11 epistula $L_1$; epistola *rell.* — 12 exspectabo *Med. Epistularum;* spectabo *cdd. Non.* — 13 *incerti scriptoris verba.* — *post illud* ego *si haustum statueris ut puta* hoc, *habes finem versus iambici senarii vel octonarii sive trochaici septenarii.* — Exigere, facere; *n. N.* — *cf. Serv.* — cogere *videtur e v. 17 l.* agere *irrepsisse.* — 16 exigit *Gen; L;* $H_1$. — 17 in Captivis, *sed* in *del., H.* — 18 Tymdare (Timdare $L_1$) *cdd. pr. B.* — erumnae *Gen,* $H_1$*; non B.* — 20 omnis ui *(m. 1* u) *B.* — 22 ecira *pr. B;* hecera $Gen_1$; $L_1$. — 23 relicuam *docti ap. Ter.;* reliquam *cdd. Ter. et Non.; cf. Lachm. comm. Lucr. pg. 305.* — *seq. ap. Ter.:* cum eo viro, qui me sit fortunatior.

Lucilius lib. XXVIIII:

*quae* cúm cognoris, vítam sine cura éxigas.

|| Exigere, definire, constituere. Vergilius Aeneidos lib. IIII:

decrevitque mori, tempus secum ipsa modumque
exigit.

|| Exactum, transcursum, praeteritum. Vergilius Georgicorum lib. III:

ad tribus exactis ubi quarta acceperit aestas.

et [in] eodem:

exactis gravidae cum mensibus errant.

ELIDERE est secundum consuetudinem deicere. || Elidere etiam excludere significat. Vergilius lib. VIII:

elisos oculos et siccum sanguine guttur.

Plautus in Rudente:

iúbe oculos elídere itidem ut saépiis faciúnt coqui.

Lucilius Satyrarum lib. II:

iniuriatum hunc in fauces invasse animamque
elisisse illi.

|| Elidere, suffocare vel occidere. Vergilius lib. VIII:

geminasque premens || eliserit angues.

---

24 Lucilius l. XXIX || 26 IV, 475 || 29 III, 190 || 32 III, 139 || 35 Aen. VIII, 261 || 37 III, 2, 45 || 39 Lucilius l. II || 42 Aen. VIII, 289.

---

25 quae *add. M.* — con $B_1$. — cognoris $L_1$; cognoveris *rell. cum B.* — cure $L_1$. — *agitur de vitae regendae praeceptis.* — cum cor cognoris *non bene Passeratius.* — **26** Verg.; *cf. 285 l.* decernere. — *praecedit:* ergo ubi concepit furias evicta dolore. — **31** at $L_2$, *H, Gen*$_2$, *B, G.* — accesserit (se *m. 2 ex correctura*) *B; et ita ap. Verg. Mediceus cum parte librorum, ubi Vaticanae schedae prius* occeperit. — aetas *B, Gen,* $H_1$. — **32** in *om. B; Gen;* $H_1$; *idem supra add. in L.* — **33** msibus erant $L_1$; erant *et Gen*$_1$. — **34** Elidere; *recurrit idem lemma infra in fine pg. 292. — iunxerunt utrumque, diverso quidem modo, Laetus et Quicheratus. — ego intacta haec reliqui, cum non sine violentia possent copulari. librariis tamen, non Nonio, tribuendum censeo vitium.* — deicere (dicere $L_1$). *post hoc v. Quicheratus Ciceronis Tusculanarum exemplum ponit, quod habetur pg. 292 s. l.* elidere, collidere. — lidere *G, pr. L.* — **36** oculos elidere et siccum (sicut *Gen*$_1$; sicum *H*) $B_1$, *Gen, Hs*$_1$; elidere *del.* $B_2$, $H_2$; et siccum *Gen*$_2$; et et sicum *Hs*$_2$. — **38** iubeo $H_2$. — itidem *v. ap. Pl.;* idem *cdd. Pl. et Non.* (iam *B*). — saepiis (*vel* saepieis); saepius *B, Gen, L, H;* sepius *ed. Bas.;* saepius *ap. Pl. C, D;* sepiis, *sed m. 1 mutatum in* sepius, *B.* — faciunt ut coqui *B; Gen; H; sed in hoc* ut *deletum; idem supra add. in L.* — quoqui $H_2$. — **40** iniuriatum (*ita et B;* iniuria tum $L_2$; iniuratum *Genm*); impuratum *(cf. Luc. II, 1) Muretus V. L. XVIII, 14; Me; nos aliquando* tum vi iratum; *sed neutro opus.* — **41** elise *Tornaes., Gen, pr. H;* elisse *B.* — **1** geminosque *cdd. Verg.* — fremens $A_1$. — angues; *post Verg. exempl. bene collocat Ciceronis de republica illud, quod legitur 292 s. l.* elidere, deicere, *Quicheratus.*

292 M.

EXANCLARE significat exaurire. Plautus [in] Sticho:

ne iste édepol vinum póculo pausíllulo
saepe éxanclavit súbmerum scitíssime.

|| Exanclari, perfici. Pacuvius Periboea:

nón potest, Melaníppe, hic sine tua ópera exanclarí labos.

|| Exanclare etiam significat perpeti. Ennius Andromacha aechmalotide:

quantís cum erumnis íllum exanclaví diem!

Accius Diomede:

foede exanclávimus
tyránni saevum ingénium atque execrábile.

idem Amphitruone:

pértolerarem vítam cladesque éxanclarem inpétibilis.

Lucilius lib. XXX:

---

2 I, 3, 115 || 5 Pacuvius Periboea || 7 Ennius Andromacha aechmalotide || 10 Accius Diomede || 13 Accius Amphitruone || 15 Lucilius l. XXX.

---

**2. 3. 4** *cf. pg. 107 l.* exanclare; *Loewii Prodrom. pg. 371.* — Exandare *Gen;* $H_1$. — exhaurire *H, G, Gen, B;* exaurire *L cum A, qui Plauti exemplum omittit.* — exaurire; *ita supra pg. 13* austra; *ac saepius idem in cdd. Nonii occurrit. porro notat Loewius Prodrom. pg. 371 illud* exaurire *pro* exh. *in glosariis suis mere latinis, quae vocat, paene solum inveniri.* — in *om.* $L_1$. — stico *L.* — *v. 3. 4 iam restituit praeter minutias Me.* — edopol $L_2$*;* edopul *B;* $L_1$. — *post* poculo *add. H,* $L_2$ exanclavit. — pausillulo*; ita Me in notis;* pauxillulo *cdd. Pl.;* plautus (Plautus *B*) illulo $L_1$*; B; ed. Bas.;* plautus inpoenulo *L m. tertia;* plautus inpenulo *H.* — sepe *L.* — submerum *Pl.;* merum *L, H, G;* summerum *B.* — scintissime *L.* — *in Gen totus locus m. 1 ita perscriptus:* Exandare significat exhaucho ne iste edo puluinum (edepul vinum *Genh*) poculo plautus illulo saepe euanclauit summerum scitissime; *m. 2 haec ita suppleta vel emendata:* Exandare significat exhaurire plautus in sticho ne iste edo puluinum poculo exanclauit plautus in penulo saepe exanclauit merum scitissime. — **6** melanipse *B, Gen;* melan ipse *H; in quo* s *punctis notatum et supra scr.* p; melanippe *L; in quo* s *post pr.* p *eras.;* melanippe *et A;* menalippe *ed. Bas.* — exanclari labos *Lips.;* exanclari clavos *cdd.* (*praec.* clari; *f. tamen scribendum* exanclarei). — **7. 8. 9** Endrius *Gen; pr. H.* — Andromache (Andromacha *M*) aechmalotide *Rothius; cf. 505 l.* sonunt; Andromache aechmaloto *Quicheratus;* Andromache — molotto *(sic) Me;* quantis *Me;* andromache (endromache *B*) malo torquantis *B, Gen,* $H_1$*;* a. malo torquentis (torquaentis $H_2$) *L,* $H_2$*, G.* — eum $B_2$. — herumnis *Gen, pr. H;* aerumnis *B.* — *post* exancl. eum *add. B, Gen,* $L_2$*, H; sed in hoc del.* — Actius *Gen, pr. H.* — **11** foede, *pro quo in cdd. saepe* fede, *M;* fere *cdd.;* feri *non bene Gulielm.* — **12** tyranni saevum *ed. a. 1476;* tyrannis eum *cdd.* — execrabile *ed. princ.;* execrabilem *cdd.* — **13** Amphitruone; amfytrasone (*vel* amfytricsone) *L;* amfitrasone (amfitrasonem *pr. H*) *B, Gen,* $H_1$*;* amfitrione $H_2$*;* Amfitryone *ed. Bas.* — **14** pertolleralem *Gen,* $H_1$*;* pertoleralem *B.* — inp. $L_1$*;* imperitibilis *B; Gen; H; Gs; etiam in L m. 2* ri *supra* et *adscr.*

quantas quoque modo erumnas quantosque labores
exanclaris.

|| Exanclare, effundere. Ennius Eumenidibus:

nísi patrem matérno sanguine éxanclando ulcíscerem.

ELIMINARI est exire. Ennius Medea exule:

antíqua erilis fída custos córporis,
quid síc te extra aedis éxanimata elíminas?

Accius Phoenisis:

égredere, exi, ecfér te, elímina urbe.

idem Meleagro:

timide elíminor
cúm clamore símul ac nota vóx ad auris áccidit.

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν:

occipitium arivo† deo óstendo,
éx oraclo elímino me.

|| Eliminare rursum excludere. Pacuvius Duloreste:

ubi illést? me miseram! quónam clam se eliminat?

Pomponius Conca:

vós istic manéte: eliminábo extra aedis cóniugem.

---

18 Ennius Eumenidibus || 20 Ennius Medea exule || 23 Accius Phoenisis || 25 Accius Meleagro || 28 Varro Serrano || 31 Pacuvius Duloreste || 33 Pomponius Conca.

---

**16** quotque *minus concinne Dousa pater.* — aer. *B.* — **18** eumedinibus *B;* eumenibus $L_1$; heumenidibus *H.* — **19** exaclando *G.* — ulciscerer *Montepess., non A.* — **20** *cf. 38 l.* eliminare. — Eliminare *cdd.* — Ennius; *cf. pg. 39 l. m.* — mede *B.* — **21** ant. aedilis *H;* $L_2$; a. edilis $L_1$; *Gs;* antiquae (antiqne *B*) diliy $Gen_1$; *B;* antiquae dilis $Gen_2$. — **22** sit extra *cdd. utrobique.* — hedis *B.* — examinata (examinate, a *supra* e *scr., L*) *cdd. utrobique.* — eliminat (etliminat $Gen_1$) *libri hic;* elimina *pg. 39.* — **23** foenisis *Gen, pr. H;* fenisis *L; H ex corr.;* foenissis *B;* fenissis *Gs.* — **24** ecfer te; ecfecte $Gen_1$; effecte *B.* — ilimina $L_1$; limina $Gen_1$. — **25. 26** *cf. comm. in pg. 39.* — maleagro $Gen_1$; meleacro $L_1$. — timidae *Gen, H, non B.* — **27** cum *add. Bothius primus; non, ut pg. 39 dictum, nos* — agnota vox ad auris accivit *cdd. h. l.* — **28** αρχατρεσιων *Gen, pr. H;* αρχατρεσιων *B.* — **29. 30** *versus esse instituendos asyndeton declarat.* — noccipitium $Gen_1$. — arivo *corruptum;* ambiguo *male Ribbeckius propter r. m.; sed aptiore verbo quam quod Vahleno placuit* arduo. — ostendo *m. 2 add. in H.* — occipitium ostendo, *i. e.* averto me. — ex orando (*pr.* ex orendo) *B.* — **31** excl. rurs. *B.* — Duloreste *omnes.* — **32** *rectius v. perscriptus est pg. 38 l. m.* — *h. l. senarius constituendus fuit.* — *cdd. hic:* quoniam clamor el. — *f.* quornam clam se el. — **33. 34** *cf. pg. 38.* — concla *cdd. hic* (Concla: vos *ed. Bas.;* conclavos *Gen, B, H, L*). — **34** isti *B, Gen, f. recte; ut sit etiam loci adverbium.* — istic; ic *in ras. H.* — manet *cdd.* — hedis *Gen, B,* $H_1$; aedes *Montepess.;* eliminabo extra hedes coniugem *omissis rell. A.*

ELIDERE, conlidere. Vergilius Aeneidos lib. III:

ter spumam elisam et rorantia vidimus astra.

Cicero Tusculanarum lib. V: qui rebus his fractus aegritudine eliditur, potest tandem esse non miser? ‖ Elidere, deicere. M. Tullius de re publica lib. II: ut auriga indoctus e curru trahitur, opteritur, laniatur, eliditur. ‖

EVADERE, exire, tendere. Terentius Phormione:

scín quam? quo evadát vide.

Lucilius lib. XXVI:

évadat saltem áliquid aliquo, quód conatus súm..

Plautus in Asinaria:

demíror quid sit ét quo evadat sum ín metu.

‖ Evadere, fieri, produci. M. Tullius Philippicarum lib. II: an verebare ne non putaremus natura te potuisse [non] inprobum evadere? ‖ Evadere est liberari. Sallustius in Iugurtae bello: ac ni Marius signa inferre atque evadere oppido properavisset, profecto cuncti aut magna pars Sicensium fidem mutavissent. Vergilius lib. VIIII:

nostrasne evadere demens
sperasti te posse manus?

Lucilius lib. XXVI:

ídcirco omnem se évasuros cénsent aegritúdinem.

---

35 III, 567 ‖ 37 V, 6, 16 ‖ 38 M. Tullius de re publica l. II ‖ 1 I, 2, 61 ‖ 3 Lucilius l. XXVI ‖ 5 I, 1, 36 (in libris I, 1, 69) ‖ 7 II, 7, 18 ‖ 9 56, 5 ‖ 12 Aen. IX, 560 ‖ 15 Lucilius l. XXVI.

---

**35** *cf. 291 l.* elidere. — **36** el. errorantia $L_1$. — **37** Cicero; *cf. comm. in 291, 34.* — **38** post *pro* potest $Gen_1$; *item, ut vid.*, $L_1$. — non miserrimus *minus bene cdd. Ciceronis. id ex sequentibus irrepsisse existimo, ubi melius locum habet.* — **39** M. Tullius; *cf. comm. in 292, 1.* — **40** opteritur *Bindandus, Ruhnkenius; cf. Mnèmosynes II, 419;* operitur (opperitur $Gen_1$; *pr. L*) *cdd.* — **1** formione *cdd.* — **2** scin quam *Ter.;* sic inquam *cdd.* — evadit *L*, $H_2$, *G, B.* — **3** XXVII *Gen, B, pr. H.* — **4** evadit *B.* — aliquo *M;* aliqua *cdd.* — quod *pro* quoad; *nam ad illud* conatus sum *supplendum* evadere. — *post* sum *facile potuit hauriri, per compendium si scriberetur, id quod est* modo. — **6** ex quo *B; f.* ecquo evadat. — in inctu $Bh_1$. — **7** produci *Quicheratus;* praedici *cdd.* — filippicarum *cdd.* — **8** ne *om.* $H_1$; *Gen; B.* — non poteramus *B.* — tem *Gen, ut infra v. 30.* — non, *quod ex superioribus irrepsit, om. ed. princ.;* tam *Cic.* — **9—22** Ev. *e. q. s.; haec in libris collocata pg. 294 ante l.* explorare; *in hunc transtulit locum ed. princ.* — **9** liberare *L.* — Salustius *A, ut semper fere.* — in *om. B.* — Iugurte $L_1$, h *supra pos.;* Iugurtae *A, B;* Iugurthe *H;* Iugurthae *Gen*, $L_2$, *G.* — **10** properavisset; propter valuisset *A, Gen, L*, $H_1$; praeter valuisset *B.* — **11** ut magna *B.* — sicinsium *L, Gen, B;* Siccensium *v. ap. Sal.* — fidem vitavissent $H_1$; *Gen, B.* — **13** nostrasne; ne *supra scr. in Gen.* — **15** licilius *H.* — **16** omnem se *M* (omnes se *Quicheratus*); omnes *cdd.* — evasuros *ed. princ.;* cursuros *cdd.*

Sisenna Historiarum lib. IIII: cohors una passu concitato, qua murus erat interruptus, evadit. ‖ Evadere, ascendere. Vergilius Aeneidos lib. II:

evado ad summi fastigia culminis.

‖ Evadere, apparere. Vergilius Aeneidos lib. II:

ut tandem ante oculos evasit et ora parentum.

EXCIPERE est seiungere, separare. Vergilius lib. VIIII:

ipsum illum, clipeum cristasque rubentis
excipiam sorti.

‖ Excipere, excusare vel celare. Plautus [in] Aulularia:

nec partém tibi
áb eo, cuiumst, índipisces néque furem excipiés?

‖ Excipere est suscipere. Vergilius Aeneidos lib. III:

heu! quis te casus deiectam coniuge tanto
excipit?

M. Tullius in Verrem, de suppliciis: filiorum suorum postremum spiritum ore excipere liceret. ‖ Excipit, obprimit vel circumvenit. Vergilius Aeneidos lib. III:

et scelerum furiis agitatus Orestes
excipit incautum.

M. Tullius ad Pompeium lib. IIII: quod si esset, non modo iter meum interclusum, sed me ipsum plane exceptum putabam. — et rursum: admoniti sumus ut caveremus ne exciperemur a Caesare. — Vergilius in Bucolicis:

---

17 Sisenna Hist. IV ‖ 19 II, 458 ‖ 21 II, 531 ‖ 23 Aen. IX, 270 ‖ 26 IV, 10, 44 ‖ 29 III, 317 ‖ 32 II, 5, 45, 118 ‖ 34 III, 331 ‖ 37 M. Tullius ad Pompeium IV (ad Attic. VIII, 11 D 2) ‖ 39 ibid. (ad Att. VIII, 11 D 3) ‖ 40 III, 17.

---

**17. 18** senna *B.* — cohors una *ed. a. 1476;* cohorima *cdd.* — passu concitato *P. Marquardus dissert. de Aristoxeno thesi V; M Annal. philol. LXXXXLVII, 428; Madvigius Advers. II, 661;* possim (post *ed. a. 1480, Ald.; Iun.;* passim *mrg. Iun.*) concitata *cdd.* — qua murus *Ald.;* quam murus. $H_2$*;* quam unus *cdd.* (concitat aquam unus *H, Gen;* concitat aquamunus, *m. 2* c. aqua munus *L*). — **20. 21** *in mrg. add.* $H_2$*; eadem om. Gen, B.* — **21** III *L.* — **22** perentum *Gen.* — **26** Plaut.; *cf. 128 l.* indipiscere *cum comment.* — in *om. L, punctis subditis del. H.* — **28** adeo *cdd.* — cuiust; cuius *Gen; pr. H;* $B_2$ (*m. 1* uius); cuivis *rell.* — indipiscis *cdd. h. l.* (inde posces *Pl.*). — 'excipias *hic libri.* — **32** suorum *om. B; Gen; pr. H.* — posttremum $Gen_1$. — **33** obprimit $L_1$*;* opprimit *rell.* — **35** est celerum $Gen_1$. — **37** quod si esset; quod si ita esset *Cic.;* quod si est *cdd.* — non modo; non nomo, *supra* m *posito* ◡, *Gen;* non nōmodo *pr. Hs; ex corr.* non momodo *(nihil notat Onionsius).* — **38** interusum *Gen,* $H_1$*; om. B.* — me *B, Cicero;* ne *rell.* — putabam *Cic.;* putabat *C, Gen;* putabit *B.* — **39** et *om.* $L_1$. — **40. 41. 42** Verg. — insidiis *huc transtulit Quicheratus; in libris leguntur v. 45 post illud* necaverunt.

non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
excipere insidiis?

‖ Excipere rursum extrahere. M. Tullius de re publica lib. IIII: quod insepultos reliquissent eos, quos e mari propter vim tempestatis excipere non potuissent, innocentes necaverunt. ‖ Excipere, manere, habere. Vergilius Georg. lib. IIII:

ergo ipsas quamvis angusti terminus aevi
excipiat.

‖ Excipere, captare. Cicero de oratore lib. II: quaedam dari et ea acuta ad pertractandos animos hominum et ad excipiendas eorum voluntates. ‖

EXPLORARE est intentius observare. Vergilius Aen. lib. VIIII:

nec non trepidi formidine portas
explorant.

M. Tullius de officiis lib. III: hac vi non utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminem umquam suspicaturum. ‖ Explorare, verum inquirere. Vergilius Aeneidos lib. I:

exire locosque
explorare novos.

‖ Explorare, probare. M. Tullius in Verrem actione II: tum in reliquis explorata atque provisa. — Lucilius lib. XXVIIII:

certúm scio
ésse ita ut dicís; nam mihi erant de íllo explorata ómnia.

M. Tullius de senectute: quis est tam stultus, quamvis adulescens, cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum? ‖ Explorare, siccare. Vergilius Georgicorum lib. I:

---

43 M. Tull. de re publ. IV ‖ 46 IV, 206 ‖ 49 II, 8, 32 ‖ 1 IX, 169 ‖ 4 III, 19, 75 ‖ 6 I, 306 ‖ 9 de praet. urb. 6, 15 ‖ 10 Lucilius l. XXIX ‖ 13 19, 67 ‖ 15 I, 175.

---

**42** excipire *H*. — **43** III *Gen, B*, $H_1$. — *cf. pg. 174 l.* sanctitudo. — **44** quod *Me;* quos *cdd.* — requissent $L_1$, $H_1$, *Gen, B*. — **45** excipe $L_1$. — innotescentes *B, Genm, H*. — necaverunt *cd. N. Fabri auctore Quicherato, Halmius;* necaverint *rell.* — **46** geor. *ed. princ.;* aeneidos *L (ita idem 294, 1),* aen. *cdd.* — **47** terminos *L*. — **49. 50** capere $B_1$. — dari; clara *A;* clari *B*. — et ea acuta *M;* exacuta *C, Gen, B* (exacuita $L_2$; ex hac vita $H_2$; *G secund. ed. Bas.* ex hae vita); et acuta *A*. — pertac, *tum ras. unius vel duarum litt.*, tandos $L_1$. — pertractandas animas *pr. A*. — excipiendas; explendas *Abrincensis; Erlangensis prior; sed recte habet elocutio Nonii testimonio firmata, quae a re venatoria originem videtur ducere. — ap. Cic. feruntur haec:* sic illud adfirmo praecepta posse q. d. peracuta ad pertractandos animos hominum. — **51** *secuntur in cdd. 293, 9—22, inde ab eo quod est* Evadere est liberari. — **4** mutatur *cdd.* — ne si; nisi $H_2$; *G*. — **5** quidem; diem $B_1$. — **6** Verg.; *cf. 440 l.* ora. — **9** plobare $Gen_1$. — **10** provisa est *cdd. Cic.* — **13. 14** quamquam quis est *Cic.* — qui $H_1$, *Gen, B; non A.* — quamvis sit adulescens *cdd. Cic., minus bene, cum sequatur statim illud* sit. — adoliscens *B*; $L_1$; adolescens *A*; $Gen_1$; $L_2$. — **15** Explorare, siccare. *n. N.*

et suspensa focis explorat robora fumus.

EXERCERE, fatigare. Terentius in Adelphis:

í sane: ego te exércebo hodie ut dígnus es, silicérnium.

|| Exercere est exagitare vel conmovere. M. Tullius de officiis lib. I: exercenda etiam est facilitas et altitudo animi. Vergilius Aeneidos lib. III:

nate || Iliacis exercite fatis.

|| Exercere, insequi. Vergilius Aeneidos lib. IIII:

tum vos, o Tyrii, styrpem et genus omne futurum
exercete odiis.

|| Exercere, solidare. Sallustius in Iugurthae bello: Nabdalsa exercito corpore. — Cicero Tusculanarum *lib. V:* equidem eos casus, in quibus me fortuna vehementer exercuit. || Exercere, inponere, inmittere. Vergilius Georgicorum lib. II:

tunc denique dura
exerce imperia et ramos conpesce fluentis.

Plautus in Amphitryone:

si ín me exercitúru's, quaeso in párietem, prius *út* domes.

|| Exercere, in meliorem usum et fructum formare. Vergilius Georgicorum lib. I:

exercetque frequens tellurem atque imperat arvis.

EQVITEM cum consuetudine aut magistrum equorum aut sessorem appellemus, ut Vergilius lib. VIIII:

---

17 IV, 2, 48 || 19 I, 25, 88 || 21 III, 182 (V, 725) || 2 IV, 622 || 5 71, 1 || 6 V, 1, 3 || 8 II, 369 || 11 I, 1, 168 || 14 I, 99 || 17 Aen. IX, 367.

---

**16** ex suspensa $H_1$. — uocis *Gen*$_1$. — rabora *Gen*$_1$. — **17** Excere *B.* — fastigare *pr. L.* — adelfis *cdd.* — **18** *cf. 48, 3.* — hi sane *L, $H_2$, G;* hi rane *Gen, B, $H_1$.* — **20** an., quae dicitur *Cic.* — **21** V *$H_2$, G, non B.* — **1** factis *L; Gen*$_1$. — **3. 4** tyrri *Gen, L, $H_1$; non B;* tyrrii $H_2$. — stirpem *cdd. pr. L.* — exercite *Gen$_1$; $L_1$.* — **5** Sall.; *cf. 6 l.* exercitum — fatigatum. — iugurtae *B.* — **6** lib. V *add. M.* — eos *Cic.;* meos *cdd. cum A.* — **7** inponere, inmittere *M;* imercere *Gen, H* (*ille add. supra* me *nota* ◡); inercere *B; om. L relicto spatio decem fere litterarum;* imperare, imponere *$H_2$, G.* — *om. h. l. A.* — **8** Verg.; *cf. 303 l.* fluere, latius — excrescere. — **9** tum *libri pg. 303; item plures Verg. cdd.* — **10** composce *G.* — **12** si in me *om. B, Gen, $H_1$.* — exercituru's *Campmannus;* exercituras *cdd. Pl. et Non.* — exerciturus's; *sc.* pugnos. — imparietem *Gen, H;* impariaetem *B.* — prius ut *M;* prius *cdd. Non.;* ut primum *Plauti.* — **15** impetrat *Gen$_1$; pr. L.* — **16. 17** *cf. 106 l.* equitem *ibique comment.* — Equitem — aut magistrum equorum aut sessorem *M;* Equites — aut a magistro equorum aut a sessore *v.* — consuitud. $L_1$. — appellamus *B.* — ut *supra add. in L.* — IIII *cdd. pr. B; in quo id deletum et m. 2 supra scr.* VII. — *sane illud* equites *etiam invenitur Aen. IV, 132.*

interea praemissi equites ex urbe Latina;

et lib. X:

effusumque equitem super ipse secutus;

|| **Equitem** Vergilius Georgicorum lib. III equum dici voluit:

inpositi dorso atque equitem docuere sub armis
insultare solo et gressus glomerare superbos.

EXTERRITVM pavefactum significat. Vergilius lib. V:

plausumque exterrita pinnis
dat tecto ingentem.

Varro Eumenidibus:

vidémus populum, Fúriis instinctúm tribus,
divérsum ferri, extérritum formídine.

|| **Exterritum**, accensum, inflammatum. Vergilius Georgicorum lib. III:

saevit agris asperque siti adque exterritus aestu.

EXPERIRI est pati, sentire. Vergilius Aen. lib. I:

vos et Cyclopea saxa
experti.

[et] Terentius in Hecyra:

nam fuísse erga me míro ingenio expértu' sum. ||

|| **Experiri**, temptare. Vergilius Aeneidos lib. IIII:

nequid inexpertum frustra moritura relinquat.

Terentius in Eunucho:

ómnia† prius éxperiri quam ármis sapientém decet.

Lucilius lib. XXX:

summatim tamen experiar rescribere paucis.

Plautus in Asinaria:

---

19 Aen. X, 893 || 21 III, 119 || 24 Aen. V, 215 || 27 Varro Eumenidibus || 30 III, 434 || 33 I, 201 || 36 III, 5, 39 || 1 IV, 415 || 3 IV, 7, 19 || 5 Lucilius l. XXX || 7 I, 3, 94.

---

**18. 19** latinae lib. *pr. L.* — **21** equitem *$Gen_2$; B; $H_1$;* equites *rell.* — Equit. *lemma in L et H.* — equum *Gen (hic in ras.); B; $H_1$;* equos *rell.* — Verg.; *cf. comm. in 106 l. m.* — **24** pavefactum; *amat composita talia Nonius; quae nec apud Gellium exemplis carent.* — **25** pennis *$L_2$; $H_2$; G; B.* — **27** Varro *(post addit. in L); cf. 434 l.* specula. — **28** intinctum *$G_1$.* — **30** Verg.; *cf. 244 l.* asperum, nocens. — **32** sevit *L, H, Gen, ut saepius, non B.* — atque *cdd. pr. $L_1$.* — estu *L, ut saepius.* — **34** ciclopea *B;* cydopea *$H_1$.* — **36** et *om. ed. princ.* (*praec.* i, *seq.* t). — **37** fuisse fuisse *Gen, pr. H.* — ergo *B; Gen; $L_2$; pr. H.* — ingento *Gen; pr. H; $B_1$;* ingenti *$B_2$.* — **3** Ter.; *cf. 349 l.* manere, expectare. — in *om. Hqos.* — **4** omnia *cdd. l. utroque; etiam Ter. libri; sed suspectum hoc propter r. m.* — experire *pr. B.* — **6** experiare scribere *H, Gen, B;* experire scr. *L.* — **7** in aulularia *B.*

díguos *indignós* adire atque éxperiri certumst† mihi.

|| Experiri, scire. M. Tullius Epistularum ad Brutum lib. VII: his contraria atque disparata, ut esse solet, expertus sum. — Vergilius lib. XI:

experto credite, quantus
in clypeum insurgat.

EXIRE manifestam habet significationem; ut Terentius in Eunucho:

exí foras, sceléste! ad etiam réstitas,
fugitíve?

|| Exire, evadere, liberari. Lucilius lib. XXVIII:

ne hoc fáciat atque ex hác is erumna éxeat.

|| Exire, vitare. Vergilius lib. V:

corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.

|| Exire, erumpere. Vergilius Aeneidos lib. II:

non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis
exit.

|| Exire, prohibere. Vergilius lib. XI:

sustinet a iugulo dextram et vim viribus exit.

EXPEDIRE, utile esse. Terentius Heautontimorumeno:

éxpedit bonas ésse vobis; nós quibu'cumst res nón sinunt.

---

9 M. Tullius Epistul. ad Brutum VII || 11 Aen. XI, 283 || 15 IV, 4, 1 || 18 Lucil. l. XXVIII || 20 Aen. V, 438 || 22 II, 496 || 25 Aen. XI, 750 || 27 II, 4, 8.

---

8 indignos *om. cdd.* — atque experiri certum est mihi. *sic cdd. Non.; item Plauti* (*ap. quem* experire *E, I;* certumst mihi *B, D, E*). — *illud* atque experiri *e v. 92, ubi legitur* atque experiar, *irrepsisse putat Goetzius, qui scribit* d. ind. adire precibus decretumst mihi: *sed nescio an potius sit reponendum* dignos indignos adirest certum atque experirier. — *Langenus:* atq. experiri certa res; *Fleckeisenus:* a. e. stat mihi. — 9 Epistularum *M;* aepistula $L_1$*;* aepistola $Gen_1$*;* $L_2$*;* epistola $Gen_2$*; H; G; at B:* apta. — 10 disparata *Orellius;* parata *cdd.* — solet *M; et ita A;* soleat *cdd.;* ut assolet *Bardilius.* — his contr. atque disparata ut esse soleant *Orellius.* — 12 quiantus *Genm* (quamtus, *sed corr.* quantus, *Genh*); *pr. H; in B post* qu *ras.;* quaintus *pr. L.* — 13 clypeum *L;* clipeum *B, Gen, H, G.* — adsurgat *vel* ass. *recte cdd. Verg. et Prisc. pg. 802.* — 16 at $L_2$, $H_2$*; G; non Gen,* $B_1$. — adhuc $B_2$. — 17 fugitivae *B,* $Gen_1$*; item pr. L.* — 18 XXVIIII *pr. Gen;* XXVI *pr. G.* — 19 *puto* utque. — is erumna exeat *M* (aerumna is exeat *Iun.*); erumna (aerumna *B*) exeatis *cdd.* — 21 exsit $Gen_1$*; pr. L.* — 23. 24 ageribus $Gen_1$. — exsit *pr. L;* exstit $Gen_1$*;* exit *etiam A;* exiit *male plures Verg. cdd.; cf. Lachm. comm. Lucr. pg. 209.* — 25 *n. N.* — proibere *B.* — 26 et dextram, *sed* et *del., L.* — exstit *pr. Gen.* — 28 nam expedit *Ter.* — nos *Ter.;* nobis (*praec.* vobis) *cdd.* — quibuscum est *etiam Ter. libri.* — *post 28 in libris pos. exemplum Lucilianum, quod infra v. 36 sq. collocatum a nobis.*

M. Tullius de officiis lib. II: saepe enim aut eos laedunt quos non debent aut eos quos non expedit. ‖ **Expedire** est definire. Vergilius Aeneidos lib. III:

* * * et Ausonio possis considere portu,
expediam dictis.

Terentius in Phormione:

atque ea, sí potes, verbo éxpedi.

‖ **Expediri**, liberari. Lucilius lib. XXVII:

égo enim, a, perficiam út me amore expédiam?

Vergilius Aeneidos lib. II:

flammam inter et hostis
expedior.

Terentius Hecyra:

téque hoc crimine éxpedi.

*M. Tullius in Verrem actione secunda, de iurisdictione Siciliensi: videte ut, dum expedi*re se vult, induat. ‖ **Expedire**, proferre. Sisenna Historiarum lib. IIII: ‖ funis expediunt, claustra foribus inposita periclitantur. — Vergilius Aeneidos lib. I:

cereremque canistris
expediunt.

M. Tullius in Verrem, de suppliciis: hominem proripi atque in foro medio nudari ac deligari et virgas expediri iubet. ‖ Ex-

---

29 II, 19, 68 ‖ 31 III, 378 ‖ 34 I, 4, 20 ‖ 36 Lucil. l. XXVII ‖ 38 II, 632 ‖ 41 V, 1, 29 ‖ 43 II, 2, 43, 106 ‖ 44 Sisenna Hist. IV ‖ 2 I, 701 ‖ 5 II, 5, 62, 161.

---

**29** ledunt *cdd. pr. H;* ladunt *pr. A.* — **30** debent *cdd. Cic.;* debeant *Non.* — **31** IIII *cdd.* — **32** *Vergilii haec sunt:* pauca tibi e multis, quo tutior hospita lustres aequora et. — *lacuna fuit indicanda, nisi forte Nonius scripsit* ut Aus. — **34** formione *libri.* — **35** id *Ter.* — potest *pr. L, f. recte.* — si potes tu uno verbo *duo deteriores ap. Ter.* — **36** Expediri *B; Iun.;* Expedire *rell.* — Expedire, liberare *Quicheratus.* — Lucilius; *cf. comm. in v. 28.* — VII, *supra scr.* XX, *L.* — **37** a *M;* an *cdd.* — perficiam *Madvigius Advers. I, 18;* pereiciam *cdd.* — amore *Gerlachius;* amare *cdd.* — ego enim a pueritia *male Ald.* — ut me amare expediat *sec. ed. princ.* (*quae addit* dictis) *Ald., quo conveniret lemmati, cui appositus est versus in cdd.* — **39** inter *om. B, Gen,* $H_1$. — ex *pr. H.* — **42** expedi; *cf. comm. in 43. 44.* — **43. 44** M. Tullius — expedire se; *ita Quicheratus; quamquam nescio an melius absit illud* actione secunda; *cf. 297, 5.* — rese *e. q. s. cdd.* (expedire se *Gen, H;* expedire si *A;* expedire *libri Me*); rese, *ut vid., corr.* resq (i supra scr.) *Bh;* rese, *m. 2* resi, *Bm.* — indoat $L_1$; induat *an* inducit *in Gen sit dubium.* — *post* induat *in cdd. seq. Sisennae exemplum, quod proximo lemmati subiunxit Quicheratus.* — **1** floribus *B, Gen,* $H_1$. — **2** per.; *cf. 364* periculum, experimentum. — **5** i. V. d. s. *ed. princ.;* d. s. i. V. *cdd.* — cum repente hominem *Cic.* — **6** in fore *B.* — modio $L_1$. — expedire *B, Gen,* $H_2$. — iubet. — *quae secuntur, in libris sunt collocata pg. 298 post l.* educere. *huc transtulit Iun.*

pedire, colligere. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I: ex ceteris autem generibus tum pecunia expedietur, cum legionibus victricibus erunt quae spopondimus persolvenda.

ENIXA dicitur partu levata. Vergilius Aeneidos lib. III:

triginta capitum fetus enixa iacebit.

|| Enixa, subiugata. Vergilius Aeneidos lib. III:

servitio enixae tulimus.

EFFERRE, subdere. Lucilius lib. XXVI:

dépugnabunt pró te ipsi et moriéntur ac se ultro éfferent?

|| Efferre significat proferre. Vergilius:

tunc satus Anchisa caestus pater extulit aequos.

et lib. II:

mene efferre pedem, genitor?

Lucilius lib. XXVI:

égo ubi quem ex praecórdiis
écfero versúm.

Ennius Medea:

utinám ne umquam Medé cordis†
cupidó corde pedem extétulisses!

|| Ecferre, ostendere. Vergilius lib. VIII:

---

7 M. Tullius ad Caesarem iun. I || 10 III, 391 || 12 III, 326 || 14 Lucilius l. XXVI || 16 Aen. V, 424 || 18 Aen. II, 657 || 20 Lucilius l. XXVI || 23 Ennius Medea exule || 26 Aen. VIII, 1.

---

8 tum *M;* tunc *v.* — expediaetur *B.* — **10** Enixa; *cf. 57; 458 l.* enixae; enixas. — **11** faetus *B;* foetus *A, Gen, pr. H.* — **12** Verg.; *cf. 458 l.* enixas, *ubi diversa de hoc loco tradit Non.; 407 l.* tollere, pati; *item 405* subnixum, subditum. — **13** *cf. Serv. ad h. l.* — enexae *pr. B.* — **14** Effere *B.* — VI, *supra scr. XX, L.* — **15** *cf. comm. in Luc. XXVI, 32.* — depugnabant *L;* depugabt, *add. supra* bt *virgula, $H_1$.* — te *cum virgula Gen.* — pro te; proci *v. c. Dousae.* — efferrent *L.* — *illud* se — efferent *non ut Non. putat intellegendum, sed idem fere quod* ad capulum ibunt *videri idque ipsum a Lucilio in tragico aequali irrideri l. s. m. dixeram. tamen olim suspicio oborta fraudi fuisse Nonii auctori librorum corruptelam, de qua etiam Lachmannus cogitavit, reponendumque cum Passeratio et Guieto id quod est* offerent. — *cet. abest v. interrogandi signum.* — **17** tum *cdd. Verg.* — **18** cestus *C, Gen, B.* — **19** mane *L, $H_1$, B, Gen.* — **21** ergo ubi *B.* — **22** etfero *Gen, ut vid.; $H_1$; item L, sed radendo corr.;* effero *B.* — versum *add. $H_2$.* — **24. 25** *haec pessime v. uno octonario trochaico continentur.* — Mede; *cf. Meinekii Annal. Alexandr. pg. 45; suspicionem tamen maximam movet haec forma in poeta tam antiquo. nam in Accio facilius esset ferenda; cf. Q. Enn. pg. 196 sq.; comm. in 238, 1.* — cordis (coris *pr. H*) *cdd.;* Colchis *Lips.* — *puto* utinam numquam Aeetae ec terris. — extetulisses *Buechelerus; M;* extulisses (extullisses *B*) *cdd.* — **26** Etferre *pr. Gen et L;* Ecfere *Hs;* Efferre *A, B.*

297. 298 M.

ut belli signum Laurenti Turnus ab arce extulit.

|| **Ecferre**, erigere, levare. Vergilius lib. V:

ostendit dextram insurgens Entellus et alte extulit.

Lucilius lib. XXX:

continuo, simulac paulo vementius aura
inflarit fluctus, erexerit extuleritque.

|| **Extollere**, differre. Caecilius Plocio:

abi íntro atque istaec ádfer tamen, *ut* hódie extollat núptias.

|| **Ecferre**, edere, provehere. Vergilius Georgicorum lib. II:

extulit haec Decios, Marios.

Lucilius lib. XXVI:

nón idcirco extóllitur *nec* veítae vegrandí datur.

M. Tullius in Hortensio: praeter ceteros nostra || extulit civitas. || **Efferre**, extollere. M. Tullius de signis: nimium forsitan haec illi mirentur atque ecferant. — Lucilius lib. XXVIIII:

ómnia alia, in quíbus ecferimur rébus, ne ego multís loquar.

M. Tullius de officiis lib. II: itaque eos viros suspiciunt maximisque ecferunt laudibus.

EXPLERE dicitur inplere. Lucretius lib. III:

atque explere bonis rebus satiareque numquam.

Vergilius Georgicorum lib. III:

---

29 Aen. V, 443 || 32 Lucilius l. XXX || 35 Caecilius Plocio || 37 II, 168 || 39 Lucilius l. XXVI || 1 M. Tullius Hortensio || 3 II, 4, 56, 124 || 4 Lucilius l. XXVIII || 6 II, 10, 36 || 8 III, 1004 || 10 III, 431.

---

27 laudarenti *pr. L.* — 29 Etf. *pr. Gen;* Eff. *B (item 37).* — 30 entaellus *B.* — *illud* et alte *bis, sed pr. del. L.* — 33 vementius *M;* vehementius *Non.* — aula *B.* — 34 erexerit *ed. a. 1471;* erexit *cdd.* — 35 extollendi *verbi exempla addidisse vid. N. propter perf.* extuli *et quod proprio vix sufficeret lemmati. f. et 39, 40 spurii.* — plocius, *mut. in* plocio, *Bh, si recte signa intellego;* plocitis *Bm.* — 36 istaec $H_1$*;* $Gen_2$*; Vrbin. 307;* istahaec *L;* $H_2$*; B; G;* istahec $Gen_1$. — adfer *M;* aufert (*seq.* t) *cdd.* — tamen *pro* tandem. — ut *add. M* — 38 *Verg.:* haec (Italia) — Ligurem Volscosque verutos extulit, haec. — 39 Luc.; *cf. 183 l.* vegrande. — 40 hiccirco *B.* — nec *om. cdd. h. l.* — vitae *libri 183; hic* velite (velitevegrandi $H_1$*;* velit evegrandi *Gen*). — velgrandi $H_2$*; G.* — 3 mirantur *B.* — efferent *pr. B;* efferant *et A.* — 5 haecferimur *L, pr. Gen;* efferim' *B, tum* efferimur. — 6 susp. *Cic.;* suscipiunt *cdd.* — 6. 7 *f. secludendi.* — 7 haecferunt *L;* ecfert *H;* efferunt *B.* — 8 Eplere $H_1$. — inplere $L_1$*, H; non B, Gen.* — Lucr.; *cf. 424 l.* expleri. — 9 rebus *om. B.* — 10 Verg.; *cf. comm. in 242 l.* atrum.

inprobus ingluviem ranisque loquacibus explet.

|| Explere, minuere. Vergilius lib. VI:

discedam, explebo numerum reddarque tenebris.

EDVCERE, erigere. Vergilius lib. VI:

aramque sepulchri
congerere arboribus caeloque educere certant.

|| Educere dicitur exuere. Vergilius lib. X:

hoc dicens eduxit corpore telum.

|| Educere, educare. Terentius in Adelphis:

edúxi a parvulo; hábui, amavi pró meo.

EXCVTERE dicitur conmovere. Vergilius lib. XII:

gaudetque comantis
excutiens cervice toros.

M. Tullius de officiis lib. III: explica atque excute intellegentiam tuam. || Excutere, emittere. Vergilius lib. XI:

excussus Aconteus
fulminis in morem.

|| Excutere, excludere, deicere. Vergilius Aeneidos lib. III:

excutimur cursu et caecis erramus in undis.

et lib. VIIII:

excussi manibus radii revolutaque pensa.

Lucilius lib. XXX:

ipso cum domino calce omnis excutiamus.

|| Excutere, eligere. M. Tullius || Philippicarum lib. XII: iuventutem omnem ex tota Italia excussimus.

---

12 Aen. VI, 545 || 14 Aen. VI, 177 || 17 Aen. X, 744 || 19 I, 1, 23 || 21 Aen. XII, 6 || 24 III, 20, 81 || 25 Aen. XI, 615 || 28 III, 200 || 30 Aen. IX, 476 || 32 Lucilius l. XXX || 1 XII, 7, 16.

---

11 inluviem *Gen*, $L_1$, *H*, *ed. Bas.*; ĩnluviem *(sic)* $L_2$; ingluviem *per interpolationem B.* — ramisque *Gen*, *pr. H.* — loquacilis *pr. B.* — 12 minuere; m̃ inuerre, *sed in mrg. m. 2 corr.*, *H*; inuerre, *supra scr.* M *et priore* r *expuncto*, *Gen.* — 13. 14 *om. Gen*, *B*, $H_1$; *in mrg. supplet* $H_2$. — explebo munerum *L.* — Edicere *L.* — 15 sepulcri $Gen_2$, $L_2$, *H*; *non B.* — cerant *pr. Gen et L.* — 19 Educe $Gen_1$. — ducare *L*; educare, ducare *Gen*, $H_1$. — adelfis *cdd.* — 20 parbulo $Gen_1$; $L_1$. — *post h. v. seq. ultima pars l.* expedire. — *cf. pg. 297, 6.* — 24 II *cdd. h. l.*, *sed infra pg. 300 s. l.* explicare, exserere: III. — 25 mittere *B*, *Gen*, $H_1$. — 26 conteus *pr. L*; acontheus (*pr.* aconteus) *B.* — 27 fluminis *B*, *Gen*, $H_1$. — 28 IIII *C*, *Gen*, *non B.* — 31 radii revolutaque; redire volutaque *L*; radire volutaque $Gen_1$. — 32 lib. XXV *B.* — 1 filippicarum *H*, *G*, *Gen*, *B.* — lib. XXI *B.* — 2 excussimus *Vatican. ap. Cic.*; excivimus *deteriores.*

299 M.

EXPONERE, ostendere. M. Tullius, de signis: vocat ad cenam deinde ipse praetorem; exponit suas copias omnis. ‖ Exponere est deponere. Vergilius lib. X:

socios de puppibus altis
pontibus exponit.

‖ Exponere, edisserere. M. Tullius Philippicarum lib. I: exponam vobis breviter consilium profectionis et regressionis meae. ‖ Exponere, abicere. Terentius Heautontimorumeno:

. . . erat híc Corinthia ánus haut inpura; eí dedi
éxponendam.

‖ Expositum, subiectum. M. Tullius in Verrem actione secunda: cum tibi exposita esset ad praedandum omnis Pamphylia.

EXORNARE, foedare. Terentius Heautontimorumeno:

égone? si vivo, ádeo exornatúm dabo,
ádeo depexum, út, dum vivat, méminerit sempér mei.

‖ Exornare, ornare. M. Tullius in Verrem, de signis: exornat ample magnificeque triclinium. — Terentius in Eunucho:

ita vísus est
dudúm, quia varia véste exornatús fuit.

Cicero de oratore lib. I: qui omnes eloquentes fuerunt, orationem suam et rei publicae dignitatem exornabant.

EXPLICARE, ostendere, explanare. M. Tullius in Verrem

---

3 II, 4, 27, 62 ‖ 5 Aen. X, 288 ‖ 8 I, 1, 1 ‖ 10 IV, 1, 16 ‖ 13 de praet. urb. 37, 93 ‖ 15 V, 1, 77 ‖ 18 II, 4, 27, 215 ‖ 19 IV, 4, 15 ‖ 22 I, 49, 215 ‖ 24 Divinat. 8, 27.

---

3 Tullius *om. L; $H_1$; Gen; B.* — caenam *L, G;* genam *B, Gen, $H_1$.* — 5 XI *L, H, P.* — 8 ed. *M;* d. *cdd.* — M. Tullius; *cf. 222 l.* reditus. — filippicis *libri.* — 9 breveter *$L_1$.* — et profectionis *melius cdd. Cic.* — et reversionis *cdd. Cic. et Grillii.* — 11 Corinthia anus *Bembin.;* anus Corinthia *plures deteriores;* corintianus *C, Gen;* corincianus *B.* — aut *L;* haut *G; pr. Gen et B;* haud *uterque ex corr.; item H.* — inpura: ei dedi *Ter.;* impure (inp. *B, Gen, $L_1$, H*) dedi (dedie *B, Genm; $H_1$*) *cdd.* — 12 exponandam *pr. B.* — 13 *puto* obiectum. — secundus *$L_1$;* II *ed. Bas.* — 14 esset *om. Gen, B, $H_1$.* — pamfilia *cdd.* — *ap. Cic. cdd.:* cum tibi exposita esset omnis ad praedandum Pamphylia. — 15 fedare *$Gen_2$; H ex corr.; G;* faedare *B.* — Ter.; *cf. 7 l.* depexum. — 16. 17 *n. N.* — *veriora Eugraphius.* — *ap. Terent. hic quoque, ut saepe, rectius habere existimo deteriorum codicum scripturam quam Bembini. est autem talis:* 'sed Syrum.' — 'quid eum?' — 'egone? si vivo, a. e. d.' — *nam quod Bentleius scripsit* ego si vivo eum ad. ex. d., *ne scilicet in thesi lateret illud* vivo, *rationem eum fefellisse constat.* — 18 exornat *Cic. cdd.;* ornat *Non.* (et ornat *B; post* ornat *ras. in Gen*). — 19 enucho *B;* eunuco *pr. L.* — 22 *ap. Cic. haec sunt:* neque eadem ratione ac via M. Cato, P. Africanus, Q. Metellus, C. Laelius, qui. — quia *pr. H.* — orationem; et rationem *G, H ex corr.;* (*pr.* or.); *sed in mrg. m. 2 adscr.* orationem. — 23 re *pr. Gen.* — puplice *B.* — exornabat *A.*

Actione†: vitam alterius totam explicare. — idem de officiis lib. III: ut quaedam sibi concedantur, quo facilius, quae volunt, explicent. ‖ Explicare, emittere, extendere. Vergilius Georg. lib. II:

sed trudit gemmas et frondis explicat omnis.

M. Tullius de re publica lib. II: quae virtus praeter ceteras totam se ad alienas utilitatis porrigit atque explicat. — Varro Sesquulixe: vice stelligerei aetheris explicans aere cavo sonitum. hic in ‖ cothurnis. ‖ Explicare, exserere. M. Tullius de officiis lib. III: explica atque excute intellegentiam tuam, ut videas quae sit in ea species, forma, notio viri boni.

EXVI est exsolvi. Vergilius Aen. lib. II:

sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.

‖ Exui, nudari. Vergilius lib. V:

magna ossa lacertosque
exuit.

‖ Exuere, deponere. Vergilius Aen. lib. IIII:

et siquis precibus locus, exue mentem.

‖ Exui, liberari. Lucilius lib. XXVIIII:

hínc domum vix rédeat, vixque hoc éxuat se.

---

25 III, 7, 33 ‖ 27 II, 335 ‖ 30 M. Tullius de re publ. II ‖ 31 Varro Sesquulixe ‖ 1 III, 20, 81 ‖ 4 II, 153 ‖ 6 Aen. V, 422 ‖ 9 IV, 318 ‖ 11 Lucil. l. XXIX.

---

25 Divinatione *Me; f.* Actione I. — tam vitam *Gen*$_1$. — idem *om.* $L_1$*; pr. H; Gen; B.* — 27 emittere *in mrg. add. Gen.* — emittere se ostendere *B.* — 29 fromdes *B;* frondes *A.* — oms̄ *B.* — 30 caeteras *B.* — 31 utilitatitis *Gen*$_1$. — 32 sesq. ulixae *H, B;* sesq: ulixae *Gen.* — vice stelligerei *M;* vias stelligeras (stetligeras $L_1$) *v.* — aeteris *pr. B.* — 32. 1 explicans aere cavo (cavos *pr. L*) sonitum hic in coth. (coturnis *cdd.*) *v.* — *at vid. Nonii socordia truncatum in fine exemplum. neque enim est cur corrupta putentur verba extrema. apparet quippe describi machinamenta, quibus post scenam uterentur ad tonitrua simulanda. cf. Pauli pg. 57 l.* Claudiana tonitrua. — *huc etiam pertinent Vergilii illa:* dum flammas Iovis et sonitus imitatur Olympi — demens, qui nimbos et non imitabile fulmen aere et cornipedum cursu simularet equorum. — 1 exserere; *ita C, Gen, B; in L* s *punctis notatum.* — M. Tullius; *cf. 298 l.* excutere — conmovere. — 2 explicatque *B, Gen,* $L_1$, $H_1$. — 3 eas $H_2$, $L_2$. — firma *C, Gen, B; at Cic. cdd. plerique:* species forma et notio; *ubi aut* species et notio *aut* forma et notio *scribendum videri dicit Baiterus.* — 4 exsolvi; *in L* s *punctis notata.* — Verg.; *cf. 404 l.* sustulit. — 5 palmae $L_1$. — 9 Exue *pr. L;* Exuedere, *sed* de *del., B.* — 10 *Vergilii haec sunt:* et istam, oro, siquis adhuc precibus locus exue mentem. — 11—27 Lucil. *e. q. s. om. A; cf. comm. in 14—17.* — 12 hinc *M;* unde (*seq.* do) *cdd.* — *in ed. Lucilii initio versus trochaici thesin dactyli intra duo vocabula divisam tolerari posse putaveram. sed, ut hoc concedatur, importunum valde erit illud* vixque hoc. — *f. reponendum:* unde víx domum | rédeat, vix quoque éxuat se.

300 M.

EXCIDERE, cadere. M. Tullius Philippicarum lib. XII: excident gladii, fluent arma de manibus. ‖ Excidere, in oblivionem venire. Vergilius Aen. lib. I:

necdum etiam causae irarum saevique dolores
exciderant animo.

‖ Excidere, dissentire. Lucilius lib. XXVII:

métuo ut fieri póssit, ego quom vívo; ab Archilocho éxcido.

EIECTVM dictum exclusum. Vergilius lib. VIII:

nec non Tarquinium eiectum Porsenna iubebat
accipere.

Lucilius lib. XXVIIII:

ubi erat κοπιῶσα,
eiecere istum abs te quamprimum et prodere amorem.

‖ Eiectum, extensum. Vergilius lib. X:

eiectoque incumbit cernuus armo.

EXVLTARE, saevire. M. Tullius de re publica lib. II: quae sanguine alitur, quae inmani crudelitate sic exultat, ut vix hominum acerbis funeribus satietur. ‖ Exultare est gestu vel dictu iniuriam facere. Lucilius lib. XXX:

quin totum purges, devellas me atque deuras;
exultes, *si* sollicites.

---

13 XII, 3, 8 ‖ 15 I, 25 ‖ 18 Lucilius l. XXVII ‖ 20 Aen. VIII, 646 ‖ 23 Lucilius l. XXIX ‖ 26 Aen. X, 894 ‖ 28 M. Tullius de re publ. II ‖ 31 Lucilius l. XXX.

---

**13** caedere, *sed corr., H;* cedere *L; in quo* a *supra* e *primum scribi coepta, sed eadem eluta.* — filippicis (in filippicis *B, pr. H;* filipp *Gen;* filippi $L_1$) *cdd.* — excident *L, G;* excidit *B, Gen,* $H_1$*;* excidant $H_2$. — **14** gladii, fluent *Cic.;* clodi, fluenta (*seq.* a) *cdd.* — venire *h. l. om. B, Gen, pr. H.* — **14—17** *illa* Excidere est *(sic)* in oblivionem venire *e. q. s. pg. 301 ante l.* Expectare *repetita in cdd., etiam in A.* — *ibidem subiecti v. 18, 19. delevit quae sunt iterum posita ed. princ.; hos in hunc locum revocavit Quicheratus.* — *cet. in A pg. 301 more noto l. ita contractus:* Excidere est in oblivionem venire. Virg.: sevique — animo. Excidere dissentire. — *Luc. exempl. omissum.* — **19** *cf. comm. in Luc. XXVII, 39.* — ego quom vivo *M;* ergo quo *L,* $H_2$*, G;* ego vivo *Tornaes., B, Gen,* $H_1$. — Arciloco *cdd.* — excidere *B, Gen,* $H_1$. — **20** dictum; deiectum *Franckenus, f. recte.* — **21** psenna *L.* — iuvebat *Gen,* $L_1$. — **23** XXVIII *B.* — **24** ibi *L, H, B, Gen.* — *f.* erit. — κοπιῶϲα *M* (κοπιώϲηϲ *Lachmann.*); scopiose *B, Gen,* $H_1$*;* scopios *L,* $H_2$*, G.* — *cf. de origine erroris comm. in Lucr. XXIX, 81.* — **25** eiecere *L;* $H_2$*;* ecicere *pr. B;* eiccere *pr. G;* eicere *Gen;* $H_1$*; B et G ex corr.* — *recepi scripturam locupletiore testimonio firmatam, quamquam alibi in Nonii cdd. vix occurrit.* — prodere *M;* perdere *v.* — **26** Verg.; *cf. 21 l.* cernuus. — **27** eiectoque incumbit *in mrg. add. Gen.* — **29** inmani *M;* in omni *(quod ne lemma quidem admittit) v.* — **30** acervis $Gen_1$*;* $L_1$. — **32** quin tum *pr. G.* — devellas *M; Quicheratus;* delellas *L, H, Gen;* debellas *G;* depellas *B.* — **33** exultes; *n. N.* — *sunt autem verba pueri delicati; cf. Luc. VII, 9.*

Vergilius lib. V:

exultantiaque aurit
corda pavor pulsans.

|| **Exultare**, gloriari cum iactantia. Vergilius Aeneidos lib. XI:

exultat Amazon.

M. Tullius in Hortensio: inbecillis autem est pudoris magister timor: qui || si quando paululum aberravit, statim spe inpunitatis exultat. — et de senectute: et Annibalem iuveniliter exultantem patientia sua molliebat. || **Exultare**, supra modum exilire et ecferri. M. Tullius de re publica: est igitur quiddam turbulentum in hominibus singulis, quod vel exultat voluptate vel molestia frangitur.

ELIGERE significationem habet apertam. || **Eligere**, defetigare. Lucilius lib. XXVIIII:

corrúmpat prorsum ac nérvos omnis éligat.

EXCLVDERE dicitur eicere. Terentius in Eunucho:

exclúsit. revocat. rédeam?

|| **Excludere**, liberare. Lucilius lib. XXVII:

prímum qua virtúte . . sérvitute exclúserit.

---

34 Aen. V, 137 || 37 XI, 648 || 39 M. Tullius Hortensio || 2 4, 10 || 4 M. Tullius de re publ. || 8 Lucilius l. XXIX || 10 I, 1, 4 || 12 Lucilius l. XXVII.

---

— si *add. Quicheratus.* — sollicites *post add.* $L_1$. — *ad illud* sollicites *in mrg. Gen manu antiqua adscriptum:* equites; *in quo dittographia quaedam videtur latere, ut puta:* atque exagites. — **34—36** *ad finem totius loci, h. e. ad 301, 6 transtulit Quicheratus.* — *poterat et sequenti lemmati, quod est* Ex., gl. cum iactantia *addi.* — Verg.; *cf. 319, 22.* — aurit $Gen_1$, $L_1$; haurit *rell.* — pulsant *pr. L.* — **37** gloriare *pr. B.* — **37** X *cdd.* — **39** inbecillis *B; Gen;* $L_1$*; H.* — **1** tymor *B.* — inpunitatis *B; Gen;* $L_1$*; H.* — **2** et de senectute; *cf. 347 l.* molle, placidum. — hannibalem *B,* $Gen_2$*, H.* — iuveniliter *cdd. 347; h. l. B, H;* iuveniter *ed. Bas.; item, ut ex Zangemeisteri et Hageni silentio concludi debet, L et Gen.* — exultatem *Genm;* $H_1$. — **3** pacientia *A, L.* — patiensua *pro* patientia sua *B.* — Exultare; *vide incogitantiam Nonii; nam hoc l. vix differt a superiore.* — et *f. delendum.* — **4. 5** efferri *A, B.* — *tertio de republica libro hoc frgm. vindicare Vrbin. 307 testatur Maius. sed vereor ne numerus e 300, 28 irrepserit. certe in meis libris eius vestigium nullum.* — quidam *pr. B.* — in *supra add. L.* — ingulis, *supra scr.* s, *id.* — velut exultat *pr. id.* — **7** abet *L.* — ligere, *m. 2* eligere *sine l. nota L.* — defetigare $L_1$; defatigare *rell.* — Eligere, defetigare. *potius evellendi significationem aptam videri secuti plerosque notavimus ad pg. 290 l.* diligere. — **8** Luc.; *cf. comm. in 278 l.* delenitus — mente alienatus. — **9** prorsus ad *cdd. h. l.* — **10** eunuco *pr. L.* — **12** liberare; revocare, *quod e v. Terentii irrepsit, B.* — XXVII; XX *supra add. in L.* — **13** quia virtute, *m. 2* qui a virtute *L.* — virtutem *B.* — servitete $Gen_1$; servitut *pr. L.* — servitutem *ed. princ.; et ita vulgo, contra lemma Nonii. apparet post illud* virtute *accusativum haustum ut puta* victos. — *post v. 13 in cdd. pos. illa* Excidere est in oblivionem venire *e. q. s.; cf. comm. in 300, 14—17.*

301. 302 M.

EXPECTARE dicitur manere, observare. Terentius in Andria:

expecto, quíd velis.

|| Expectare, sperare. M. Tullius de officiis lib. II: fit enim deterior qui accipit atque etiam ad id quod *semel accepit* semper expectandum paratior. — Vergilius Georg. lib. I:

sed illos
expectata seges vanis elusit aristis.

*EXPETERE* * * * Expetere est adeo poscere * * * || Expetere, accidere. Plautus Amphitryone:

ergo ín sérvitúte éxpetúnt múlta iníquá.

|| Expetere, transferri, evadere. *Plautus Amphitryone:*

suámque culpam expétere *in* mortalem út sinat.

## INCIPIT PER F LITTERAM.

FELIX dicitur fortunatus, beatus. Vergilius Aen. lib. III:

o felix una ante alias Priameia virgo! ||

|| Felix, propitius. Vergilius Aen. lib. I:

an Phoebi soror an nympharum sanguinis una?
sis felix!

|| Felix, fructuosus, ferax. Vergilius Georg. lib. II:

exilit ad caelum ramis felicibus arbos.

---

14 I, 1, 7 || 16 II, 15, 53 || 18 I, 225 || 22 I, 1, 20 || 24 I, 2, 33 || 27 III, 321 || 1 I, 329 || 4 II, 81.

---

**15** exspecto, *sed del.* s, *L.* — **16** Exspectare *B.* — libro *m. 2 supra scr. in H.* — fit *Cic.;* est *cdd.* — *Nonii f. socordia peccatum.* — **17** quia *B, Gen, pr. H.* — **17. 18** ad id quod semel accepit semper expectandum; *ita M;* ad id quod *(om. G, pr. L, non B)* semper expectandum *cdd. Non.; at Ciceronis, in quibus plurimum interpolando saevitum constat,* ad idem semper expectandum. — Verg.; *cf. 416 l.* vanum, leve. — **21** Expetere *ed. princ.;* Expectare (expetere *in mrg.* $Ho_2$) *cdd.* — *sed enim ante lacunae signum erat ponendum.* — *hausta ut puta haec:* Expetere, petere. — adeo; ad *B;* ado $Gen_1$; a deo *mirifice ed. princ. et insequentes ante Bas.* — poscere; *hic exemplum puto haustum.* — *nam a prima tantum lemmatis explicatione in hoc capite abesse aliquando exemplum videtur voluisse Non.* — **21. 24** Expetere *utrobique ed. princ.; v.;* Expectare *cdd.* — **22** accidere *Passerat.; Me;* accipere *cdd.* — Plautus in, *sed* in *del., H.* — **24** transferri *Quicheratus;* transferre *cdd.* — Plautus in Amphitryone *add. Pius.* — **25** *praec. ap. Pl.* delictum suom. — suamque culpam *Acidal.;* suamque ut culpam *cdd. Pl.;* sua si quid culpa *Non.* — expectare *B.* — in *om. cdd. Non.* — sanat *pr. L.* — **28** felex $L_1$. — primeia $Gen_1$. — **1** propitius peius $Gen_1$. — Vergilius *om. B; Gen;* $H_1$; $L_1$ (*in utroque m. 2 supra scr.* Virgilius). — **2** foebi *cdd.* — nymfarum *Gen, H, G;* nimfarum *L;* nimpharum *B.* — **4** Verg.; *cf. 339 lemmatis* longe *finem ibique comm.* — Georg. *ed. Bas.; om. B, Gen, L,* $H_1$ (*in hoc m. 2 supra scr.* georgic̄). — I *B, L.* — **5** exilit *etiam A, B.* — exit *vel* exiit *cdd. pg. 339 l. m.*

Varro de vita populi Romani lib. II: contra *a* novo marito cum item e foco *ignis* in titione ec felici arbore et in aquali aqua allata esset.

FASTIGIVM, *summa altitudo.* ‖ Fastigium item ima altitudo. Vergilius Georg. lib. II:

forsitan et scrobibus quae sint fastigia quaeras.

Varro de re rustica lib. I: *sed fossa ita idonea, si omnem* aquam quae e caelo venit, recipere potest aut fastigium habet, ut exeat *e* fundo. agger is.

FERRE, ostentare. Vergilius lib. XI:

captivo sive ut se ferret in auro
venatrix.

‖ Ferre consuetudine portare dicimus. Vergilius lib. V:

vix illam famuli Phegeus Sagarisque ferebant.

‖ Ferre, habere. Vergilius lib. V:

in magno munere Cisseus
ferre sui dederat monumentum et pignus amoris.

*M. Tullius de officiis lib. III: sed cum Basilus M. Satrium, sororis* filium, nomen suum ferre voluisset. ‖ Ferre, pati. Vergilius Aeneidos lib. II.

miserere animi non digna ferentis.

---

6 Varro de vita p. R. II ‖ 10 II, 288 ‖ 12 I, 14, 2 ‖ 15 Aen. XI, 779 ‖ 18 Aen. V, 263 ‖ 20 Aen. V, 537 ‖ 23 III, 18, 74 ‖ 25 II, 144.

---

6 Varro; *cf. 182 l.* titionem *ibique comm.* — a *om. h. l. cdd.* — 7 com $Gen_1$ (comitem). — e *supra add. in L.* — ignis *om. cdd. utrobique.* — in titione; initione (mitione *B, Gen*) *cdd. h. l.* — ec *M;* et $H_1$*;* ex *rell. cum B.* — in aequali *cdd. hic; pg. 182* iam qualis. — 9 Fast., s. a. *add. Quicheratus; cf. 463 l.* fastigia. — item ima *Quicheratus;* ima $L_1$*;* $H_2$*; ed. Bas.;* item $L_2$*;* $H_1$*; B; Gen.* — 10 Verg.; *cf. 463 l.* fastigia. — 11 scribibus (i *alterum m. 2 radendo fact.*) *L.* — 12 *unicus paene hic locus est e Varr. de re rustica libro qui citetur capite IV a Nonio; cuius quidem rursus admirari licet socordiam.* — sed — si omnem *om. cdd. Non.* — 13 e caelo *Varro;* $H_2$*; G;* caelo *B, Gen,* $H_1$*; in L est* elo; *ante supra scr.* cae. — e fundo *Varro; om.* e *cdd.* — aggeris *cdd. Varr.; item Non. B, Gen, H, L;* agger is *(ita Iucundus) ed. Bas. (non Merceri).* — *illud* aggeris *ad praecedentia tractum a Non., cum ap. Varr. initium sit sequentis enuntiati.* — 'postrema verba sunt sequentis clausulae — ut videas incogitantiam Nonii tam negligenter exscribentis veterum scribtorum locos, et inde observes quam periculosum sit haec fragmenta ita incuriose exscribta emendare.' *haec Me.* — 15 XII *B.* — 18. 19 *haec ante v. 15 vid. collocanda.* — Verg.; *cf. 421 l.* vix, cum labore. — 19 fegeus *cdd.* — famulisque *C; Gen;* sagarisque *B; cf. 421 l. m.* — 22 derat $Gen_1$*; L.* — ferres deuiderat monimentam *B.* — 23. 24 M. Tullius — sororis; *supplevit Me, ap. quem est* Basilius. — filium; *ante hoc vocabulum adiecta in H m. 2 nota* ᴗ*, eadem in margine illud* q̃. — c ·ad, *quod item ad* fil. *pertinet, legitur in mrg. Gen;* ad filium *P.* — filium; cum filium *ed. a. 1476, insequentes ad Mercerum; qui tradit in optimo libro erasum* quum — nomen sum *L.*

Lucilius lib. XXVII:

céterum quid sít, quid non sit, férre aequo animo ac fórtiter.

Varro Proelio caprino, περὶ ἡδονῆς: non posse se amplius perferre. tamen sudat, vi potat. — Terentius Heautontimorumeno:

. . . nam quem férret, si paréntem non ferrét suum?

‖ Ferre, conserere. Vergilius lib. V:

quibus acer Eryx in proelia suetus
ferre manum.

‖ Ferre, disturbare. Vergilius Aen. lib. I:

quippe ferant rapidi secum verrantque per auras.

et lib. II:

alii rapiunt incensa feruntque
Pergama.

‖ Ferre, dicere, nominare. ‖ Vergilius Aen. lib. II:

et scelus expendisse merentem
Laucoonta ferunt.

et lib. VII:

quae nunc Samothracia fertur.

‖ Ferre, dare, exhibere. Vergilius Aen. lib. III:

sacra Dionaeae matri divisque ferebam.

‖ Ferre, pati. Cicero in Verrem, de praetura Siciliensi: prout

---

27 Lucilius l. XXVII ‖ 29 Varro Proelio caprino ‖ 30 I, 2, 28 ‖ 32 Aen. V, 402 ‖ 35 I, 59 ‖ 37 Aen. II, 374 ‖ 1 II, 229 ‖ 4 cf. comm. ‖ Aen. VII, 208 ‖ 6 III, 19 ‖ 8 34, 83.

---

28 caeterum *B.* — quid sit *M;* quidquid sit $L_1$*;* quicquid sit *rell. cum A, B.* — quasi non *A, Montepess.* — ceterum quid sit, quid non sit; *cf. Plaut. Trin. 994.* — ferre *mrg. P; Bouterweckius quaest. Luc. pg. 29;* fero *G; A; B;* $Gen_2$*;* $L_2$*;* $H_1$*;* ferro $Gen_1$*;* fere $L_1$*;* $H_2$ *in mrg.* — *versum hunc cum vix dubitari possit iungendum, ut in editione nostra factum, cum eo, qui legitur pg. 27 s. l.* strabonem, *non placet, quod nobis in mentem venit quondam,* fero ego; *neque magis Lachmanni illud* ferto *aut Quicherati* fero animo aequo. — ac fortiter *om. A.* — 29 Varro *B; Gen;* $H_1$*; Iun.;* animo, *quod e v. superiore irrepsit, rell.* — praelio *H, Gen; non B.* — peri edones *cdd.* — non; *praecedebat dicendi verbum.* — posse se amplius *B;* possesse amplius *Gen;* $H_1$*;* posses eam amplius *L,* $H_2$*, G.* — 30 sudat (*pro* insudat), vi potat *M;* suadet ut *(om. B, Gen,* $H_1$*)* notat *cdd.* — 32 Ferre, conserere; *n. N.* — 33 accer *B.* — Eryx *ed. Bas.;* erix *B;* $H_2$*;* rex *A; Gen; L* (*hic pr.* erex); $H_1$. — im *L.* — proelia *B; L;* praelia *A, H, G, Gen* (*hic pr.* praelias ventus). — suaetus *A.* — 35 Verg.; *cf. 420 l.* verrere est trahere. — 36 quidpe $L_1$. — 38 alio apiunt $L_1$. — 3 Lauconta $Gen_1$*;* $L_1$*;* Laoconta $Gen_2$*;* $H_1$*;* Laocoonta *B;* $L_2$*;* $H_2$*; G.* — 4 III *cdd.* — *f. hausta III, 414 sqq.* haec — ferunt. — *cf. 377 l.* protinus. — 5 Samohtratia $L_1$*;* Samothratia $L_2$*; B.* — 6 exib. *A; L.* — 7 dionae *L;* dione *B, Gen,* $H_1$*;* dion eae $H_2$*;* Dioneae *ed. Bas.* — ferebant *B, Gen, L, H; cf. 9;* ferebam *ed. Bas.* — 8 siliciensi *B, Gen,* $L_1$.

Thermitani hominis facultates ferebant. — et de oratore lib. III: si aut vetustum verbum sit, quod tamen consuetudo ferre possit. || Ferre, adferre. Vergilius lib. XI:

legati responsa ferunt.

M. Tullius de suppliciis: prohibentur suis liberis cibum vestitumque ferre. — Lucilius lib. XXVIIII:

collígere auxilium, tamétsist indigna út feram.

|| Ferre, dirigere, ducere. Vergilius lib. VI:

hinc via, Tartarei quae fert Acherontis ad undam.

Lucilius lib. XXX:

quid sibi vult? quare fit ut introversus et ad te
spectent atque ferant vestigia se omnia prosus?

|| Ferre, laudare. Lucilius lib. XXX:

et sola ex multis nunc nostra poemata ferri.

FLVERE est decurrere. Vergilius Georg. lib. II:

haec eadem argenti rivos aerisque metalla
ostendit venis atque auro plurima fluxit.

|| Fluere, minui, deficere. Vergilius Aeneidos lib. II:

ex illo fluere ac retro sublapsa referri
spes Danaum.

|| Fluere, latius ac liberius excrescere. Vergilius Georg. lib. II:

tum denique dura
exerce imperia et ramos compesce fluentis.

FATVM significat decretum et voluntatem. Vergilius lib. VII:

---

9 III, 43, 170 || 11 Aen. XI, 227 || 13 II, 5, 45, 117 || 14 Lucilius l. XXVIIII || 16 Aen. VI, 295 || 18 Lucilius l. XXX || 21 Lucilius l. XXX || 23 II, 165 || 26 II, 169 || 29 II, 369 || 32 VII, 293.

---

9 Thermitani hominis *Cic.*; temitani (emitani *B*) homines *cdd.* — facultate *B, Gen,* $H_1$. — oratione *B, Gen,* $H_1$. — III; II $L_2$; $H_2$; *G*; *om.* $L_1$; $H_1$; *B*; *Gen.* — 10 si *Cic.*; est *cdd.* — autem *H*; *etiam in L supra scr.* em. — verbum *bis, sed posterius del., H.* — sit *Cic.*; sic (si *L*) *cdd.* — consuitudo $L_1$. — 13 prohiberentur *Gen*; *B*; $L_2$; $H_1$; prohibetur $H_2$; *G.* — liberis suis *cdd. Cic.* — cybum *B, Gen, H.* — 14 intro f. *Vatic. Cic.* — 15 colligare *L.* — ferum $B_1$. — 16 dirigere, dicere $Gen_1$. — 17 hic *B, Gen, H (supra* i *in H littera erasa;* hinc *in mrg.* $Ho_2$). — vita *L*; *in Gen post* i *ras.* (vita *Genm*). — undas *Verg.* — 18 Luc.; *cf. 402 l.* spectare. — 19 fecit $Gen_1$; sit *an* fit *in B exhibeatur non liquet.* — et ad te *Iun.*; ut ad te *cdd. h. l.*; aetate *pg. 402.* — *cf. Hor. Ep. I, 1, 74 sq.* — 20 spectant (expectant *G*) *cdd. h. l.* — omnia se *cdd. h. l.*; sed omnia *pg. 402.* — prosus *pr. L*; prorsus *rell.* — 23 est *om. A.* — Georg. *om. Genm.* — I *cdd. cum P* (II *Hqos*). — 27 acreto *B.* — 28. 29 spem *B.* — *illa* spes Danaum. Fluere — excrescere *add. in H m. 2.* — Verg.; *cf. 295 l.* exercere, inponere, inmittere. — 32 Fatum; *aut hausta quaedam aut hactenus satisfactum a Nonio variae sermonum significationi comprobandae, quod duplicem fati addidit explanationem.*

heu stirpem invisam et fatis contraria nostris
fata Phrygum!

* * * et in septimo Aeneidos:

filius || huic fato divum prolesque virilis
nulla.

FATIGARE, percutere. Vergilius lib. VIIII:

versaque iuvencum
terga fatigamus hasta.

|| Fatigare, excitare vel increpare vel hortari. Vergilius lib. IIII:

sociosque fatigat:
praecipitis vigilate, viri.

|| Fatigare, instigare, cogere. Vergilius lib. VIIII:

collecta fatigat edendi
ex longo rabies et siccae sanguine fauces.

|| Fatigare, ad lassitudinem deducere. Vergilius lib. V:

velocis iaculo cervos cursuque fatigat.

et lib. XI:

quos nulla fatigant
proelia.

FOEDVM consuetudine est deforme. Terentius in Eunucho:

nunc tíbi videtur foédus, quia illam nón habet.

|| Foedum, execrandum. Vergilius lib. VII:

aversusque refugit
foeda ministeria.

FACTIO dicitur malorum consensus et conspiratio. Sallustius

---

35 Aen. VII, 50 || 3 Aen. IX, 609 || 6 Aen. IV, 572 || 9 Aen. IX, 63 || 12 Aen. V, 253 || 14 XI, 306 || 17 IV, 4, 17 || 19 Aen. VII, 618.

---

— *magis tamen permoveor, ut post v. 34 quaedam existimem intercepta. cf. comm. in 35.* — VI *B.* — **33. 34** *Non. h. l., ut Servius,* fatum *per* voluntatem *videtur explicasse, perperam quidem illud. nam* fatum *propria positum significatione.* — nobis *pro* nostris *$Gen_1$.* — frigum *cdd.* (fricum *$L_1$*). — **35** et in septimo Aen.; *expectes* idem eodem. — *etiam additum offendit illud* Aen. — *vid. turbatum.* — **1** fato; decreto (voluntate *Serv.*). — prolisque *L, $Gen_1$.* — viribus iulla, *tum* viribis nulla *B.* — **6** *post* Verg. *add. in Gen, H* aen.; aeneid *in B.* — **8** praecipitis *L, $Gen_1$; $H_2$; G;* praecipites *rell. cum A, B.* — *in L ex* i *factum* e, *sed id rursus elutum.* — **11** longe *$Gen_1$; $H_1$;* longa *pr. L;* longo *etiam B.* — **13** iaculor *$Gen_1$; pr. L.* — **16** praelia *ed. Bas., non B.* — **17** Fedum *A, $Gen_2$, H, G;* Foedum *etiam B.* — consuitudine *L.* — deforme est *A contra usum Non.* — Eunuco *pr. L.* — **18** fedus *A, $Gen_2$, H ex corr., G;* faedus *B.* — **19** Foedum; *eadem librorum varietas atque in v. 17.* — **21** feda *$Gen_2$, H, G, B (om. h. v. A).*

in Catilinae bello * * * *idem in Iugurthae bello:* inter bonos amicitia, inter malos factio. ‖ Factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem. Titinius Setina:

... metuo hércle, Caeso, né nimi' stulte fécerim,
quí eam ex tanta fáctione atque ópibus sum ausus ádgredi.

Plautus in Aulularia:

ístas magnas fáctiones, *ánimos,* dotes dápsilas.

idem Trinummo:

vostrás cum nostris fáctiones átque opes.

Turpilius Thrasyleone:

nóbilitate, fáctione frétus interdícere.

Caecilius Philumena:

ita eórum infamiam óccultabat fáctio.

FEROX est saevus et indomabilis: translatum a feritate. Vergilius lib. IIII:

ac frena ferox spumantia mandit.

---

23 Sallustius Catilinae bello; cf. comm. ‖ idem Iug. 31, 15 ‖ 25 Titinius Setina ‖ 28 II, 1, 45 ‖ 30 II, 4, 66 ‖ 32 Turpilius Thrasyleone ‖ 34 Caecilius Philumena ‖ 37 Aen. IV, 135.

---

**23** in Catilinae (Catillinae *Gen, H; non B;* Catullinae *L*) bello. *sequitur locus ex b. Iugurthino petitus. unde apparet aut lapsum per socordiam Nonium aut quaedam intercidisse. et hanc sententiam secutus Mercerus demonstravit ex Catilina locum opportunissimum. nam ita Sallustius de Catone (54, 6):* non divitiis cum divite neque factione cum factioso, sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat. — **23. 24** sed haec inter *Sall.* — amiticia *L, A.* — factio est *cdd. Sall.* — **25. 26** Setina *Me;* sed iam *cdd.* (sed etiam *B;* sed cum iam *Montepess.; A*). *pluries illud nomen similiter corruptum. — ante Me illud* sed iam *ad Titinii verba trahebatur; neque est improbabile in principio eorum omissum* sed enim iam. — metuo; movetuo $H_1$. — ceso *cdd. cum A, B.* — **27** qui eam; eam, *quod in cdd. legitur post* opibus *quodque ante* ex *facile potuit excidere, huc* retraxit *Bothius.* — extenta *pr. B.* — usus adcredi *pr. L, in quo supra* d *prius eluta* g (adgredi *etiam A, B, Gen, H, G*). — ex tanta factione atque opibus; *cf. Plaut. Cist. II, 1, 16 sqq.* — **29** factiones *ut lemma* $L_1$. — animos *om. cdd. et f. ipse Non.* — dapsilas *Non. cdd.;* dapsiles *Pl.* — *erat cum scribendum putarem* dapsileis; *sed ut* futtilus *pro* futtilis, *potuit etiam pro* dapsilis dapsilus *dici. — et ab hoc petitum probabile est adverbium* dapsile, *quod legitur pg. 513. — nam seq.* dilucide. — **31** *cf. Pl.* — nosti *C, Gen;* nostri *B.* — **32** trasileone *L, H;* trasileonem *B, Gen;* Trasyleone *ed. Bas.* — **33** nouilitate *(ita C)* factione *om. B, Gen, pr. H.* — interducere *B.* — **34. 35** Philumena: ita *Grauertus;* Philumena *iam Iun.;* filium in alta *cdd.* — infamiam *M;* famam *cdd.* — occatabat *Gen (non B),* $H_1$. — *sine causa existimat Ribbeckius, secutus alios, in hoc versu latere Plocii illum:* nam opulento famam facile occultat factio *et haustum ante exemplum e Philumena petitum.* — **36** saevius *Gen;* sevus, *erasa ante* u i *litt., H.* — Verg.; *cf. 425 l.* ferus. — **38** at *L,* $H_1$, $Gen_2$; ad $Gen_1$; *in B utrum* ac *sit an* at *non liquet.* — frenat $Gen_1$, *pr. L.*

M. Tullius de officiis lib. I: ut equos propter crebras contentiones proeliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent. — Terentius in Eunucho: ||

eone és ferox, quia habés imperium in béluas?

|| Ferox sum illa re dicitur, ut: illa re sum fretus vel adrogans. Titinius Fullonibus:

videram érgo
te fórmonsam esse vírginem, sponsó [esse] superbam, fórma ferócem.

Plautus Milite:

ut ádoriatur moéchum, qui formást ferox.

Accius:

néque vi tanta quísquamst, neque tam abúndans fortunís, ferox.

M. Tullius Epistularum ad Caesarem lib. I: itaque vereor ne ferociorem faciant tua tam praeclara iudicia de eo. || Ferox significat cordatus vel facetus. Plautus in Milite glorioso:

nám tu quamvis póti' sis facere ut† fluat facétiis;
ét quia tecum erám, propterea nímio eram ferócior.

FAMA est opinio secundum consuetudinem. Vergilius Aen. lib. III:

---

39 I, 26, 90 || 41 III, 1, 25 || 3 Titinius Fullonibus || 7 IV, 9, 13 || 9 Accius || 11 M. Tullius ad Caesarem I || 13 IV, 8, 12 || 16 III, 121.

---

**40** praeliorum *ed. Bas.; non B.* — soleant *Cic.* — **1** eone es *cdd. Ter.;* adeone est *Non.* — quia *(monosyll.) libri Ter.;* qui *Non.; item Arusiani gr. lat. VII, 481.* — *f. olim fuit:* adeo es ferox, qui habes imperium in beluas? — — *cet. ap. Ter.* ferox *potius* arrogans. — **2** Ferox sim *B;* $Gen_1$*; pr. H.* — adrogans *cum* $L_1$ *H, B, Gen.* — **4—6** *ita M; cdd.:* videram ego te virginem formosam (formonsam $Gen_1$, *pr. L*) esse sponso (sponsa *pr. L*) esse superbam forma ferocem. — forma; *f.* fama. — *commenti sunt alii alia. sed haec proxime absunt a traditis neque indigna Titinii elegantia.* — **8** ut adoriatur mechum (moechum *v.*) *cdd. Pl.;* ut domatum mecum *B; Gen;* $L_1$; $H_1$; ut domatum maecum *ed. Bas.;* ut domatum (domatam *Torn.*) equum (ecum $L_2$) *Tornaes.;* $L_2$; $H_2$. — forma si *cdd. Pl.;* forma est *Non.* — **9** actius *Gen, pr. H; non B.* — **10** portunis *pr. Gen.* — **11** Epistularum *M;* aepistola $Gen_1$; epistola *B;* $Gen_2$; $L_2$; *H; G.* — itaque; ique *B.* — forociorem *Gen.* — ferociorem eum *non bene docti ap. Cic.* — **12** tua tam *Orell.;* tutam *vel* tu tam *cdd.* — de eo *Nobbius;* telo *cdd.;* de illo *Quicheratus.* — te tam praeclara iudicia caeli *male Iun.* — **13** cord. vel fac.; *n. N.* — **14** tu *supra add. in L.* — quemvis *C,* $Gen_2$ (*m. 1* quem facetus vis); quamvis *B; cdd. Pl.* — poti' sis *Quicheratus;* potissis *cdd. Non.;* potis es (potis est) *Pl.* — ut fluat *cdd. Pl. et Non.;* ut atfluat *probabiliter Ritschelius.* — uti fluat *non bene Camerarius;* fetiis *B, Gen,* $H_1$. — **15** propterea nimio *Me;* propterea animo *cdd. Non.;* propterea animum *vel* propter animum *Pl.* (*unus* propterea animi *ex interpolatione*); pr. ab animo *Bothius.* — eam *Gen,* $H_1$; *non B.*

fama volat pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem.

|| **Fama**, spes [profuturi numinis]. Vergilius Aen. lib. IIII:

nos munera templis
quippe tuis ferimus famamque fovemus inanem.

| **Fama** est rursus infamia; unde et **famosum** dictum est infame [famosam, infamem]. Cicero de oratore lib. II: non pol, inquid, audeo; nam me ad famosas vetuit mater accedere. — Vergilius Aen. lib. IIII:

neque enim specie famave movetur.

Terentius in Adelphis:

maledícta, famam, meúm laborem *et péccatum* in se tránstulit.

Plautus in Casina:

qui étiam me miserúm famosum fécit flagitiís suis.

Lucilius Satyrarum lib. XI:

Quintus Opimius ille, Iugurtini pater huius,
et formosus homo fuit et famosus, utrumque
primo adulescens; posterius dat rectiu' sese.

Turpilius Pedio:

quaéso, omitte hanc, désere
meretrícem, quae || te sémel ut nactast sémper studuit pérdere,
detérere, despoliáre opplereque ádeo fama ac flágitis.

---

20 IV, 217 || 24 II, 68, 277 || 26 IV, 170 || 28 II, 3, 10 || 30 Plautus Casina post V, 4, 13; cf. comm. || 32 Lucilius l. XI || 36 Turpilius Pedio.

---

**20** spes *supra add. in L.* — pr. n. *secl. M.* — nummis *B, Gen,* $H_1$*;* nimis *pr. L;* numminis $Hs_2$ (numinis $Ho_2$). — **21** muneris $Gen_1$*; pr. L.* — **22** quibpe *pr. Gen.* — **23** Fama est — infame *huc transtulit Quicheratus. in libris illa* Fama — infamia *leguntur ante Vergilii exemplum, quod sequitur; ea quae sunt* unde — infame *post idem.* — et *om. pr. L;* $H_1$. — **24** famosam, inf. *del. Quicheratus.* — inquit *cdd. pr. L.* — **28** in *om.* $L_1$. — Adelfis *cdd.* — **29** fama *B; item L et H ex corr.* — meum laborem; *ex hominis christiani interpolatione videtur hoc ortum;* meum amorem *cdd. Ter.; ubi Bentleius* in sese. — et peccatum *ex Ter. add. docti.* — **30** in Casina *Studemundius Ind. scholarum Gryphisvaldens. a. 1871 pg. 15;* in Asinaria *v.* — **31** fecit *Studemundius; qui et suo versum loco reddidit;* facit *cdd.;* fec *in Ambrosiano comparuit.* — **33** qui intus *Gen, pr. H.* — opimus *cdd.; corr. Bentin.* — iugurtim *pr. H;* iugurthini *G; item in L* h *supra scr.;* iugurtini *etiam B.* — **34** formosus; or *in L m. 2; pr. f. fuit* famosus. — formosus *hic omnes libri, non* formonsus, *idque recte propter sequens* famosus. — *post* formosus utrumq *(sic) add. in L; sed id punctis notatum.* — et *supra scr. in L.* — **35** ad. post. *supra add. in L.* — dat *B;* da *rell.;* dare *Turneb.* — se *pr. G.* — **37** omitte hanc, desere *M; cdd.:* omitte hac deserite (ac desere *Vrbin. 307*) hanc. — **1** meritr. *Bh.* — semel; *f.* semol, *i. e.* simul. — ut nacta est *Bothius;* inacta est *L, G, Gen, B; pr. H;* nacta est *H post ras.; ed. princ.* — **2** deterere *Bothius;* detegere *v.* — oplereqne *cdd.* — fame $Gen_1$*; pr. L.* — flagitis *Bothius;* flagitiis *cdd.* — *f.* famae ac flagiti.

306 M.

M. Tullius de re publica lib. IIII: atque etiam, siqua erat famosa, ei cognati osculum non ferebant. — Sallustius in Iugurta: is postquam *videt regis* largitionem famosam inpudentemque. — Naevius:

desúbito famam tóllunt, siquam sólam videre ín via.

FORTIS est celer. Lucretius lib. III:

aut quidnam tremulis facere artubus aedi
consimile in cursu possint et fortis equi vis?

Vergilius lib. XI:

quid tam egregium, si femina forti
fidis equo?

|| Fortis rursum formosus. Plautus Milite:

. . . ecquid fórtis visast? . . .

|| Fortis etiam dives. Plautus Trinummo:

eúm sororem déspondisse suam ín tam fortem fámiliam;

id est, divitem et copiosam. Afranius Fratriis:

formósa virgost: dótis dimidiúm vocant
istí qui dotis néglegunt uxórias;
praetérea fortis.

Lucilius lib. XXX:

omnes formonsi, fortes tibi, ego improbus? esto!

|| Fortis, magnarum virium. Vergilius Aen. lib. I:

fortemque Cloanthum.

---

3 M. Tullius de re publ. IV || 4 15, 5 || 6 Naevius (Danae II) || 8 III, 7 || 11 Aen. XI, 705 || 14 IV, 3, 13 || 16 V, 2, 9 || 18 Afranius Fratriis || 22 Lucilius l. XXX || 24 I, 510.

---

3 si quaerat *B.* — 4 iugurtus *pr. L;* iugurta *pr. B;* iugurtha *rell.* — 5 is *om. pr. L.* — v. r. *om. cdd.* — 6. 7 Nevius *cdd.* — *cf. 517 sq. l.* desubito. — videre *cdd. 518;* videmus *h. l.* — 8 Lucr.; *cf. 420 l.* vis. — 9. 10 aedi; haedi *Lucr.;* et *cdd. h. l.;* aevi *420.* — consimili *cdd. utrobique.* — ac f. *cdd. 420.* — ea quivis *B, Gen,* $H_1$. — possint fortes aequi, *om.* vis, *A.* — 12 si f. f. *bis L; post illud* si femina $Gen_1$ *add.:* si forti si femina, *quod del. m. 2.* — 13 fidisaequo, *m. 2* fidisa. equo *L;* fis aequo $Gen_1$. — 14 Fortis formosus *A;* Fortis — formosa *C, Gen, B.* — 15 ecquid *Pl. C. D;* etquid *cdd. Non.; et ita ap. Pl. B.* — *cet. cf. Ritschelii comm.* — forte $H_2$. — 17 dispondisse *cdd. pr.* $L_1$. — familiam tuam *(quod ex praec.* tam *ortum) B, Gen, pr. H; etiam in L supra add.* tuam. — 18 fratris *cdd.* — 19 midium *B, Gen, pr. H.* — 20 uxorias, *sed* as *del., Gs.* — 22 Luc.; *cf. 327 l.* inprobum, turpe. — *versus Luc. videtur potius ad sequens lemma pertinere.* — 23 formonsi *pr. L,* $Gen_1$*;* formosi *rell. cum B.* — ego *cdd. 327;* ergo *h. l.* — 25 *ante* f. *add.* $Gen_1$ haec etfatus; *del. m. 2; cf. v. 27.* — fontemque cloantem *B.*

FACESSERE est facere. Ennius Annalium lib. I:

haec ecfatus; ibique latrones dicta facessunt.

Afranius Inimicis:

. . . multa atqué molesta es: potin út *nunc* dicta facéssas?

Vergilius Aen. lib. IIII:

imperio laeti parent ac iussa facessunt.

|| Facessere significat recedere. Ennius Eumenidibus:

édico vicísse Orestem: vós ab hoc facéssite.

Titinius Gemina:

ad áliquis vestrum núntiet [gemine], ut rés suas procúret,
aedíbu' facessat.

Pacuvius Teucro:

té repudio néc recipio; náturam abdicó. facesse!

item:

facéssite omnes hínc parumper; tú mane. ||

Cicero de legibus lib. I: paulisper facessant rogemus. — Afranius Liberto:

---

26 Ennius Annal. l. I || 28 Afranius Inimicis || 30 IV, 295 || 32 Ennius Eumenidibus || 34 Titinius Gemina || 37 Pacuvius Teucro || 39 Pacuvius (Teucro); cf. comm. || 1 I, 13, 39 || 2 Afranius Liberto.

---

**26** Facessere; *cf. id. lemma ap. Paul. pg. 86.* — Annalium *M;* annalibus *cdd.* — **27** ecfatus *Scal.;* et fatus *C, Gen;* effatus *B;* et fatu *A.* — sibique *id.* — dicta *supra scr. in L.* — haec ecfatus ubi (*melius erat* haec ecfatur ubi; *cf. Ann. v. 65*), l. d. f. *Scal.* — *sed cf. Aen. V, 653 sq.:* haec ecfata. at matres. — **28** Inimicis *Iun.; cf. 477 l.* adiutatur; inimis *cdd. cum B.* — **29** *anapaesticus aristophanius.* — es *postea add. in H.* — nunc *add. M* (*praec.* n ut). — facesses *cdd.; corr. Iun.* — **31** iussa *Verg.;* iusta *cdd.* — **33** edico *M;* dico *cdd.* — orestem *ed. princ.;* horestem *Vrbin. 307;* oresteɱ *Gen* (*hic add. supra pr.* n *illo* ◡), *B*, *pr. H;* oresten *rell.* — sab *H, sed corr.; Gen.* — facessite *Vrbin. 307; ed. princ.;* facessit *C, Gen, B* (facessi *pr. L*). — **34** gemine (gaeminae *B*) *cdd.* — **35** ab *L.* — aliqđ *B.* — vestrum *M;* vestrorum *v.* — gemine (geminae *B; et ita vel* Geminae *v.*) *secl. M.* — res suas *Bentin.;* reo suas *B, L, G;* reos uas *Gen, H* (*in H supra* os *erasa altera* s). — **38. 39** abdico *Hermannus;* dico (*praec.* am *cdd.*). — facesse. item; facesse *cd. N. Fabri;* item *v.;* faces stitem $Gen_1$*;* facessti tem $L_1$*;* facessti item $L_2$*;* $H_2$*; G;* facessite $H_1$*; om. B;* $Gen_2$. — *conf. et comm. in v. 40.* — naturam abdico; *cf. Curt. III, 2, 18* homines cum se permisere fortunae etiam naturam dediscere. — *dubito tamen an ornatius sit Hermanni commentum quam quod Pacuvio conveniat.* — *igitur propius a fide existimo ab hoc scriptum vel hoc* natum *(ita Me)* te abdico. facesse *vel potius, quod olim a nobis propositum:* te repudio nec recipio natum. ito, facessito. — item; *f.* idem. — *cet. cf. Paul. pg. 86.* — **40** facessite *om.* $H_1$*; v. supra; in Gen post* i *ras.* — o. h. *Paulus;* h. o. *cdd. Non.* — hinc; parumper *al.*

307 M.

nolo híc te videat: dóminus est. puér, facesse hinc. . .

Plautus Rudente:

sí quidem
sís pudicus, hínc facessas.

M. Tullius in Hortensio: facessant igitur omnes qui docere nihil possunt, quo melius sapientiusque vivamus.

FATISCERE est aperiri * * * ‖ *Fatiscere* rursum deficere. Accius Epinausimache:

tamen haút fatiscar quín tuam inplorém fidem.

Pacuvius Duloreste:

át si tanta súnt promerita véstra, acquiperare út queam
véreor, nisi numquám fatiscar fácere quod quibó boni.

FERVS significat saevus. Vergilius Aen. lib. II:

ferus omnia Iuppiter Argos
transtulit.

‖ Ferus iterum ecus. Vergilius Aen. lib. II:

inque feri curvam conpagibus alvum
contorsit.

Accius Medea:

---

4 IV, 4, 17 ‖ 7 M. Tullius Hortensio ‖ 10 Accius Epinausimache ‖ 12 Pacuvius Duloreste ‖ 15 II, 326 ‖ 18 II, 51 ‖ 21 Accius Medea.

---

**3** *f.* nolo hic *(adverb.)* te videat dominus. en, puer, facesse hinc. — *lacuna potest suppleri eo quod est* ocius. — **6** puditus *B.* — hic *pr. L.* — **7** M. *om. B; Gen; pr. L et H.* — ortensio *pr. B.* — doceri *A.* — **8** quo; eo *A.* — **9** Fatescere *pr. B.* — aperiri *Iun.; Guietus;* aperire *cdd.* — *cet. cf. Aen. I, 123.* — Fatiscere *add. Me.* — vel *pro* rursum *A.* — **10** Accius; *cf. 479 l.* fatiscuntur *ibique comm.* — epinausimache *B;* epinausimace (sep. *Gen, pr. H*) *rell.* — **11** haud *Bentin.;* aut *cdd.* (aud *Ah*). — quin *libri pg. 479;* qui *h. l.* — **12** Pac.; *cf. 479 l. m. cum comm.* — **13** at si tanta *M* (at *iam Gulielm.*); ut si ita *cdd.; cf. comm. in 227, 28.* — aequiparare (eq. *L*) *L; G;* equiperare *B.* — **14** nisi numquam; *potius* sin umquam; *cf. pg. 479.* — nuncquam *L, H, Gen, B;* numquam *ed. Bas.* — quod quibo boni *Iun.;* quod quiboni (quodque boni *B*) *cdd. h. l.;* quodquod quibo boni *479.* — *ceterum pro illo* vereor *quondam scripseramus* peream; *quod obscurissimum sibi videri dixit Ribbeckius. vellem melius quam hactenus factum conicias antiquissimae Latinitatis rimatus esset usum. nam ne nunc quidem paenitet commenti illius, licet necessarium esse merito neges.* — *quod ego ita volui accipi:* at si tanta s. prom. v., peream, si umquam fatiscar facere quod quibo boni, ut aequiperare queam, *liberiore verborum collocatione, qualem in enuntiatis relativis condicionalibusve et alibi habes saepe et in Ennii Phoenice, v. 376 sq.* — *cf. et vit. Enn. pg. 210.* — **15** saevus *M;* severus *v.; cf. 425 l.* ferus et ferox. — Verg.; *cf. 425 l. m.* — **16** Iupiter *A.* — Argus *pr. Gen.* — **18** *f.* item. — equus *B,* $H_2$. — Verg.; *cf. 193 l.* alvus. — Aen. *om. B, Gen,* $H_1$; eneidos *supra add.* $H_2$. — **19** curbam *Gen,* $H_1$, $L_1$. — conpagibus $L_1$ *solus.* — album *Gen,* $L_1$, $H_1$.

períssem in stabuleis frénos inmitténs feris.

|| Ferus item significat cervum. Vergilius lib. VII:

pectebatque ferum puroque in fonte lavabat.

FVGA [significat], citus cursus. Vergilius Aen. lib. I:

vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalyce volucremque fuga praevertitur Hebrum.

Item fuga volatum significat. Vergilius lib. III:

celerique fuga sub sidera lapsae
semessam praedam et vestigia foeda relincunt.

| Fuga item dicitur navigatio. Accius Telepho:

remísque nixi próperiter navem ín fugam
transdúnt.

Vergilius Aen. lib. V:

ipsae iam matres, ipsae, quibus aspera quondam
visa maris facies et non tolerabile nomen,
ire volunt omnemque fugae perferre laborem.

idem lib. IIII:

non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas?

idem in tertio:

tendunt || vela noti; fugimus spumantibus undis.

---

23 Aen. VII, 489 || 25 I, 316 || 28 Aen. III, 243 || 31 Accius Telepho || 34 V, 767 || 38 Aen. IV, 565 || 40 Aen. III, 268.

---

**22** *verba sunt Iasonis.* — perissem *M;* perite *v.* — in stabulis *Vrbin. 307; ed. princ.;* in stabule (stabulae *L,* $H_2$) *cdd.* (*seq.* f); in stabulo *minus bene Grotemeierus.* — feris; *non* equis, *ut N. putat, sed* tauris. — **23** item; iterum *Gen, B,* $H_1$*; L ex corr.; f. recte; cf. comm. in v. 18.* — **24** pectebatque; tque *m. 2 pro alio repos. in L.* — **25** significat *secl. M; cf. v. 23.* — citus; *om. A; litt.* itus *in ras.* $L_2$*;* citos *B,* $Gen_2$*,* $H_1$. — cursum *A.* — Verg.; *cf. 362 l.* praevertere. — **26. 27** treissa *pr. L et Gen;* theissa *B.* — harpalyce $Gen_1$*;* arpalece, *m. 2* arpalice *L;* harpalice *B,* $Gen_2$*;* harpilite, *tum* harpilice *H.* — fugam *B.* — Hebrum *cdd. plerique utrobique* (aebrum *h. l. A*); *quam lectionem frequentissimis ac locupletissimis testimoniis, quae paene ad Verg. aetatem ascendunt, munitam verissimam esse minimeque admittendum illud* Eurum *comm. ad Phaedri III Prol. v. 59 demonstravimus.* — **28** *puto* Fuga item. — lib. III *Iun.* (libro tertio *Ald.*); lib. II *B, Gen, L, H; om. ed. Bas. cum Me et edd. ante Ald.* — **29. 30** lapsa essemessam $Gen_1$*;* lapsae semessam *pr. L;* l. semesam *B,* $Gen_2$*, L ex corr., H, G.* — feda *B,* $Gen_2$*, H, G.* — relinquunt *B, Gen, H;* relinqunt $L_2$. — **31** *f.* iterum. — Accius; *cf. 154; 347 l.* propere; molle, placidum. — telefo *cdd.* (telafo *Gs*). — **32** renisque *B, Gen,* $H_1$. — nisi *B, Gen,* $H_1$. — **33** transdunt *Me ubique; et ut referunt Rothius et Quicheratus cd. Cuiacianus pg. 155;* transeuntur (*seq.* Vergilius) *libri h. l.;* tradunt *155;* trandunt *vel* tradunt *347; cf. Donat. ad Ter. Phorm. prol. 2.* — trudunt *sine causa Scal. ad Aetnam pg. 95.* — **36** numen *B; ut pars librorum Verg.; ubi R* caelum. — **39** non gis (g *in ras.*), *supra scr.* fu, *L.* — **1** *cf. 410 l.* tendere — laxitatem distendere.

308 M

Plautus in Asinaria:

rémigio velóque, quantum pótis es, festina ét fuge.

|| Fuga, vehemens [est] flatus. Vergilius Georg. lib. III:

ille volat, simul arva fuga, simul aequora verrens.

FRIGIT correpta prima syllaba significat erigit. Accius Meleagro:

frigít fricatque córpus atrum occúlte abstruso in flúmine.

idem in eadem:

*érigit saetás, rubore ex óculis fulgens flámmeo.

|| Frigere est [et Friguttire] cum sono sussilire. [Plautus Casina:

nam quíd friguttis? nám quid istud cupidé petis?]

Afranius Privigno:

occásionem cáptans mulier ínvolat
in cóllum, plorat, órat: accurrít nepos
pausíllus; neptis pórro de lectó frigit.

---

2 I, 3, 5 || 4 III, 201 || 6 Accius Meleagro || 9 Accius Meleagro || 11 II, 3, 49 || 13 Afranius Privigno.

---

3 potis es *Guietus;* potes (potest *libri Me; L*) *cdd. Non.;* poteris *Pl.;* potis est *Taubmannus.* — 4 est flatus *B;* efflatus *rell.* — 5 arba $Gen_1$*;* $L_1$. — 6 Erigit *Scioppuis de arte crit. pg. 40; 47.* — *cf. 7 l.* frigere. — sillaba *L, A.* — Actius *B.* — 8 fricatque *vir doctus ap. Vossium;* fricantem (frigantem $L_1$*;* friciantem *Bh;* fricintem *Bm*) *cdd.* — *simile vitium 233, 40.* — atrum *vir d. supra memoratus;* acuum *cdd.* — *de apro interfecto agi apparet.* — occ. abstr.; *f.* occulto, abstruso (obtruso *B*). — 10 erigit, *Scioppium secutus, Buechelerus;* frigit *cdd.* — saetas *Buechelerus;* aestas *cdd.* — robore $L_1$*;* $G_1$. — funfungens $H_1$, fungens *B, Gen.* — 11 est *om. B.* — et friguttire $L_1$*;* $H_2$*; B; ed. Bas.;* ec friguttire *corr. in L m. 1 vel 2;* et frigutare $H_1$*; in mrg. adscr. m. 2 ad* et: aliter ec; efrigutare, *m. 2* etfrigutare *Gen;* effrigutire *A.* — et friguttire *secl. M.* — *nam etsi possit defendi, si* et *pro* etiam *acceperis positum (invenitur autem bis terve* friguttire *apud auctores saeculorum imperii Romani ultimorum), tamen additum Casinae Plautinae exemplum fidem facit etiam* friguttiendi *verbum ab interpolatore huic l. illatum ex pg. 7.* — sussillire *pr. L;* subsilire *B.* — 11. 12 Plautus — petis *secl. M.* — *nam seiungenda plane a capitis IV usu addita exempla aliena.* — frigutis *B, Gen, H.* — *recte pg. 7 cdd. Non. (ut Plauti):* nam quid friguttis? quid istuc tam cupide petis. — *quodsi h. l. ipsius Nonii verba haberi crederem, potuit scribi:* nam quid friguttis? nam quid stud cupide petis? — *sed ab interpolatore per neglegentiam haec ut alia in transferendo mutata (cf. comm. in pg. 222 l.* reditus) *vel illud* petis *facit probabile. quod etsi potest defendi (cf. Caesar. pg. 143), tamen aliquanto magis placet id quod est* cupide cupis. *cf. et Enn. Fab. v. 370.* — 14 occasionem captans *Bothius;* occasione capta *Quicheratus* (occ. rapta *Ribbeckius*); occasionem nacta *Me;* occasionem (occansionem *pr. L*) cartha *C, Gen;* occasionem casta *B;* occ. captat. *Vrbin. 307.* — 15 accurrit *M;* occurrit *v.; quod vix puto ἀρχαικῶς dictum pro* accurrit. — 16 frigit. *et Scioppius l. s. m. et secuti hunc alii putarunt in exemplis* frigendi *verbi ubique fraudi fuisse Nonio (vel potius auctori eius)* F *pro* E

FINGERE est lingere. Vergilius *lib. VIII:*

*illam tereti cervice reflexa*
*mulcere alternos et corpora fingere lingua.*

*Fingere, iungere. Lucilius* lib. VIII:

cum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis
ficta arte conpono, hoc est cum *ψωλοκοποῦμαι.*

|| Fingere, conponere. Vergilius Georg. lib. II:

persequitur vitem adtondens fingitque putando.

M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. V: ut alia in primo ortu perficeret, alia progrediente aetate fingeret. — Lucilius lib. XXVII:

ém, populis salútem fictis vérsibus Lucílius,
quíbu' potest, inpértit.

M. Tullius de officiis lib. III: fictam et conmenticiam fabulam prolatam dicunt a Platone. || Fingere, parare. Lucilius lib. XXVIII:

---

17 Aen. VIII, 633 || 20 Lucilius l. VIII || 23 II, 407 || 25 V, 21, 59 || 26 Lucilius l. XXVII || 30 III, 9, 39 || 31 Lucilius l. XXVIII.

---

*litteram exaratam. — et in Varronis quidem exemplo, quod legitur pg. 7, nec non in Accianae Meleagri loco altero res satis certa. contra in vv. 8 et 16 illa suspicio non cadit. — itaque in his servandam duxi scripturam antiquam; sed de significatione eius quod est* frigere *porro quaerendum. — cet. v. 16 optimum erit illud, quod adscritur a Nonio,* subsilit; *minus, quod aliis visum est,* quiritat. — **17—20** *ex* lingere iungere *factum in G;* iungere *etiam edd. ante Bas. — porro haustum Vergilii exemplum ed. Lucil. pg. 40 est adnotatum. — intercidisse Aen. VIII, 633 sq. intellexit Stowasserus.* — Fingere, iungere *add. M.* — Lucilius *pro* Vergilius *substitutum ab Aldo.* — VIII *M;* VIIII *cdd.; cf. pg. 257 l.* conponere, coniungere. — **21** proclo *B, Gen,* $H_1$*; etiam in L* r *supra scr.;* ploclo $H_2$*;* podo, *in mrg.* poclo *G.* — labra $H_2$*; cdd. 257;* abra (abira *B*) *rell.* — bellis *B,* $Gen_1$. — **22** ficta arte *vel* ficta Lyces *M;* fictrices *cdd. h. l.; om. 257.* — compone $H_1$*;* compono (conp. $L_1$) *rell.* — *ψωλοκοποῦμαι Iun. pg. 257;* via ωαοκοπουμη *L;* via οκοπουμη (*π ex* ει *factum*) $H_1$*;* via οκοσιουμη *B, Gen;* ωλοκοπουμη $H_2$*, G; om.* via *(quod ex ψ hausto ortum)* ipso loco pomas *cdd. pg. 257.* — **23** *f.* comere, conponere. — Verg.; *cf. 369; 462 l.* putare, purgare; dentes. — **24** adt. *B, Gen,* $L_1$*, H;* att. $L_2$*; A;* antondens *G; veteres libri Merceri.* — **25** aliam *B, Gen, L,* $H_1$. — *om.* in *B, Gen,* $H_1$. — **26** hortu *cdd.* (ortu *pr. B*). — perficere *cdd.* — aetate; aefatos *Gen,* $H_1$*;* efato *B.* — fingere *cdd.* — Lucil ; *cf. 37 l.* sedulo *et* inpertire. — **28** em, populis (*seq.* s) *M;* item (tem, *erasa ante* t l *et pro hac supra scr.* i, *G*) populi (*seq.* s) *cdd.* — populis *iocosa quadam gravitate videtur dictum, ut III, 11:* inde Dicarchitum populos Delumque minorem. — *quodsicui minus placuerit, poterit scribi* populo. — re populi *nos in ed. Lucilii.* — salute et *cdd. h. l.;* salutem *pg. 37 sub v.* sedulo. — rem populi salute et *male Lachm.* — **29** inp. $L_1$ *solus.* — imperat *B, Gen,* $H_1$. — **30** commentitiam *A; B;* $Gen_1$*;* commenticiam *rell. pr.* $L_1$. — prolata *B, Gen,* $H_1$. — a *om. B; Gen;* $L_1$*;* $H_1$. — a Platone (Plantone *B, Gen, P*) *om. A.*

sed fuga fingitur. *ut* timido pede percitu' vadit!

Varro Cato vel de liberis educandis: magnum est enim, ut Ariston scribit, in primordio pueruli quemadmodum incipiat fingi ad id, quo si evadat * * * || Fingere, effigiare vel formare et facere. M. Tullius de re publica lib. IIII: ego || vero eodem, quo ille Homerum, *modo* redimitum coronis et delibutum unguentis emittit ex ea urbe, quam sibi ipse fingit. — idem de deorum natura lib. II: deinde in ore sita lingua est, finita dentibus: ea vocem inmoderate profusam fingit et terminat. — Vergilius Aen. lib. II:

nec si miserum fortuna Sinonem
finxit, vanum etiam mendacemque inproba finget.

M. Tullius de officiis lib. III: virum bonum fingimus; de eius deliberatione et consultatione quaerimus. — Sallustius in Catilinae bello: quae natura prona atque ventri oboedientia finxit. — Plautus in Asinaria:

nám nec fictum usquámst nec pictum néque scriptum in poématis.

Varro *Ταφῇ Μενίππου*: ut hirundines singulinis† obliti luto tegulas fingebant. || Fingere, simulare mendacium. Afranius Fratriis:

34 Varro Cato || 1 M. Tullius de re publ. IV || 3 II, 59, 149 || 5 II, 79 || 9 III, 12, 50 || 11 1, 1 || 12 I, 3, 22 || 14 Varro *Ταφῇ Μενίππου* || 15 Afranius Fratriis.

**33** fungitur *$Gen_1$; pr. L.* — ut *add. M.* — tumido *A, B, Gen, $H_1$.* — pede p. v. *M;* vadit pede percitus (pertitus *G*) *cdd.* (st! fuga fingitur ac timido pede percitu' vadet *Acidal. ap. Gruter. Lamp. VI, 93*). — **35** puerili *H, G, Gen, B; non L.* — figi *(tum ras.) $Gen_1$.* — **36** at id *$L_2$; Gs; pr. B.* — quo si *Iun.;* quasi *cdd.* — *lacunam, quae librariis vid. imputanda, indicavit M.* — efigiare *$Gen_1$.* — **2** ille; Plato. — omerum *Gen, H, pr. L, non B.* — modo *h. l. add. M; post* eodem *Moserus.* — delubutum *Gen;* dilubutum *H;* dilibutum *L;* delibitum, *sed corr., B.* — **3** mittit, *supra scr.* e, *L.* — **4** in ore sit aliena (sita linea *ed. Bas.*) lingua est *cdd.* — ea; et *A, qui priora om., B, Gen, H; hic in mrg. corr.* — **7** se *$L_1$, $Gen_1$; non B.* — sinon est *$H_1$.* — **8** mendacemque *Hqos;* mandacemque *ed. Bas.; Bh;* mandaquemque *L sec. Zangemeisterum;* manda, *tum ras.,* cemque *Genh.* — fingit *B, Gen, $H_1$;* inget *L.* — **9** II *cdd.* — sapientem et bonum virum fingimus *Cic.* — **10** deliberatione *Cic.;* liberatione (liberatio *Gen, $H_1$*) *cdd. cum B.* — quaerimus *Cic.;* quiprimus (qui primus *Gen*) *cdd. cum B.* — **11** Catillinae *C, Gen; non B.* — atque *in ras. $L_2$.* — **12** Plautus; *cf. 493 l.* poematorum. — **13** nam neque *libri Pl.;* nam nec *cdd. Non. bis.* — umquam est *cdd. 493.* — neque *id.; cdd. Pl.* — pictum *id.; Plaut.; h. l.* tictum *L, $Gen_1$, G;* dictum *A, B, $Gen_2$, H.* — nec *A.* — poematibus *A, B.* — **14. 15** Varro — fingebant; *agitur de antiquissimorum Romanorum cultu; cf. 48; 250 l.* suffundatum; colere, ornare. — ut hirundines singulinis. — *locus nondum expeditus.* — *cdd. habent* ut hirundine singulinis (hyrundine s. *B;* hirundines ingulinis *$L_1$*); *at ed. princ.:* ut hirundines singuli; *id quod proximum videtur abesse a vero.* — *f. post illud* singulinis *hausta fuere quaedem situ in archetypo.* — *quod si placuerit,*

nunc vide, hóc quo pacto ego aúrum in medium próferam.
tú, cata, illuc cógita, tu fínge, fabricare út libet.

Vergilius Georg. lib. II:

non hic te carmine ficto
atque per ambages.

Terentius in Andria:

et fíngunt quandam intérse nunc falláciam.

Vergilius lib. XI:

vel cum se pavidum contra mea iurgia fingit
artificis scelus.

M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. V: talibus exemplis non fictae solum fabulae, sed etiam historiae refertae.

FACINVS, factum. Sallustius in Catilinae bello: qui aliquo negotio intentus praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit. — Terentius Heautontimorumeno:

nón fit sine períclo facinus mágnum nec memorábile.

M. Tullius de officiis lib. III: promissum potius non faciendum quam taetrum facinus admittendum fuit. — et de senectute: nullum denique || scelus, nullum malum esse facinus, ad quod

18 II, 45 || 21 I, 3, 15 || 23 Aen. XI, 406 || 26 V, 22, 64 || 28 2, 9 || 30 II, 3, 73 || 32 III, 25, 95 || 33 12, 40.

*poterit scribi* ut hirundines singuli nisi mirumst *e. q. s. — nam ne abundare existimes quod a nobis adiectum, notum est saepe a Varrone* ἐμφατικώτερον *antiqui temporis simplicitatem cum proprii luxuria compositam.* — ut hirundines figuli obliniti *Iun.; at supervacaneum illud* figuli. — *relicua commenta inepta,* ut *Buecheleri* virgultis (*vel* culmis) oblitis (*qualis tegulas formandi artis nulla ad me pervenit peritia*); *Rothii* in culinis; *quam coniecturam optimam dici ab Oehlero miror, eoque magis, cum ipse se eam non intellegere profiteatur; Bergkii* inquilinae. — *ceterum hirundines vetustissimis mortalibus in struendis domiciliis fuisse exemplo saepius memoratur. cf. Vitruv. II, 1, 2.* — obliti *cdd.; B pr.:* obtuliti. — mendatio *B.* — fratris *cdd.* — **16** non vide *B, Gen,* $H_1$. — hoc *om. B.* — ego *Bothius;* eo *cdd.* — aurum *suspectum.* — *puto olim fuisse integro versu:* nunc vide hoc, quo pacto ego eorum arcana (*vel* arcana horum) in medium proferam. — **17** tu, cata, illuc *vel* tu cata illuc *M; cdd.:* tu castalia (*seq.* c). *nam in Castaliae nomine non immerito offendisse videtur Ribbeckius.* — frabricare *B.* — ut *ed. a. 1471;* uti *cdd.* — **19** te *cum apice supra* e *Gen.; item* se *22.* — **22** et f. *Ter.;* effingunt (effigunt $Gen_1$) *cdd.* — quondam *pr. H.* — **27** verum etiam *cdd. Cic.* — historiae; hist *virgula supra* st *addita, ut in titulis solet fieri,* $L_1$*; H; Gen.* — histerrefertae *B.* — refertae sunt *cdd. Cic.* — **28** sallt $L_1$ (sall *Gen*). — catillinae *Gen, L, H, non B.* — **29** intentus *Sall.;* intenti *cdd.* — praeclarum $Gen_1$. — facinorio ut *B.* — **30** Terentius in *H; sed* in *del.* — **31** periclo *Ter.;* periculo (perticulo $L_1$) *cdd.* — et mem. *deter. cdd. Ter.* — **32** M. Tullius; *cf. 413 l.* taetrum, inpium. — potius n. fac. *supra add. in L.* — **33** tam taetrum *cdd. Cic.;* tretrum *B;* tetrum *Gen, H.* — facimus *pr. H.* — **1** nullum malum facinus esse *cdd. Cic.* — ad *om. B, Gen, pr. H.*

310 M.

suscipiendum non lubido voluptatis inpelleret. — Plautus in Aulularia:

hóc est servi *fácinus frugi!*

‖ Facinus rursum scelus. Sallustius in Catilinae bello: sed in ea coniuratione fuit Quintus Curius, natus haut obscuro loco, flagitis atque facinoribus coopertus. — M. Tullius de officiis lib. III: ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus.

FVRTVM est occulta subreptio. Vergilius Georg. lib. IIII:

Vulcani Martisque dolos et dulcia furta.

‖ Furtum, insidiae. Sallustius *Hist.* lib. I: illo profectus vicos castellaque incendere et fuga cultorum deserta igni vastare, neque late aut securus nimis, metu gentis ad furta belli peridoneae. — Vergilius Aen. lib. XI:

furta paro belli convexo in tramite silvae,
ut bivias armato obsidam milite fauces.

‖ Fures etiam servi sunt dicti. Vergilius in Bucolicis:

quid domini faciant, audent cum talia fures?

FIDVCIA est audacia. Sallustius *Hist.* lib. II: ita fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur. ‖ Fiducia, confidentia. Vergilius Aen. lib. VIIII:

cernis quae Rutulos habeat fiducia rerum.

FATIGARE, cohibere, conprimere. M. Tullius de officiis lib. III: qui non verbis sunt et disputatione philosophorum, sed vinculis

---

3 IV, 1, 1 ‖ 5 23, 1 ‖ 7 III, 18, 75 ‖ 9 IV, 346 ‖ 11 Sallustius Hist. I ‖ 14 XI, 515 ‖ 17 III, 16 ‖ 19 Sallustius Hist. II ‖ 21, IX, 188 ‖ 23 III, 18, 73.

---

2 suspiciendum *Gen, H,* $L_1$, *non B.* — luuido $L_1$; liuido $Gen_1$; libido *B,* $Gen_2$, *pr. H.* — voluptatis *ed. Bas.; v.;* voluntatis (volumtatis *pr. L*) *L, H, B, Gen.* — inpellere $L_1$, $H_1$, *B, Gen;* impellere $L_2$; inpelleret (imp. *G*) $H_2$; *G.* — **4** facinus frugi *ex Pl. add. Quicheratus* (facinus *cum aliis Mc*). — **5** *sine l. nota L, H; de relicuis non constat.* Rursum *per lemma H.* — Sall.; *cf. 341 l.* locus, genus. — catillinae *Gen;* catulinae $L_1$. — **6** aut $L_1$; haud *rell. pr.* $Gen_1$. — flagitis; *ita* $Gen_1$; facilis $L_1$; flagitiis *rell. cum A, B.* — **7** coopertus *omnes; sed Sall. scripsit* copertus; *cf. Gell. II, 17, 7; Lachm. comm. Lucr. pg. 136.* — ab *Cic.;* ad *cdd.* — **9** III *cdd.* — *cet. cf. 453 l.* furtum. — **11** Hist. *om. cdd.* — Sallustius insidiae profectus *G, sed in mrg. scr.:* lib. I illo. — **12** vastire $L_1$. — late *Gerlachius;* elate (*praec.* e) *cdd.* — **13** securus nimis *M* (securus ire *Kritzius;* securissimus *ed. a. 1476*); fetustissimus *Gen, H, G;* faetussimus, *supra scr.* tis, *L;* setustissimus *B.* — peridoneae *ed. a. 1476;* peridonea *cdd.* — **16** ut, *tum ras.,* uuas $L_1$. — obsidam *Verg.;* obsida (*seq.* m) $L_1$; *ed. Bas.; pr. Gen;* obsidat *rell. cum B.* — **17** Fures etiam servi sunt dicti. — *n. N.* — **19** Sall.; *cf. ed. Kritz. II, 87.* — Hist. *om. cdd.* — qua *B.* — **20** purgationes *B, Gen,* $H_1$. — **21** VIII *B, Gen.* — **23** III *om. B.* — **24** filiosophorum, *tum* filosophorum *L.* — vinculis *A, B, Gen,* $H_1$; vinclis *rell.; cdd. Baiteri pr. Bernens. 104.*

et carcere fatigandi. || F a t i g a r e, conmovere, perturbare. Vergilius Aen. lib. I:

quae mare nunc terrasque metu caelumque fatigat.

FRIGORIS quae sit significatio, manifestum est; ut Vergilius Georg. lib. II:

frigusque caloremque
inter.

et Lucretius:

frigus ut a fluviis, calor ab || sole, aestus ab undis
aequoris.

|| F r i g u s, metus. Vergilius Aen. lib. I:

extemplo Aeneae solvuntur frigore membra.

|| F r i g u s, aeris natura. Vergilius Georg. lib. II:

at sceleratum exquirere frigus
difficilest.

|| F r i g i d u m, venenatum. Vergilius in Bucolicis:

frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

|| F r i g i d u s, mortuus. Vergilius lib. VIIII:

volvitur ille vomens calidum de pectore flumen,
frigidus.

|| F r i g i d u m, segne, inbecille. Vergilius lib. XI:

largus opum et lingua melior, sed frigida bello
dextera.

FERIRE usu significat percutere. Vergilius in Bucolicis:

cornu ferit ille, caveto.

M. Tullius de suppliciis: feriuntur securi: laetaris tu in om-

---

26 I, 280 || 29 II, 344 || 32 IV, 219 || 3 I, 92 || 5 II, 256 || 8 VIII, 71 || 10 Aen. IX, 414 || 13 Aen. XI, 338 || 16 IX, 25 || 18 II, 5, 46, 121.

---

25 ex $Gen_1$. — fatig. *cdd. Baiteri;* castigandi *alii.* — 27—29 *om. B, Gen,* $H_1$*; in mrg. add.* $H_2$*:* uirgilius aeñ. lib. I, *tum* quae — est; ut. — *eadem illi* aen, *quod v. 26 legitur, supra scr.* georgic̄. — *haec archetypi in mrg. fuere addita.* — ut *f. delend.* — 29 I *L, H; cf. comm. in 27—29;* II *ed. Bas.* — *cet. cf. 200; 326 l.* calor; indulgere, temperare. — 32 Lucr.; *cf. 247 l.* aestus. — 1 ut flauiis (flauus *B*) *B, Gen,* $H_1$. — 4 exemplo $Gen_1$*; pr. L.* — 6 ac $L_1$*;* a $Gen_1$. — 8 *n. N.* — Verg.; *cf. 382 l.* rumpere, dissicere. — 10 Verg.; *cf. 263 l.* calidum est fervens. — 11 mouens *Gen,* $H_1$*;* uomuens *B;* uouens $H_2$. — 13 segnem $Gen_1$*; pr. L.* — inbecille (inbecillae *pr. L*) *A, B, Gen,* $L_1$*, H.* — 15 extera $H_1$. — 17 rit, *supra scr.* fe, *L.* — caveo *Gen,* $H_1$*; non B.* — 18 letaris *B, Gen, L, H;* laet. *ed. Bas.* — tui nominum *B, Gen, pr. H;* tu in ominum *H ex corr.* — omnium, i *supra* mn *m. 2 scr., L.*

nium gemitu et triumphas. ‖ Ferire, sancire, firmare. Vergilius Aen. lib. X:

haut fit mora; Tarchon
iungit opes foedusque ferit.

FOVERE est nutrire, provehere. Vergilius Georg. lib. IIII:

hinc nescioqua dulcedine laetae
progeniem nidosque fovent.

et Aen. lib. I:

iam tum tenditque fovetque.

Lucilius lib. XXVIIII:

ventrem alienum
mestum fovere ex molito hordeo uti cataplasma.

‖ Fovere, aspargere. Vergilius lib. XII:

fovit ea vulnus lympha longaevus Iapyx.

‖ Fovere, constituere. Vergilius Georg. lib. IIII:

sub terra fovere larem.

et Aen. lib. I:

et interdum gremio fovet, inscia Dido,
insidat quantus miserae deus.

‖ Fovere, tueri. Vergilius lib. VIIII:

non obvia ferre
arma viros, sed castra fovere. ‖

FETVM significat plenum. Vergilius Aen. lib. I:

loca feta furentibus austris.

et lib. II:

scandit fatalis machina muros,
feta armis.

---

20 X, 153 ‖ 23 IV, 55 ‖ 26 I, 18 ‖ 28 Lucilius l. XXIX ‖ 31 Aen. XII, 420 ‖ 33 IV, 43 ‖ 35 I, 718 ‖ 38 Aen. IX, 56 ‖ 1 I, 51 ‖ 3 Aen. II, 237.

---

19 triumphus *Gen*; $H_1$; triumphis *B*; triumfus $L_2$; triumfas $L_1$; *ed. Bas.* — **21** aut *Gen*; *H*; *L*; haud *B*; haut *ed. Bas.* — tharcon *L solus.* — **22** fedusque $Gen_1$; $L_2$; ferusque $L_1$; faedusque *B*. — **24** nescio quia $Gen_1$; *pr. L.* — **26** et *om. B*; *Gen*; $H_1$. — **27** iam t. *Verg.*; tantum *cdd.* — **28** Luc.; *cf. 350 l.* maestum, enectum fame. — **30** maestum *vel* mestum *cdd. 350*; *h. l.* mestum $Gen_2$; $Ho_1$; mestu $Hs_1$); esttum $Gen_1$; *L* (*hic* tum, *supra scr.* est); $H_2$; *B*; *G*. — *cet. cf. comm. in 350.* — ordeo *B*. — cataplasma *cdd. 350*; cataplasmo *h. l.* — **31** aspargere $H_1$; spargere *L*; aspergere *B*, *Gen*, *G*; aspaergere $H_2$. — **32** lymfa *L*, *G*; *non B*, *Gen*, *H*. — longevus *cdd. cum B pr.* $Gen_2$ *et ed. Bas.* — iapix *L*, $H_1$, *G*; *non B*. — **35** et *om. B*; e $Gen_1$. — **36** et *om.* $H_1$. — **37** insedat *B*. — **1** Foetum *A*, *B*, *G*; Festum $Gen_1$. — Verg.; *cf. 210 l.* loca. — **2** foeta *A*, *B*, *Gen*, $L_2$, *H*, *G*. — ferentibus $Gen_1$; $L_1$. — **4** fatalas *B*. — macina *pr. L.* — **5** faeta *B*; foeta *A*.

Varro *Γνῶθι σεαυτόν*:

nón videtis, úņus ut Amor párvulus
árdifeta† lámpade.

|| Fetum, honere levatum. Vergilius lib. VIII:

fecerat et viridi fetam Mavortis in antro
*procubuisse lupam.*

et Georg. lib. III:

nec tibi fetae
more patrum nivea inplebunt mulgaria vaccae.

Varro de vita populi Romani lib. II: mensa ante ponebatur cum culigna ac vino; hinc quom quae veniebant ad fetam amicae gratulatum, dis mactabant.

FASCES quam habeant significationem, manifestum est. Vergilius Georg. lib. II:

illum non populi fasces, non purpura regum
flexit.

|| Fascem consulem posuit Vergilius Georg. lib. III:

---

6 Varro *Γνῶθι σεαυτόν* ‖ 9 Aen. VIII, 630 ‖ 12 III, 177 ‖ 15 Varro de vita pop. Rom. II ‖ 19 II, 495 ‖ 22 III, 347.

---

6 Varro; *cf. 243 l.* actum, infixum *ibique comm.* — **7. 8** *h. l. cdd.*: non videtis (videas *B*, $H_1$) unum et parvulus amor ardifeta (ardifeca, *m. 2* ardifera *G;* ardifaeta *B*) lepades (*seq.* f; lempades *B;* lepade *f.* $L_1$). — ardifeta; *quamquam potuit Non. simplicis vocabuli exemplis addere exemplum compositi, sicut saepius factum in hoc capite, tamen obelo notandum illum* ardifeta, *donec analogiae legibus convenire demonstrabitur. — interim priorem partem ex eo quod seq.* arida *labem traxisse adeoque pro hoc reponendum* arda *(cf. Luc. XXVII, 32) haud dissimile veri.* — **9** foetum *B, G.* — honore *L;* onere *rell. cum B.* — **10** foetam $H_2$*; B; G.* — Mov. *L.* — **11** *e Verg. add. Quicheratus.* — **13** fetae *L;* foetae *rell. cum B.* — **14** inplebunt $L_1$ *solus.* — mulctraria *B; cdd. Verg.* — legitur et 'mulgaria' *Philargyrius.* — **15** III *B.* — mensa *B, pr. L;* mensae (mense *H*) *rell.; v.* — anteponebatur *L, H, Gen, B;* anteponebantur *ed. Bas.; v.* — **16** cum *(ita ed. princ.)* culigna ac vino (ac vino *ed. a. 1476*) *Iun.;* eum cullia acuno *cdd. cum B* (cullia cuno $H_1$). — *cf. Cat: de re r. 132, 1.* — *male alii* cum culleo ac vino *sive* cum culina ac vino. — *fuit qui coniceret:* cum lucunculis ac vino. — hinc quom quae *M;* in quoque *cdd.* (in quo quae *Ald.;* ex quo quae *Guietus*). — fertam *Gen;* faertam $H_1$*;* sertam *B;* faetam $H_2$ (fertam $Ho_1$*;* fetam $Ho_2$); foetam *G.* — ammicae *B, Gen, pr. H;* amice *L.* — amicae *nominativ.* — **17** mactabant; *cf. Varr. de v. p. R. I pg. 341 s. l.* mactare — immolare: fabatam pultem dis mactant. — **18—27** *in A tantum haec leguntur:* Fasces consules vel dignitates. Fascem, onus. Virgilius: ego hoc te fasce levabo. — **20** fauces $Gen_1$. — **22** *ecce stuporem Nonii. — nam Servius illud* iniusto sub fasce *rectissime explicat per id quod est* sub magno onere. — *frustra autem Quicheratus scribit* fasces consulum posuit *(nam dixerat N. fasces in Verg. v. significationem habere manifestam) et huc traxit e v. 24* Fascem, onus. — *nam si recte hoc haberet, Nonius scripturus fuit:* Verg. Georg. lib. III — idem lib. IIII — et in Bucolicis. — II *cdd.*

iniusto sub fasce viam dum carpit.

|| Fascem, onus. Vergilius in Bucolicis:

ego hoc te fasce levabo

idem Georgicon lib. IIII:

ultroque animas sub fasce dedere.

FVNDERE est liquorem defundere. Vergilius [Georg.] lib. V:

hic duo rite mero libans carchesia baccho
fundit humi.

|| Fundere, prosternere, iacere. Vergilius Aen. lib. I:

quam septem ingentia victor
corpora fundat humo.

et [Aen.] lib. II:

*fusi per moenia Teucri*
*conticuere.*

*M. Tullius de suppliciis: plerique ut* fusi sine mente ac sine ullo sensu iacerent. — M. Tullius [in] Philippicarum lib. XIV: sceleratissimorum hostium exercitum fusum caesumque cognovi. || Fundere, dare. Vergilius in Bucolicis:

ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.

Cicero Tusculanarum lib. V: ut aut flores aut fruges fundat aut bacas. || Fundere, dicere. Vergilius Aen. lib. III:

talia fundebat lacrimans. ||

Plautus Asinaria:

---

24 IX, 65 || 26 IV, 204 || 28 Aen. V, 77 || 31 I, 192 || 34 Aen. II, 252 || 37 II, 5, 11, 28 || 38 XIV, 1, 1 || 40 IV, 23 || 42 V, 13, 37 || 43 III, 344 || 1 V, 2, 52.

---

**23** sub *om. Gen*$_1$. — capit *B*. — **24** Verg.; *cf. 336 l.* levare — relevare. — **27** animam *cdd. Verg.* — **28** effundere *A; mrg. G.* — Verg.; *cf. 546* carchesia. — aenđ. lib. V *B per interpolationem;* georg. lib. V *Gen; pr. L; H*$_1$*; ed. Bas.; in L et H del.* V *et in illo m. 1, in hoc 2 supra scr.* IIII; IIII *Victorianus. cf. et comm. in 546.* — *Verg. locum om. A.* — **29** carithesia *pr. L;* carthesia *Gen*$_1$*; L ex corr.* — bacho *B, Gen, H.* — **33** fundit *A; cf. v. 30.* — humo *C, Gen, A cum potioribus Verg. libris;* humi *B. ita scripsisse Verg. probabile est; cf. Ribbeckii comm. in h. v.* — **34—37** *restituit et supplevit H. Ilbergius Symbolae philol. Bonnens. pg. 438.* — *nam in illo* et Aen. (Aen. *secl. M*) *Iunius Ennii nomen latere opinatus erat.* — **37** fusi *Cic.;* fusissi (fusis *B*; fusisi *pr. L*) *cdd.* — ac *supra scr. in L.* — **38** ullos, *sed del.* s, *L.* — sensu iacerent; sed subiacerent *B, Gen*$_1$*;* subiacerent *L; H*$_2$*; G;* iacerent *Gen*$_2$*; H*$_1$. — M. Tullius; *olim fuisse:* idem *intellexit Ilberg.* — in *supra add. L.* — filippicarum *cdd. pr. B, Hqos.* — XIIII *ed. Bas.; Me;* XV *L, H, Gen, B.* — **39** caesum fusumque *cdd. Cic.* — usum *Gen*$_1$*; pr. L.* — **42** fundant *cdd. Non.; et ita f. ipse.* — **43** Fundere *non l. in L m. 1.* — dicere *om. B, Gen, H*$_1$. — **44** talia fundebant lacrimas (fundebat lacrimans *B*) fundebat (fundebant *B*) *B, Gen, H*$_1$.

né ílla ecastor fénerato fúndit .....

|| Fundere, fugare. Vergilius Aen. lib. II:

illi etiam, siquos obscura nocte per umbram
fudimus insidiis totaque agitavimus urbe,
apparent.

|| Fundere, emittere. Vergilius Georg. lib. III:

ruuntque effusi carcere currus.

et lib. X:

cristisque a vertice flamma
funditur.

FILVM dicitur deducta res quaeque ad tenuitatem. Vergilius lib. X:

extremaque Lauso
Parcae fila legunt.

|| Filum, oris liniamentum. Lucilius lib. XXVIIII:

súrge, mulier, dúc te! — filum nón malum.

FLAGITIVM veteres vitium quod virgini infertur dici voluerunt.

|| Flagitium, periculum. Lucilius lib. XXVIIII:

quei et poscent minus et praebebunt rectiu' multo
et sine flagitio.

FIDES quid sit, manifestum est; ut Vergilius Aen. lib. I:

cana Fides et Vesta;

et plerumque. || Fides, cordae quae appellantur. M. Tullius in Hortensio: ponendae sunt fides et tibiae. — [et] Vergilius lib. VI:

---

3 II, 420 || 7 III, 104 || 9 Aen. X, 270 || 13 Aen. X, 814 || 16 Lucilius l. XXIX || 19 Lucilius sat. l. XXIX || 22 I, 292 || 24 M. Tullius Hortensio || 25 Aen. VI, 120.

---

2 illa ecastor *Bothius;* ille ecastor *cdd. Pl.;* ille castor *Non.* — funerato (*pro* foenerato) *L; G; B.* — funditat *cdd. Pl.;* fundit haec *Lambinus.* — 5 fundimus $Gen_1$. — urbem $Gen_1$; *pr. L.* — 7 emittere *M;* dem. *L,* $H_2$; dim. *rell. cum B.* — IIII *B.* — 9 *cf. 240 l.* ardere, fulgorem — emittere. — 12 Filus dicitur ded. *A.* — ducta *B;* deducti $Gen_1$. — at *A.* — Verg.; *cf. 332 l.* legere — colligere. — 16 oris *Ald.* (*om. edd. priores*); ores *cdd.* (Filii mores *Gen;* Fili mores *B;* Filum mores *pr. H*). — 17 surrge *B.* — multer $L_1$. — duc te (*i. e.* aufer te); ducte *B, Gen,* $H_1$; ducite *rell.* — filium *Gen; pr. H.* — 18 Fl. v. vit. dici voluerunt quod virgini infertur *B.* — *post* voluerunt *exemplum interceptum probabile est. et alterum l., ut puta* Flagitium, dedecus, *vel h. l. vel ante v. 18 excidisse crediderim; cf. Luc. XXVI, 46.* — 19 periculum; *n. N.* — 20 quei et *M;* qui et *Me;* quiete *cdd.* — poscent *I. Dousa; Me;* poscente *cdd.* — *male Dousa pater:* quiete | poscent te minus. — praebebunt *I. Dousa; Me;* praebunt *C, Gen;* praebent *B.* — *de pathicis pueris agi notat Me.* — 22 ut *om. B, f. recte; cf. comm. in 310, 28.* — Verg.; *cf. 86 l.* canum. — 23 Vesta Remo *B.* — 24 ut pler. $L_2$; $H_2$; *G;* ut *om. B.* — Fides, cordae quae appellantur (Fides etiam corde appellantur *A*); *hic eodem errore quo pg. 248 in l.* bellum *lapsus*

Threicia fretus cithara fidibusque canoris.

FACERE apertam habet significantiam. ‖ Facere, rem divinam religionibus exhibere. Plautus in Aulularia:

múlsi congiálem plenam fáciam tibi fidéliam.

Vergilius in Bucolicis:

cum faciam vitulam pro frugibus, ipse venito.

## INCIPIT PER G LITTERAM.

GRAVE, secundum consuetudinem ponderosum. Vergilius Georg. lib. I:

vomis et inflexi primum grave robur aratri.

Terentius Heautontimorumeno:

hui! tám gravis hos, quaéso?

M. Tullius de officiis lib. III: aut certe omni pondere gravior habenda est.

‖ Grave, gravidum. Vergilius Aen. lib. I:

donec regina sacerdos
Marte gravis.

‖ Grave, plenum. Vergilius in Bucolicis:

non insueta gravis temptabunt ‖ pabula fetas.

et Georg. lib. III:

et gravido superant vix ubere limen.

et Aen. lib. I:

---

28 IV, 2, 15 ‖ 30 III, 77 ‖ 33 I, 162 ‖ 36 I, 1, 40 ‖ 38 III, 8, 35 ‖ 40 I, 273 ‖ 43 I, 49 ‖ 2 III, 317 ‖ 4 I, 151.

---

*est Non. — nam fides, quae cordae, a* σφίδῃ; *quamquam fuisse qui a fidendo repeterent docet Paul. pg. 89.* — **25** et *vid. delend.* — **26** treicia *A, Gen*$_1$. — cythara *A, B.* — **27** significationem *A, B.* — **28** religionibus; *cf. 57, 14.* — **28. 29** Plautus; *cf. 543 l.* fidelia. — in Aulularia: mulsi *v.; cf. 543 l. m.;* in aulularíam (Aulularia *ed. Bas.; B*) uisi (muisi *ed. Bas.*) *cdd.* — congilem *pr. L.* — plenum *B, pr. H.* — tibi *in mrg. add. Gen.* — fidelium *B, Gen, pr. H.* — **31** vitulam *Vergilii cdd. plures; item C, Gen, B; porro Prisciani, qui quater h. v. adfert, libri tantum non omnes.* — vitula *est Vergilii.* — venio *pr. L.* — *mirum quod de* faciendi *verbo tam breviter rettulit Nonius, qui plenissime de* agendi. *cf. pg. 243 l.* agere. — **33—39** *in cdd. leguntur post 314, 8; h. l. reposuit M.* — **34** I *L ex corr.;* II *rell. cum B.* — **36** teren *L*$_1$. — **37** hui tam *Ter.;* ultam *C, Gen;* ultram *B.* — **38** de officiis *om. B.* — III *B, Gen, H*$_1$*;* I *rell.* — **39** habenda *cdd. Cic.; ap. quem praec.* eaque aut sola expetenda est, ut Zenoni visum est. — **2** *cf. 389 l.* superare, ascendere. — **3** superent *B.* — ubera *Gen*$_1$. — **4** Aeneidos lib. I *Quicheratus;* lib. I Aen. *cdd.* (lib. Aen. I *B*). — *Vergilii exemplum ut alienum ab hoc loco ad l.* grave, sapiens cum auctoritate, *quod legitur 315, 25, transtulit Quicheratus; ubi non magis apte ponitur. potius in hac pagina v. 16 lemmati, quod*

tunc pietate gravem ac meritis.

|| Grave, fecundum, frugiferum. Vergilius Georg. lib. III:

quid labor aut benefacta iuvant? quid vomere terras
invertisse gravis?

|| Grave, amarum. Varro Quinquatrubus:

absíntium
utí bibam gravem ét castoreum . . .
levémque robur.

|| Grave multum significare veteres probant; nam et graviter multum, valde intellegitur. Titinius Psaltria:

...... gravique obsónio convívas.

Caecilius Plocio:

placére occepit gráviter, postquam emórtuast.

Accius Deiphobo:

ad infandum hóminem, gnatum Láerta, Ithacensei éxule,
quí neque amico amícus umquam grávi' neque hosti hostís fuit.

---

6 III, 525 || 9 Varro Quinquatrubus || 14 Titinius Psaltria || 16 Caecilius Plocio || 18 Accius Deiphobo.

---

*est* grave, multum, *potuit addi. nam* gravis *apud Vergilium eodem modo dictum, quo in Accii Deiphobo. sed ut apud comicos atque alibi saepe* plenus *ponitur de moribus (cf. Pl. Mil. 90; 423), ita etiam h. l. accipi potuisse a commentatore apparet. — cet. Vergilii haec sunt:* tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem conspexere, silent. — **6** frugiferum consuetudine (consuetudinem *Gen*$_1$) ponderosum *B, Gen,* $H_1$*; cf. 313, 33.* — **7** iuvant *B;* iubant $L_1$*;* iubent *Gen*$_1$*;* iuvent *rell.* — **9** *ad illud* Grave, amarum *Ho et G in mrg. add.:* Virg. *(Georg. IV, 270):* et grave olentia centaurea; *quae potius ad sequens lemma pertinere apparet. — eadem post v. 12 ponit Iun., Me. — cf. de Iunio comm. in 233, 40.* — Varro; *cf. 190; 336 l.* absinthium; levare, minuere. — **10** absinthium *A, B,* $H_2$*;* absentium *rell.* — **11** ut *A.* — grave *B.* — castoreum *A, B; Gen; H; sed in hoc* u *puncto tenuissimo subnotatum;* castorem *rell.* — **12** leveque *cdd. hic et 190;* levemque *336.* — **13. 14** *haec a Quicherato restituta. in libris illa* nam et graviter multum intellegitur *posita sunt post v. 15. — in isdem* valde *v. 13 post* multum *est collocatum.* — **14** saltria *Gs;* psaltaria *Gen*$_1$*;* psaltatria *pr. B.* — **15** obsoni *B.* — conurias *B, Gen;* conui, *tum ras.,* ias, *supra rasuram scr. m. 2* u *et ead. in mrg.* conuiuas, *Hs.* — convivas; *verbum, non nomen.* — **16** Plocio; procilio *B, Gen, Tornaes.,* $H_1$. — **17** plare *pr. B.* — hoccoepit *L; Gs.* — emortuast (*vel* emortuust) *M;* emortuas *B; Genm;* $L_1$*;* emortuus *Genh;* emortua $H_1$*;* est mortua *rell.* — **18** Actius *B.* — deifobo *C* (deifebo $H_1$*; item B, Gen*). — **19** ad *pr. L;* $H_1$*; B; Gen;* at *L ex corr.,* $H_2$*;* aut *ed. Bas.* — *f.* ad per *sive* aut ad. — infandum hominem, gnatum *M, ne plures concurrerent ablativi;* infando homine gnato (gnatu $L_2$, $H_2$, *G*) *cdd.* — Laerta Ithacensei; Laerta *Rothius* (Laertae *Me*); Ithacensi *Me;* laerat (lerat *Genm*) ait hacenase *C, Gen;* laerata ithacenase (*pr.* ithacenuse) *B;* lerataet hacenase *Tornaes.* — exsule *Gs;* exulo *Tornaes.* — **20** quinque *G.* — amicoo *Bh.* — amiquos umquam *Bm.* — gravit $L_1$*;* gravis *rell.* — gravis *hic ut Aen. I, 151 idem quod* respiciendus, reverendus. — hosti *om.* $H_2$*; Gs.*

Sallustius Hist. lib. III: namque is praeter solita vitiosis magistratibus, cum per omnem provinciam infecunditate bienni proximi grave pretium fructibus esset. — M. Tullius de officiis lib. I: nec vero audiendi qui graviter inimicis irascendum putant. — Lucretius lib. I:

humana ante oculos foede cum vita iaceret
in terris, obpressa gravi sub relligione.

Varro Gerontodidascalo:

úbi graves pavónum alantur átque pascantúr greges.

|| Grave, grandaevum. Vergilius lib. V:

hic gravis Entellum dictis castigat Acestes.

|| Grave, molestum. || M. Tullius de senectute: quod numquam tibi senectutem gravem esse senserim. — in eodem: facilius in morbos incidunt adulescentes, gravius egrotant, tristius curantur. — Sallustius *Hist.* lib. II: et continetur gravius. || Grave, nocens. Vergilius Georg. lib. III:

---

21 Sallustius Hist. III || 23 I, 25, 88 || 25 I, 62 || 28 Varro Gerontodidascalo || 30 Aen. V, 387 || 1 2, 4 || 2 19, 67 || 4 Sallustius Hist. II || 5 III, 415.

---

**21** Sallustius; saal $L_1$; sall *id. m. 2. — cf. Kritz. comm. in III, 90; Dietschii in III, 1.* — neque *B.* — is *Me in Corrigendis;* eis *B, Gen,* $H_1$ (*praec.* e); his *rell.; et ita Kritzius, qui dicit dubitari posse, illud* vitiosis magistratibus *utrum ablativus sit temporis vel absolutus an dativus. mihi videtur dativus esse et quidem suspensus ab eo quod est* praeter solita, *liberiore Graecorum in modum usu, tangique magistratus Romani nescio cuius malitia, qui provinciam caeli natura bis male habitam etiam propriis vitiis vexasset. de Gallia autem Narbonensi putant agi. quod cum ita sit, in initio fragm. illud* is *reponi placuit. — male, siquid video, Dietschius:* praeter solita vitiosis agri tractibus. — vitiis *B, Gen,* $H_1$. — **22** cum pro $Gen_1$. — infoecunditate *L, G; non B.* — **23** promixi, *sed signis additis corr., Gen.* — esset *ed. princ.;* esse *cdd.* — **24** qui graviter *Cic.;* graviter *B, Gen,* $L_1$, $H_1$; graviter qui *rell.* — **25** Lucretius; *cf. 326; 379 l.* iacet, sordet; religio, metus. — **26** fede *cdd. cum B.* — **27** obpraessa (*m. 2* oppraessa) $L_1$; opp̃ssa *Gen;* oppressa *rell. cum B.* — religione *B, Gen,* $H_1$; relegione $L_1$. — **28** Varro; *cf. 440 l.* pascere et alere. — gerontodidasculo *Gen, H.* — **29** ubi graves pavonum alantur atque pascantur greges; *ita M; cf. comm. in 440; h. l. cdd.:* verbi (ũbi *H;* ubi *B, Gen*) graves pascuntur (pascantur *440*) atque (utque *B, Gen,* $H_1$) alantur (aluntur *B*) pavonum (paonum *B; Gen; pr. L;* $H_1$) greges. — **30** Verg.; *cf. 251 l.* castigare. — **31** gravis 'aetate vel obiurgatione' *Servius.* — *potius* obiurgatione. — **1. 2** M. Tullius (M. alius $L_1$); *cf. 409 l.* triste, difficile. — quod n. t. senectutem *m. 2 add. in L.* — in eos *L;* $Gen_1$; *A; B;* in eosdem *G.* — *puto* idem eodem. — in *om. Am, B, Gen, L,* $H_1$. — **3** *illud* adulescentes, *quod utrum additum sit in G m. 2 an deletum ex ed. Bas. non sat compareat, in mrg. add.* $H_2$; *et ita Cic.; om. rell. cum A, B.* — *etiam pg. 409 plerique cdd. hoc voc. carent.* — egrotant *A, Gen, H, L;* aegr. *B.* — **4** Hist. *om. cdd.* — gravius *Me;* gravis *cdd.*

galbaneoque agitare gravi.

M. Tullius de officiis lib. III: magnum illud bellum perfuga unus et gravem adversarium imperi sustulisset. || Grave, triste. Accius Erigona:

séd ubi ad finem véntumst, [in] quo illum fórs expectabát loco,
ádque Orestei grávi' sacerdos férro *cum* prompto ádstitit.

Vergilius lib. VIII:

. gravior ne nuntius auris
vulneret.

|| Grave, forte. Vergilius lib. XII:

ferit ense gravem Thymbraeus Osirim.

|| Grave, utile. M. Tullius de officiis lib. I: ut, etiamsi sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia nostra naturae regula metimur. || Grave, solidum et firmum. Accius Athamante:

benefícieis hostiméntum peperisteí grave.

---

7 III, 22, 86 || 9 Accius Erigona || 12 Aen. VIII, 582 || 15 XII, 458 || 17 I, 31, 110 || 19 Accius Athamante.

---

6 galbaneoque agitare gravi. *ita cdd. Nonii; qui illud* galbaneo *videtur accepisse pro substantivo. at Vergilius:* galbaneoque agitare gravis nidore chelydros. — *tamen id quod est* gravi *et a Servio agnoscitur, cuius haec sunt:* gravi nidore; serpentibus scilicet noxio. — *cet. B habet* gravis, *interpolationis ex Verg. ducto initio;* gravi *supra scr. in L.* — 7 illum b. *cdd.* — 8 unus *Cic.;* humum *B; Gen; $H_1$; ed. Bas.;* hominum *L, $H_2$.* — grave *cdd.* — imperium *B, Gen, $H_1$;* imperii *rell.* — 9 Accius *om. B, Gen, $H_1$.* — 10 ad fanum *Lipsius; at vix additurus fuit poeta illud* fors, *si verum esset* fanum. *nec enim mirum a sacerdote ad templum expectari hostiam.* — in *secl. Guietus.* — fors sectabatur *cd. Palat.* — 11 adque *L;* adquem *G;* atque *B, Gen;* atquem *H.* — Orestei *vel* Orestae *M; cf. Aen. V, 10:* olli caeruleus supra caput adstitit imber. — adque (*pro* et ad) Oresten *Grotius. et potest in Accii libro ferri haec accusativi forma* (Orestem *Ritschelius*). — gravi' sacerdos; Iphigenia. — cum *add. Grot.* — adstitit *id.;* adsistit *B, Gen;* adtituere *(sic)* sistit *$H_1$;* adstituere (astituere *$H_2$*) *rell.* (*seq.* Verg.). — *simillimum vitium in v. Accii pg. 463 s. l.* adfari. — 12 lib. VIII; *ita cum $H_2$, G L, sed m. 1* VIII *punctis delet. et supra scr.* XII; georg. lib. XII *Gen, $H_1$;* aeneđ lib. XII *B.* — *f. haustus Georg. locus.* — 16 gravem; *i. e.* minitantem, instantem. — tymbreus *B, Gen, L, G;* tybreus, *m. 2* tynbreus, *H.* — osyrim *L, G; non B.* — 17 ut etiamsi sint *Cic.;* ut iam sit (sit *om. L;* sata *B;* sat *$Gen_1$*) *cdd.* — alia; via *B.* — 18 atque in (*tum* im) m. *L.* — 19 metimur *C pr. $H_1$;* metitur *B, Gen, $H_1$.* — *Non. vid. scripsisse:* ut iam sint alia — tamen — metimur. — Actius *A, B.* — Achamante *B, Gen, L, $H_1$; om. A.* — **20. 21** *om. A.* — 20 beneficiis hostimentum peperisti grave *Bothius;* veneficius (beneficiis *B*) gravem hostium peperisti (perperisti *Gen; $H_1$*) et grave *C, Gen, B* (veneficium *Vrbin. 307.* — beneficiis hostem grave peperisti *Palatin.*). — beneficiis egregiis hostimentum peperisti grave *Grotius; quod non potest admitti nisi ita:* beneficis | egregiis hostimentum peperisti grave *neque satis respondet artis legibus; et aliquanto minus placet Bergkii illud:* meis beneficiis hostimentum peperisti gratum et grave; *in quo adeo et* meis *et* gratum *ineptum est.*

315. 316 M.

idem Nyctegresia:

id quód facis gratum ét gravest.

M. Tullius in Hortensio: unde aut ad agendum aut ad dicendum copia depromi maior gravissimorum exemplorum, quasi incorruptorum testimoniorum, potest? ‖ Grave, sapiens cum auctoritate. M. Tullius de officiis lib. I: quae gravis et fortis civis et in re publica dignus principatu fugiet atque oderit. — et in Hortensio: quid enim aut Herodoto dulcius aut Thucydide gravius? Grave, necessarium. Lucilius lib. XXVIIII:

habeás quoque animo mi ádmodum causám gravem
fore, quaé me ab ullo cómmodo abducát tuo.

GRASSARI dicitur supra modum saevire. ‖ ‖ Grassari etiam dicimus ambulare. Titinius Veliterna:

vénde thensam atque ínulos.
síne eam *iam* pedibús grassari; cónfringe eius supérbiam.

Novius Pedio:

'Caéretanus síne diploida?' — 'récta grassatúr via.'

---

21 Accius Nyctegresia ‖ 23 M. Tullius Hortensio ‖ 26 I, 25, 86 ‖ 27 M. Tull. Hortensio ‖ 29 Lucilius l. XXIX ‖ 2 Titinius Veliterna ‖ 5 Novius Pedio.

---

**21** Nyctegresia; in fete gresia *L; in* yctegressia *Gen; B; pr. H; in quo supra* yc *erasa* s. — **22** et utile est *B.* — **23** unde haud *H*, *$Gen_2$;* unde haut *$Gen_1$*. — **26** civis *Cic.;* quis *cdd. cum B; om. A.* — ed *pr. L.* — **27** in *om. $H_1$*. — dignos *pr. L.* — principatum *cdd.* — et in Hortensio; *cf. comm. in 241, 10.* — **28** dulcius ut Thuc. *$H_1$*. — hyucydide *pr. L.* — **29** necessariūs m̃eccilius *pr. L.* — **30** h. quoque *M;* habeasque (habeasquae *B, Gen, $H_1$*) *cdd.* — *post* habeasquae *Genh add.* he; *sed id del.* — mihi *cdd.* — grave *L, G;* gravum *$H_1$;* grav *(tum ras.)* um *Gen;* gratum *B.* — **31** forte *B.* — que *Gen, $H_1$*. — adducat *$H_1$; Gen; non B.* — iuo *pr. Gen.* — **1. 2** Grassare *$H_2$, sed rursus mutat.;* Grassa *hic et infra $Gen_1$*. — dic. etiam *B.* — amb.; *i. e. ire.* — **3** unde et *B.* — thensum *B*, *Gen;* tensum *$H_1$*. — inulos; hinnulos *M. Hauptius Indic. lect. hibernar. Berolin. a. 1866 pg. 3;* mulos *cdd.* — **4** iam *add. M.* — crassari *pr. L.* — confringe *Passeratius, Me;* confingere (cumfingere *L, $H_2$, G; non B*) *cdd.* — super *pr. L.* — **6** Caeretanus sine diploida? — r. gr. via. *ita M, qui et diverbium instituit;* Caeretanus sine diploidi. a, recta gr. v. *Lachmann. comm. Lucr. pg. 49.* — cretanus (errat anus *per interpolationem B*, *Gen, $H_1$*) sime deploidi a (*sed in L* i *ultimum verbi* deploidi *in rasura; H pr.:* diploida, *tum:* deploidi a; deploida *Gen;* deploide *B*) recta gr. (cr. *pr. L*) via *cdd.* — *potuit scribi* diploidei; *sed alterum in atellana melius.* diploida, *ut* chlamyda, cassida, lampada. — *cf. Porphyr. in Hor. Ep. I, 17, 25:* duplici panno; vili veste, quam diploidem veteres dixerunt. — errat anus sine diploide. a recta gr. v. *male Rothius. — verum si invenit Lachmannus, in prioribus ap. Titin. erat dictum accedere ad aedes* (*nam* grassari *hic idem quod* ire, incedere) *hominem Caeretanum, splendide vestitum. — hinc alterius cavillatio. — videntur autem Caeretani, qui civitatem habebant sine suffragio* (*cf. interpretes ad Hor. Ep. I, 6, 62 illud* Caerite cera digni), *Romanis fuisse ludibrio ut Praenestini.* —

idem [Pedio]:

núnc res me ipsa répremit; saepe hac sum eádem grassatús via.

Sallustius in Iugurta: qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur. — Afranius Excepto:

consímili grassantúr via, quibus híc est omni' cúltus.

GARRVLAE dicuntur aves canorae et hilares. Vergilius Georg lib. IIII:

garrula quam tignis nidum suspendat hyrundo.

Garrulus est rursum cordatus. Varro Periplu lib. I: in hac civitate tum regnabat Dionysius, homo garrulus et acer.

GEMINI dicuntur ex uno utero uno die editi. Vergilius lib. VIII:

geminos huic ubera circum
ludere pendentis pueros.

Geminum rursum simile. Pacuvius Hermiona:

par fórtitudo, gémina confidéntia.

Geminae, duae. Vergilius lib. VI:

sunt geminae Somni portae, quarum altera fertur
cornea.

GERERE est habere. Vergilius Aen. lib. II:

et nos aliquod nomenque decusque
gessimus.

---

7 Novius; cf. comm. ‖ 9 1, 3 ‖ 10 Afranius Excepto ‖ 12 IV, 307 ‖ 15 Varro Periplu l. I ‖ 17 Aen. VIII, 631 ‖ 20 Pacuvius Hermiona ‖ 22 Aen. VI, 893 ‖ 25 II, 89.

---

*atque ad illam eorum condicionem hunc ipsum Novii versum pertinere crediderim. scilicet numquam erat, cur Caeretanus homo uteretur toga candida.* — 7 Novius; Nevius *A, qui prius exempl. omittit.* — Pedio *om. A noto more; porro B, Gen,* $H_1$*; recte in suspicionem vocat Ribbeckius.* — 8 me ipsa *om. B.* — ipsa *Montepessul.; A; Genm; f.* $Hs_1$*; P;* ipsam *rell. cum Genh.* — repraemit *L;* reprimit *rell.* — haec *A, B, Gen, H.* — sum eadem *Munkius;* eadem sum *cdd.* (eadem hac sum *Buechelerus*). — crassatus vias *pr. L.* — 9 Iugurta *B; pr. L;* Iugurtha *rell.* — 11 grassatur *B.* — a quibus *L,* $H_2$*, G (in L videntur supra* a *et infra puncta fuisse posita, sed ea erasa).* — hic *supra add. in L.* — 12 hila[illegible], *pr. L; f.* hilarae. — 14 gignis $Gen_1$. — suspendit $H_2$*; G;* suspendant $Gen_1$. — hyr. *A, L;* hir. *rell.* — 15 cordatus; *n. N.; in Varronis loco* garrulus *idem vid. esse, quod* facetus; *cf. Hor. Sat. I, 10, 44.* — *notum Dionysium utrumque litterarum fuisse haud incuriosum.* — *haud ita dissimiliter pro* arguto *accipit Mercerus, qui citat Gell. XV, 30, 1 illud* garruli natura et subargutili *et refert ad Dionysium maiorem, quem constat fuisse dicaciorem.* — Periplus *cdd.* — 16 cum *B; Gen; P;* tunc *Montepess.* — Dionesius *B; Gen; pr. L;* $H_1$*;* Dionisius *A; L ex corr.;* $H_2$*; G.* — et; *f.* set (*praec.* s). — 17 Verg.; *cf. 343; 423 l.* mater; genetrix. — VIIII *cdd. cum B.* — 18 ubere *L, G;* uberae $H_2$*;* ubera *et B.* — 24 aeornea *pr. L.* — 25 gerere *l. tam breviter tractatum mirere.* — 26 decus *H; Genm.*

|| Gerere, ferre. Vergilius lib. VII:

bella manu letumque gero.

et idem eodem lib.:

laevaque ancile gerebat.

|| Gerere, facere. Vergilius lib. VIIII:

nec tecum talia gessi,
magnanimum Aenean et fata extrema secutus.

GRADVS consuetudine sunt per quos ad altiora domorum et aedificiorum omnium scanditur. Vergilius Aen. lib. I:

aerea cui gradibus surgebant limina.

|| Gradus, pedum gradientium vicissitudo. || Vergilius Georg. lib. III:

gradibusque sonare
conpositis.

|| Gradus, firmitas standi. M. Tullius de officiis lib. I: nec tumultuantem de gradu deici, ut *dicitur*.

GESTIRE est cupere. Lucilius lib. XXX:

quantum aurire animus Musarum ec fontibu' gestit.

|| Gestire, laetum esse. Vergilius Georg. lib. I:

et studio incassum videas gestire lavandi.

## INCIPIT PER H LITTERAM.

HERBA est viride pecorum pabulum * * * Vergilius Georg. lib. I:

et sulcis frumenti quaereret herbam.

|| Herbam veteres palmam vel victoriam dici volunt. Vergilius Georg. lib. III:

atque inmemor herbae
victor ecus.

---

28 Aen. VII, 455 || 30 Aen. VII, 188 || 32 Aen. IX, 203 || 36 I, 448 || 1 III, 191 || 5 I, 23, 80 || 7 Lucil. l. XXX || 9 I, 387 || 12 I, 134 || 15 III, 498.

---

**29** laetumque (*pr.* laaetumque) *L;* laetumque *et* $Gen_1$*;* loetumque *A; B;* $Gen_2$*;* $H_1$. — sero *pr. L.* — **30** et idem eodem lib.; idem eodem *vid. venisse a N.* — *cet. cf. 554 l.* ancile. — **31** levaque *cdd.* — ancille *pr. H.* — **35** per quod *pr. L, f. recte.* — **36** scenditur *cum ras. supra* e *L.* — **1** *ad* gradientium (gradiantium *pr. L*) *in mrg. adscr.* $H_2$*:* grassantium. — **1. 2** lib. georg. II *B.* — **6** deici, ut dicitur *Cic.;* deiciunt *cdd.; et f. ipse N.* — **7** Luc.; *cf. 319 l.* haurire. — **8** quanto *cdd. h. l.; f.* quam tum. — aurire *pr. L;* $H_1$*; Gen;* haurire *rell. cum A, B.* — ec *M;* et *cdd. 319; h. l. Montepess.; A; B; Gen; H;* e (me *pr. L*) *L, G.* — **9. 10** *cf. 32 l.* gestire. — **11** *om. Gen.* — **12** *post* pab. *hausta quaedam.* — **13** quaerere *Gen, pr. L,* $H_1$. — **14** *cf. Paul. 99 l.* herbam do. — palmulam *pr. L.* — **17** equus $H_2$*; B.*

Accius Meleagro:

gaúdent, currunt, célebrant, herbam cónferunt, donánt, tenent,
pró se quisque cúm corona clárum conestát caput.

Afranius Excepto:

fit ópu' lúculéntum hóc. vici: hérbám det..

HABERE planum est quid significet; ut Vergilius Aen. lib. IIII:

habeat secum servetque sepulchro.

Terentius Andria:

quod hábui summum prétium persolví tibi.

|| Habere, tenere, occupare. Vergilius Aen. lib. II:

hostis habet muros.

Lucilius lib. XXVIIII:

hoc tum ílle habebat ét fere omnem Apúliam.

Plautus Aulularia:

póstremo hunc iam pérscrutavi: níl habet....

|| Habere, satis esse. Vergilius lib. XII:

hoc habet; haec melior magnis data victima divis.

Terentius Andria:

---

18 Accius Meleagro || 21 Afranius Excepto || 23 IV, 29 || 25 I, 1, 12 || 27 II, 290 || 29 Lucilius l. XXIX || 31 IV, 4, 30 || 33 Aen. XII, 296 || 35 I, 1, 55.

---

18 Actius *A, B.* — 19 currunt *suspectum.* — conterunt, *cum rasura supra* t *et infra, L;* conferant *pr. A.* — donan tenent *pr. L.* — donant, tenent; *illud* tenent *non potest referri nisi ad Meleagrum et sic parum placet.* — *f.* cinctum tenent. — 20 cumque *B.* — *id quod est* cum corona *apparet iungendum prioribus.* — conestat *M* (cohonestat *Ribbeckius*); constat *L, $H_2$, G;* conectat *Montepess., A, B, Gen, $H_1$;* constitit *Cuiacianus; et idem in Victoriano videri prius fuisse scriptum notat Mercerus; at nullam correcturam in G apparere testatur Gerlach.;* circumstat *Palatin.; coni. Me.* — 22 *tetram. bacchiacus ultimo spondeo mancus.* — vici *Passerat.,* dici *cdd.* — 23 *initio lemmatis in cdd. positi vv. 33, 34; quos in hunc locum quem nunc habent traieci.* — *Quicheratus versus 33—37 in principio collocavit lemmatis, quamquam nec ipsum fugiebat ordiendum fuisse Nonio a verbis* habere planum est quid significet. — 23 ut *om. B; idque fortasse delendum.* — 24 sepulchro *$Gen_1$; pr. L; ed. Bas.;* sepulcro *rell. cum B.* — 25 Ter.; *cf. 366 l.* pretium pro praemio. — 27 ocupare *L.* — VIIII *B.* — 30 oc *pr. A.* — ille; Hannibal. — ferre *$Gen_1$.* — mapuliam *B, pr. L;* apuliam *etiam A.* — 31 Plautus; *cf. 469 l.* scruto. — 32 iam hunc *cdd. Pl.* — hic nihili (nichili) *idem.* — nihil *libri Non.* — 34 hoc *pro* haec *pr. L; H ex corr.;* et *B.* — *Servii in hunc v. commenta haec sunt:* 'hoc habet' id est 'letali percussus est vulnere.' *adicit interpolator:* apud antiquos enim id erat 'hoc habet', quod nunc 'peractum est.' *tum Servius rursum:* Terentius: certe captus est. habet. — *cf. et Donat. ad Andr. I, 1, 56; a quo rectius explicatur illud* habet.

certe cáptus est:
habét.

|| Habere rursus habitare. Sallustius in Catilinae bello: credo, falsa existimans ea quae de inferis memorantur: || diverso itinere malos a bonis loca taetra, inculta, foeda atque formidulosa habere. — Vergilius lib. VII:

quae loca quique habeant homines.

Afranius Excepto:

ubi híce Moschis, quaéso, habet meretríx Neapolítis?

Accius Philocteta:

úbi habet? urbe agróne?

Plautus Aulularia:

patri *átque* avo iam huiúsce, qui nunc híc habet.

|| Habere, dicere. Terentius in Eunucho:

labóre alieno mágno partam glóriam
verbó *saepe* in se tránsmovet qui habét salem;
quod ín test.

|| Habere, facere. Varro *Ταφῇ Μενίππου*: saltem infernus tenebrio, ὁ *κακὸς δαίμων*, *agit* atque habet homines sollicitos, quod

---

38 52, 13 || 3 Aen. VII, 131 || 5 Afranius Excepto || 7 Accius Philocteta || 9 prol. 5 || 11 III, 1, 9 || 15 Varro *Ταφῇ Μενίππου*.

---

36 certe; e *posterius correctum in L, f. ex* o *vel* u. — 38 Salustius *pr. L.* — in *om. B.* — Catillinae *L, Gen; non B.* — 1 existimans se quae *pr. L.* — memoratur *pr. L;* memorentur *B.* — 2 et bonis $H_1$. — tetra *B, Gen, H;* thetra *A.* — feda *A ex corr.; B; Gen*$_2$*; H; G;* fetida *pr. A.* — formidulosa *Gen, H, pr. L;* formidolosa *rell. cum A, B.* — 4 quive *Verg.;* quae *cdd.; ex quo potius refingendum* quique. — 6 hice *Bergkius;* hic *cdd.* — ubi dic *non bene Neukirchius, cum illud* quaeso *non sit divellendum ab imperativo.* — ubine hic sis quaeso *liber N. Fabri.* — ubi hic Moschis; 'sic diserte libri nostri' *Me; quem tamen ita nihil testari apparet nisi in codicibus suis non esse, quod tum ferebatur in edd.,* ubi hic me scis *vel, quod in mrg. Iunius,* ubi hic in Oscis. — moscis *C, Gen*$_2$*, B;* moycis *Gen*$_1$. — meletr. *cdd.;* meretrix *ed. a. 1471; cf. comm. in 202, 13.* — 7 Actius *B.* — Philocteta *M;* Filoctete *ed. Bas.;* filoctetae, *m. 2* filocteta e, *L;* filoctaete, *m. 2* filoctaetae *H;* filoctate *Gen;* filoctaetate *B.* — 8 urbe *ed. pr.;* turbae *B, Gen, L, H;* turbe *ed. Bas.* — agone *B.* — 9 alularia *L.* — 10 patriabo iam *cdd.* — atque *add. M.* — huiusce *M;* huius *v.* — patri avoque iam huius qui nunc hic habet *cdd. Pl.; ubi Aldus* patrique; parenti *Goetzius; qui de toto loco conferendus.* — 11 *n. N.* — Ter.; *cf. 223 l.* salis *ibique comment.* — 12 laborare *B.* — partham *pr. L, Gen*$_1$. — 13 verbis *cdd. pg. 223 cum Terentii libris.* — saepe *h. l. omissum.* — 15. 16 infernus *supra scr. in B.* — tenebrio *Iun.;* tenebro *cdd.* (tenebrocat *L*). — ὁ *add. Oehlerus.* — κακος δαιμον (διμον $H_2$) $H_2$*, G;* κακοcααιmon *L;* κακοcαιαιμον *Gen,* $H_1$*;* κακοcαιαιmon *B.* — agit *add. M; cf. eiusdem Varronis frgm. quod leg. 243 s. l.* actum, infixum. — habet *ed. princ.;* habeat *cdd.* — tenet atque habet *Pius.* — *cet. n. N.*

eum peius formidant quam fullo ululam. — M. Tullius de re publica lib. III: nam cum quaereretur ex eo, quo sceleris inpulsu mare haberet infestum uno myoparone: 'eodem', inquid, 'quo tu orbem terrae.' ‖ Habere, audire. Lucilius lib. XXVIII:

habés omnem rem: tímeo ne accussér..

Terentius Hecyra:

habés omnem rem; pérgam quo coepi hóc iter.

‖ Habere, dirigere. Lucilius lib. XXVIIII:

huc, álio cum iter habéret, praeteriéns venit.

HABITARE est inhabitare. — Habitare, uti. Varro *de* sermone latino lib. III: utrumque mulieres, et epicrocum viri quoque habitarunt. — idem Rerum divinarum lib. XVI: hoc nomine antiquos secundis rebus comam habitasse.

HIARE est aperiri. Sallustius Hist. lib. IIII: atque hiavit humus multa vastum et profundum. ‖ Hiare, mirari, stupere. Vergilius Georg. lib. II:

---

17 M. Tull. de re publ. III ‖ 20 Lucilius l. XXVIII ‖ 22 I, 2, 119 ‖ 24 Lucilius l. XXIX ‖ 26 Varro de sermone lat. III ‖ 28 Varro Rer. div. XVI ‖ 30 Sallustius Hist. IV ‖ 32 II, 508.

---

**17** eum *Iun.;* cum *cdd.* — ululam *Iun.;* ulula (ullila *B*) *cdd.* — *dicit Varro sententia frequentissima ut omni tempore ita inter Ciceronis aequales, si nulla alia re angantur homines, mortis tamen instantis cruciari metu. — Pluto autem cum cavillatione vocatus videtur tenebrio pariter quod dominus sit regni tenebrosi et quod inepta teneantur eius formidine homines. — ululam vero a fullonibus timeri, quod funera portendat atrarumque usum vestium, non candidarum, pulchre monet Turnebus Advers. XXIX, 27.* — M. Tullius; *cf. 125; 534 l.* infestum mare haberet; myoparo. — **18** quo sceleris inpulsu *M;* quo scelere impulsum (inp. $L_1$*; H; Gen*) *C, Gen, B; sed* $H_2$ inpulsus; *pg. 125 cdd.:* quo scelere conpulsus; *534:* quo scelere inpulsus. — **19. 20** mysoparone *pr. L.* — inqiđ *L;* inquit *rell. cum B.* — quo tu orbem terrae. — *apparet haec Nonii vel eius quem secutus est culpa truncata. nam apud Cic. fuere ut puta haec:* quo tu orbem terrae tot classibus exercitibusque. — *cf. Augustin. de civ. dei IV, 4, qui docet de Alexandro Magno agi.* — **21** *secundi pedis in hoc v. pariter et in 23 duriores numeros ea re excusari puto, quod illa* omnem rem *formulae instar in unum videntur coaluisse. nota res de* quo modo, quo pacto. — accuser *cdd. pr.* $Gen_1$. — **22. 23** Hec. *Guietus; Me;* heautontimorumenon *cdd.* (inheautontimorumenon, *tum* heautontimorumeno *H;* heautontimorurem, *supra scr.* meno habes omnem, *L;* Heauton. *ed. Bas.*). — habet $H_1$. — perquam *pr. L.* — **25** huc *ed. a. 1476;* hunc *C, Gen, B;* hoc *libri Merceri.* — habet, *supra scr.* er, *G.* — **26** Habit. *Turn.;* habere *cdd.* — utu (*seq.* Varro) *pr. L.* — de *add. ed. princ.* — latino sermone *B.* — **27** et *om.* $H_1$*; f. recte.* — picrocum *pr. L.* — viri *om. B.* — **29** comam *Quicheratus;* comas *cdd.* — cumas (*i. e.* Cumas) *inepte ed. a. 1471.* — **30** Habere *add. supra corruptelae signo Gen;* Habere *item* $H_1$*; sed id m. 2 delet et in mrg. adscr.* Hiare. — Hiare *etiam B.* — **31** vastum et profundum *M;* vasta et profunda *v.* — **32** II *om.* $H_1$*;* III *L;* II *et B.*

hunc plausus hiantem
per cuneos (geminatus enim) plebisque patrumque.

et Aeneidos lib. VI:

inceptus clamor frustratur hiantis.

Varro Marcipore: ‖ 'quid? qui circumstant, nonne vident et rident?' — '*non* credo ridere: hiantis video, ridentis non audio.'

HORRENDVM significat vitabile et terribile. Vergilius lib. VI:

horrendas canit ambages antroque remugit.

‖ Horrendum, novum et admirandum. Vergilius Aen. lib. III:

(horrendum dictu!) video mirabile monstrum

idem lib. VIII:

nascenti cui tris animas Feronia mater
(horrendum dictu!) dederat.

‖ Horrendum, ridiculum. Vergilius Georg. lib. II:

oraque corticibus sumunt horrenda cavatis.

HAVRIRE significat exaurire vel impleri. Lucretius lib. IIII:

iuvat integros accedere fontis
atque aurire.

Lucilius lib. XXX:

quantum aurire animus Musarum ec fontibu' gestit.

‖ Haurire, avare sumere. Cicero Tusculanarum lib. V: cum inexplebili cupiditate, quo affluentius voluptates undique hauriat, eo gravius ardentiusque sitientem. — Vergilius lib. I:

---

35 VI, 493 ‖ 1 Varro Marcipore ‖ 3 Aen. VI, 99 ‖ 5 III, 26 ‖ 7 Aen. VIII, 564 ‖ 10 II, 387 ‖ 12 IV, 2 ‖ 15 Lucilius l. XXX ‖ 17 V, 6, 16 ‖ 19 Aen. I, 738.

---

**33** plaustus *pr. L;* plautus $Gen_1$. — **34. 35** plebitque *pr. L.* — patrum *B, Gen,* $H_1$. — $L_1$*:* patrum quaeteneidos. — **36** inceptus *B;* incertus *C, Gen.* — frustatur *B.* — **1. 2** quid? qui *Quicheratus;* quicquid *C, Gen, B.* — circumstant, nonne vident et rident *M.* — *praeterea ante* circumstant *illo* evidentet, *quod alienum est in locum illatum, expulsum videtur* eminus. — evidentet (evident̃ et $H_1$*;* evidenter $L_2$*, G;* evident̃ $H_2$) circumstant non rident (n̄rident $H_1$) *cdd. cum B.* — non *add. M.* — hiantes *B, Gen,* $H_1$. — video, ridentes *N. Faber;* videor hidentes *B ex corr., Gen,* $H_1$ (videor identes *pr. B*); videor hihentes $L_1$*;* videor hiantes $L_2$*,* $H_2$*, G* (hiantis *Me*). — audeo *B, Gen, pr. H, G.* — **4** remuscit *pr. L.* — **5** admirabile *B.* — **6** horrendum et dictu video m. m. *Verg.* — **7** VIIII *B, Gen, L, P.* — **8** tres, *sed corr., L.* — dictum *pr. Gen et L.* — **10** ridiculum (rud. $Gen_1$); 'immo tu ridiculus' *Mercerus.* — **12** exhaurire *Gen et L ex corr.; B, H, G.* — impleri *M;* implere *v.* — **13** tuvat $Genm_1$*;* levat $H_2$*, G, cdd. Me.* — et cedere *cdd.* — **14** aurire *pr. L;* haurire *rell.* — **15** Lucil.; *cf. 317 l.* gestire *cum comm.* **16** aur. *G; pr. L;* haur. *rell.* — animas *cdd. h. l.* (animos *A, B*). — et fontia *L,* $H_2$*, G;* ea fontia *A, B, Gen,* $H_1$. — **17** *f.* avide. — Cic. *supra add. L.* — **17. 18** inexpebili $Gen_1$. — quoque *Cicero.* — affl. voluptates *idem;* fluentius voluntates *cdd.* — hauriat *Cic.;* hauriet (hauriret $L_1$*;* $H_2$) *cdd. cum B.* — ego $Gen_1$*, pr. L.* — **19** Virg. aenđ lib. I *B.*

ille inpiger ausit
spumantem pateram et pleno se proluit auro.

|| Haurire, defetigare. Vergilius Georg. lib. III:

exultantiaque haurit
corda pavor pulsans.

|| Haurire, confodere. Vergilius lib. X:

per tunicam squalentem auro latus haurit apertum.

|| Haurire, accipere vel audire. Vergilius lib. XII:

*sine me* haec haut mollia fatu
sublatis aperire dolis; simul hoc animo hauri.

et lib. IIII:

vocemque his auribus ausi.

Haurire, tenere. Vergilius Georg. lib. IIII:

et medium sol igneus orbem
auserat.

HONOR est dignitas. M. Tullius Epistularum || ad Caesarem lib. I: tu cum ea, quae es ab senatu summo cum honore tuo consecutus. || Honor, gratia, pulchritudo. Vergilius Georg. lib. II:

frigidus et silvis aquilo decussit honorem.

et lib. I:

lumenque iuventae
purpureum et laetos oculis adflarat honores.

|| Honor, substantia, delectatio. Vergilius Georg. lib. IIII:

en etiam hunc ipsum vitae mortalis honorem.

|| Honor, cultura, observantia. Vergilius lib. VIII:

---

22 III, 105 || 25 Aen. X, 314 || 27 Aen. XII, 25 || 30 Aen. IV, 359 || 32 IV, 426 || 1 M. Tull. ad Caesarem I || 3 II, 404 || 5 Aen. I, 590 || 8 IV, 326. || 10 Aen. VIII, 76.

---

**20** ausit *Gen*$_1$*; L;* hausit *rell.* — **22** defet. *pr. L; H*$_2$ *in mrg.;* defat. *rell.* — Verg.; *cf. 300, 34.* — **24** pulsant *Gen, L, H*$_1$*; non B.* — **25** Verg.; *cf. 404; 452 l.* squalidum; squalere. — **26** aurit *Gen*$_1$. — **28** sine me haec haut *Verg.; Non. pg. 385 s. l.* sublatum — remotum; *h. l. cdd.* haut (haud *B, H*) haec (*om. B, Gen, H*$_1$). — **29** sublandis *Gen*$_1$*;* subblandis *B; L ex corr.* — dolus *pr. Gen; L ex corr.* — hauriet *Gen, L, H*$_1$. — **30** et *om. Genh*$_1$ (hauri et *Genm; id. ex corr.* hauriet et); *pr. L.* — **31** ausit *Gen*$_1$*; pr. L;* hausi *Gen*$_2$*, B, H, G.* — **33. 34** et medium sol igneus hauserat orbem *A per interpolationem; cf. comm. in 320, 21.* — auserat *Gen*$_1$*; pr. L;* hauserat *rell. cum B.* — **1** M. Tull.; *cf. 270 l.* consequi, adipisci *cum comm.* — aepistularum *Gen*$_1$*;* epistolarum *B; G;* aepistolarem, *tum* aepistolarum *L.* — **2** tunc cum *cdd. 270.* — a s. *pr. B.* — cum *om. B, Genm, H*$_1$. — tuo *supra scr. B.* — **3** gratia tua pulchritudo *Gen*$_1$. — **5** et; *cf. 340 l.* laetum, gratia plenum. — et aend lib. I *B.* — **6** iubente *L;* iubentae *Gen*$_1$*; H ex corr.* — **7** oculis *om. Gen, H*$_1$. — adflarat *Gen;* affl. *rell. cum B.* — **8** Honor, substantia, delectatio *om. B.* — delectatione *Gen, H*$_1$. — **10** aend lib. VIII *B;* georg. lib. VIII *Gen; H*$_1$.

320 M.

semper honore meo, semper celebrare donis.

|| Honor, integritas, pudicitia. Vergilius Aen. lib. I:

et rapti Ganymedis honores.

|| Honor, sacrificium, litatio. Vergilius lib. VIII:

forte die sollemnem illo rex Arcas honorem
Amphitryonadae magno divisque ferebat.

Plautus Aulularia:

equidem, án maiorem fílius
mihi honórem haberet quam éius habuissét pater.

|| Honos, dilectus, amor. Vergilius lib. XII:

per siquis Amatae
tangit honos animum.

|| Honor, hostia. Vergilius Aen. lib. III:

meritos aris mactabat honores.

|| Honor, praemium. Vergilius lib. V:

ipsis praecipue ductoribus addit honores.

Lucilius lib. XXX:

cuius vultu ac facie ludo ac sermonibus' nostris
verginis hoc pretium atque hunc reddebamus honorem.

|| Honor, sepultura. Vergilius lib. VI:

cernit ibi mestos et mortis honore carentis.

---

12 I, 28 || 14 Aen. VIII, 102 || 17 prol. 16 || 20 XII, 56 || 23 III, 118 || 25 Aen. V, 249 | 27 Lucilius l. XXX || 30 Aen. VI, 333.

---

**11** honorem meum *L.* — meom *Gen*$_1$. — **12** *n. N.* — intecritas *pr. L.* — puditifia *L.* — **13** Ganymedis *ed. Bas.*; ganemedis *Gen*$_1$*; pr. L;* ganimedis *rell. cum A, B.* — honorem *B.* — **14** sacrium *Gen*$_1$. — VIIII *Gen, L, pr. H; non B.* — **15** sollemnem *B;* sollempne *Gen*$_1$*;* sollemne *Gen*$_2$*; L; Ho; G;* solemne *Hs*; sollemne *Palatinus et Romanus Verg.* — **16** amphitrioniadae *B;* amfitryoniade *L;* amfitryonyade *Gen;* amphytrionia (amphitr. *ex corr.*) de *H;* Amfitryoniadae *ed. Bas.* — referebat *Gen*$_1$. — **17—19** *seq. l. addit Quicheratus.* — **18** *praec. ap. Pl.* coepi observare. — equidem, an *M;* et quidem *B, L, H (hic f. m. 2);* et quide *Gen, f. H*$_1$*; G.* — et qui *cdd. Pl. mel.;* ecqui *vel* ecquid *v. ap. Pl., duriusculis numeris.* — filium *cdd.* — **19** habere *cdd.* — habuisset *supra add. L.* — **20** Honor *Hqos;* Honus *pr. L.* — **21. 22** siquis tangit honos animum *A per interpolationem.* — sequis *Gen*$_1$*; pr. L.* — **23** lib aen. *L.* — **24** merito sacris *B; in A post a rasura;* meritos saris *pr. L.* — mactabat *etiam Macrobii III, 4, 6 libri;* mactavit *Verg.* — **26** ipso *pr. H, tum* ipsos; *id. ead. m. vel 2:* ipsis; ipsos *B, Genm, L.* — praecipue (praecipuae *pr. L*) *cdd. cum B; Medic. ap. Verg.;* praecipuos *Verg.* — **27** Lucil.; *cf. 366 l.* pretium pro praemio. — **28** cuius *monosyllabum.* — a facie *Gen, H*$_1$. — **29** verginis *Gen*$_1$*; pr. L;* virginis *rell.; cf. et comm. in 366.* — **31** ubi *H*$_2$. — maestos *H, non B.* — carentes *A.*

Lucilius lib. XXVII:

nullo honóre di! sepúltu', nullo fúnere.

## INCIPIT PER I LITTERAM.

INVITARE apertam habet significantiam. Vergilius lib. V:

celeri certare sagitta
invitat qui forte velint et praemia ponit.

Terentius Heautontimorumeno: ||

quam véllem Menedemum ínvitatum, ut nóbiscum esset ámplius!

M. Tullius in Verrem actione II: rogat Rubrium ut quos ei conmodum siet invitet. — Lucilius lib. XXX:

contra haec invitasse aut instigasse videntur.

M. Tullius de senectute: ad quem fruendum non modo *non* retardat, verum etiam invitat atque adlectat senectus. || Invitare est delectare. Vergilius Georg. lib. I:

invitat genialis hiemps curasque resolvit.

Turpilius Thrasyleone:

corónam, mensam, tálos, vinum et *quae* huiúsmodi;
quibu' rébus vita amántum invitarí solet.

idem Philopatro:

lúcus ipse invítat hercle hic Véneris.

---

32 Lucilius l. XXVII || 35 Aen. V, 485 || 38 I, 2, 11 || 2 de praet. urb. 26, 65 || 3 Lucilius l. XXX || 5 16, 57 || 7 I 302 || 9 Turpilius Thrasyleone || 12 Turpilius Philopatro.

---

32 XXXVII *pr. G;* XXVIII *B.* — 33 di! sepultu' *M;* displetu *cdd.* — *metrum potest expleri ita:* nullo homo hic honore di! sepultu', nullo funere. — 34 *om. Gen.* — 35 Invitat *B.* — significationem *A, B.* — 37 invitant *cdd. pr. B.* — et *post add. L.* — dicit *pars cdd. Verg.* — 1 ut *L; id del. m. 1 et supra scr.* a; a *B; Gen₂; H; G;* ad *Gen₁.* — 2 in V. *om. B.* — Rubrium *Cic.;* rubri *cdd.* — 3 siet *C, Gen, B, Me;* sit *cdd. Cic.; edd. Non. ab a. 1476* (*priores* stet; sciet). — *cf. Orat. 47, 157.* — vitet *pr. L.* — 4 intingasse *pr. L.* — 5 M. Tull.; *cf. 76 l.* adlectat. — fluendum *pr. Gen et L.* — non *om. cdd. l. utroque.* — 6 tradat *pr. L;* trahat *id. ex corr.;* retrahat *$H_2$;* rethraat *G;* retardat *et B.* — allectat *pr. B, L ex corr., G.* — 6. 7 Invitare est delectare *B; Guietus;* Invitari est delectari *C, Gen.* — 8 invita *pr. B; $H_1$.* — genitalis *$Gen_1$; pr. L;* hiems *$Gen_2$; H, G; non B.* — curaque *Gen, $H_1$; non B.* — 9 trasyleonem *cdd.* — 10 coronam *mrg. Iun.;* horonam *cdd.* (choronam *Ribbeckius*). — talus *pr. B.* — vinum *ed. princ.;* vinus *cdd.* — in *add. id.; quod del. Lips.* — et quae *M* (quaeque, *metro everso, Madvigius Advers. II, 662*); haec *cdd. cum B.* — huiusmodi *trisyllab.* — 11 vita (vita *iam Iun.*) amantum invitari solet *Lips.;* vitam amattum (amat tum) invitari solem *cdd.;* vitia amantum invitari solent *minus eleganter Madvigius.* — 12 filiopatro *B, Gen, pr. H;* filopatro *rell.* — 13 locus *B, L.*

321 M.

* * * M. Tullius in Hortensio: voluptates autem nulla ad res necessarias invitamenta adferunt sensibus. — idem de re publica: idque ipsa natura non invitaret solum, sed etiam cogeret. ‖ Invitare significat replere. Plautus Amphitryone:

*ánne* mirum si ínvitavit sése in cena plúsculum?

Lucilius:

pulchre invitati *sumus* acceptique benigne.

Turpilius Epiclero:

non ínvitavit plúsculum sese, út solet?

idem Leucadia:

invítavere plúsculum hic se in prándio.

Sallustius Hist. lib. IIII: reversi postero die, multa, quae properantes deseruerant in castris, nacti, cum se ibi cibo vinoque laeti invitarent. — Lucilius lib. XXX:

scito etenim bene longincum mortalibu' morbum
in vino esse, ubi qui invitavit dapsilius se.

Varro Sesquulixe:

ipsum ávidum vino invítavi poclís large atque benígne.

IVXTA est proxume. Vergilius Aen. lib. IIII:

humilis volat aequora iuxta.

---

14 M. Tullius Hortensio ‖ 15 M. Tullius de re publ. ‖ 17 I, 1, 127 ‖ 19 Lucilius ‖ 21 Turpilius Epiclero ‖ 23 Turpilius Leucadia ‖ 25 Sallustius Hist. IV ‖ 27 Lucilius l. XXX ‖ 30 Varro Sesquulixe ‖ 32 IV, 255.

---

**14** *excidit l. ut puta:* Invitare, incitare. — voluptates *ed. princ.;* voluntates (volumentates $Gen_1$) *cdd.* — nullae *pr. L.* — **15** sensibus *M;* senibus *v.* — *cf. comm. in 86, 22.* — **17** repleri *cdd.;* replere *Guietus.* — Plautus in, *sed del.* in, *H.* — **18** anne *add. M.* — mirum nisi si is inv. *Guietus;* mira sunt nisi inv. *non bene cdd. Pl.* — saese *B.* — caena *B, Gen, H.* — **20** invitati in, *sed* in *del., L.* — sumus *add. I. Dousa;* sunt *Quicheratus. f.* invitati cuncti. — accepti; *dictum ut Aen. III, 353.* — **22** invitavit *M;* invitat *cdd.* — vinon invitat *Bergkius.* — **23** ideum *B, Gen,* $H_1$*; et ita* (*vel* idcum *seu potius* idēum) *pr. L.* — **24** invitavere *M;* invitavit viri *B, Gen,* $H_1$*;* invitavit *rell.;* heri invitavit (invitavit heri *Rothius*) *Ribbeckius; qui quod in contextu posuit, taceri praestat.* — hic *nominativ.* — se *Bothius;* sese *cdd.* — hic sese in pr. *om. B.* — **25** reversi *Iun.;* et versi *cdd.* — multa quae *Iun.;* multoque *cdd.* — **26** vino ciboque (cyboque *B*) *A, B, Gen, pr. H.* — **27** laeti *om. B;* leti *A, L.* — **28** scito etenim bene *Muretus;* cito (cibo *L, G; cf. v. 26*) bene enim *cdd.* — longinquum *B,* $H_2$*, G.* — **29** dapsiluisse *B.* — se, *tum* sese, *sed corr., L.* — **31** avidum vino *Passerat.;* audi vino (audivi non *B, Gen,* $H_1$) *cdd.;* avide v. *male Lips.* — invitavi *id.;* invitari *cdd.* — poclis *Meinckius, qui metrum agnovit;* poculis *v.* — **32** proxime *A, B, pr. L.* — Verg.; *cf. 414* volare. — III *Hs post ras.* — **33** aecora *A.*

|| Iuxta, [est] coniunctim. Varro de vita p. R. lib. I: || cum interea in lucubrando faceret iuxta ancillas lanam. || Iuxta rursum similiter. Sallustius in Iugurtae bello: hiemem atque aestatem iuxta pati. — Plautus Trinummo:

iuxtáque eam curo cúm mea.

Varro Papia papae, περὶ ἐγκωμίων: qui potest laus videri vera, cum muto saepe furacissimus ac nequissimus civis *cluat* iuxta ac Publius Africanus. — Plautus Aulularia:

dixí tibi, mater: iúxta mecum rém tenes.

INSOLENS inpudens et audax dicitur consuetudine. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II: insolens, adrogans, iactans. — idem de senectute: nec erat ei verendum, ne vera praedicans de se nimis videretur aut insolens aut loquax. || Insolens rursum non solens. Terentius in Andria:

quíd tu Athenas ínsolens?

Pacuvius Atalanta:

quae égritúdo ínsoléns méntem adtémptát tuám?

---

1 Varro de vita pop. Rom. I || 3 85, 33 || 4 I, 2, 160 || 6 Varro Papia papae || 8 IV, 7, 1 || 10 M. Tullius ad Caesarem iun. II || 12 10, 31 || 14 V, 4, 4 || 16 Pacuvius Atalanta.

---

1 Iuxta coniuncti *B;* est *om. Gen, H.* — P. R. (pr *Gen*) *cdd.* — 2 facere *B, Gen, $H_1$.* — ancilas *B.* — ancillas lanam *in ras. $H_1$.* — russum *pr. B.* — 3 similiter *in ras. $H_1$.* — incurte *pr. L;* in iugurthae (iugurtae *B*) *rell.* — hyemem *B.* — et *cdd. Sall.* — a. statim *pr. L.* — 4 plaus *pr. L.* — 6 papia papa επεϱι ενκωμιον *$H_1$;* papiapapaeite plevω κωμιων *pr. L;* papiapapaεπε plevω κωμιων *id. ex corr.;* papiapapa επεϱLενκωμιον *Gen;* papia papae πεϱι ενκωμιων (ενκωμιον *$H_2$*) *$H_2$; G.* — potes *B.* — 7 vera, cum muto *M;* versa cum motus (commotus *B, Gen, H; seq.* s) *C, Gen, B.* — 'notaverunt viri docti in quibusdam libris esse: vera in noxiis' *Mercerus.* — muto; *ita per contumeliam dictus homo lascivus ac mollis, cuius mentio h. l. praeteriri non potuit. nam duobus vitiis, luxuria et avaritia, laborabat tum civitas Romana. — sic Mamurra a Catullo dictus Mentula; et* Muto *fuit cognomen Romanum.* — mortuus *vel* notus *inepte alii.* — furacissimus *A. Nauckius Philolog. IV, 299;* furaces semus *pr. L;* furaces emus *B, Gen; $H_1$;* furaces essemus *L ex corr.; $H_2$; G.* — ac *om. B, Gen, $H_1$.* — civis *Mc in notis;* ibis *cdd.; cf. comm. in 224, 21.* — cluat *add. M.* — *quod si non receperis, in fine potest suppleri cum Ribbeckio* laudibus extollatur *vel simile.* — 8 iuxta *om. B, Genm, $H_1$.* — Plautus in *pr. H.* — 9 metum *B.* — reum *Genm.* — rem mecum t. *cdd. Pl.* — 11 adrogans *pr. L, $H_1$; Gen; B.* — 12 nec erat ei *Cic.;* ne certe *Gen; L; pr. H in ras.; G;* nec certe *B; H ex corr.* — ne vera; neutra *B; pr. L.* — de sene (*tum* de se ne) nimis *L;* de seminis *B.* — 13 videretur *Cic.;* videtur *pr. L et Gen;* videatur *rell. cum B.* — rursum non solens *om. B spatio relicto.* — non solum, *sed in mrg. corr., Gen;* insolens *L.* — 14 in *om. B.* — 15 aiithenas *L;* athenans *$Gen_1$.* — 16 Athalanta *$H_2$; G; B;* Athalanda *Gen;* Athlanda *$H_1$;* Athalantha *L.* — 17 egritudo *Gen, H, pr. L;* aegr. *L ex corr.; G; B.* — adtemptat *C pr. $L_2$; B; Gen.* — tuam *supra scr. in L.* — 18 Turpillius *pr. L.*

Turpilius Demetrio:

timére occoepi et ínterdum excitárier:
inéptus quid mi véllem ex insoléntia
nescíbam.

idem Leucadia:

quem olim óderat, sectátur ultro ac détinet;
ille ínsolens autem út fastidit cárnifex!

Accius Diomede:

ita flétu et tenebris ópstinatus spéciem amisi lúminis
conspíciendi insoléntia.

Sallustius in Catilina: quae tametsi animus aspernabatur, insolens malarum artium. — Cicero de oratore: sed mehercule stius disputationis insolentia atque earum rerum, quae quasi in arte traduntur, inscitia.

INGENIVM est naturalis sapientia. Sallustius in Catilinae bello: ingenium nemo sine corpore exercebat. ‖ Ingenio veteres dixerunt et sua sponte vel natura. Naevius Lycurgo:

vos quí regalis ‖ córporis custódias
agitátis, ite actútum in frundiferós locos,
ingénio arbusta ubi náta sunt, non óbsitu.

---

18 Turpilius Demetrio ‖ 22 Turpilius Leucadia ‖ 25 Accius Diomede ‖ 28 3, 4 ‖ 29 I, 22, 99 ‖ 32 8, 5 ‖ 34 Naevius Lycurgo VI.

---

**19** ǫccepi et *Lips.*; occepi *B*, *Gen*, $H_1$; occepit (hoccoepit *L*) *rell.* — exc. *M*; oscitarier (oscitarie *pr. Hs*) *v.* — **20** quod *B.* — mihi *cdd.* — insolentiam *Gen*, *pr. L.* — **21** nesc. *Lips.*; nesciebam *cdd.* — **24** fastidit *Iun.*; fastidia *cdd.* — **25** actus *pr. L.* — **26. 27** *metrum constituit M.* — fletu *Gulielm.*; effletu (*quod ex sequente* et tenebris *vid. ortum*) *cdd. cum B*; et fletu *non bene Rothius.* — et *om. B.* — *illa* fletu et tenebris *dativi.* — obstinatus *L*, $H_2$, *G*, *B.* — *male Rothius* obsitus. — speciem *pro acie oculorum dici monet Ribbeckius.* — amisi *pr. L*; amissi *(quae et alibi haud infrequens forma) rell.* — conspiciendi *Bothius*; conspicient (*seq.* i) *cdd.* — insolentia *B*, *Gen*, $H_1$, *ut vid.*; *Bothius*; insolentiam *rell.* — *olim coniecimus scribendum* sperem, *i. e.* spem. — *quod sicui arriserit commentum (certe ne nunc quidem eius paenitet), illud* luminis conspiciendi *erit referendum ad* sperem, *non ad* insolentia. — **28** Catillina *Gen et L.* — **29** de oratore *Quicheratus* (I de oratore *Me*); in oratore (oratione *B*) *cdd.* — **30. 31** stius *pr. L*; istius *rell. cum B.* — *cf. Lachm. ad Lucr. pg. 197.* — disputationis *B*; *Cic.*; deputationis *C*; *Gen.* — quae si *B*; quae quesi $H_1$. — traduntur arte *vel* traduntur in arte *edd. quaed. Cic.* — **32** Catillinae *Gen*, *L*, *G*; Catilenae *B.* — **33** Ingenio *A*, *B*; $Gen_1$; Ingenium *C*, $Gen_2$. — **34** et sua sponte vel natura *om. B spatio relicto.* — Nevius *cdd.* — Licurgo *B*, *Gen*, *H.* — **1** regalis $H_2$; *v.*; regali *L*, *G*; regari *B*, *Gen*, $H_1$. — cust. *(om. B)* as *L.* — **2** agitatis *B*, *Gen*, *pr. H*; agitis *rell.* — actuum *pr. Gen et L.* — frondiferos *B*, $Gen_2$, $H_1$; frendiferos, *supra* e *pr. scr.* u, *Gs*; frudiferos *pr. L.* — frondifluos *cd. Palatin.*; *ed. princ.* — locos *B*, *Gen*, *L*, *H*, $Gs_1$; lucos $Gs_2$; *ed. Bas.*, *ut priores fere omnes* (lutos *princ.*). — **3** arbusta *B*; $Gen_2$; aruustu $Gen_1$; aruusta $H_1$; aruusto *pr. L*; arbusto *L ex corr.*; $H_2$; *G.* — ubi nata *Scal.*;

Sallustius Hist. lib. III: castrisque conlatis pugna tamen ingenio loci prohibebatur. — Vergilius Georg. lib. II:

nunc locus arvorum ingeniis, quae robora cuique,
quis color.

INMANE significat ingens. Vergilius lib. VI:

posuitque inmania templa.

‖ Inmane, foedum. Accius Andromeda:

inmâni tabe témplum, obvallatum óssibus.

‖ Inmane rursum minime bonum, [et] nocens. Accius Medea:

prima éx inmani víctum ad mansuetum ápplicans.

Vergilius Georg. lib. IIII:

inmanem ante pedes hydrum moritura puella.

Accius Philocteta:

. . Phrygiam míti more esse, ánimo inmani Graéciam.

M. Tullius de re publica lib. III: quippe si ita sensit ut

---

4 Sallustius Hist. III ‖ 5 II, 177 ‖ 8 Aen. VI, 19 ‖ 10 Accius Andromeda ‖ 12 Accius Medea ‖ 14 IV, 458 ‖ 16 Accius Philocteta ‖ 18 M. Tullius de re publ. III.

---

ut nata *Aem. Baerensius;* vineta *cdd.* — *illud* ut *si recte habet, positum pro* ubi, *sicut* ἵνα; *cf. comm. in Enn. Ann. v. 141; Fab. 407.* — obsitu *B; Gen; H. hic in mrg. pro varia lect. m. 2* obstutas. *et ita L, G* (obstatas *Gs*). — **4. 5** pugna men *pr. L.* — prohibeatur *pr. L;* proibebatur *A, qui saepius* h *omittit.* — 5—7 Vergilius — quis color. — *haec ab interpolatore videntur adiecta.* — *sane illud* ingeniis *Servius dictum refert pro* naturis. — ingeniis *dativus.* — hinc locus *B, Gen,* $H_1$. — quisque color *B.* — **8** Inmane; nm *L in toto fere lemmate, sed ubique mutatum.* — nm *ubique B, paene semper Gen, H.* — Immane *Gen,* $L_2$, *G.* — **9** templi *Gen, pr. H.* — **10** fedum $Gen_2$*; H; G; A;* fodum *B.* — Actius *A.* — in Andromeda *ed. a. 1476;* automedia *cdd.* — **11** immani tabe *Me; f.* inmanei tabei; inmanitate (imm. $L_2$, *G;* inmamanitate *B*) habet (abet *A*) *cdd.* (*seq.* t); immane te habet *non male ed. pr.; et ita multi.* — **12** et *om. B, Gen,* $H_1$. — **13** prima; Ceres. — victum *om. G, item Me in textu;* vietum *L; supra* ie *positum* c, *sed deletum.* — *f.* victu. *id in B esse dicit Gerlachius; sed in B est* victum, *in A omittitur versus. videtur igitur significari Basiliensis.* — aplicans *Gen; pr. L;* $H_1$. — **14** III *Gen, L, pr. H; non B.* — **16** filocteta *cdd.* — **17** frygiam *id.* (fygiam *pr. L;* frigiam *B,* $H_2$). — miti (mitti *B*) more *B, Gen,* $H_1$*;* mitiore *L; ed. Bas.;* minore $H_2$*;* minorem *Gs; ut puto, etiam hic* minore. — esse, animo inmani *M* (esse *iam ed. princ.*); esses amimani *L, Gs;* esse sam inmani *pr. H;* esse sam imani (immani *m. 2*) *Gen;* exsesam inmani *B;* esses animan *H post ras.; in quo* i *cum* greciam *iunctum m. 2.* — greciam *C, Gen, B.* — *cf. Accii v.:* Tereus indomito more atque animo barbaro. — **18** *cf. 324 l.* inpurus, inprobus. — derp̄ *L;* de re pub *Gen; de quo iam non refertur.* — quippe si ita *cdd. pg. 324; h. l.* quidpesieta *pr. L;* quidperieta *B ex corr.; ut puto G; L ex corr.; H; Gen;* quidperietu *Gs;* quidparieta *pr. B;* quidpe si eta *ed. Bas.*

loquitur, est homo inpurus; sin aliter, quod malo, oratio est tamen inmanis. — idem de officiis lib. I: quo detestabilior illorum inmanitas, qui et laceraverunt omnei scelere patriam. — Vergilius Aen. lib. I:

Pygmalion, scelere ante alios inmanior omnes.

Varro Meleagris:

adde hýdram Lernaeam ét draconem Hespéridum, quotquot béstiae
fuérunt inmanés.

INTESTATVS est qui sine testamento perit. || Intestatus [est] rursum cuius verbis fides non habetur. Pomponius Pictoribus:

ípsus cum uno sérvo seneca intéstato proficíscitur.

INVADERE est adpetenter incipere. Vergilius lib. VIIII:

aut pugnam aut aliquid iamdudum invadere magnum.

Lucilius lib. XXX:

ut semel in Caeli pugnas te invadere vidi.

|| Invadere rursum quasi in vadum ruere. Accius Athamante:

ut || prófugiens hostem ínimici invadam ín manus?

IVBERE est cogere aliquid ut fiat. Vergilius lib. VIIII:

ac Nisum dicere iussit.

|| Iubere, [est] velle. Lucilius Satyrarum lib. VI:

salvere iubere salutemst mittere amico.

---

20 I, 17, 57 || 22 I, 347 || 24 Varro Meleagris || 28 Pomponius Pictoribus || 30 Aen. IX, 186 || 32 Lucilius l. XXX || 34 Accius Athamante || 2 Aen. IX, 233 || 4 Lucilius l. VI.

---

**19. 20** homo; hoc *pr. L.* — tamen inm. (imm. $L_2$; *G*; *Gen*); tãen imanis, *tum* tamen immanis *L;* tã enim manis, *m. 2* tam͠ immanis *H.* — *de Carneade agitur.* — idem *om. B, Gen,* $H_1$. — quo est detest. *cdd. Cic.* — **21** qui laceraverunt *cdd. Cic., minus eleganter. nam post finem verborum a Nonio allatorum leguntur haec:* et in ea funditus delenda occupati et sunt et fuerunt. — omnei; omni *cdd. Cic.;* omnes *B, Gen, pr. L;* om͠s *H;* omne *L ex corr.; ed. Bas.* — **23** om͠s; *supra elutum* e, *quod fuit a m. 1 vel 2; infra* ms *posit. f. ead.* i *L.* — **25** lerneam *cdd.* — draconem *Me;* trahonem (rahonem *pr. L*) *cdd.* — quotquot *M de re m. 438; qui et versus indicavit;* quod *cdd.* — et quotquot *Quicheratus.* — **27** est *alterum om. Quicheratus.* — **29** ipsius *B, Gen,* $H_1$. — seneca *M;* senex *cdd.* — seneca; *cf. 17, 18.* — intestato *om. B.* — *in mrg. signum hoc:* ∴; *quo videtur indicari defectus.* — **33** in Caeli pugnos *spreto Nonii lemmate I. Dousa. non recte; nam agitur de T. Caelio Teucro vel eius fratre, propter quorum virtutem bellicam Ennius adiecit sextum decimum librum Annalium. cf. vit. Enn. pg. 179 sq.* — te, *add. supra* e *lineola, Gen; cf. comment. in 324, 21.* — **34** Actius *A.* — Atamante *G;* Adamante *B, Gen, H, L; in L ex* d *factum* t, *sed id rursus mutatum.* — **1** ostem *A.* — **3** nidum *B.* — **4** Iubere est velle *om. B.* — est *vid. delend.* — **5** solvere *B.* — inveres *pr. L;* viveres $Gen_1$. — saltem est $H_1$; salutem est *rell.*

Terentius in Andria:

iubeó Cremetem.

Vergilius Aen. lib. III:

sed votis precibusque iubent exposcere pacem.

INPVRVS est aliquo vitio maculatus. M. Tullius in Verrem, actione secunda: quam multis illum ingenuis, quam multis matribus familias in illa tetra atque inpura legatione vim adtulisse existimatis? — Lucilius lib. XXVI:

cóniugem infidámque, flacitam fámiliam, inpurám domum.

| Inpurus, inprobus. M. Tullius de re publica lib. III: sed iuventuti nostrae minime audiendus: quippe si ita sensit ut loquitur, est homo inpurus. — Terentius in Eunucho:

meí loci *hinc* atque órdinis
hóminem haut inpurum.

INBVERE est initiare. Varro Synephebo, περὶ ἐμμονῆς: quid te docere oportet, litteris inbutum? sus Minervam? — M. Tullius de officiis lib. I: plerumque autem parentium praeceptis inbuti ad eorum consuetudinem moresque deducimur. — Vergilius lib. VII:

6 III, 3, 1 ‖ 8 III, 261 ‖ 10 de praet. urb. 24, 62 ‖ 13 Lucilius l. XXVI 15 M. Tull. de re publ. III ‖ 17 II, 2, 3 ‖ 20 Varro Synephebo ‖ 22 I, 32, 118 23 Aen. VII, 541.

7 Crem.; chrem. $H_2$; *B ex corr.; item L.* — **9** iuvent *pr. Gen et L.* — **10** alico *pr. A.* — M. Tullius; *cf. 413 l.* taetrum — inluviosum. — **11** a. II *ed. Bas.* — q. m. istum *cdd. 413; Cic.* — patribus $Gen_1$. — **12** familias *Cic.;* familiis *cdd. l. utroque;* matribus familiarum *videtur legisse Arusianus gr. lat. VII, 475.* — **12** terra *L.* — attulisse *L ex corr., B.* — **13** XXVII *pr. Gen.* — **14** infidam atque *Quicheratus, f. recte.* — flacitam *ed. princ.;* flaticam *cdd.* — *pessime Duebnerus* pathicam. *nam apparet a Lucilio tragicum aequalem irrideri. coniux autem illa Clytaemnestra videtur esse.* — flacitam; *subtracta* c; *cf. de re m. 360.* — flacitam *passive; cf. comm. in Luc. XXVI, 41 quaeque ibi citantur.* — inpuram *B;* inpura (imp. $L_2$, *G*) *rell.* — modum *B, Gen, L, H.* — **15** Inpurum, inprobum (Imp., impr. *B*) *A, B, Gen; in hoc pr. fuerat* Inpurus. — improbum, *tum* improbus *H.* — M. Tull.; *cf. 323 l.* inmane — minime bonum. — **15. 16** iuventuti *Iun.;* ventutiti *L;* ventuiti *B; Gen;* $H_1$; ventuuti $H_2$; *G.* — **17** Terentius; *cf. comm. in 270, 37.* — **18** mei loci (lici *B, Gen, L,* $H_1$) atque ordinis (ordines *L;* ordinem *B, Gen,* $H_1$) *cdd.* — **19** haud *B,* $H_2$, *L ex corr., G;* haut $H_1$; aut *pr. L.* — **20** Imbuere; *cf. 521 l.* Inbuere. — Imbuere; n *ubique* $L_1$; *nonnumquam Gen, H, et quidem sine correctura.* — intimare, *in mrg.* initiare *G, ed. Victor.* — Imbuere est intimare *vel* Imbuere est initiare *edd. ante Ald.;* Imbuere est intimare vel initiare *Iun.* — inefoebo (ineffebo *L*) περι εμμονεϲ *cdd.* — **21** te *Gen, rursus lineola supra* e *addita; qua alias significatur* m. *sed eadem etiam accentus loco posita. de quo iam non monebitur.* — docere *M;* facere *v.* — obportet *pr. L;* oportere *(quod vid. ex praec. vocabulo ortum) B, Gen,* $H_1$. — *f.* quid? te docere oportet, l. inb.? — sus Minervam? *M;* solis Minervae *(seq.* m) *cdd.* — **22** autem *Cic.;* dotem *cdd.* — **23** morisque *Genm; L;* moreque *pr. H;* moresque *et B;* moremque *Cic.* — dedecimur $Gen_1$.

324. 325 M.

promissi dea facta potens ubi sanguine bellum
inbuit.

|| Inbuere est inficere. Accius Philocteta:

cum ex víperino mórsu venae víscerum
venéno inbutae tétros cruciatús cient.

[hoc in doctis intellectibus habemus.] Cicero de finibus bonorum et malorum: accedit mors, quae, quasi saxum Tantalo, semper inpendet; tum *superstitio*, qua qui est inbutus, quietus esse numquam potest.

ILICO significat statim, mox. Pacuvius Medo: ||

repúdio auspicium: régrediundumst ílico.

Caecilius Notho Nicasione:

ílico ánte óstium híc érimus.

|| Ilico, illo. Turpilius Leucadia:

sed quám longest, cum isti *ílico*!

|| Ilico, in eo loco. Naevius Belli Poenici lib. VI:

*iam* séptimúm decimum ánnum ílicó sedéntes.

Accius Eurysace:

ílico, inquam, habitáto, nusquam própius!

---

26 Accius Philocteta || 29 I, 18, 60 || 33 Pacuvius Medo || 2 Caecilius Notho Nicasione || 4 Turpilius Leucadia || 6 Naev. Belli Poen. VI || 8 Accius Eurysace.

---

24 deaffecta *Gen*$_1$. — facta *H;* fata *G.* — **26** est *post add. L.* — Acc.; *cf. Cic. de fin. II, 29, 94; Tusc. II, 7, 19.* — filocteta (filoctita *pr. Gen et L*) *cdd.* — **27** *priore l. cdd. Cic.:* cui viperino; *posteriore:* cum e viperino. *neque cum hoc Ciceronis esse Nonii demonstrat testimonium.* — venae *Cic.;* bene *cdd.; om. A.* — viscera *A.* — **28** imbutae (*vel* inbutae) taetros *cdd. plerique Cic.;* inbuta (imbuta *B, Gen, L*$_2$*, H, G*) est etero (etero *B, Gen, H*$_1$) *C, Gen, B.* — crociatus *pr. L.* — cient *Cic.;* sciens *cdd.* (inbuta tetros cruciatus, *pr.* cruciatos, cieus *A*). — **29** hoc in doctis (dotis *Genm; H*$_1$) intellectibus habemus. *verba interpolatoris, qui respicit ad locum ex capite de doctorum indagine in principio lemmatis memoratum.* — **30** accidit *B, Gen, H*$_1$. — etiam mors *cdd. Cic.* — Tamtalo *pr. Gen et L.* — **31** superstitio qua *Cic.;* quia *cdd.* — **1** hospitium *cum Heinsio Ribbeckius collato versu eiusdem Medi* caelitum camilla expectata advenis? salve, hospita. — regrediendum est *B, Gen, H*$_1$*, pr. L;* regrediundum est *rell.* — **2** notonicasione *B;* notonincasione *pr. L;* notoni incasione *Gen, L ex corr., H, Gs.* — **3** *haec, si integra, cretici versus partem efficiunt.* — illico *pr. L; item vv. 7; 9; 11.* — hostium *B, L, G.* — **4** Turpillius *pr. L.* — quam longest. *hoc de tempore dictum.* — isti; est *pr. L.* — *illud* ilico, *semel in libris scriptum, duplicavit Me* (isti ilico *iam alii*). — *f.* 'sed quam longest!' — 'isti ilico?' *excluso illo* cum, *quod ex praecedente* quam *potuit originem trahere, et diverbio instituto, de quo iam cogitavit Ribbeckius.* — *tali pacto* longe *de loco dictum; quod aliquanto usitatius.* — **6—10** Naevius — ilico *in mrg. add. Gen.* — **6** III *B, Gen;* VI *H in ras.* — **7** iam *add. M.* — decimum *om. B.* — sedentes *M;* sedent *v.* — **9** habitato, nusquam *Rothius;* habitat ovis (habitovis *B*) quam *cdd.* —

Hemina Hist. lib. I: et cum quo irent nesciebant, ilico manserunt. — *idem:* his persuadetur, ilico manerent. — *et* pars ilico manent. — Caecilius Notho Nicasione:

manéte ílicó.

IGNOSCITE est veniam date. Vergilius Georg. lib. IIII:

ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes.

|| Ignoscite rursum noscite vel discite. Varro Inglorio, *περὶ φϑόνου:*

vosque ín theatro, quí voluptatem aúribus
huc aúcupatum cóncucurristís domo,
adéste ameice; quaé feram, mi gnóscite,
domum út feratis éc theatro lítteras.

ITER est via. Vergilius lib. VI:

hac iter Elysium nobis.

|| Iter, navigatio. Terentius in Hecyra:

---

10 Hemina Hist. I || 11 cf. comm. || 12 Caecilius Notho Nicasione || 14 IV, 489 || 16 Varro Inglorio || 22 Aen. VI, 542 || 24 III, 4, 1.

---

propitius *G (cd. Vict.) m. 1; L. — f. verba Iphidamantis vel Amphidamantis (cf. comm. in 230, 25), cum a legatis Teucri cum eo de restituendo Telamone, qui in exilium erat eiectus, ageretur.* — **10** hist. (histor. *Gen, H;* historiarum *B*) hemina (gemina *pr. L*) *cdd.; corr. Me.* — **10—11** *his tria exempla contineri intellexerunt Petrus et Quicheratus. — nec tamen affirmarim, quod Petro placuit, secundum locum et tertium etiam ex primo libro decerptos. sed videtur ante* his *haustum:* idem; *post* manerent: et. — *nec enim solet aliter citare Non.* — **10** cum; quum *Me;* tum (tunc *B, Gen,* $H_1$) *cdd.* — nesciebat *B, Gen,* $H_1$. — **11** pars ilico manent *post add. in L.* — **13** manet *pr. L.* — *si integrum fragmentum, apparet numeros esse bacchiacos vel creticos.* — **15** sic ign. *pr. Gen et L.* — **16. 17** Varro Inglorio *cdd. 148 s. l.* olivitatem; *h. l.* Varro (Varron *pr. L*) gloriam. Varro Gloria *Iun.* — *ac difficile dictu, utrum praeferas.* — *περιφεονου* $H_2$, *G; πεφεονου* $H_1$*; πιφεονου Gen, L; in hoc prius* nepieonos (e *altera non satis certa*). — **18** vosqui *pr. L.* — teatro *L, G, pr. B.* — voluptatem *Iun.;* voluntatem *cdd.* — **19** *displicet illud* huc *liberius collocatum. — f.* hanc. — accupatum *pr. L.* — concucurristis *Scal.;* concurristis (concuristi *pr. L;* conconcurristis *pr. H*) *C, Gen, B.* — domu *L; quod tamen vix puto admittendum pro οἴκοϑεν. — ceterum nescio an scribendum sit* modo. — **20** adeste ameice; *ita M;* adeste (adest *pr. L*) est ame (*seq.* quae. — amer $Gen_2$, *H, L ex corr.;* amare $Gen_1$) *cdd.* — adeste et a me *non bene Iun.* — mi gnoscite *Oehlerus; qui recte* mi *dativum dicit ethicum* (*cf. Liv. praef.:* ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum); ignoscite (*praec.* m; *post quod ras. in H.* — ignosce *B;* ignoscie *Gen*) *cdd.* — *et ita ipse Non., quem hic, ut saepius, unius litterae deceptum apparet errore.* — **21** domui feratis *L.* — ec *Ribbeckius;* e *ed. a. 1476, f. recte;* et (*seq.* t) *cdd.* — litteris $G_1$*;* literas *B.* — **22** Itere *pr. L.* — **23** ac $Gen_1$*; L.* — **24** Hecera $Gen_1$*; pr. L.*

'aín tú tibi hoc incónmodum evenísse iter?' —
'non hércle verbis, Pármeno, dicí potest
tantúm quam re ipsa návigare incónmodumst.'

INNOCENS est bonus et nulli nocens. Vergilius Aen. lib. VII:

litusque rogamus
innocuum.

|| Innocens rursum integer et incorruptus. Sallustius in Iugurta: ubi quae Metellus agebat ex nuntiis accepit, simul de innocentia eius certior Roma factus, diffidere suis rebus; ac tum demum veram deditionem facere conatus est.

INDVLGERE, augere. Lucilius lib. XXVIIII:

tú qui iram indulgés nimis,
manús a muliere ábstinere || mélius est.

|| Indulgere est veniam dare. Vergilius lib. X:

tolle fuga Turnum atque instantibus eripe fatis:
hactenus indulsisse vacat.

|| Indulgere, dari, detineri. Vergilius Aen. lib. IIII:

indulge hospitio causasque innecte morandi.

et lib. VIIII:

indulgent vino et vertunt crateras aenos.

|| Indulgere, spatium maius dare. Vergilius Georg. lib. II:

sin tumulis adclive solum collesque supini,
indulge ordinibus.

---

28 VII, 229 || 31 46, 1 || 35 Lucilius l. XXVIIII || 2 Aen. X, 624 || 5 IV, 51 || 7 Aen. IX, 165 || 9 II, 276.

---

**25** ain tu $H_2$ (*pr.* atin tu); *G;* adin tu *L;* emtu (emptu *B*) *B, Gen,* $H_1$. **26** Parmeno *B, Gen, H;* Parmenon (Permenon *pr. L*) *L, G.* — **27** quam *Ter.;* quantum *cdd.; et ita Bembin.* — inconm. est *pr. L;* inconm. est *rell.* — **28** Innocens *Iun.;* Innocentia *cdd.* (innocens *in mrg. Ho*). — bonus *M;* bonum *cdd.* — et *vid. delendum; nisi praestat scribi:* Innocens, bonus, id est nulli nocens. — VII $H_2$*;* III *edd. ante Me cum Bas.; om. in B spatio relicto;* I *Gen, L,* $H_1$. — **31** Iugurta *B, pr. L;* Iugurtha *rell.* — **32** interea Iugurtha *Sall.* — ubi quae $Gen_2$*;* $H_2$*;* ubique *rell. cum A, B.* — accepit *A, B,* $Gen_2$*,* $H_1$*;* acceptis $Gen_1$*, L, G,* $H_2$*; sed in hoc* tis *rursus erasum.* — **33** incertior *pr. H.* — certi aṛro ma *L.* — ṙoma *B;* Romae *meliores Sall. cdd.* — **34** vera demedionem $Gen_1$*;* veram dedi (di *ex corr.*) edionem *pr. L.* — **1** manı̣ *B.* — a mul. abst. *Iun.;* abst. a mul. *cdd.* — **2—4** *f. ante 325, 35 ponendi.* — **3** t. figurantur *pr. L.* — stantibus *Gen; L;* $H_1$. — **4** actenus *cdd. pr. B.* — indulsit evacat $Gen_1$*; pr. L.* — **5** dari, det. *M* (dare se, detineri *Quicheratus*); dare detinere (ret. *pr. L*) *cdd.* — Aen. *om. B.* — III *cdd. pr.* $H_2$. — **6** hospicio *L.* — causas *pr. L.* — **7** IIII *cdd.* — **8** gratera senos $Gen_1$. — **9** spacium *pr. L.* — maius augere *B.* — III *pr. L.* — **10** sint $Gen_1$*; pr. L.* — tumuli *A, B,* $Gen_2$*;* tumilis *pr. L.* — accl. *L,* $H_2$*, G;* acl. $Gen_1$*;* adcl. *et A, B.* — sol. *om.* $Gen_1$*; pr. L.* — collisquae *pr. L.* — supinos *Verg.*

|| Indulgere, temperare, clementem esse. Vergilius Georg. lib. II:

si non tanta quies iret frigusque caloremque
inter et exciperet caeli indulgentia terras.

M. Tullius de officiis lib. III: magnus vir in primis, et qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium.

INANE, vacuum, sine pondere. Vergilius Georg. lib. III:

atque illis iam saepe rotae ducantur inanes.

|| Inane, concavum. Vergilius lib. V:

galeam ante pedes proiecit inanem.

|| Inane, leve. Vergilius Georg. lib. IIII:

instabiles animos ludo prohibebis inani.

et Aen. lib. IIII:

et inania murmura miscent.

IACET significantiam habet manifestam; ut [est] Vergilius in Bucolicis:

Silenum pueri somno videre iacentem.

et:

strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma.

M. Tullius in Verrem, de suppliciis: patres hi, quos videtis, iacebant in limine. || Iacet, plenum est, oneratum. Vergilius Georg. lib. III:

sed iacet aggeribus niveis informis et alto
terra gelu late.

|| Iacet, per plurimum porrigitur. Vergilius Georg. lib. III:

tantum campi iacet.

---

12 II, 344 || 15 III, 31, 112 || 17 III, 170 || 19 Aen. V, 673 || 21 IV, 105 || 23 IV, 210 || 26 VI, 14 || 28 Bucol. VII, 54 || 30 II, 5, 45, 118 || 32 III, 354 || 35 III, 343.

---

**12** Verg.; *cf. comm. in 200, 2.* — **13** calorem *pr. L.* — **15** M. Tullius; *cf. 390 l.* severum, saevum; *comm. in 228, 3.* — *pro* libro III *pr. L* libiti. — et qui; eo qui *pr. L;* et *B; $Gen_2$; $H_1$;* eo *$Gen_1$.* — **17** IIII *B, Gen, L, pr. H.* — **18** saep, *tum* saepe, portae *L.* — **19** *n. N.* — *cf. tamen Serv. ad h. l.* — **20** adte *$Gen_1$;* aote *vel* acte *pr. L.* — **21** Inane vacuum sive leve *L; Ald.* — *cf. v. 17.* — **22** innani *L.* — **24** mascent *$Gen_1$, pr. L.* — **25** ut Virgilius *ed. a. 1471;* ut est Virg. (Verg., *ut puto*, *$L_1$;* Virgilius, *quantum videtur, H*) *B, Gen, C.* — **27** videri iacentum *pr. L.* — **28** *cf. 389 l.* stratum, deiectum. — **29** sua quaque *deteriores quidam cdd. Vergilii; Guietus; Bentleius; sed cf. Lachm. comm. Lucr. pg. 94.* — **30** de suppliciis (subpliciis *pr. L*) in Verrem *cdd.;* in Verrem de suppliciis *Quicheratus.* — patris *cdd. pr. $H_2$ et B.* — his *pr. L.* — **31** Iacet, plenum est; *n. N.* — **32** IIII *B (et v. 35), Gen, pr. H.* — **33** iacet *dict., ut Georg. III, 343; Aen. I, 224.*

|| Iacet, sordet, neclectum est. Lucilius lib. XXX:

et sua perciperet retro rellicta iacere.

Lucretius || lib. I:

humana ante oculos foede cum vita iaceret
in terris.

INPROBVM est, sicuti manifestum est, minime probum. M. Tullius Epistularum ad Caesarem lib. I: debes odisse inprobitatem eius, quei inpudentissimum nomen delegerit. || Inprobum, saevum. Vergilius lib. X:

lavit inproba taeter
ora cruor.

et Georg. lib. III:

tum piscibus atris
inprobus ingluviem ranisque loquacibus explet.

[et] Lucilius lib. XXX:

inprobior multo, quam de quo diximus ante,
quanto blandior haec, tanto vementiu' mordet.

|| Inprobum, turpe. Lucilius lib. XXX:

omnes formonsi fortes tibi, ego inprobus? esto.

IACERE significat emittere: unde et iaculum. Vergilius lib. V:

sublataque procul dextra conixa coruscat
et iacit.

---

37 Lucilius l. XXX || 1 I, 63 || 4 M. Tullius Epist. ad Caesarem lib. I || 7 Aen. X, 727 || 10 III, 430 || 13 Lucilius l. XXX || 16 Lucilius l. XXX || 18 Aen. V, 642.

---

**37** neclectum est; neclectus est *C, Gen;* neglectus est *A, B.* — **38** *de Accio haec videntur dicta.* — r. rel.; *notum pleonasmi genus.* — percipere r. relicta (relignta *pr. L*) *cdd.; corr. Gulielm.* — icere *pr. G.* — **1** *cf. comm. in 314, 25.* — **2** fede *A; B; $Gen_2$* (*m. 1* fode); *H; G.* — victa *$Gen_1$*. — **4. 5** *vel prius* est *vel alt. vid. delend.* — M. Tullius (Cicero *ed. princ.*) *Me;* tusculanorum *Gen, H, L* (*hic pr.* stussculanorum); tusculanarum *B, ed. Bas.* (*praec.* m). — Epistolarum *M;* epistola *C, Gen, B.* — Caesare *L.* — debes audissae *pr. L.* — **6** quei; qui *ed. princ.;* quia (qua *pr. H*) *cdd. cum B.* — impudentissimum *ed. Bas.; Ald.; Iun.; Me;* inprudentissimum (imp. *$L_2$*) *B, Gen, H, L.* — *post* inprud. *add. Gen* ẽ, *sed del.* — **7** Verg.; *cf. 466; 503 l.* lavare; lavit. — **8** teter *H ex corr.; pr., ut videtur, L; non B.* — **9** hora *$Gen_1$; L.* — **10** et Georg.; *cf. 242; 298 l.* atrum; explere. — **11** hic p. atram *cdd. 242; Verg.* — *illud* atris *f. ipse Nonius; cf. Hor. Epist. II, 3, 3 sq.* — **12** expletet *$Gen_1$*. — **13** et *om. ed. princ.* (*praec.* et). — **14** multum *pr. G.* — **15** blandior haec tanto *in mrg. add. $H_2$*. — haec; *f.* heic. — vementiu' *M;* vehementius *cdd.* — **16** Lucilius; *cf. 306 l.* fortis — dives. — **17** formonsi *$Gen_1$; pr. L;* formosi *rell.* — **18** Verg.; *cf. 385 l.* sublatum, erectum. — **19** dextera *$Gen_1$; pr. L.* — conexa *cdd. l. utroque.* — **20** iacet *$Gen_1$*.

M. Tullius in Verrem de signis: in quem scyphum de manu iacere conatus est. ‖ **Iacit**, habet, ponit. Vergilius Georg. lib. IIII:

omnis in hac certam regio iacit arte salutem.

M. Tullius Philippicarum lib. I: in quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis. ‖ **Iacit**, facit. Lucilius lib. XXVI:

ágere in iaciéndo siqueis víneis actís opust.

IACTARI est dimitti, dependere. Vergilius Georg. lib. III:

et dextro iactata recumbit in armo.

‖ **Iactare**, volvere. Vergilius Aen. lib. I:

atque illum talis iactantem pectore curas.

‖ **Iactare**, plagis sternere. M. Tullius in Verrem actione secunda: iactatur domi suae vir primarius et homo honestissimus; pro se quisque manus adfert. ‖ **Iactare**, fatigare. Vergilius ‖ Aen. lib. I:

iactatos aequore toto
Troas.

et:

iacteturque odiis Iunonis iniquae.

‖ **Iactare**, ambitiosius gloriari. Vergilius lib. VI:

---

21 II, 4, 10, 24 ‖ 22 IV, 294 ‖ 24 1, 1 ‖ 25 Lucilius l. XXVI ‖ 27 III, 86; cf. comm. ‖ 29 I, 227 ‖ 31 de praet. urb. 26, 67 ‖ 1 I, 29 ‖ 4 Aen. I, 668 ‖ 6 Aen. VI, 816.

---

**21** scifum *B; Gen; pr. L; H;* scyfum *L ex corr.; G.* — **22** Iacet *A, B, Gen*$_1$*, pr. L.* — habet *om. A.* — **23** hanc *cdd. pr. B; Romanus ap. Verg.* — certam *om. B.* — iacet *B; Gen*$_1$*; pr. L.* — salute *Gen, L.* — **24** filippicarum *Gen, H, G, non B.* — **25** Lucil.; *cf. comm. in 238 l.* appellere est applicare. — XXVII *B, pr. Gen.* — **26** iciendo *pr. L.* — siquost (*in L supra os scriptum* e; siquo est *G*) vineis (siquos tuineis *B, Gen*$_1$) actis (anctis *pr. L*) opust (opus est *L ex corr., H, G, Gen, qui in mrg. habet* pust; opus *B*) *cdd.* — **27** Iactari *Quicheratus;* Iactare *H*$_2$*, G;* Iacere *L, H*$_1$*, Gen, A, B; hic signo:* ∴ *in mrg. add.* — est *om. A.* — dimitti *Quicheratus;* dimittere *v.* — *nisi Nonii essent verba, reponendum erat* demitti. — Georg. lib. III. *apparet hic turbatum. nam illud non legitur nisi in B; at Gen, L, H*$_1$*:* lib. VII; *H*$_2$*, G:* lib. Georg. III *(ille pr., ut B). — nec tamen ex Aen. lib. VII exemplum suppetebat aptum.* — **30** iacitantem *pr. L;* iac, *tum ras.,* tatem *Gen*$_1$. — **31** pelagi *pro* plagis *B.* — sternentem *pr. L.* — actione II *ed. Bas.* — **32** tractatur *pr. L.* — domu, *supra* u *scr.* s, *L; f.* domui. — vir (viri *pr. L*) primarius et homo honestissimus (honestissimu *B*) *bene cdd. Non.; cf. Iordani comm.;* vir primus et honestissimus *libri meliores Cic.* — **1** quique *H*$_1$*;* quiisque *Gen*$_1$. — adferri *B.* — Verg.; *cf. 169 l.* super. — **3** Troas *om. B.* — **5** iacteturque *etiam Vergilii libri longe plures et Serv. comm. in h. l.; quod non posse tolerari nisi Vergilium post illud* litora, *quod praecedit, aliquid inserere voluisse statueris, recte dicit Ribbeckius. sed potuit inrepere idem, ut conpluries in antiquissimis Vergilii libris videmus factum, per interpolationem metrici.* — hodiis *L.*

328 M.

quem iuxta sequitur iactantior Ancus,
nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris.

idem lib. IIII† * * * || *Iactare, dicere, proferre* * * *

ecce Pharo, voces dum iactat inertis.

Lucilius lib. XXVIII:

ín re agenda ipsá reidicula iáctat adque *alia* ádserit.

|| Iactare, iactu mittere. Vergilius Aen. lib. II:

et flammas ad culmina iactant.

|| Iactare, excutere, conmovere. Varro Eumenidibus:

tibi núnc sémivirí
terétem comám volántém iactámu' gállulí.

INVOLVERE significat volutum superinponere. Vergilius Georg. lib. I:

scilicet adque Ossae frondosum involvere Olympum.

|| Involvere, tegere. Vergilius Aen. lib. II:

vertitur interea caelum et ruit oceano nox,
involvens umbra magna terramque polumque
Myrmidonumque dolos.

|| Involvere, inplicare. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I:

---

9 Aen. lib. IIII (X, 322); cf. comment. || 11 Lucilius l. XXVIII || 13 II, 478 || 15 Varro Eumenidibus || 18 I, 282 || 21 II, 250 || 25 M. Tullius ad Caes. iun. I.

---

**9** item *cdd.;* idem *ed. princ.* — lib. IIII. *etiam hic inveteratus error. nam quod seq. exempl. est e l. X; haustumque l.* iactare, dicere (prof. *add. M*) *vidit Quicheratus. in quarto autem Aen. l.* iactandi *verbum pro eo quod est* ambitiosius gloriari *non positum. potuit exhiberi I, 140, ubi cf. Serv., vel alia.* — **10** Pharo; paro *C; Gen;* patro *B.* — Pharon *pars librorum Verg.; et ita Serv., qui haec addit:* legitur et 'Pharo', ut sit dativus ab eo quod est Pharus. — **11** XXVIII *M* (XXVII *I. Dousa*); XVIII *cdd.* — **12** reidicula; radigla *pr. L;* ridicula *rell.* — iactat *Iun.;* id (*seq.* atque) *cdd.* — adque *L, in quo* t *supra* d *positum, sed deletum;* atque *rell.* — alia *add. M.* — adserit *M;* adseret *B;* adsederet *Gen, L, H, G.* — **13** iactu *A; Guietus;* iacta *L;* iacte *rell. cum B; in H legitur* iactemittere, *sed in mrg. m. 2* iactem ittere *(sic).* — iactim *Rothius.* — III *cdd. cum B.* — **14** ad lumina *L.* — **15** Varro; *cf. 49 l.* tonimus; tibinos. — **17** iactamu' galluli *Lachmann. Opusc. pg. 57;* iactant (lactant *pr. L; post* n *ras. in A;* iactabant *B*) tibi (iactantib; $H_1$) galli *cdd.* — *admittendum duxi Lachmanni commentum repudiatis aliis, etiam eo quod de re m. 37 protulimus. nam quod ibi positum est* iactant comam volantem tibi galli teretem, *cum alioqui sit commodum et facile, propter duriorem a prima persona ad tertiam transitum displicet.* — *sane* gallulus *substantivum non invenitur praeter h. l.* — *deminutiva autem ut alibi saepe adhibuit Varro, ita ne in Atti quidem adspernatus est Catullus. cf. v. 35; 66; 74.* — **19** I *post add. in L.* — **20** ter sunt conati inponere Pelio Ossam scilicet *Verg.* — atque *cdd. pr.* $L_1$. — **21** Verg.; *cf. 380 l.* ruere, erigere. — III $Gen_1$*;* V *B,* $H_1$. — **22** nox *supra add. Gen, L.* — **23** populumque *Gen; L ex corr.* (*pr.* polumquem); $H_1$*; non B.* — **24** dolosus *pr. Gen et L.* — **25** Involvere, inplicare *om. B.* — Caessarem $Gen_1$.

sed quod viderem nomine pacis bellum involutum fore. || Involutum, occupatum, conprehensum. Varro Sexagesi:

adest fax ínvoluta incéndio.

INTERPRES dicitur obscuri dissertor. Vergilius Aen. lib. III:

Troiugena, interpres divum.

|| Interpres, auctor. Vergilius Aen. lib. IIII:

tuque harum interpres curarum et conscia Iuno.

INPONERE significat supra ponere. Vergilius Aen. lib. IIII:

vidit, turicremis cum dona inponeret aris.

|| Inponere, dare. Vergilius Aen. lib. IIII:

finemque inponere curis.

INTENTVM, sollicitum, suspensum. Vergilius lib. V:

intenti expectant signum.

|| Intentum, || extensum. Vergilius lib. V:

considunt transtris intentaque brachia remis.

|| Intendere, innectere, inligare. Vergilius Aen. lib. II:

et stuppea vincula collo
intendunt.

M. Tullius in Hortensio: quaero enim non quibus intendam rebus animum, sed quibus relaxem.

IMAGO dicitur similitudo. Vergilius Aen. lib. II:

atque ipsius umbra Creusae
visa mihi ante oculos et nota maior imago.

---

27 Varro Sexagesi (Ennius Alexandro) || 29 III, 359 || 31 IV, 608 || 33 IV, 453 || 35 IV, 639 || 37 Aen. V, 137 || 1 Aen. V, 136 || 3 II, 236 || 6 M. Tullius Hortensio || 8 II, 772.

---

**26** belum $Gen_1$. — **27** Varro; *cf. 112 l.* faxs *ibique comm.* — **28** obvoluta *potius Ennius.* — incendio *cdd. 112;* incendii *h. l.* — *ap. Cic. de div. I, 31, 67* adest, adest fax obvoluta sanguine atque incendio. *sed ita scripserit Ennius an* incendio atque sanguine, *locus Nonii reddit incertum.* — **29** Interpraes *h. l., item 30, 31, 32 L;* Interp̄s *Gen hic et 30.* — deserto $Gen_1$. — **30** Intrpraes, *supra scr.* e, rpraes *in ras., L.* — **31** acutor *pr. L.* — Verg.; *n. N.* — **32** tuque harum *Verg.;* tuquearum *pr. L; supra* ea *pos.* h, *sed elut.;* tuque mearum *B; $Gen_2$; H; libri Merceri;* tuque earum *$Gen_1$; ed. Bas.;* tuq. $\overset{m}{\text{q}}$uearum *L ex corr.* — **33** superponere *B.* — **34** vidi *pr. L.* — turicrimis *pr. H.* — **38. 1** *om. B.* — **37** Verg.; *cf. 329 l.* intendere. — **3—7** *haec videntur in fine l.* intendere, *quod legitur infra, reponenda.* — *sane in Ciceronis exemplo illud* intendam *potius positum pro* applicem cum cura, *sed Nonii auctor sua videtur usus paraphrasi propter id quod sequitur* relaxem. — **6** M. Tullius; *cf. 383 l.* remittere, delectare. — **7** relaxem ac remittam *pg. 383.*

329 M.

|| Imago, vagina. Vergilius lib. VII:

curvam servans sub imagine falcem.

INCREPARE et INCREPITARE paria sunt, id est aut incusare aut insultare. Vergilius Georg. lib. IIII:

aestatem increpitans seram.

et lib. X:

hostis amare, quid increpitas mortemque minaris?

et lib. VIIII:

quem Turnus pariter cursu teloque secutus
increpat his victor.

M. Tullius in Hortensio: tu pseudomenum et soritam et totam dialecticam aut inludis aut increpas. || Increpare, sonare. Vergilius lib. VIII:

iterum adque iterum fragor increpat ingens.

et lib. VIIII:

ad tuba terribilem sonitum procul aere canoro
increpuit.

INVEHI dicitur vehi. Vergilius lib. V:

Centauro invehitur magna.

|| Invehi, adgredi, increpare. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. III: itaque in eum Pansa vehementer est invectus.

---

11 Aen. VII, 179 || 14 IV, 138 || 16 Aen. X, 900 || 18 Aen. IX, 559 || 21 M. Tullius Hortensio || 23 Aen. VIII, 527 || 25 Aen. IX, 503 || 28 Aen. V, 122 || 30 M. Tullius ad Caesarem iun. III.

---

**11** Verg.; *cf. 388 l.* servare, tenere. — lib. VII *om. B, rel. spatio.* — **12** sub imagine; *locus obscurus, quamquam n. N. apparet.* — *tamen Servius haec:* sub imagine falcem; aut statuae exprimit gestum, ut dicat: ita tenebat falcem, ut eam sub vultu haberet, aut sub imagine sub theca dicit, quae similis falcis est. — **13. 14** Increpare et Increpitare *M;* Increpat et Increpitat *v.;* Increpat et *om. L; G; A; item B;* $Gen_1$*; eadem in mrg.* $Gen_2$*; in H lineola erant subnotata; sed ea erasa, et in mrg. add. m. 2:* alter non habuit (*scil.* codex collatus). — paria sunt *om. B rel. spatio.* — id est *M;* et est *v.* — incurvare *B,* $Gen_1$. — Increpat, incurvat aut insultat *A.* — **16** *cf. 465 l.* amarum. — **21** tu *ed. princ.;* tun' *alii; f.* cum; tum *cdd.* — pseudomenum *scripsi;* pseudomenon *Iun.;* pseudomenus *cdd.* — *non credo servandam lectionem traditam, ut sit accusandi casus, sicut* philosophus *dixit Lucilius,* adytus *Accius. nam statim latine Cicero* soritam. — ψευδομένουϲ *Me.* — **22** dialecticam (dialeoticam *L*) aui *B,* $H_1$*; item, ut vid., L.* — **24** ad *pr. L;* atque *rell.* — fragor intonat *Serv.* — frangor increpans $Genh_1$. — **25** VIII $H_1$. — **26** ad $Gen_1$*; pr. L;* at *rell. cum B.* — terribilem; terrs (*infra* s *et supra ras.*) item *L, ut refert Zangemeisterus.* — sonitur $Gen_1$. — procolere *pr. L.* — aere *post add. id.* — canorum $Gen_1$. — **28** Invei *L.* — lib.; georg. lib. *Gen,* $H_1$. — **29** magno *C, Gen, non B.* — **30** adgredi *A, B, Gen, pr. L,* $H_1$. — ac $H_1$. — **31** it. in eam *in ras.* $H_1$. — eum *Iun.;* eam *cdd.* —

INTENDERE est sollicite et diligenter intueri. Vergilius lib. V:

intenti expectant signum.

|| Intendere, extendere. M. Tullius de suppliciis: tabernacula carbaseis intenta velis conlocabat. — et de senectute: intentum enim animum, tanquam arcum, habebat || nec languens succumbebat senectuti.

INMITTERE * * * demittere ad prolixitatem. Lucilius lib. XXX:

neque barbam inmiseris istam.

Vergilius Aen. lib. III:

respicimus. dira inluvies inmissaque barba.

INDVCERE, fingere [inmittere]. M. Tullius de officiis lib. III: hinc ille Gyges inducitur a Platone. || Inducere, persuadere. Lucilius lib. XXVIIII:

Hýmnis, ego sic ánimum induco, quó tua ab insano aúferas.

|| Inducere, instituere, confirmare. Lucilius lib. XXVII:

át quod animum indúxit semel et útile omninó putat.

---

32 Aen. V, 137 || 34 II, 5, 12, 30 || 35 11, 37 || 3 Lucil. l. XXX || 5 III, 593 || 7 III, 9, 38 || 9 Lucilius l. XXVIIII || 11 Lucilius l. XXVII.

---

Pansa *A; Iun.;* pansam *rell.* (pasam *pr. L*) *cum B.* — palam *non bene ed. princ.;* pausam *operarum errore Me in contextu;* in eam causam *minus secundum artis leges idem in notis.* — **32** *cf. 328 l.* intentum. — *ita et illa quae sunt* contendere, contentus *locis inter se disiunxit Non.* — et *add. A; om. C, Gen.* — diligenter solliciteque *B.* — Verg.; *cf. 328 l. m.* — **33** indie, *in mrg.* intenti, *Gen;* intendi *pr. L.* — signum; significat, *tum* signu *L.* — **1** nedanguens *pr. L; in quo saepe* d *et* cl *vix possunt dignosci.* — **3** Inmittere (Imm. $L_2$; *G; ita et v. 6*); *mancum esse h. l. et res docet ipsa et notavit Quicheratus; qui ad ea quae periere bene refert illud* inmittere, *quod legitur v. 7.* — *potuere plura de hoc v. poni veluti* inmittere, laxare. Verg. Aen. lib. V *(662):* furit inmissis Vulcanus habenis. — **4** immiseris (*non, ut in ed. Luc. expressum,* immittere) *G; et ita $L_2$;* inm. *rell.* (inmiseriis istam *pr. L*). — **5** *cf. comm. in 125, 27.* — **6** inluvias $Gen_1$; illuvies *L ex corr.; G.* — **7** Induceret pingere *pr. L.* — inmittere *secl. Quicheratus; cf. comm. in v. 3.* — M. Tullius; *cf. 99 l.* discedere. — **8** giges *A, B, L.* — indicitur *pr. L.* — **9. 10** XXVIIII: Hymnis *M;* XXVIII ighymnis *Gen; L, $H_1$;* XXVIII Ighymnis *B;* XXVIII gemis hymnis $G_1$; XXVIII hymnis $H_2$, $G_2$. — ego sic animum *M;* ego animum sic *cdd.* — *nam cum nondum satis sit exploratum in scaenicorum trochaicis septenariis num admitti liceat aliquando primo loco vel sexto dactylum, cuius prior pars constet vocabulo in trochaeum exeunte, ea a satiricis omnino videtur secludenda licentia.* — quo *M;* quod (*seq.* t) *cdd.* — tua *G;* tu (*seq.* a) *Gen, L, H; om. B.* — tua; te *videri scribendum iam in ed. Lucilii dixi; idque vel nunc arridet propter r. m.* — *cf. et v. 21.* — autinferas *pro* auferas *L.* — **11** Lucil, *tum* Luci *L; ita et v. 13 et 15.* — XXVII *L, G;* XXVI *B, Gen, H; f. recte. nam potuere haec inter ea habere locum, quae XXVI, 21 sqq. a nobis sunt composita.* — **12** at *M;* aut *cdd.;* ad *ed. princ.; et ita f. Non.; mihi tamen* an. inducere *eodem modo dictum videtur quo*

330 M.

|| Induci, delectari. Lucilius lib. XXVI:

véterem historiam, indúctus studio, scríbis ad amorés tuos.

|| Induci est aliquibus fallaciis decipi. Lucilius lib. XXX:

quid quaerimus Argon
inductum cantu stolidum?

INSVLTARE dicitur insilire. Vergilius Georg. lib. III:

insultare solo et gressus glomerare superbos.

|| Insultare, iniuriosius aliquid dicere. Lucilius lib. XXVIIII:

insúlta miserum tú quoque in me!

INTERFICERE, occidere. Lucilius lib. XXVIIII:

nón prius
tóllas quam Tulli ánimum ex homine atque hóminem ipsum interféceris.

M. Tullius de officiis lib. II: ab isdemque quae nocent interficiuntur. || Interficere, perdere, concremare. Vergilius Georg. lib. IIII:

fer stabulis inimicum ignem atque interfice messes.

|| Interficere, consumere, finire. Lucilius lib. XXVIII:

'píscium magnam átque altilium vim ínterfecisti.' — 'át nego.'

---

13 Luc. l. XXVI || 15 Luc. l. XXX || 18 III, 116 || 20 Luc. l. XXVIIII || 22 Luc. l. XXVIIII || 25 II, 4, 14 || 26 IV, 330 || 29 Luc. l. XXVIII.

---

*supra, h. e. pro* sibi persuadere. — utile *Montepess., A, B, Gen,* $H_1$*;* ut ille *L,* $H_2$*, G.* — putavit *Montepess.; A.* — **14** hist *G.* — **15** est etiam aliquibus *A.* — **16. 17** Argon *M;* acre *cdd.* (sacre *pr. L*). — cantu stolidum *Rothius;* cantus totidum *B, Gen,* $H_1$*;* cantu stoditum *pr. L;* cantu custoditum *L ex corr.;* $H_2$*, G.* — *agitur de decepto quodam custode puellae.* — **18** Verg.; *cf. comm. in 106, 24.* — **19** et egressus *Gen,* $H_1$*; non B.* — **20** aliquid iniuriosius *B.* — **21** tu *Passerat.;* te *cdd.* — insultat miserum te quoque Muti *crassa interpolatione cd. N. Fabri.* — *mire Mercerus cogitavit per tmesin illud* insulta miserum te *dictum esse pro* insultate m. *finemque putavit hexametri his contineri verbis.* — *v. de re m. 367 sq.* — **22** *cf. 449 l.* interfici. — **23** non prius *M;* prius non *v.* — **24** *Tullius quidam maleficus etiam XI, 13 memoratur; qui nescio an sit idem.* — animim *pr. L.* — ex homine *Passerat.;* ex nomine *cdd.* — ipsium *Gen, pr. H; non B.* — interficeris *pr. L.* — *illud* Tulli *e v. 25 irrepsisse ratus Ribbeckius talem ponit h. l.:* priu' non tollas quam animum ex homine atque hominem ipsum interfeceris, *simul caecutire professus eum qui non agnoscat septenarium illum optimum. — est sane versus minime culpandus. verum auctor ut alibi metri, hic Nonii peritia destitutus.* — *cet. cf. comm. in Luc. XXIX, 72.* — **25** III *cdd.* — hisdemque *ed. Bas.; B* (*pro* isdemque quae *hic habet* hisdem quaeque). — ab eisdemque et eae quae *cdd. Cic.; in quibus certe illud* eae *videtur abundare.* — **26** Verg.; *cf. 449 l. m.* — **29** Interf., consumere (consummare *B, non A*), finire; *cf. 269, 15* conficere, consumere, finire *ibique comm.* — Lucilius *in mrg. add.* $G_1$. — **30** gnam *pro* magnam *G.* — at *M de re m. 34;* id *v. d. ap. Gerlachium;* ut *cdd. cum B.* — at nego *om. A.*

INTERPELLARE, adire, conmonere. ‖ Interpellare, dicere, docere. Lucilius lib. XXVIIII:

verúm ‖ tu quid agis? ínterpella me, út sciam.

IRE est ambulare. Vergilius Georg. lib. III:

it tristis arator.

‖ Ire, accumbere. Lucilius lib. XXVIIII:

Chremés in medium, in súmmum eirat Demaénetus.

INSIGNE dicitur magnum vel praestans. Vergilius Aen. lib. I:

insignem pietate virum.

‖ Insigne, utile, necessarium. Lucilius lib. XXVII:

cócu' non curat caúdam insignem esse híllai, dum pinguís siet:
síc animum quaerúnt amici, rém parasiti ac dítias.

INPEDIRE est inplicare, involvere. Vergilius lib. V:

haut aliter Teucrum nati vestigia cursu
inpediunt.

‖ Inpedire, sordidare, ad probrum ducere. Plautus Amphitryone:

ímmo ego hunc, Thebáni cives, quí domi uxorém meam
ínpudicitia ínpedivit.

---

32 Luc. l. XXVIIII ‖ 2 III, 517 ‖ 4 Luc. l. XXVIIII ‖ 6 I, 10 ‖ 8 Luc. l. XXVII ‖ 11 Aen. V, 592 ‖ 14 Plautus Amphitryone.

---

**31. 32** Interp., ad., comm. *in mrg. add.* $H_2$. — conmonere $L_1$ *solus* — *post* commonere *haustum puto exemplum.* — *porro mirum quod* interrumpendi *significatio, omnium usitatissima, omissa.* — docere *M;* ducere *cdd.; minus bene ex superiore vocabulo ortum statuit Me.* — *neque ea res probatur A cd. scriptura, in quo sunt haec:* Interpellare, adire, commonere vel dicere. — XXVIIII $H_2$*; G;* XXVIII *rell. cum B. sed aptior his locus in XXIX.* — *cf. Luc. XXIX, 19—37.* — **1** *non bene quidam* rerum. — quod *B.* — interpellam ut *Gen,* $H_1$*;* interpella (interpello *pr. A*) ut *A, B.* — **2. 3** IIII d *pr. L.* — id $Gen_1$. — **4** XXVIII *B, Gen, L,* $H_1$*; cf. comm. in 330, 31.* — **5** cremes *G.* — eirat *M* (*pro* irat; ierat *Rothius*); ire ad (ire a *pr. B*) *cdd.* — Demaenetus *quidam ap. Me; Rothius;* demenetus *cdd.* — **7** verum *Gen, pr. L.* — **8** *n. N.* — **9** caudam; claudam *L;* claudus *B, Gen,* $H_1$. — insignam, *m. 2* insignaem *H;* insignam *et Gen; non B.* — hillai *M;* illam *cdd.* — cauda hillae *dicta pro* hilla (*de* hilla *iam cogitavit I. Dousa*). — **10** sic animum quaerunt amici *M de re m. 34; ubi additum: hoc melius (propter rationem musicam) quam illud:* sic amici quaerunt animum *(quod Duebnero placuisse refert Quicheratus);* sic (sic et *B*) amici animum quaerunt *cdd.* — *fuit qui coniectaret:* sic amicis *(nominativ.)* animum quaerunt. *sed finalis huius apud Luc. exemplum non vid. inveniri.* — parasti *B, Gen,* $H_1$*;* parati $Hs_2$*;* parasiti *cum rell.* $Ho_2$. — ac; aut *B.* — ditias *M;* divitias (divicias *B*) *cdd.* — *add. cdd.* aut; *om. ed. princ.* — **11** Inpedire $L_1$ *solus (ita et v. 14).* — inpublicare *L;* implicare *rell. cum A, B.* — **12** haud *A, B,* $Gen_2$*, L ex corr., H, G;* aut *pr. L.* — alit *G;* alio *plures libri Verg.* — nati Teucrum *B, ut quidam Verg. cdd.* — nacti vestigio *A.* — cursum *H.* — **13** inpediunt *Gen, H,* $L_1$. — **14** probum $Gen_1$*; pr. L.* — *puto* illicere. — Plaut.; *cf. 456 l.* thensaurum. — **15** inme *B, Gen,* $H_1$*;* inmo *L,* $H_2$*;* immo *G, ut vid., ed princ., v.* — thebai cius *pr. L.* — uxorem eam *B, Gen,* $H_1$. — **16** inpuditicia (imp. *m. 2*) *L.* —

## INCIPIT PER L LITTERAM.

LAEVVM, adversum. Vergilius in Bucolicis:

saepe malum hoc nobis, si mens non laeva fuisset.

|| Laeva, prospera. Vergilius Georg. lib. IIII:

siquem
numina laeva sinunt auditque vocatus Apollo.

LAC, sucus maternus quo animalia nutriuntur. Vergilius in Bucolicis:

et lac subducitur agnis.

|| Lactes dicuntur intestina. Titinius Psaltria:

. . farticulúm, cerebellum, láctes agninás..

Plautus Curculione:

íta, cibi vacívitate, vénio laxis láctibus.

idem Pseudolo:

úna opera alligém fugitivum cánem *ego* agninis láctibus.

---

18 I, 16 || 20 IV, 6 || 24 III, 6 || 26 Titinius Psaltria || 28 II, 3, 40 || 30 I, 3, 85.

---

inpedivit *Gen, L, Hs, ed. Bas.;* impediunt *A, B, Ho.* — inpedire *idem quod* irretire. — **17** *om. Gen.* — **18** Laevum *C, Gen, B, A* (*hic* a *in ras.*); Levum *Non., ut vid.; cf. 51 l.* levum. — **19** leva *L, G, A; non B.* — **20** Leva *C, Gen; non A, B.* — Verg.; *cf. 51 l. m.* — **22** nomina *pr. L.* — leva *C pr.* $H_1$*; non A, B.* — **23** Verg.; *cf. 399 l.* subducere est surripere. — in *om. B.* — **26** Lactes dicuntur intestina (indestina $Gen_1$). Titinius Psaltria. *cf. Prisc. 686:* hae lactes partes sunt intestinorum — singulare haec lactis est. Titinius in Ferentinati. — psalteria $Gen_1$*; pr. L; non B.* — in Ferentinati *Prisc. l. m.* — *alibi tamen semper, etiam apud hunc, fabula illa inscripta* Psaltria. *et quidam putant titulum fuisse* Psaltriam vel Ferentinatem, *parum quidem commode, cum psaltriam illam haud sane probabile sit fuisse originis Italicae; rectius Neukirchius de errore cogitavit Prisciani, qui, cum ab auctore, quo utebatur, omissum esset illud* Psaltria, *recordatus versum, quem bis adfert,* Ferentinatis populus res Graecas studet, *vid. novasse inscriptionem.* — **27** farticulum *Ribbeckius;* farticula (ferticula *L*) *cdd. Non. cum B; at Prisc.* craticula *vel* graticula; *in quo frustra* gratillam *vel* gratillas *(neutrum enim aptum huic loco) latere suspicatur Ribbeckius.* — agninas *cdd. Non. cum B* (acinas $Gen_1$*;* auninas *pr. L, addito infra* s *et supra puncto, quod tamen pro interpunctione an sit habendum dubitat Zangemeisterus*); lactis agnina *cdd. Prisc.; qui quidem etiam in sequente Pomponii exemplo habet pluraliter positum illud* per lactes tuas. — **29** cibi *cdd. Pl.;* tibi *Non.* — vacivitate *Camerarius;* vacuitate *cdd. Pl. et Non.* — lassis *idem;* laxis *Pius.* — **30** item *B,* $H_1$. — Pseudolo *pr. L;* Pseudulo *rell. cum B.* — **31** allicem *cdd.* — fugitivum (fugitium *pr. L;* figitivum *B;* fugitivam *ap. Pl. A, B, C, D; cf. Caes. pg. 132*) canem *cdd. Pl. et Non.* — ego *add. M.* — *ap. Pl. v. parum eleganter:* una opera alligem canem fugitivam agninis lactibus. — agnis (ignis $H_1$) *cdd.*

LEGERE, sicut est in consuetudine, significat oculis scripta percurrere. Vergilius in Bucolicis:

ad simul heroum laudes et facta parentis
iam legere. ||

|| Legere, accedere. Vergilius Georg. lib. II:

ades et primi lege litoris oras.

et Aen. lib. XI:

inplicuere interse acies legitque virum vir.

|| Legere rursum collegere. Titinius Veliterna:

hódie hostis fugávit; spolia plácide posteriús leget.

Vergilius lib. X:

extremaque Lauso
Parcae fila legunt.

et Georg. lib. I:

atque omnis navita ponto
humida vela legit.

Caecilius Fallacia:

óssiculatim Pármenonem dé via liceát legant.

Varro Vergula divina:

sed pancarpineo cibo coacto
libamenta legens caduca veris.

|| Legere praeterire, praestringere Vergilio auctore dicimus, Aen. lib. III:

litoraque Epiri legimus.

---

33 IV, 26 || 1 II, 44 || 3 XI, 632 || 5 Titinius Veliterna || 7 Aen. X, 814 || 10 I, 372 || 13 Caecilius Fallacia || 15 Varro Vergula divina || 18 III, 292.

---

**32** scriptum (*vel* scriptur) *pr. A.* — **34** ad $Gen_1$*; pr. L;* ac *B;* at *rell.* — **1** Verg. Georg. lib. II *om. B.* — **2** ades et; ades $Gen_1$*;* adest *pr. L.* — littoris *Gen, H; non B.* — oram *Verg.* — **3** X *B.* — **4** interplicuere *pr. L.* — **5** rursum *om. A. sed hoc vel talia iam de eo non referentur.* — collegere $Gen_1$*; pr. L;* colligere *rell. cum A, B.* — *cet. cf. 444 l.* legere. — **6** hostes *A.* — *f.* fugabit. — placite *pr. L.* — elegetu, *tum* eliget *L.* — **7** *cf. 313 l.* filum. — **8** ettremaque *pr. L.* — **12** humida *om. B.* — **13** Caec.; *cf. 147 l.* ossiculatim. — **14** hossiculatim *Gen;* $H_1$*; G;* hosticulatim *L;* ossiculatim $H_2$*, B.* — Parmenonem *L,* $H_2$*, G;* Parmenon est *B, Gen,* $H_1$. — legant *cdd. 147;* legam *h. l.* — **15** Varro; *cf. 264 l.* cogere, mollire *ibique comm.* — vergumla *pr. L;* vercula *B, Gen,* $H_1$*;* virgula *rell.* — **17** veris; victus *cdd. h. l.* — **18—22** praestringere, *quod in cdd. leg. v. 23 post* navigare, *huc transtulit M.* — auctore Vergilio *pr. L.* — dicimus. *quae secuntur, ita in C, Gen, B tradita:* aen. lib. III et lib. *(om. B)* V litoraque (litotraquae $Gen_1$) epiri (eripi *Gen;* e, *tum ras.,* pi $H_1$) legimus et fractosque legunt in gurgite (iniugurte $H_1$) remos. — *in H ad illud* legunt *adscript. in mrg. m. 2* colligunt; *quod quidem ab interpolatore, hic, ut alibi, notante Nonium, apparet venisse.* — *A habet haec:* Eneidorum libro tertio litteraque

et lib. V:

fractosque legunt in gurgite remos.

‖ Legere est natare. Vergilius Aen. lib. II:

pars cetera pontum
pone legit.

‖ Legere etiam eligere dicitur. Vergilius in Bucolicis:

ipse ego cana legam tenera lanugine mala.

Turpilius Epiclero:

quam légere te optimum ésset atque aequíssimum,
quacum aétas degenda ét vivendum essét tibi.

M. Tullius de officiis lib. III: cetera autem, quae secundum naturam essent, ita legere, si ea virtuti non repugnarent * * * [diligentius intendentes invenimus.] ‖ Legere subripere significat: unde et sacrilegium dicitur, id est: de sacro furtum. Vergilius in Bucolicis:

nam quae sublegi tacitus tibi carmina nuper.

Turpilius in Boethuntibus:

qui vérba venatúr mea,
perií, si arcedat ét sermonem hinc súblegat.

21 Aen. V, 209 ‖ 23 II, 207 ‖ 26 II, 51 ‖ 28 Turpilius Epiclero ‖ 31 III, 3, 13 ‖ 35 IX, 21 ‖ 37 Turpilius Boethuntibus.

erepti legimus idem fractosque — remos. — *turbatum antiquitus ea re, quod verba* et lib. V *in marginem prius delata, dein perperam essent reposita, facile apparet. sed non recte Quicheratus vv. 21, 22 collocavit post 9, quamquam ibi* legere *pro* colligere *dictum constat. nam fuisse, qui Nonii explicationem sequerentur, docet Servius, cuius haec sunt:* 'legunt'; alii 'praetereunt'; sed melius — 'colligunt'. — **23** etiam est *A.* — navigare (natare *pr. L*) praestringere *cdd.; v.* — *addit Gen notam in mrg., qua haud dubie significatur* praestringendi *v. parum aptum.* — **24** caetera *B.* — **25** legit *per* transit *explicat Serv.* — **26** dicitur ut *L.* — **29** quom *Gulielm.;* quin *cd. N. Fabri.* — esset *cd. N. Fabri;* esse *C, Gen, B; sed nescio an sit melius:* quam legere te optimum esse ait *(monosyllab.)* atque aequissimum. — **30** degenda et vivendum esset *Canterus;* vegenda et vibendum (*ita ed. Bas.;* iubendum *Gen, L, H;* lubendum *B*) esse (*seq.* t) *cdd.* — **32** essent, ita legere *Cic.;* esse inta legere (intat legere *pr. L;* intellegere *B, Gen, H*) *cdd.* — repugnarent *Cic.;* repugnare *cdd.* — **33** dil. int. (intententes $Gen_1$; intevendentes, ve *deleto sed rursus restituto, L*) inv. — *verba haec vix potest dubitari quin ab interpolatore sint addita et ita supplenda in principio:* aliud esse legere, aliud eligere. — *nam ipse Non. pg. 444 docuerat non idem esse* legere *et* eligere. — *minus placet reponi:* Legere etiam subripere significare diligentius intendentes invenimus. — subripere Legere *(per lemma)* significat *L; in quo* subripere *deletum et* surripere *suo loco supra scr.* — subripere *A, B, Gen,* $H_1$. — **36** namque *A, L,* $Gen_1$; vel quae *B per interpolationem; nam ita Verg.* — **37** Turpillius *pr. L.* — boetuntibus *cdd.* — **39** perii si *M* (pestis, si *Ribbeckius*); pestis *cdd.* — arcedat *Lips.; Scal.;* arscedat *cdd. cum B.* — *mirum formam tam vetustam Nonii libris servatam; nec tamen videtur dubitandum.* — *ceterum*

Lucilius lib. XXVIII:

omnia viscatis manibus leget.

Plautus Aulularia†:

séd leno egreditúr foras:
hinc éx occulto sérmonem astu súblegam.

‖ Legere rursum videre. ‖ *ab* hoc et aquilegi. Vergilius Aen. lib. VI:

quin protinus omnia
perlegerent oculis, ni iam praemissus Achates
adforet.

et in eodem:

longo ordine possent
adversos legere.

LVSTRA dicuntur ferarum habitacula. Vergilius Georg. lib. II:

non absunt illic saltus ac lustra ferarum.

et Aen. lib. III:

cum vitam in silvis inter deserta ferarum
lustra domosque traho.

‖ Lustra etiam lupanaria dicuntur. Plautus Asinaria:

lustris studet†.

item:

---

40 Lucilius l. XXVIII ‖ 42 Plautus Aulularia; cf. comm. ‖ 1 VI, 33 ‖ 6 Aen. VI, 754 ‖ 9 II, 471 ‖ 11 III, 646 ‖ 14 V, 2, 84 ‖ 16 Asinariae V, 2, 17.

---

*cf. Luc. IX, 19 cum comm.* — postis arcedat *Scal.* — hic *pr. L;* hunc *Basiliens., ut vid.* — sublegat *Lips., Scal.;* sublegam *cdd. cum B.* — *illud* postis arcedat *cui placuerit, eum oportet statuere aut coniunctivum esse potentialem, quem vocant, aut haustum in principio fragmenti, unde penderent ea quae sunt* arcedat — sublegat. — *parum convenienter arti Bothius:* postibus (*melius erat* posti si) abscedat nec sermonem hinc sublegat. — **40** Luc.; *cf. 395 l.* sumere est accipere, tollere. — **42** Aulularia. *nullae in hac partes lenoni. ad Vidulariam transtulerunt Guietus, Mercerus, Wagnerus. sed ne in hac quidem satis liquere, quomodo lenonis persona cum argumento coniuncta fuerit, locupletissimus testis adfirmat Studemundius.* — *cf. comment. de Vidul. pg. 26.* — **43** lenae greditur *pr. L.* — **44** sermonem astu; sermonem eius *Me;* sermones astu *auctore Quicherato Passeratius;* sermone auis *Gen;* sermone atus (*pr.* aius) $H_1$ *(om. hoc exempl. cum praec. B);* sermones atus $H_2$*; ed. Bas.;* sermone satus *L.* — **1** ab *add. M.* — aqnilegi, *supra* qu *pos.* ◡, *Gen.* — hoc et aq. *om. A.* — **3** quin potius *cdd. cum A, B.* — omnem, *per interpolationem metricam, B.* — **4** relegerent *pr. L.* — Achatis $Gen_1$. — **7** unde omnes l. o. posset *(ita ap. Non. B) vel* possit *cdd. Verg.; sed nescio an rectius C, Gen.* — **8** adversus *pr. L.* — **9** inherarum *pr. L.* — **10** *Verg.:* at frigida tempe — non absunt; illic saltus ac lustra ferarum. — et lustra *B.* — **14** in Asinaria *ed. Bas.* — **15** studet (stud *supra scr. in L;* stridet *G*); *aberratum ad v. 17, nec non in principio quaedam omissa. Plauti versus hic fere est:* cano capite te cuculum hinc uxor ex lustris rapit. — **16** idem *cdd.*

333 M.

ís apud scortum córruptelae et líberis lustrís studet.

idem in Casina:

'ubi in lustra iacuisti?' —
'egon in lustra?'

Turpilius Lindia:

quíbus eum rebus déspoliasti, foéde dum in lustrís latet.

Afranius Privigno:

uxórem quaerit fírmamentum fámiliae:
sciás abesse ab lústris ingeniúm procul.

Cicero in Philippicarum lib. II: cum omnes inpuritates pudica in domo cotidie susciperes vino lustrisque confectus.

LINQVERE est dimittere * * * || *Linquere, relinquere.* Vergilius Aen. lib. III:

linquimus Ortygiae portus pelagoque volamus.

et lib. VIIII:

inque salutatam linquo.

Varro *Ταφῇ Μενίππου*:

*Menippus* ille, nóbilis quondám canis,
hic líquid homines ómnes in terrá pila.†

---

18 II, 3, 26 || 21 Turpilius Lindia || 23 Afranius Privigno || 26 II, 3, 6 || 29 III, 124 || 31 IX, 288 || 33 Varro *Ταφῇ Μενίππου.*

---

**17** is *om. L; deletum in H; habent A, B.* — corruptaele *B; pr. L.* — corruptelaest liberis, lustris studet *pulchre Scaliger.* — corruptelae et *etiam Pl. cdd.* — **18** idem is in, *sed* is *eras., H.* — *cet. cf. 135, 7 sq.* — **19** lacuisti *pr. L.* — **20** ego enim lustra *pr. L;* egone in lustra *rell. cum B.* — **21** Lyndia *L, G; non B.* — **22** eum *M* (em *Me*); rem *(om. Palatin.) cdd.* — rebus *om. B.* — dispoliasti *L ex corr.; H; Gen; B* (dispoliare *Palatin.*). — foede dum *Me;* foedum (fedum $H_2$*;* dum *Palatin.*) *C, Gen, B.* — **23** Affranius *pr. L.* — praugno *Gen, pr. H; non B.* — **25** obesse *pr. H.* — ab lustris *ed. princ.;* ab inlustris *cdd.* — procul *in ras. L.* — **26** in filippicis (philippicis *B, H*) *cdd.* — inpuritates (imp. $L_2$, *G*) *om. A, B, Gen,* $H_1$. — *notum alibi non* inpuritatis *magis quam* puritatis *vocabulum apud bonos reperiri auctores.* — inpudica (imp. $L_2$, *G, B*) *cdd. Non.; item Vaticanus Cic.* — **27** cottidie *A.* — susciperes *Cic.;* susceperis *cdd.* — confecta *A.* — **28** dim.; *cf. Verg. Aen. III, 160.* — L., rel. *add. Quicheratus. cf. 334, 38* liquerit — reliquerit. — **30** liquimus (*pr.* lyquimus) *L;* liquimus *et Gen; non B.* — hortygiae *Gen, L, H.* — **34** Menippos *add. Scal.* (*praec.* tafeminippu); Menippus *Guietus.* — lle, *supra scr.* i, *L.* — nobilis *Iun.;* nobiles *cdd.* — quosdam *Gen, B* (*hic pr.* quondam). — **35** *illa* hic liquid (linquit *H ex corr.; G;* linquat *B, Gen, pr. H*) homines omnes (*om.* omnes *pr. L; dein supra additum* homnes, *sed* h *delet.*) in terra pila *et metro vitiosa esse probabile est (nam qui praecedit trimeter non habet locis imparibus spondeum) et obscura prorsus vel potius sensu cassa certum.* — *illud* hic *pro adverbio loci accipit Scal., ut ad sepulchrum referendum sit Menippi;* hinc *ed. princ.* — terrae pila *probabiliter Iun.* — *post v. 35 in libris collocati pg. 335, 5—9; ubi vide comment.*

LIMARE, exquirere et delinire, secundum consuetudinem, a lima dictum. Plautus Menaechmis:

ánum lima praéterunt.

idem Bacchidibus: ||

limacés viri;

quod adterant et consumant. || Limare etiam dicitur coniungere. Plautus Bacchidibus:

nei umquam á queiquam alio accíperes mercedem ánnuam
nisi áb se nec cum quíquam limarés caput.

idem Medico:

nám pater tuu' númquam cum illac étiam limavít caput.

---

37 I, 1, 9 || 39 Plautus Bacchidibus || 3 Plautus Bacchidibus || 6 Plautus Medico; cf. comm.

---

**36. 37** *suspicatus est Mercerus h. l. a Nonio, ut alibi a librariis (cf. Lachmann. comm. Lucr. pg. 143),* limandi *et* rimandi *verba confusa. sed vix persuadet. v. Hor. Ep. I, 14, 37 sq.* — Limari *cdd.; corr. Iun.* — delenere *pr. L.* — *puto* sec. cons. exq. et del. — a lima *Iun.;* aliam *cdd.* — aliam dict. *om. A.* — **38** praetereunt *A, L;* terunt *B.* — perterunt *Beroaldus.* — *ap. Pl. haec:* dum *(ita Ritschelius;* tum *cdd.)* compediti *(ad hiatum vitandum scribend.* compeditis; lamnam *Gulielmius; aut* anum *Ritschelius)* anum (ianum *C, D)* l. praeterunt. — **39** bachidibus *H, Gen, non B.* — **1** lim. viri; *illud* limaces *dubitat an sit feminini generis,* viri *an genetivus Ritschelius Opusc. II, 324;* viri *aut corruptum aut seiungendum a* limaces *putat Goetzius. mihi* limaces *videtur substantivum atque idem quod* cochleae; *cf. glos. Philoxeni. Nonius quin pro adiect. habuerit non intercedo. ac dubito plerumque, an finem v., quem ex Cistellaria citat Varro VII, 64,* non quasi nunc haec sunt hic limaces lividae *a N. redditum existimem.* — **2** quod — consumant *om. A.* — adteront *Genm.* — **3** Plaustus baccidibus *pr. L.* — bachidibus *B;* bacidibus *Hqo.* — **4** nei umquam a queiquam alio acciperes *M;* necum quoquam acceperis alio (salio *B, H, G; in L supra* is *add.* s) *cdd.* — nei *pro* ne. — ne a quoquam acciperes alio *Me;* nec a quoquam alio acciperes *Ritschelius.* — **5** missi $H_2$, *G;* misis *prius L, tum* nisi, *denique* misi. — ab se *Me;* ab sese *cdd. cum B* (abesse $H_2$, *G*). — ne cum *B*, $Gen_2$, $H_1$. — quicquam *L*, $H_2$. — **6** Medico *M;* scematico *(praec.* idem) *cdd. exc. quod* $H_2$ schematico. — *hic plane ratio fefellit Lipsium, qui Epistol. Quaest. I, 18 voluit reponi:* idem σχηματικῶς, *eumque secutum Ritschelium, qui Parerg. pg. 169 melius:* σχηματικῶς. idem. *primum enim quod putat ille ita a Nonio moneri illud* 'limare caput' *figurate poni pro* συνουσιάζειν, *apparet schema non ad* limandi *verbum, sed ad* caput *pertinere ideoque eius memorandi locum hic nullum. sed quod longe gravius est, talis additamenti in Compendiosa doctrina alterum exemplum non invenitur. nam quod Ritschelius similiter dictum vult 231, 15* (vepres) feminini. Pomponius Porco, per hypocorisma: decedo — veprecula *(cf. et 198, 5), id omnino ab h. l. diversum. — itaque fabulae latet nomen; neque video quid propius absit a memoria librorum quam hoc:* idem Medico; *quo nomine* Parasitus Medicus *et a Non. pg. 84 et a Prisc. 872 citatur. nam quam facile ex* idem *(vel, ut saepe libri,* id est) medico *potuerit oriri* idem scematico *facile est videre.* — **7** tuus; tus *Gen, pr. L,* $H_1$*; non B.* — illac *Bothius;* illa *cdd.* — etiam *om. A.* — limavit *Lips.;* limabit *cdd.*

334 M.

Livius Tereo:

crédito,
cum íllo Philomela éx voluntate númquam limavít caput.

Caecilius Pausimacho:

hoc a te póstulo,
ne cúm meo gnato písthac limassís caput.

Turpilius Leucadia:

véritus sum ne amóris causa cum ílla limassét caput.

LIQVIDVM, suave, dulce. Varro Eumenidibus:

Phrygiós perósa córnús liquidá canít animá.

|| Liquidum est purum. Vergilius lib. VI:

liquidumque per aera lapsae.

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν:

húnc vocasse ec líquida vita in cúriae vestraé faecem!

|| Liquidum est prosperum. Plautus Pseudolo:

áve sinistra, auspício liquido atque éx *mea* senténtia
cónfidentiást inimicos meós me posse pérdere.

|| Liquidum rursum significat molle et fluxum. Plautus in Milite:

líquidiusculúsque ero quam véntus est favónius.

idem in Casina:

quóndam prognatís in sortiéndo sors delíquerit.†

---

8 Livius Tereo III || 11 Caecilius Pausimacho || 14 Turpilius Leucadia || 16 Varro Eumenidibus || 18 Aen. VI, 202 || 20 Varro Serrano || 22 II, 4, 72 || 25 III, 1, 71 || 27 II, 6, 47.

---

9 cretico *L*. — 10 cum illo *(ita Me)* Filomela ex *M;* cum illos olim ex *B;* cum illos solim ex *Gen*, $H_1$; cum illos soli mea *rell.* — volutate *Gen, H.* — cum illo soror mea voluntate nunquam limavi caput *per octonar. iamb. Me.* — 11 pausimato *C, Gen, B.* — 12 a tem *pr. L.* — 13 tum *B.* — meo *B, Genm*, $H_1$; *Bentin.;* eo (*praec.* m) *rell.* — limassis *Bentin.;* limasses *C, Gen, B.* — 14 Turpillius *pr. L.* — 15 limasset *A, B;* limassit *Gen*, $H_1$; limassis *rell.; quorum scriptura e v. 13 fine videtur orta. itaque non putavi reponend. cum ed. princ.* limasses. — 16 *n. N.* — 17 *cf. 233 l.* anima, sonus *ibique comm.* — *h. l. cdd.* frigus per ossa. — 19 liquidum *(id post add. in L) cdd. cum A excepto B.* — 20 αρχερεσιων *L*, $H_2$, *G;* αρχερεσων *B, Gen*, $H_1$. — 21 *cf. comm. in 137, 4.* — *v. indicavit A. Kochius.* — vocasse ec *Vahlenus;* vocasse et $H_2$, *G;* vocas sed et *L;* vocasset *B, Gen*, $H_1$. — fecem *L*, $H_2$, *G, non B;* faetem $Gen_1$. — 22 Pseudolo *H;* Pseudulo *rell. cum B.* — 23 ave *Bothius;* avi *Plauti cdd., quod et ipsum possit admitti;* ab *Non.* — mea *add. Bothius* (*idem deinceps:* liquide liquido); *om. cdd. Pl. et Non.* — 24 meos me *Pl.;* mens mea *cdd.* — 25 Plaustus *pr. L.* — 26 liquidiusculusque *H et A;* liquidiuscultusque *L, G* (*L* liquidiuscultus que, *m. 2* qua); liquiusculusque *B.* — fabonius *cdd. Non.;* faonius, facinus *Pl.* — 28 *v. caesura carens et corruptus.* — quondam *cdd. Pl.;* quandam *Non.* — ista in *cdd. Pl.; ubi* ista *e v. priore accessisse putat Geppertus.* — *sed*

Varro Rerum divinarum lib. III: Luciu' Scipio cum aurum factum abderet in cista viminea, fulmine ita est ictus, ut ipse esset integer, aurum conliquisset. — idem de proprietate scriptorum: quod aes aut quid aliud eius generis fervefactum conliquisset et informe esset factum. — Vergilius Aen. lib. I:

aut cum liquentia mella
stipant.

Naevius Lycurgo:

iam sólis aestu cándor† cum liquésceret.

|| Liquerit significat et reliquerit. Accius Stasiastis: ||

túm, sibi *si* dé dolore hoc ánima corpus líquerit.

Naevius Belli Poenici lib. I:

blánde et dócte pércóntat,
Aenéa quó pácto líquerít Troiam úrbem.

---

29 Varro Rer. divin. III || 31 Varro de proprietate scriptorum || 33 I, 432 || 36 Naevius Lycurgo XXV || 38 Accius Stasiastis || 2 Naevius bell. Poen. I.

---

*altius latet vitium.* — deliquerit *etiam Pl. cdd.* — *quod satis commode explicatur a Nonio. cf. interpretes ad h. l.; Caesar. pg. 22.* — **29** divinarum rerum *cdd.; corr. Quicheratus.* — Luciu' *M;* Lu. (*i. e.* Lucius) *ed. a. 1498;* lucili (lucilis *B*) *cdd.* — **30** cum *post* factum *iterant B, Gen, L, pr. H.* — abderet *M;* haberet *cdd.* — in cista viminea *Iun.* (in cista ficulnea *Turneb.*); in hista (hasta $H_2$) uicunea (iucunea *Bh;* ut uinea *L*, $H_2$, *G*) *cdd.* — ut ipse *M;* ut ista *C pr.* $H_1$; uista $H_1$; *Gen;* iusta *B.* — **31** integer *M;* integra *cdd.* — **32** quod aes *Lipsius Epistol. Quaest. IV, 23;* quod est *cdd.;* quid est *edd. ante Me.* — *post* est *add.* tanti *L, Ald.; unde Lips. effecit* stannum. *sed probabilius videtur hoc ex praecedente* est *et sequente* aut *ortum.* — aliut *Gs.* — ferve factum *ed. princ.;* fervet factum *cdd.* — conliquisset et $Gen_1$; colliquis sedet *L;* conliquissedet (coll. $H_2$; *G*) *rell. cum B.* — **33** informe esset factum *M* (informe *Lips.;* esset *ed. princ.*); in forma esse *cdd.; tum* infurum *Gen;* $H_1$; in futurum *B;* infusum *rell.* (*praec.* in); in formam (*ita v. d. in mrg. ed. Iun.*) esset infusum *Quicheratus.* — **36** nevius (necvius *pr. L*) *cdd.* — licurgo *B*, $H_1$. — **37** soli *B, Gen,* $H_1$. — candor (calor *B*) *corruptum; f.* caldo. — *ita Lucretius* calidum ignem *dixit.* — cum *ed. a. 1480;* cui *cdd.* — liquisceret *pr. L.* — **38—4** *haec ideo continuasse videtur Non., quod praecederent illa* deliquerit; conliquisset. — **38** significales reliquerist *pr. L.* — Actius *pr. L.* — **1** sibi si de dolore *M;* subidae (subide *B*) loide (loidae *B*) lore (lore *Gen*) *B, Gen,* $H_1$ (*partim divisis aliter partibus*); subidae deloide lore *L;* sibidae deloide lore $H_2$, *G;* sibi dae loide lore *P;* cum (*pro* tum) tibi de dolore *Turnebus Advers. XXIX, 28.* — **2** nevius *cdd.* — Punici *B.* — *cf. 474 l.* perconta *ibique comm.* — II *cdd. (om. B); corr. Merula.* — **3. 4** Aenea *Fleckeisenus;* aeneas *B;* aenas *Gen;* $H_1$; *G;* enas $H_2$; *L* (percontate nos *libri Me*). — quo pacto quo *Gs.* — liquerit Troiam urbem *iam scripsi, cum in editione Naevii illud* liquerit *e v. 1 irrepsisse putassem;* Troiam urbem (urb. Tr. *B*) liquerit *cdd. h. l.* (reliquerit $H_2$; *libri Me*). — *ita certe versus elegantior, quam si scripseris, quod pg. 474 ex Merceri coni. dedimus* Troiam urbem linquisset (relinquisset, reliquisset *cdd.*). *sed conferendus comm. in pg. 474, ubi pluribus de h. l. actum.*

335 M.

|| Liqui, defluere. Vergilius Georg. lib. II:

huc summis licuntur rupibus amnis.

idem Aen. lib. III:

nam quae prima solo ruptis radicibus arbos
vellitur, huic atro licuntur sanguine guttae.

LAVDARE est verbis ecferre. Vergilius:

laudato ingentia rura.

|| Laudare etiam significat nominare. Vergilius Georg. lib. III:

aut inlaudati nescit Busiridis aras;

id est: nec nominandi. Plautus Captivis:

íd uti scias, Iovém supremum téstem *do,* laudo, Hégio.

LVSTRARE, expiare. Vergilius in Bucolicis:

et cum sollemnia vota
reddemus Nymphis et cum lustrabimus agros.

Lucilius Satyrarum lib. II:

lustratu', piatus.

|| Lustrare, circumspicere. Vergilius Aen. lib. III:

omnia conlustrans hanc primo ab litore classem
conspexi venientem.

Cicero Tusculanarum lib. V: ego autem cum omnia con-

---

5 II, 187 || 7 III, 27 || 10 Georg. II, 412 || 12 III, 5 || 14 II, 3, 66 || 16 V, 74 || 19 Lucilius l. II || 21 III, 651 || 24 V, 23, 65.

---

**5—9** *haec, quae feruntur pg. 333 post v. 35, huc retraximus, potiorem, quae videbatur, librorum vv. 6, 9 secuti fidem. tamen an rectior sit Lugdunensis scriptura et suo fuerint loco servanda illa, non ausim decernere. — quis enim tam alto ingenio tamque perspicaci, ut penitus possit insinuare ingenii Noniani socordiam?* — **5** Linquere *cdd.* (Liquere *B*); Liqui *Quicheratus.* — defluxere *Gen,* $H_1$*; non B.* — III *L.* — **6** licuntur *Gen* (*in quo supra* cu ◡); $H_1$*;* liquuntur *B post ras.;* linquntur *L* (*pr.* lineuntur); $Hs_2$*;* linquuntur $Ho_2$ *(item v. 9); G; pr. B.* — *cf. seq. exempl.* — rupe, *supra scr.* .bus, *L.* — aminis, *tum* amnis *L;* amnes *B,* $H_2$, *G.* — **7** II *H ex corr.* — **8** namque *cdd. pr. B.* — **9** licuntur *Gen,* $H_1$*;* liquuntur *B;* lincuntur *L;* liquuntur $Hs_2$*; G.* — **10. 11** Laudare *punctis del. L m. 1, qua om. sequentia usque ad v. 12.* — Laudare est — rura *in mrg. reposuit m. saec. IX vel X.* — hecferre *pr., ut vid., L;* efferre *A;* effere *B.* — ing. crura *B.* — **12** sign. *om. B.* — **13** inlaudati *omnes, etiam A, B;* inlauti *prius L.* — ibisiridis $Gen_1$*;* ibussiridis *pr. L.* — **14** idem nec *L.* — **15** id; id ut (*pr.* ud), *sed hoc deleto, L.* — uti *Fleckeisenus;* ut *cdd. Pl. et Non.* — do, laudo *F. Schoellius* (laudo, do *Pareus*); laudo *cdd. Non.;* do *Pl.* — *cf. Caes. pg. 82.* — egio *cdd. Non.* — **16** expirare $Gen_1$*; pr. L.* — **17** sollempnia $Gen_1$*;* sollemnia *et A* (*qui om.* et cum); *item B.* — **18** reddimus $Gen_1$*; pr. L.* — nymfis *B, Gen, H;* nimphis *A.* — lustravimus $Gen_1$*; pr. L.* — **19** V *B, Gen,* $H_1$*; sed cf. Luc. II, 8—10.* — **21** circumficere *pr. L.* — **22** primum ad litora *Verg.* — **23** prospexi *Medic. Verg.; sed cf. v. 648.* — **24** autem *Cic.;* ducem *cdd.*

lustrarem oculis; est enim ad portas gaianas.† || Lustrare est circumire. Vergilius lib. VIII:

lustrat Aventini montem.

Livius Aegistho:

tum autém lascivum Nérei simúm pecus
ludéns ad cantum clássum lustratúr *vias.*

|| Lustrare, sequi. Vergilius in Bucolicis:

ad mecum raucis, tua dum vestigia lustro.

|| Lustrare, patefacere. Cicero in Catilinariarum lib. I: si lustrantur, si erumpunt omnia? muta iam istam mentem. — Vergilius Aen. lib. IIII:

postera Phoebea lustrabat lampade terras.

|| Lustrari dicimus et scortari: a lustris. Plautus Pseudolo:

lúxantur, lustrántur, comedunt quód habent.

Lucilius lib. XXX:

quem sumptum facis in lustris, circum oppida lustrans!

|| Lustrare, perspicere, agnoscere. Vergilius lib. VIII:

ille os oculosque loquentis
iamdudum || et totum lustrabat lumine corpus.

M. Tullius de officiis lib. I: sed cum omnia ratione animoque lustraveris.

---

26 Aen. VIII, 231 || 28 Livius Aegistho III || 31 II, 12 || 33 I, 3, 6 || 35 IV, 6 || 37 IV, 7, 5 || 39 Lucilius l. XXX || 41 Aen. VIII, 152 || 2 I, 17, 57.

---

25 gaianas (gafanas *pr. L;* graiunas, *mut. in* graianas *B*) *cdd.;* agragianas *Cic. libri;* Acraganas *Lambin.; melius Camerar.* Acragantinas; Achradinas *non bene Vrsin.; cf. comm. Baiteri.* — Lustra *B.* — **26** cumire *Gen,* $H_1$. — VIIII *Gen, L, pr. H.* — **28** Livius; *cf. 158 l.* pecus. — egisto *cdd.* — **29** autem *om. h. l. cdd.* — lacivium *B.* — Nerei simum *v. auctore Bentino;* nereis simum *cdd. h. l.;* rei simum *pg. 158.* — **30** gantum *pr. L;* cantem *B, Gen,* $H_1$. — classum *L,* $H_2$, *G;* classem *Gen,* $H_1$; navem *B, sed id m. 1 punctis notatum et supra scr.* classem. — classum *genetivus non vid. alibi inveniri; sed cf. comm. in 84, 29.* — vias *add. M* (*praec.* tur). — **32** ad $Gen_1$; *pr. L;* at *rell. cum B.* — **33** in Catilinariarum *M;* in Catilinam *Quicheratus;* in Catilina (Capilina *pr. L;* Catelina *B*) *cdd.* — lustrantur (*praec.* i); inlustrantur *Cicero.* — **34** iam *om. pars Cic. librorum.* — **36** postea $H_1$. — foebea *cdd. pr. B.* — lampede $H_1$. — **37** Lustrari *B;* Lustrare *rell.* — scorti *L;* scortiari *G.* — Pseudulo *L, G, Gen, B.* — **38** *cf. Spengelii l. de canticis Plaut. pg. 404.* — luxuriantur *C, D ap. Pl.; cf. comm. in 55, 11.* — comedant *B, Genm,* $H_1$. — **40** sumptum *A;* sumptu *rell. cum B.* — lustis *A, pr. G.* — opida *Gen,* $H_1$. — **41** praespicere *L,* $H_2$, *G; non B;* prospicere $Ho_3$ *in mrg.* — agnoscere; *cf. Verg. l. m. v. 154 sq.; item Serv. comm. in 153.* — **42** os oculosque *Verg.;* osculosque *L, G, Gen;* oculosque *H, B.* — **2** omni *pars cdd. Cic.* — **3** lustraris *cdd. Cic.*

336 M.

LIMEN locus stadii dictus. Vergilius lib. V:

corripiunt spatia audito limenque relinquunt.

|| Limen, omnis ingressus. Vergilius Aen. lib. II:

limen erat caecaeque fores et pervius usus.

Varro Vergula divina:

ad quos tum volucris venit pusillos
usque ad limina niduli esca vilis.

|| Limen non solum, quod sub pedibus est, dicitur, sed etiam quod superius est ingressu. Novius Macco exule:

límen superum, quód mei misero saépe confregít caput;
ínferum autem, ubi ego ómnis digitos *saépe* diffregí meos.

LEVARE, solvere. Vergilius Aen. lib. II:

atque arta levari
vincla iubet Priamus.

|| Levare significat sustenere vel erigere. Vergilius Aen. lib. I:

levat ipse tridenti.

|| Levare rursum relevare. Cicero Tusculanarum lib. V: alia nulla potuit inveniri levatio. — Vergilius in Bucolicis:

ego hoc te fasce levabo.

M. Tullius Epistularum ad Caesarem I: amplitudinem gloriam-

---

4 Aen. V, 316 || 6 II, 453 || 8 Varro Vergula divina || 12 Novius Macco exule || 15 II, 146 || 18 I, 145 || 20 V, 41, 121 || 21 IX, 65 || 23 M. Tullius Epist. ad Caes. I.

---

4 locus (*i. e.* pars) stadii dictus *M;* locus standi (tandi *Gen,* $H_1$) datus *cdd.* — VI *cdd.* — 5 *cf. Serv. ad hunc locum:* limenque relinquunt; aut regulam aut signum de creta factum. — spatio (spacio *B*) *cdd.* — 6 V *Gen,* $H_1$. — 8 Varro; *cf. 529 l.* vile *ibique comm.* — vergula *B, Gen,* $H_1$*;* virgula *L,* $H_2$*, G.* — 9 tum *Scal.;* cum *cdd. l. utroque; f. recte.* — volucribus *L.* — venit *cdd. 529; h. l.:* venti (volucris vent *B;* volucri suent *Gen,* $H_1$). — pusillos *Scal.;* ut illos *cdd. hic;* apud illos *529.* — 10 niduli *M* (nidica *non bene Scal.*); esca *Scal.; h. l. cdd. cum B:* nitida bilis (nitita vilis $Gen_1$); *529 fere:* nidica vilis. — 12 ingressu *A, B, Gen;* ingressus *v.* — Nevius *A, B, Montepess.* — 13 superum *supra add. in L.* — mei *pro* mihi; mihi *A;* michi *Montepess.* — misae *B;* miser *Gen; om. A, Montepess.* — *f.* in quo mei misere saepe˙ confregi caput. — 14 omnes *Gen;* oms̄ *B; pr. H.* — digitos *supra add. L.* — saepe *add. Quicheratus* (inf. aut., dig. om. ubi ego *Bothius*). — diffregi *M;* defregi *v.* — 15 Lavare $Gen_1$*; pr. L.* — *ita et v. 18.* — Verg.; *cf. 350 l.* manicae. — 17 vincula *B.* — primus *C, Gen, B.* — 18 sustenere *pr. L;* sustinere *rell. cum B.* — eligere *Gen, L,* $H_1$. — aeuđ *supra add. in L.* — 20 sursum *B.* — 21 Verg.; *cf. 312 l.* fascem, onus. — 22 ego te hoc f. *A.* — 23 epistolarum *L,* $H_2$*, G, G.* — ad Caesarem I: ampl. *M* (ad C. lib. I: iam ampl. *Quicheratus*); ad Caesarem iam amplitudinem *cdd.*

que tuam magno mihi ornamento *et* esse et fore existimo; qui me levas cura. — Pacuvius Periboea:

neque tuúm te ingenium móderat neque fratérnum ira exiliúm levat?

Varro Vergula divina:

quos non lacte novo levata pascat.

|| Levare etiam minuere. Accius Meleagro:

cave lássitudo póplitum *tuum* cursúm levet.

idem Nyctegresia:

íllos suapte indúxit virtus: tú laudem illorúm levas?

Varro περὶ ἐξαγωγῆς:

quemnám te ésse dícâm, ferá quí manú córporís férvidós fóntium
áperís lacús sánguinís téque vítá levás férreo énsí? ||

Vergilius Georg. lib. II:

omne levandum
fronde nemus.

Turpilius Demetrio:

---

25 Pacuvius Periboea || 27 Varro Vergula divina || 29 Accius Meleagro 31 Accius Nyctegresia || 33 Varro περὶ ἐξαγωγῆς || 1 II, 400 || 4 Turpilius Demetrio.

---

**24** et *add. Gerlachius.* — esse et *Me; esset cdd.; om. edd. ante Me.* — fore existimo; porrexisti, *tum* fore existi *L.* — **24. 25** qui *(ablat.) M;* quid *cdd.* — quod *(ita Ald.)* me levat cura *Me.* — Pacuvius; *cf. 471; 472 l.* moderant. — **26** tuum — moderat *cdd. 471; 472;* tunc — moderant *h. l.* — ira (irae *pr. L*); *ita cdd. ter; vix tamen dubito, quin recte Quicheratus reponat* iram. — **27** vergula *B, Gen,* $H_1$; virgula *rell.* — **28** lacte *Scal.;* iacta *C, Gen, B* (iagta *pr. L*). — levata; *sc.* ex partu. — *pulchre enim a Scaligero intellectum h. v. subiungendum ei qui legitur pg. 7 s. l.* frigere, *praemittendum eis quae pg. 264; 336 s. l.* cogere; limen *sunt tradita.* — **30. 31** poplitum *ed. princ.;* poplit *cdd.* — tuum *add. Ribbeckius.* — levet. idem; leveudem *pr. L.* — Nyptespesia *L;* Niptegresia *B, Gen;* Niptegraesia $H_1$; Nirtegraesia $Hs_2$ *(nihil notat Onions.);* Nyptegresia *ed. Bas.* — **32** illos suapte *ed. princ.;* illo suapte *L ex corr.,* $H_2$, *G;* illos uate *B, Gen,* $H_1$; illo suate *pr. L.* — vi illos suapte *Lachm. comm. Lucr. pg. 391. at recte, opinor, illud* suapte *pro nominativo habet Ribbeckius; pro quo etiam Lucr. VI, 755 accipiendum duco, qui quidem l. nondum expeditus.* — **33** περι cξ (εξ *H*) ατωτηc *L; simillime rell.* — **34. 35** *v. Hermann. Elem. doctr. metr. pg. 303.* — *continuis haec decurrunt bacchiis et quidem praeter primum pedem purissimis. cf. simile metrum pg. 47 s. v.* Tutilina; *ubi nescio an ultima pars excluso spondeo sic sit restituenda:* meae aures ita abs te obsidentur (*cdd.:* aures abs te; *nos supra:* abs tete). — *perinde systemate continuatos habes creticos in Parmenone. cf. 86, 13; 178, 30.* — quemnam te esse dicam. *exemplo Varroni fuisse Ennii illud aeque bacchiacum (Fab. 299)* quemnam te esse dicam, qui tarda in senecta *adnotarunt docti.* — fera *Hermannus;* feram *cdd.* — fontium — lacus; *cf. 145, 2.* — ensi; eonsi *pr. L.* — **2** omnem *Gen, L, pr. H;* omnemque *B.* — **3** fronde nemus *Verg.;* prodimus *cdd.* — **4** Turpillius *pr. L.*

337 M.

num me éx aliorum ingéniis . . iúdicat,
intércapedo quórum amicitiás levat?

Varro Quinquatribus:

absíntium
utí bibam gravem ét castoreum . . .
levémque robur.

LAVTVM significat lotum. Terentius in Phormione:

téne asymbolúm venire unctum átque lautum e bálneis?

|| Lautum, mundum. Lucilius lib. XXVI:

mális vesceist laútum e mensa, púre, capturós cibum.

|| Lautum, abundans, conpetens. Varro Gerontodidascalo: vilico quod nunc satist vix, *sibi* putabant lautum. || Lautum etiam inquinatum vel maculatum. Vergilius Georg. lib. III:

lavit ater vulnera sanguis.

Accius Stasiastis vel Tropaeo:

vulnére tetro defórmatum,
suo síbi lautum sanguíne tepido.

|| Lautum, elegans, suave. Terentius in Eunucho:

. . facete, lépide, laute! níl supra!

---

7 Varro Quinquatribus || 11 II, 2, 25 || 13 Lucilius l. XXVI || 15 Varro Gerontodidascalo || 17 III, 221 || 19 Accius Stasiastis || 22 III, 1, 37.

---

5 num *M;* nunc *v.* — *lacunae signa potuere etiam ante illud* ingeniis *poni.* — ingenis *Gen.* — 7 *cf. comm. in 190, 27 sqq.* — quinquatribus *et B.* — 8 absentium *C pr.* $H_2$*; Gen;* absinthium $H_2$, *B.* — 10 leveque *B.* — 11 form. *cdd.* — 12 et aenea sembolum (et aeneas embolum *Gen*) *B, Gen,* $H_1$*;* tene asembolum *rell.; om. A.* — v. tunc unctum *L,* $H_2$, *G; non A, B.* — balneis; ualnetis *pr. L;* valneis *Gen*$_1$*;* balneis *etiam cdd. Ter.; sed in Bemb.* L *m. rec. positum supra duas litteras erasas.* — 13 Lucil.; *cf. comm. in 254, 8 sq.* — 14 vesceist; *h. l. cdd.* necesse est. — lautum *Non. ad* cibum *videtur rettulisse, cum potius pro nominativo sit habendum accipiendumque pro* elegans, conveniens, decens. — pure *pro* puere. — capturus *cdd.* — 15 habundans vel competens *A.* — verro *Gen*$_1$*; pr. L.* — vili eo *pr. L.* — 16 nunc *Vahlenus;* hanc *cdd.* — satist (*vel* satis sit) vix, sibi putabant *M;* satis si vix putant *cdd. cum B.* — 17 Verg.; *cf. 466 l.* lavare; *item 503 l.* lavit. — IIII *Gen* (*pr.* VIIII), *B, L, pr. H.* — 18 acer *pr. L.* — corpora *Verg.;* vulnera *cdd. et pg. 466.* — 18—20 *illa* sanguis — vulnere *in mrg. add.* $L_1$. — 19 Actius *A.* — stasiasti *cdd.* — tropeo *id.* — Tropaeo; *immo* Tropaeo Liberi; *nam illud* Liberi *et h. l. et 524 s. l.* turbam *librariorum potius culpa vid. praetermissum.* — *cet. cf. comm. in 20, 20.* — 20. 21 *anapaestos agnovit Vossius.* — *parum elegantes trochaicos septenarios descripsit Bothius tales:* vulnere | tetro deformatum suo sibi lautum tepido sanguine. — tetro *C, Gen, A, B.* — suo; suci *B.* — suo sibi *om. A.* — latum *pr. L.* — tepo *A.* — 22 eligans *L ex corr.;* $H_2$*; G; B; non A.* — 23 facite *Gen; pr. L.* — lapide, *m. 2* laepide *H.* — nihil *cdd.*

Afranius Vopisco:

équidem te numquám mihi
parasítum, verum amícum, aequalem atque hóspitem
cotídianum et laútum convivám domi.

M. Tullius in Verrem actione secunda: Romam ut ex Sicilia redii, comites istius atque amici, homines lauti et urbani. — et [in] Hortensio: quid isti igitur philosophi ad Socratem? nec dubito quin, queicumque vestitum lautum ac victum elegantem magnifice neque minus quam deceret colere instituisset.

LENTVM significat tardum. M. Tullius de re publica lib. V: Marcellus ut acer et pugnax, Maximus ut consideratus et lentus. — *idem* in Hortensio: hunc Crassum, qui lentius, ut scitis, dicere solebat, || ad imitationem quasi nostri generis contendisse. || Lentum, securum, otiosum. Vergilius in Bucolicis:

nos patriam fugimus; tu, Tityre, lentus in umbra.

---

24 Afranius Vopisco || 28 II, 1, 6, 17 || 30 M. Tullius Hortensio || 33 M. Tullius de re publica V || 35 M. Tullius Hortensio || 2 I, 4.

---

**24** Afranius; *cf. 235 comm. in l.* aequales sunt similes et ex aequo. — Vobisco *pr. L.* — **25** eaquidem *pr. L.* — nunequam *B, Gen,* $H_1$; nunquam $H_2$. — **26** parasti tum *pr. L; etiam in Gen ras. post* paras. — amicum, aequalem; *interpungendi signum post* amicum *om. alii, f. recte.* — **27** laut. et convivium *(om.* et *B, Gen, non Ho) cdd.* — **28** actione II *ed. Bas.; non B.* — Roma *cdd.* — aut *pr. L.* — Siciliam *L.* — **29** redii *L* (*alterum* i *puncto notatum, sed id elutum*), $H_2$; redi *rell. cum A, B.* — comites istius atque (sistius atquem *pr. L;* ipsius atque *B*) amici; cum iste atque istius amici (*seq.* sermones huiusmodi dissipassent) *cdd. Cic.* — *f. Cic. scripsit:* com comites; *nisi potius in eis quae tradita latet idem quod legitur ap. Cic.* — comites; *qui ex cohorte praetoria fuerant Verris.* — et orbani $Gen_1$; et forbani *pr. L.* — **30** in *supra add. in L.* — quid isti igitur philosophi ad Socratem *M;* quae (qua *pr. L*) est (*seq.* i) igitur philosophia socrate *cdd. cum B (om. h. locum A).* — quae est igitur philosophia, Socrate? *v.* — **31** quin *Me;* quid *cdd.* — quicumque vestitum lautum ac victum elegantem *Me;* quaecumque (quecumque *pr. L;* cumque, *iunctum cum praec.* quid, *B*) sit *cdd.; porro* lautimacuictim elegantem *Gen;* lantim ac uictime legantem *B;* lautim ac victime legentem $H_1$; lautimacuihictum eligantem *L;* lautim ac victum eligentem $H_2$; lautimacuiictum cligantem *ed. Bas.* — **32** minas *pr. L.* — diceret $H_1$. — colebre *pr. L;* colore *B;* collere $Gen_1$. — instituisset *B, Gen, L ex corr.,* $H_1$; instituissent *rell.* — *v. auctore Nobbio:* nec dubito quin, quaecumque sit, lautum victum et elegantem magnifice — instituisset. — *quae neque latina sunt neque possunt intellegi.* — *mihi non est dubium quin Epicurei hoc quoque loco tangantur a Cicerone.* — *finis videtur mancus Nonii culpa.* — *puto olim fuisse addita velut haec:* potuerit ab eis inter principes numerari philosophos *sive:* potuerit eis magis exemplum esse ad imitandum quam Socrates. — **33** de *supra add. in L.* — **34** acer et *Canterus;* taceret (*praec.* t) *cdd.* — et lentus *ed. a. 1498;* ut lentus *cdd.* — **35** idem in *M;* et in *ed. princ.* — hunc; tunc *pr. L; f.* tum (tun). — sitis *B, pr. L.* — **1** immit. *pr. L.* — quasi *om. B.* — nostro *pr. L.* — **2** mollosum (*praec.* m) *pr. L.* — **3** Tityre *B;* Tytere *Gen, H, pr. L;* Tytire *L ex corr.; A;* Tytyre *ed. Bas.*

338 M.

‖ Lentum, flexuosum. Vergilius in Bucolicis:

lenta salix quantum pallenti cedit olivae.

idem Georg. lib. I:

atque Amerina parant lentae retinacula viti.

‖ Lentum, patiens, placidum. M. Tullius in Hortensio: qui cum publicas iniurias lente tulisset, suam non tulit. ‖ Lentum, facile. Lucilius Satyrarum lib. XI:

*Luciu'* Cotta senex, Crassi pater huiu' panaethi,
magnu' fuit treico nummariu', solvere nulli
lentus.

‖ Lentum, tenax. Plautus Menaechmis:

lenta víncla sunt escária.

Vergilius Georg. lib. IIII:

et visco et Phrygiae servant pice lentius Idae.

‖ Lentum, frigidum. Vergilius Georg. lib. I:

nocte leves melius stipulae, nocte arida prata
tondentur, noctis lentus non deficit umor.

---

4 V, 16 ‖ 6 I, 265 ‖ 8 M. Tullius Hortensio ‖ 10 Lucilius l. XI ‖ 14 I, 1, 18 ‖ 16 IV, 41 ‖ 18 I, 289.

5 cecidit $Gen_1$; caecidit *pr. L*; caedit *B*. — 8 paciens *A*; *pr. L*. — pladum $H_1$. — 9 lenite *pr. L*. — tulissent (tulisent *pr. L*) *A, Gen, L*, $H_1$; *non B*. — suam non tulit *om. A*. — suam *om. B*. — non; m̄ (*i. e.* Marcus) *B, Gen*; *post* non *H, ut vid., sed cras.*; .m̄. *ante* non *post add. L*. — tullit $Gen_1$. — Lentum, facile; *n. N*. — *cet. cf. 22, 34*. — **10** Lucil.; *cf. 22 l.* tricones *ibique comm*. — *ubi quod monui fuisse qui ad continuitatem lemmatum Lucilianorum servandam libro XV vellent adscribi hunc locum, adiciendum fuit eum potius a Nonio confecto capite quarto additum primo. ita et alias ab eo interpolata priora*. — *cf. Indic. auctor. s. l.* Vergilii Bucolica. — **11** Lucius *om. h. l. cdd.*; *cf. pg. 22*. — panaethi; pacem *h. l. cdd.* (paceni $H_2$); paceni, paneci *22*. *cf. comment. Luc. pg. 232*. — *ibi haec addita:* fuit cum cogitarem reponendum 'Panaeti' *(ita ed. a. 1476)* et scripta haec ad Panaetium Stoicum, amicum P. Scipionis, modo aliter constaret de carminibus Lucilii ad Graecos datis. — *ac vix verecundiae erat Lucilianae suorum hominum dedecora Graecis patefacere*. — **12** magnu' fuit treico; magnus fuit trico *cdd. pg. 22*; magnus trico (troico *B, Gen*, $H_1$) fuit *h. l.* — **13** lentus; *idem quod* pertinax. — **14. 15** Plaut.; *cf. 108 l.* esculentum. — Menaechmis; menecminis *Gen*; *H*; menechmismis *pr. L*; menechmis *L post corr.*; *G*; menecmis *B*. — *pg. 108 libri habent cdd.*: ea enim fere lenta. — *in libris Pl. est:* ita istaec nimis lenta. — *et possis suspicari hoc l. olim fuisse scriptum:* nimis lenta. — *cet. cf. comm. in pg. 108*. — vincta *cdd. h. l.* — scaria *id. utrobique*. — **17** fisco $Gen_1$; visico *pr. L*. — frigiae *cdd. cum B* (frigiae ei *pr. L*). — **18** Virg. *(sic) ed. Bas.*; *idem post additum in L*; Virgilius *per compendium supra scr.* $H_2$; *om. B, Gen*. — **19** nocte; ne et *pr. L*; necte $Gen_1$; *pr. H*. — **20. 21** deficit umor. Cicero; beneficium orti cero *pr. L*; deficit humor Cicero *rell. cum B*.

Cicero de oratore lib. II: neque enim est facile perficere ut irascatur ei, cui tu velis, iudex, si tu ipse id lente ferre videare.

LANGVOR est torpor et inertia. M. Tullius de officiis lib. I: nihil autem magis cavendum est senectuti quam ne languori se desidiaeque dedat. || Languor, defectio et dissolutio. Vergilius lib. VIIII:

> purpureus veluti cum flos suscisus aratro
> languescit moriens.

idem lib. XI:

> qualem virgineo demessum pollice florem
> seu mollis violae seu languentis hyacinthi.

LONGVM est per planum porrectum. Vergilius || Georg. lib. III:

> tunc longo nullus lateri modus.

|| Longum, altum, erectum. Vergilius Aen. lib. VIIII:

> stant longis innixi hastis et scuta tenentis.

|| Longum, diuturnum, perseverans. Vergilius Aen. lib. III:

> et longum Andromachae testentur amorem.

|| Longum, saevum, perniciosum. Vergilius Aen. lib. I:

> infelix Dido longumque bibebat amorem.

|| Longe est etiam valde. Vergilius Aen. lib. V:

> ante omnis stupet ipse Dares longeque recusat.

M. Tullius in Verrem, de praetura Siciliensi: hic longe primus civitatis est Epicrates. — et de officiis lib. I: in his et nobilissimi philosophi, longe principes. — Lucilius lib. XXVIIII:

---

21 II, 45, 190 || 23 I, 34, 123 || 26 Aen. IX, 435 || 29 Aen. XI, 68 || 1 III, 54 || 3 IX, 229 || 5 III, 487 || 7 I, 749 || 9 V, 406 || 11 II, 2, 22, 53 || 12 I, 20, 69 || 13 Lucilius l. XXVIIII.

---

*post* **22** *in cdd. pos.* *341, 16—18* Locum *e. q. s.* — **23** Langor *B.* — et nertia *pr. L;* et enertia *Gen*$_1$*;* et inertia *rell. cum A, B.* — *f.* et *delend. hoc v. et 25.* — **25** dat *B, Gen, pr. L, H*$_1$. — dedat *et A.* — Langor *B.* — **27** porprireus *pr. L.* — succisus *cum cdd. Verg. L, H*$_2$*, G;* succissus *B.* — **29** X *B, Gen.* — **30** vergineo *pr. L.* — **31** mollis (*pr.* molus) *B; et ita Verg.;* molles (moles *pr. L, H*$_1$) *rell.* — languent *B.* — yacinti (facinti *Gen*$_1$*; pr. L*) *cdd.* — **2** tum *Verg.* — nullus lateri; nalusiateri *pr. L.* — **3** erectum; erem *pr. L.* — **4** adnixi *cdd. Verg.* — *cf. comm. in Aen. XI, 283, qui legitur pg. 296 s. l.* experiri, scire. — haustis *Gen*$_1$. — tentes *pr. H;* tementes, *m. 2* tenentes *Gen;* tenentes *et B.* — **6** Andr. testantur *cdd.* (andromacae testantur *Gen*$_1$*;* andromacetstantur *pr. L*). — **7** pernitiosum *B, Gen*$_1$*, pr. L.* — **9** ē etiam vedae *pr. L;* etiam valde *rell. cum B* (Longe valde significat *A*). — **11** de praetura *om. B, Gen, L, H*$_1$. — sitiensi *pr. L;* sicilensi *pr. B.* — hi *pr. L;* huius *melius cdd. Cic.* — **12** Ep. quidam *Cic.* — **13** filosophi *Gen;* philosopi *pr. L.* — longeque *melius cdd. Cic.*

339 M.

cui crḗderem vitaí meai
epiteúgma ecpendi lónge opera ante alia ómnia.

Sisenna Historiarum lib. IIII: egregias et longe praestantis aestumandas adversariorum opes esse. — Terentius in Adelphis:

et érrat longe, meá quidem senténtia.

|| Longe etiam significat aut temporis prolixitatem, ut Vergilius Georg. lib. II:

nec longum tempus, et ingens
exit ad caelum ramis felicibus arbos;

aut spatii extentionem; ut M. Tullius in Clodium et Curionem: credo, postquam tibi speculum adlatum est, longe te a pulchris abesse sensisti. — Vergilius lib. XII:

longe illi dea mater erit, quae nube fugacem
feminea tegat.

LVXORIA est contra pudorem et supra modum profusio. M. Tullius de officiis lib. I: intellegimus quam sit turpe diffluere luxuria, delicate ac molliter vivere. || Luxuria, intempestiva abundantia. Vergilius Georg. lib. I:

luxuriem segetum tenera depascit in herba.

---

16 Sisenna Hist. IV || 17 I, 1, 40 || 20 II, 80 || 23 M. Tullius in Clodium et Curionem || 25 XII, 52 || 29 I, 30, 106 || 31 I, 112.

---

14 cui (*f.* cur illi) crederem vitai meai *M;* cui derim invita meae *B, Gen;* cui derim in vita mea $H_1$; cui ubi deriminutia meae *rell.* — 15 ἐπίτευγμα *Iun.;* epitegma *L, G ex corr.; pr. hic* epiteoma; epitaegma $H_2$; epitagma *Gen,* $H_1$, *B* (*pr.* epigma). — ecpendi *M;* apepelli *L, G;* appelli $H_1$; appepelli *Gen,* $H_2$; apelli *B.* — *et proprium* Apelli *nomen in his latere putavit Gerlachius.* — opera ante alia omnia. *nota duplicem anapaestum.* — *cet. cf. comm. in Luc. XXIX, 11.* — 17 aestumandas *M* (*minus placet* existumandas; *quamquam saepe in libris invenitur positum* extimare *pro* existimare); ac tumendas *L;* ac mendas *G; ed. princ.;* ac timendas *rell. cum B;* ac metuendas *Pius.* — opus *B, Genm,* $H_1$. — esset *pr. L.* — Adelfis *cdd. pr. B.* — 18 erat *cdd.* — quidem mea *B.* — 19 Verg.; *cf. 302 l.* felix,. fructuosus. — 20 exit $Gen_1$; *L; H ex corr.; Lachmann. comm. Lucr. pg. 209;* exiit *B,* $Gen_2$, *pr. H, G.* — exilit *cdd. 302; et ita pauci Vergilii libri;* exiit *longe plures cum Mediceo; Serv. Dan. ad Aen. IV, 228; schol. in Hor. Ep. 2, 14.* — arbus *pr. L.* — 23 spatii extentionem *M;* spatii (spacii *B*) aestimationem *cdd. cum A pr. L; in quo scriptum* spatistimationem, *tum* spatiiestimationem. — M. Tullius; *cf. 434 l.* speculum. — Curonem *G.* — 24 sed credo *cdd. 434.* — te $H_2$; *cdd. 434;* et $Gen_1$; *L; G;* ut *B;* $Gen_2$; $H_1$. — 25 abesses *B, Gen, pr. H.* — longe te a pulchris abesse sensisti; *de P. Clodio Pulchro hoc dictum.* — 28 Luxoria *L;* Luxura $Gen_1$; Luxuria *rell.* — incontra *L.* — 29 Tullius *om. H.* — intellegemus *Cic.* — sit *B,* $H_2$; *Cic.;* set *pr. L;* se (*seq.* t) *rell.* — 30 luxura $Gen_1$. — et delicate *cdd. Cic.* — delicicate *pr. L.* — mollet̄ *pr. L.* — Laxumia $Gen_1$. — habundantia *A.* — 32 luxuriam *A.* — segetem *pr. L.*

M. Tullius de oratore lib. II: || ei omnis luxories [eium] stilo depascenda. — Vergilius Georg. lib. I:

at si luxurie foliorum exuberat umbra.

Cicero in oratore: gemmare vites, sitire agros, laetas segetes, luxoriosa frumenta.

LAXVM, liberum et remissum. Vergilius Aen. lib. I:

et premere et laxas sciret dare iussus abenas.

idem Georg. lib. II:

et cum se laetus ad auras
palmes agit, laxis per purum inmissus abenis.

|| Laxum, non angustum, sed spatii maioris. Vergilius Georg. lib. III:

et primum laxos tenui de vimine circlos
cervici subnecte.

M. Tullius de officiis lib. I: et admittenda hominum cuiusque modi multitudo, adhibenda cura est laxitatis.

LOCANDI significatio manifesta est, ut [aut] operis locandi aut fundi. M. Tullius Epistolarum ad Caesarem lib. II: vel quod locatio ipsa pretiosa. — idem in Verrem, [in] Frumentaria: Senonis Meneni, nobilissimi hominis, uxoris fundus erat colono locatus. || Locare, constituere. Vergilius Aen. lib. I:

---

1 II, 23, 96 || 2 I, 191 || 4 24, 81 || 6 I, 63 || 8 II, 363 || 11 III, 166 || 15 I, 39, 139 || 18 M. Tullius Epistol. ad Caesarem II || 19 II, 3, 22, 55 || 21 I, 427.

---

**1.** **2** I *cdd.* — ei omnis luxories [eium] stilo depascenda. *ita M;* ei omnes (om̄s *H*) luxuriae (luxoriae *L;* luxurie *Gen;* luxuries *ed. Bas.*) seium (eium *ed. Bas.;* segetum *B*) st. dep. *cdd.* — *illud* eium *ex praecedente* ei omnes *vid. ortum.* — inest luxuries quaedam, quae stilo depascenda est *Cicero.* — **3** ac si *Gen, pr. L,* $H_1$*; non B.* — luxurie *M;* luxuriae *Gen, pr. H; ap. Verg. Romanus;* luxuria *rell. cum B.* — filiorum $Gen_1$*; pr. L; ap. Verg. Rom.* — **4** gemma *pr. L.* — sitire; lascivire *deteriores quidam cdd. Cic.* — agro $Gen_1$. — *post* laetas esse *add. cdd. Cic.* — segetis *cdd. pr. A, B.* — **5** luxoriosa *pr. L;* luxuriosa *rell. cum B.* — **6** Verg.; *cf. 365 l.* premere. — **7** habenas *B, Gen,* $H_2$. — **9** et *om. A.* — et dum *Verg.* — aures, a *supra* e *pos. m. 2, H;* $\overset{e}{\text{auras}}$ *L.* — **10** habenis *A, B, Gen.* — **11** spati *pr. L.* — **13** ac *Verg.* — circos *pars librorum eiusdem.* — **14** cervice *cum Mediceo Verg. Gen; L;* $H_1$*; non B.* — **15** *cf. 132 l.* laxitas. — **16** modi; generis *recte quid. cdd. Cic.; om. alii.* — cura est; curaē *L; et ita saepe in hoc capite.* — **17** ut *om. B.* — aut *secl. M.* — **18** fundendi *B;* tundi *pr. L.* — epistolarum *ed. a. 1471;* epistola *cdd. cum B.* — quod locatio; collocatio *A.* — **19** Frumentaria *Quicheratus;* in Frum. *cdd.* — Senonis *M; et ita* $H_2$*;* ac (*praec.* a) senonis *L;* xoenonis *B, Gen,* $H_1$*;* Xenonis *ed. Bas.* — *ita 383 s. l.* recipere, accipere *in eiusdem Ciceronis verbis cdd.* sersemque *vel* xersemque. — *notandum tamen, ut hic in Lugdunensi pro* Xenonis *est* ac senonis, *ita 447 s. l.* frendere *legi* sacsic *pro* saxi. — **20** homines *L; pr. H.*

hinc alta theatri
fundamenta locant alii.

Lucilius lib. XXX:

haec virtuti' tuae *atque* artis monumenta locantur.

‖ Locare, marito dare. Plautus in Aulularia:

vírginem habeo grándem, dote cássam atque inlocábilem.

‖ Locare, parare. Lucilius lib. XXVIII:

heic tum conventus, tela insidiaeque locari.

LAETVM, hilarum, sicuti consuetudine. Vergilius Georg. lib. I:

et laetae pecudes et ovantes gutture corvi.

‖ Laetum, ferax. Vergilius Georg. lib. I:

laetus ager. nullo tantum se Mysia cultu
iactat.

‖ Laetum, pingue. Vergilius Georg. lib. II:

glande sues laeti redeunt.

‖ Laetum, gratia plenum. Vergilius Aen. lib. I:

lumenque iuventae ‖
purpureum et laetos oculis afflarat honores.

‖ Laetum, plenum, distentum. Vergilius Georg. lib. III:

laeta magis pressis manabunt ubera mammis.

LASSVM dicitur fatigatum. Lucilius lib. XXX:

leonem
aegrotum ac lassum.

‖ Lassum, marcens, gravatum. Vergilius lib. VIIII:

lassove papavera collo
demisere caput.

---

24 Lucilius l. XXX ‖ 26 II, 2, 14 ‖ 28 Lucilius l. XXVIII ‖ 30 I, 423 ‖ 32 I, 102 ‖ 35 II, 520 ‖ 37 I, 590 ‖ 2 III, 310 ‖ 4 Lucilius l. XXX ‖ 7 Aen. IX, 436.

---

22 hunc *pr. H;* hic *B, sicut Verg.* — alta *et huius libri longe plures; sed cf. v. 429;* lata *Vaticanus.* — theatri (*ita ed. Bas.;* teatri *B, Gen, L, H*) *Mediceus Verg.; Servius;* theatris *plures.* — 23 f. petunt *quid. Verg. cdd.; cf. Aen. IV, 265 sq.* — 25 haec virtuti' tuae atque artis *M, Corpetus;* virtutisque tuae atque artis *Iun.;* virtutisque tuae chartis *Lachmannus; a quo debuit certe poni:* haec virtuti' tuae cartis. — 26 Plaut.; *cf. 45 l.* cassum. — 27 abeo *B, Gen,* $H_1$. — 28 Luc.; *cf. 271 l.* convenire, interpellare. — 29 haec *cdd.* — tale *G.* — locavi *cdd.* — 30 halarum *pr. L.* — sicuti *om. L.* — I *om. B.* — 31 pec. l., *sed corr., B.* — 33 l. sacer — cultus *pr. L.* — Moesia *B.* — 35 pinguem *B, L.* — Georg. *om. B, Gen, L,* $H_1$. — 38 *cf. 320* honor, gratia. — laetumque *B.* — 1 affl.; apl. $L_1$; afl. *Gen.* — honorem $Gen_1$, *pr. L.* — 2 plenum; lentum *A, B, Gen,* $H_1$. — 3 flumina m. *recte pars cdd. V.* — 8. 9 lassave — dimisere *cdd. cum A, B.*

LOCVS significatione manifesta est, ut Vergilius Aen. lib. III:

haec loca vi quondam.

et:

hic locus urbis erit.

|| **L o c u s**, genus, nobilitas, dignitas. Accius Eurysace:

atque, út vides, non ténui . . dé loco.

Sallustius in Catilina: natus haut obscuro loco. || **L o c u m** decus significare vult Accius Diomede:

non génu' virum ornat: géneri vir fortís loco.

## INCIPIT PER M LITTERAM.

MACTARE, praecipitare. Accius Antenoridis:

qui aút illorum cópias
fúndam in campo aut návis †ram aut cástra mactabo† ín mare.

|| **M a c t a r e**, honorare. Accius Didascalicon lib. I:

---

10 III, 414 || 12 Aen. III, 393; cf. comm. || 14 Accius Eurysace || 16 23, 1 || 17 Accius Diomede || 20 Accius Antenoridis || 23 Accius Didascalicon I.

---

**10** in s. $H_1$, $Gen_2$. — significationis manifestae (manifesta *L*) est *L*, $H_2$, *G*, *B*; significationes manifeste est $Gen_1$. — Verg.; *cf. 376 l.* protinus, iugiter. — VI *B*, *Gen*, $H_1$. — **11** quodam *pr. L;* quon $Gen_1$. — **13** hic *Cledonius pg. 1923; cdd. Verg. VIII, 46, ubi tamen Medic. et Palatin. v. rectius omittunt;* is *idem h. l.* — **14. 15** L. etiam g. n. vel dign. *A.* — designitas *pr. L.* — Actius *A; in quo illa* Eurysace: atque ut vides *om.* — vides *Ald.* (fides *ed. princ.*); vide *cdd.* — *f.* non tenui natus de loco. — **16** Sallust.; *cf. 310 l.* facinus rursum scelus. — Catillina *B*, *Gen*, *L.* — aut $Gen_1$*; pr. L;* haud *rell. cum A, B.* — **16—18** Locum *e. q. s.* — *haec in libris locata post 338, 22. huc revocavit Quicheratus.* — *illuc transmissa 10—16* loco *versui Acciano non bene subiecit ed. princ.* — **17** cliolmede, *tum* cliomede *L* (*sed* cl *a* d *in hoc cd. saepe vix posse distingui supra est monitum*). — **18** fortis *Iun.;* forti (fonti *B*, *Gen*, $H_1$) *cdd.* — loco, *dativus.* — *non bene Me:* non genus virum ornat, generis vir fortis loco; *quod nec admitti potest, nisi scripseris* generis virtutis (*pro* virtutes) loco *vel* generis virtus in loco, *neque respondet Nonii lemmati.* — **20** Actius *A*, *pr. L.* — Ant. *om. A.* — **21** qui aut; aut *A;* quievit *pr. B;* quia ut *Gen*, *H*, *L*, *Gs;* quin *Bothius.* — *f.* quin' *scribendum et in fine ponendum interrogandi signum.* — copios *B*, *Gen*, *pr. H; non A.* — quin aut illorum fundam in campo copias | aut navis uram *e. q. s. maiore paullo concinnitate verborum Bergkius.* — **22** naves *A.* — aut; aui *L.* — castra mactabo in mare. — *illud* mactare *cum* in *posse iungi negandum. corruptus igitur locus, neque video quid aptius sit probabiliusque hoc:* castram iactabo in mare. — *nam id quod est* castra *feminino genere positum pg. 200 firmatur exemplo Acciano.* iactare *autem hic idem quod* proturbare, abicere, *ut ap. Plautum Rud. v. 374:* siquae inprobae sunt merces, iactat omnis *nec non apud alios.* — **23** Didascalicon *Madvigius* (διδασκαλικῶν *Bentin.*); didascalico *cdd.*

sapiéntiaéque invíctaé
grátia átque honóri' pátera Néstorém mactávít
aúreá.

|| Mactare est inmolare. Vergilius Georg. lib. IIII:

et nigram mactabis ovem lucumque revises.

Lucretius lib. III:

et nigras mactant pecudes et manibu' divis.

Accius Erigona:

quód utinam me suís arquitenes télis mactassét dea!

Varro de vita p. R. lib. I: quod calendis iuniis et publice et privatim fabatam pultem dis mactant. || Mactare est magis augere. Vergilius lib. VIIII:

macte nova virtute, puer.

Cicero Tusculanarum lib. I: macte virtute. — Accius Neoptolemo:

'tún, Vlixe?' — 'máete his armis, mácte virtuteí patris'.

Lucilius Satyrarum lib. V:

macte, inquam, virtute simulque his versibus esto.

Turpilius || Boethuntibus:

mácte virtute ésto.

---

27 IV, 546 || 29 III, 52 || 31 Accius Erigona || 33 Varro de vita pop. Rom. I || 35 Aen. IX, 641 || 37 I, 17, 40 || Accius Neoptolemo || 40 Lucilius l. V || 1 Turpilius Boethuntibus.

---

**25. 26** onoris *G.* — patera Nestorem *Turnebus;* pater honesto rem *cdd.* — patera — aurea *ablativus. nam secundus v. 25 pes hanc habet formam* ⏒ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏓; *cf. ed. Luc. pg. 318.* — mactavit; *sc.* Achilles; *cf. Il. XXIII, 615 sqq.* — **27** IIII *post add. in L.* — **28** ovem; obem *pr. L;* olim *Gen,* $H_1$. — locumque *B, Gen,* $H_1$. — revisens $Gen_1$; *pr. L.* — **29** V *cdd.* — **30** nigras *B;* nigra *rell.* — manibus *Lucr.;* magnibus *B, Gen, pr. H, G;* agnibus *L, H ex corr.* (et in agnibus *cd. Iun.*). — clivis *Gen.* — man. d.; *seq. ap. Lucr.:* inferias mittunt. — **32** arquitenes; *i. e.* arquitenens. — **33** quot *parum probabiliter Palmerius.* — Kalendis *Ah, ed. Bas.;* caelendis *B.* — **34** primatim (v *suprascr.*), *sed* v *et punctis rursus elutis, L;* privatum *B.* — fabatam *Turneb.;* favatam *cdd.* — *cf. Fest. 277 l.* refriva. — pultam *pr. A;* cultem *pr. L.* — mactant *Me;* mactat (matiat *pr. L*) *cdd. cum A, B.* — **34. 35** Mactare est magis augere; *cf. 58, 18 sqq.; 247, 36.* — **36** macta $Gen_1$. — **37. 38. 39** Actius *A; in quo omissa sequentia usque ad* macte his. — Neoptolemo (*ita Iun.;* Philocteta *Bentin.*): tun, Vlixe *M;* optolempota (opeolempota *L,* $H_2$, *cd. Iun.;* opeolempotu *Gs;* optolemptata *B*) ut dixi *cdd.* — tu, uti *(ita Voss.)* dixi *Ribbeckius;* eia, ut d. *Quicheratus;* ita ut (*debebat esse* uti) d. *Iun.* — *praecesserant, quibus iactaret Vlixes sibi arma Achillis concessa a Graecis; sed a se referri ad heredem legitimum.* — armis *Montepess.; A; B; Genm;* $H_1$; *Iun.;* armisque (armique *pr. L*) *rell.* — virtutei *M comm. Luc. 211; Ribbeckius;* virtutem *C, Gen, B;* virtute *A; Iun.* — **40** Lucil.; *cf. Serv. Danielis ad Aen. IX, 641.* — **41** hic *libri Noniani.* — *om.* esto *cd. Serv.* — **1** Boetontibus *C, Gen;* Boetuntibus *B.* — **2** magna virtute est esto *pr. L.*

Pacuvius Doloreste:

macte ésto virtute óperaque, omenque heís proba!

M. Tullius de re publica: ferunt laudibus, mactant honoribus. Mactare, malo adficere significat. Plautus Amphitryone:

ád ego *te* certó cruce
éccruciatum *múltum* mactabo. éxito, mastígia.

idem in Aulularia:

dotátae mactant ét malo et damnó viros.

Novius Gallinaria:

mácto te hisce vérgulis,
verbénnis: macta tu íllanc infortúnio!

Pomponius Praecone posteriore:

át te di omnes cúm consilio, cálve, mactassínt malo!

Accius Epigonis:

meí nunc adsis! án te exilio máctem ec terris Pélopiis?

---

3 Pacuvius Duloreste ‖ 5 I, 43, 67 ‖ 6 Plautus Amphitryone ‖ 9 III, 5, 61 ‖ 11 Novius Gallinaria ‖ 14 Pomponius Praecone posteriore ‖ 16 Accius Epigonis.

---

3 Dul. *B, Gen, H ex corr., G.* — **4** heis *(f. ablativ. gen. neutri)* proba *M;* asprobo *cdd.* — operaque omen approba *Delrio* (approbo *iam ed. pr.*). — **5** ecferunt *Klotzius.* — et mactant *minus bene Vat. Cic.* — **6** malo; molo *$Gen_1$;* modo *B, $Gen_2$, $H_1$.* — afficere *L, $H_1$, Gen, B;* adf. *$H_2$, ed. Bas.* — **7. 8** *cf. Goetzii ed. pg. 115.* — ad *B, Gen, pr. L, $H_1$;* at *rell.* — ita ego *Pylades.* — te *add. idem.* — certo (certe *B*) *adverbium.* — eccruciatum *M;* et cruciatum *cdd.* — multum *add. M.* — mactavo *Gen, $H_1$.* — exito *M* (exi o foras *Me;* exi *ed. a. 1480*); exuo *(om. B, Gen, $H_1$) cdd.* (exuo foras *ed. Victor.; libri Me; sed haud dubie est error Me; nam* exi foras *Ald.*). — *cf. Mostell. I, 1, 1.* — **10** dotate (dodate *B, Gen, $H_1$*) *cdd.* — mactantem malo *L;* mactante malo *$H_2$.* — **11—14** Gallin. — Pomponius *in mrg. add. Gen.* — **11. 12** Novimus *$Gen_1$.* — Gallinariam acto *B, Gen, $H_1$.* — te hisce; teisce *L.* — vergulis *M;* verḡ. (*i. e.* Vergilius) *L;* virgt *$H_2$;* virgulis *G; om. B, Gen, $H_1$.* — *cf. pg. 220 s. l.* prosecta *v. Aemilii Macri.* — **13** verbenis *B, Gen, H, G.* — illanc *Bothius;* illam *cdd.* (mactat uillam *B, Gen, L, H*). — infortuito (t *alt. supra scr.*) *L;* in fortuito *edd. usque ad Iun.* — **14** Praegone *pr. L.* — **15** ad *$H_2$.* — tae *pr. Gen.* — te di; tedium *pr. L.* — **16** Actius *$H_1$.* — Epigono *cdd.; cf. Indicem ed. Me.* — **17** mei nunc (*i. e.* in tali tempore) adsis! an te *M;* maneas adhisante (adhis ante *B, Gen, H*) *cdd.* — exhilio *Gs.* — mactem *Quicheratus;* macte *cdd.* — ex (ec *M*) t. P. *Ribbeckius* (Pel. ex t. *Voss.*); pelopis externis et *cdd.* — *illud* ex t. P. *suspensum ab* exilio. — *verba sunt Thersandri, ducis Epigonorum, ad Alcmeonem.* — maneas ad Glisantem *(ubi victi Thebani ab Epigonis) male cum Bergkio Ribbeckius, qui putat his verbis divinitus absterritum Alcmeonem, post matrem interfectam ne rediret in patriam. — at abhorret ab omni probabilitate Epigonos Accii et Eriphylam unam esse fabulam, hoc est Epigonorum bellum et Eriphylae exitium eodem carmine tractata ab illo. — praeterea post finitum demum bellum interfectam esse Eriphylam a filio notum. neque licuit ei materno sanguine commaculato*

342 M.

Ennius Telepho:

qui illúm di deaeque mágno mactassínt malo!

Afranius Privigno:

'á, a, fulica, béne peristi.' — 'dí te mactassínt malo!'

MODICVM in consuetudine pausillum videmus significare; Modicum veteres moderatum et cum modo dici volunt. Plautus in Bacchidibus:

quíbus ingenium in ánimo utibilest, módicum et sine vernílitate.

idem Persa:

modice ét modestest mélius vitam vívere.

et in Milite:

modicé sapis.

Ennius Hecuba:

quaé ti in concubió verecunde ét modice morém gerit.

Accius Bacchis:

ágite módicó gradú; iácite thýrsús levís!

Turpilius Demiurgo:

---

18 Ennius Telepho || 20 Afranius Privigno || 23 Plautus Bacchidibus || 26 III, 1, 18 || 28 Plautus Milite; cf. comm. || 30 Ennius Hecuba || 32 Accius Bacchis || 34 Turpilius Demiurgo.

---

*ire ad bellum pium, cuius dux esset oraculo destinatus. — quo igitur pacto potuit moneri, ut ad Glisantem maneret?* — **18** *v.:* et Enn.; *cf. comm. in v. 17.* — tennius *pr. L;* aennius *H.* — telefo *cdd.* — **19** dii *cdd.* — **21** a, a, *M;* a *cdd.* — bene *Ribbeckius ed. priore;* pene *cdd.* — tae *Gen, H; non B.* — mactissint *B, $H_1$.* — fulica *per convicium dictum, quia dira erat avis, ut quae praediceret procellas. — diverbium instituit M.* — **22** in *f. delendum.* — consuaetudine *L.* — pauxillum *A, $H_2$, non B.* — videmus *M;* volimus *$Gen_1$, L;* volumus *rell. cum A, B.* — **22. 23** Modicum *f. secludendum; et om. B (non A).* — cum modo *$H_2$;* commodo *G;* commodum *rell. cum A, B.* — voluerunt *B.* — **24** Plautus; *cf. Charis. pg. 184 sq.* — Bachidibus *L, non B.* — **25** ingenium *Charis.;* ignes *cdd.* — ubile *Gen; $H_1$;* utile *B.* — utibile et modicum est *Char.; qui om. seq.* — **26** idem; *cf. Char. l. m. — videtur aut scribendum* idem in *aut* in *expungendum vv. 23 et 28.* — **27** vitam; ut tam *L.* — modeste meliust vitam (melius tui tam) *cdd. Pl.;* mo vitam *haustis mediis cd. Char.* — **29** *haec verba ad Mil. v. 1190 probabiliter relata a Gulielmio (ab aliis ad 1422 illa* magis sapis, *ubi vix habent locum). — ibi cdd. habent* multimodis sapis. *sed turbatum antiquitus docet quod in libris sinceris est* nescit (*interpolati* ne sit) matri more (ne morae sit matri *Bothius*). — *itaque videtur olim fuisse haec dittographia:* ne sit matri iam morae. — modice sapis. — **30** Hecuba *B, ed. Bas.;* Haecuba *L;* Heccuba *Gen, H.* — **31** ti *M;* tibi *cdd.* — tibi quae *Geppertus.* — in cubio *A, B, Gen, $H_1$.* — memorem *pr. H.* — **33** iacite *Palmer.; alii;* thyrsus *M* (thyrsos *Scriver.;* thyasos — *debebat* thiasus — *Palm.*); iacet et nisus *cdd. cum B.* — thyrsus *graecanice, ut idem Accius* adytus, *Lucilius* philosophus, atomus, *Varro* syrus. *cf. comm. in Luc. XXVIII, 7.* — livis *$Gen_1$.* — **34** Turpillius *pr. L.*

ergo édepol docta díco: quae muliér volet
sibí suom amicum esse índulgentem et díutinum,
modice átque parce eius sérviat cupídinei.

M. Tullius de re publica lib. II: statuo esse optume constitutam rempublicam, quae ex tribus generibus illis, regali et optumati et populari, confusa modice nec puniendo inritet animum inmanem† ac ferum. — Varro *Ἔχω σε, περὶ τύχης*: sapiens || et bonum ferre potest modice et malum fortiter aut leviter. — idem Tithono, *περὶ γήρως*: risi multum, lusi modice iambeis. — Sallustius in Iugurtino bello: animus belli ingens, domi modicus, lubidinis et divitiarum victor.

MITIS est tranquillus et lenis. Vergilius lib. VIII:

mitis ut in morem stagni placidaeque paludis.

Lucilius lib. XXX:

est illud quoque mite malum, blandum atque dolosum.

M. Tullius in Hortensio: * * * aut Theopompo acrius aut

38 M. Tullius de re publ. II || 1 Varro Ἔχω σε || 3 Varro Tithono || 4 63, 2 || 6 Aen. VIII, 88 || 8 Lucilius l. XXX || 10 M. Tullius Hortensio.

**35** ego *Vatican. 2916; ed. princ.; Acidalius. — cf. Ribbeckii comm. in h. l.* — **36** suom; suum *Acidalius;* summam *L, G;* summa *B, Gen, H. — cf. comm. in 77, 11.* — amicum *Acidal.;* amicam *cdd.* — diutinum; *falsos esse qui alteram in hoc voc. producendam putarent syllabam de re m. 347 sq. est demonstratum.* — **37** serviat *Vatic. 2916; ed. princ.;* servi ad *rell.* — cupidinei; cupidini *Iun.;* cupidines *cdd.* — **38** statuo *Iun.;* statua, *tum* statue *L;* statue *et* $H_2$ (*pr.* statuae), *G;* statu *B, Gen,* $H_1$ (*B* statues se). — *initio hausta quaedam Nonii culpa, ut puta:* ego vero. — statu esse optumo *non bene Bentin.* — optime *B, Gen, Hs.* — **40** puniendo *Bentin.;* punienda (puenda $Gen_1$) *cdd.* — irritet *L ex corr.* $H_2$, *G; non B.* — **1** inmanum *B, Gen,* $L_1$; inmanem *H, G;* immanem $L_2$. — inmanemque ac ferum reddat *Moserus. — mihi dum considero optimorum scripturam librorum videtur olim fuisse:* animum humanum ac ferum reddat. *ceterum Nonii an librariorum culpa sit turbatum non constat.* — **1. 2** *τυχη L solus.* — sapiens *e. q. s. — haec metro tali constare putat Meinekius:* ⏊ ⏑ ⏊ ⏊ ⏑ ⏑ ⏊ ⏑ ⏑ ⏊, *ut primus v. finiatur post* sapiens. *sed talium numerorum usus apud Romanos caret exemplo.* — ac leviter *ed. princ., non recte, siquid video.* — **3** tithonon *L ex corr.* — tithonon ερι *B, Gen,* $H_1$. — γερωϲ *G;* τερωϲ *rell.* — ριcι *B.* — ri *ad Graeca tractum in Gen, H, L* (*in hoc add.* ̣c̣ṛị). — iambeis; iambis *Oehlerus;* ambis (*om. B, Gen,* $H_1$; *sed v. infra*) *cdd.* — *illis* risi — iambeis *initium tetram. trochaici contineri putat Vahlenus, f. recte.* — Salustius *pr. L.* — *post hoc voc. in B, Gen,* $H_1$ *habetur* ambust; *in Gen add. supra* u *corruptelae nota; id. del. in H m. 2.* — **4** iugurtino *B, Gen, H, pr. L;* iugurthino *rell.* — lividines $Gen_1$; *pr. L;* lividinis $Gen_2$; $H_1$; libidinis *A, B.* — **5** ac div. *Paris. Sall. m. 1.* — auctor *pr. B.* — **6** VIIII *Gen, pr. H.* — **9** est *I. Dousa;* et *cdd.* — est *pro* edit *videtur positum. cf. Aen. IV, 66* est mollis flamma medullas. — mitte *B;* nute $H_1$. — **10** M. Tullius; *cf. 241; 315 l.* acre, vehemens; grave, sapiens. — *totus locus sic reconcinnatus a Victorio Var.*

343 M.

Ephoro mitius inveniri potest? ‖ Mitis est *mollis*, maturus. Plautus in Milite:

míitis sum equidem fústibus.

Vergilius in Bucolicis:

sunt nobis mitia poma.

Turpilius Lindia:

miseró mihi mitigábat sandalió caput.

Pacuvius Doloreste:

néc grandiri frúgum fetum pósse nec mitíscere.

M. Tullius de re publica lib. IIII: cumque autumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hieme *ad conservandas contraxerit, vere* ad conficiendas relaxarit, aestiva maturitate alia mitigaverit, alia torruerit. — Afranius Divortio:

immó li meitem fáxo faciant fústibus.

[item] M. Tullius de senectute: facitque persaepe ipsa sibi audientiam diserti senis compta et mitis oratio.

---

12 V, 31 ‖ 14 I, 80 ‖ 16 Turpilius Lindia ‖ 18 Pacuvius Doloreste ‖ 20 M. Tullius de re publ. IV ‖ 23 Afranius Divortio ‖ 25 9, 28.

---

*Lect. X, 10 coniunctis partibus, quae disiectae erant:* quid enim aut Herodoto dulcius aut Thucydide gravius aut Philisto brevius aut Theopompo acrius aut Ephoro mitius inveniri potest? — teopompo (teopampo $Gen_1$) *cdd.* — **11** Ephoro *Victorius, Me* (Theophrasto *male Pius*); eoforo (teoforo $H_2$, *G*) *cdd.* — *notat Me a Graecis dici et Εὔφορον.* — milius invenire *pr. L.* — est *om. A.* — mollis *add. M.* — *nam apparet illud* maturus *nullo pacto posse referri ad Plauti Turpiliique et Afranii exempla. — ac saepe eodem lemmate in hoc capite non ita aequales inter se iunguntur paraphrasis loco significationes.* — **13** mitis sum equidem *Plaut.;* mitissime quidem *B, Gen, H; et ita ap. Pl. B;* mittissime quidem *L;* mitis sim equidem *ed. Bas.* — **14** Verg.; *cf. 346 l.* molle, recens. — **15** mitia bona *Gen; H.* — **16** Turpillius *pr. L.* — india *cdd. cum B.* — **17** *vid. scribendum vel* mihi misero *vel* misero mi. — **18** Pacuvius; *cf. 115 l.* grandire. — Doloreste *pr. L;* $H_1$; $G_1$; Dul. *rell. cum B.* — **19** foetum *L, G, non B.* — neo *pr. L.* — mitescere *B.* — **20** lib. quarto *B, ed. Bas.* — terras; terra se *non bene Quicheratus; v. comm. in v. 23.* — **21** recipiendas *vel* suscipiendas *Me.* — patefaceret *L.* — hieme *L,* $H_2$, *G;* hic me *B, Gen,* $H_1$. — **21. 22** ad conservandas contraxerit, vere ad *Quicheratus;* conficiendas (*i. e.* perficiendas) *Patricius;* ad concipiendas *cdd.* — relaxauit *pr. B.* — aestiva *Patricius* (ac aestiva *Iun.*); afistula *cdd. cum B.* — aliam *C, Gen, non B.* — **23** torruerit; *sc.* natura. — *cf. 234, 14 sqq.* — Divortivo *pr. L.* — **24** li meitem (li *pro* illi) *M;* limitem *L;* illi molitem *B,* $Gen_1$; illi mitem $Gen_2$, $H_1$; illi limitem $H_2$; *Gs.* — paxo *L, B,* $Gen_1$. — faciant *om. B.* — fastibus *pr. B.* — **25. 26** *versu 11 post* potest *collocat Quicheratus, f. recte.* — item *suspectum.* — audientia *L* (*pr.* audiendia), *H post ras., G, non B.* — diserti senis compta *Cic.; et ita* $Gen_2$ (senis *et* compta *in mrg.*); dissertis (disertis $H_1$) sermonibus coacta *B, Gen,* $H_1$; dissertis (dssertis *pr. L*) sermonibus (sermonis *pr. L*) *L,* $H_2$, *G.*

MATER est quae quodvis animal partu edit. Vergilius Georg. lib. IIII:

mater, Cyrene mater.

|| Matrem veteres etiam nutricem dici volunt. Plautus Menaechmis:

ita fórma simili púeris, ut matér sua
non ínternosse pósset, quae mammám dabat,
neque ádeo mater ípsa quae illos pépererat.

Vergilius [Aen.] lib. VIII:

et lambere matrem
inpavidos;

id est nutricem. ||

MERVM est solum. Terentius in Phormione:

..... níl habet nisi spém meram.

Varro *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιΐας*:

at líberos paráre cui necésse sit?
non ést merum; nec tu édepol, qui id simulás, cupis.

Plautus in Asinaria:

aúrum atque argentúm merumst.
fíxust hic apút nos animus túus clavo Cupídinis.

Varro Sesquulixe: Diogenem postea pallium solum habuisse; et habere Vlixem meram tunicam; pilleum ideo non habere. || Merum, sincerum. Pomponius Piscatoribus:

---

27 IV, 321 || 30 prol. 19 || 34 VIII, 632 || 1 I, 2, 96 || 3 Varro *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον* || 6 I, 3, 3 || 9 Varro Sesquulixe || 11 Pomponius Piscatoribus.

---

27 *cf. 423 l.* genetrix. — 29 Cyrena, *tum* Cyrenae *L.* — 30. 31 etiam veteres *A, B.* — nutricem dici volunt; nutrici vocant *pr. L.* — Plautus; *cf. 423 l. m.* — menecmis (Menechmis *ed. Bas.*) ita *L, G,* $H_2$*;* menecmista *Gen;* menecmi ta (*post* i *supra ras.*) $H_1$*;* menecmis *B.* — pueris *(nominativ.) M;* pueri *cdd. Pl. et Non.* — pueri, uti *Camerarius.* — 32 intern.; infin̄ (infinitus *vel* infinitivus) unius partis *in mrg. adscr.* $B_2$. — potest *B, Gen, H.* — 33 peperat $Gen_1$. — 34 Verg.; *cf. 423 l. m.* — Aen. *om. B; L; in hoc supra scr.* aend̄. — 37 idem n. *L.* — 1 formione *cdd.* — 2 nihil *id.* — *ap. Ter. fertur:* 'non multum habet quod det fortasse?' — 'immo, nihil nisi spem meram.' — *videtur fuisse olim:* nil habet, nisi spem meram. — 3. 4 *Τοῦ πατρὸς e. q. s.* at *(ita M)* liberos; *τουπατροcτοπαιδιονπεϱιη* (*π* $H_2$*;* ui *Gen,* $H_1$) *αιαοποιαcαc* liberos *L; simillime rell.* (libros $H_1$). — tui *B.* — necisse (nec isse *H*) *Gen, pr. H.* — 5 non est merum; *i. e.* non est solum, quo possis, *ut Lucretii verbis utar,* munire senectam. — qui id s., cupis *M;* quid (qui *B*) s. tuis *cdd.* — *verba sunt caelibem vitam defendentis.* — 8 fixust *Sauppius Epist. Crit. pg. 65;* fixus *cdd. Non. et Pl.* (*hi* apud nos est, *sed om.* est *D m. pr.*) — his caput *L;* hic apud *rell. cum B.* — davo $H_1$. — 9. 10 *f. illa* et habere — non habere *ponenda ante* Diogenem. — solus *pr. L.* — habere; *sc.* in picturis. — Vlexem *Gen, pr. L et H; non B.* — pilleum *etiam A, B.* — non habere; *primum a Nicomacho pictore additum Vlixi pileum auctor est*

344 M.

nescíoquid non est hóc merum, quod [hic] plórat.

Varro Marcipore:

eódem coniecísse .... mera mirácula
néscioqua .............

idem Eumenidibus:

tu nón insanis, quóm tibi vino córpus corrumpís mero?

Cicero de oratore lib. II: ecce tibi exortus est Eisocrates, magister istorum omnium, cuius e ludo, tamquam ex equo Troiano, meri principes exierunt.

MERET, meretur. Vergilius lib. X:

qualem meruit Pallanta remitto.

et lib. IIII:

si bene quid de te merui.

M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II: quem perisse ita de re publica merentem consulem doleo. — Varro Eumenidibus: quia plus, inquid, merere debet in quo est virtus. — Vergilius lib. V:

merui quoque. saepe furores
conpressi.

---

13 Varro Marcipore ‖ 16 Varro Eumenidibus ‖ 18 II, 22, 94 ‖ 21 Aen. X, 492 ‖ 23 Aen. IV, 317 ‖ 25 M. Tullius ad Caeṣ. iun. II ‖ 26 Varro Eumenidibus ‖ 27 Aen. V, 801.

---

*Plin. n. h. XXXV, 10, 108. — iam in libris posita illa* idem Eumenidibus — corrumpis mero, *quae post v. 15 collocavit M. — etiam Quicheratus sequenti lemmati addidit, sed vv. 13—15 perverse revocavit ad prius.* — **12** *pars iambici septenarii vel octonarii.* — hic *seclus. M.* — plorat; parat, *quo senarius fieret, contra r. m. Buechelerus. — neque talia placent:* nescíoquid non est hóc merum, quod híce plorat. — **14. 15** *trochaeos instituit M; cf. comm. in 158, 26.* — **17** *metrum agnovit Vahlenus.* — quom *Buechelerus;* quo *cdd.* (quod *B*); *f.* quei (qui *Meinekius*). — tibi; *puto* ti. — vino *om. B.* — **18** esocrates *B*, *Gen*, *pr. L*, $H_1$; isocrates *rell.* — **19** cuius se *pr. L.* — **20** principis *pr. L.* — **24** si bene *Verg.;* sibi $Gen_1$; sibe (*supra* sib *eluta quaed.*) i, *tum* ṣiḅẹ si *L;* si *rell. cum A, B.* — **25** Tullius *om. B, Gen,* $H_1$; *pro eo* t̃ *supra scr. in L.* — peristi *B.* — **26** publ *Gen;* puƀ *L.* — dolieo *pr. L.* — *secuntur in cdd. vv. 39, 40 ea quae sunt* Lucilius — quaestor, *quae nos illic, Quicheratus post v. 37 collocavit. ubi siquis maluerit reposita, pro* Lucilius *scribendum erit* idem. — **27** *Varronis et hic verba et quae 345, 8 feruntur saturniis numeris contineri putat Hermannus El. doctr. metr. 640, et quidem ita:* quia plús, inquíd, merére débet ín quo est vírtus; primum íste quí merét sestértiós vicénos. — *duriusculi tamen sunt pro Varronis elegantia; cf. lib. de v. Saturnio pg. 152 sq.* — inquid *L, H;* inquit *B, Gen, G.* — **27—29** Verg. *e. q. s. huc revocavit Quicheratus. in libris leguntur post v. 37. — at melius erat poni post 22 vel 24. nam illud* Vergilius *a correctoribus venit.* — meruit *pr. L, G; non B.* — quoque et (est $Gen_1$) saepe $Gen_1$, *L*, $H_2$, *G; non B.* — futurores *pr. L.*

‖ **Meret** rursus dolet. Vergilius Aen. lib. IIII:

sola domo meret vacua.

‖ **Meret**, militat. Lucilius Satyrarum lib. XV:

dum miles Hibera
terra seice meret ter sex, aetate quasi, anneis.

idem lib. XI:

annos hic terra iam plures miles Hibera
nobiscum meret.

Varro Rerum humanarum lib. XX: qui in ordine erat, is aes militare merebat. — Lucilius lib. XXX:

publicitus lege ut mereas praestost tibi quaestor.

Varro de vita populi Romani lib. III: qui in exercitu *donis* donati ‖ essent et equo publico mererent. ‖ **Meret**, humillimum et sordidissimum quaestum capit et ob mercedem laborem vel infamiam corporis locat: unde et **meritorii** et **meretrices** dicuntur. Lucilius lib. I:

et mercede merent legiones.

---

30 IV, 82 ‖ 32 Lucilius l. XV ‖ 35 Lucilius l. XI ‖ 38 Varro Rer. hum. XX ‖ 39 Lucilius l. XXX ‖ 41 Varro de v. p. R. III ‖ 4 Lucilius l. I.

---

**30** Meret rursus *(om. A)* dolet. — *Afros ut abundant vitiis etiam quantitatum legibus spernendis frequentes tradit Consentius gramm. lat. V, 392.* — **33** habera *Gen*, $H_1$; haberet *B*. — **34** terra seice *M;* terras ac (terra sac *pr. L*) *cdd.* (terra *iam Me*). — terrast atque *Lachmannus.* — mere $Gen_1$, $H_1$. — ter sex *Iun. in mrg.;* tersa (terse *pr. L*) ex *C*, *Gen*, *B*. — anneis *M;* annos (agnos *B*) *cdd.* — *de ablativo temporis cf. comm. in Luc. XV, 12.* — **36** hic terra iam *Palmer.;* incerrat tam *Gen*, $H_1$; hic errat tam $H_2$, *G;* hic erratam *B;* hic erarat tam, *mutat. in* hic erabat tam *L*. — *in G verba* tam pl. mil. *infra add. m. 1.* — Hybera *Palmer.;* hiberna *cdd. cum B.* — *sequitur in cdd. Vergilii l. v. 27 sqq.* — **38. 39** Varro — merebat. *haec verba in cdd. habentur 345, 2 post illud* capit; *quo apparet ex marg. delata. huc revocavit M; 345, 3 post* dicuntur *male ponit Me in notis.* — *ab ipso tamen Nonio continua posita ut Lucilii ita Varr. exempla datumque vv. et 38 et 39* idem *habeo persuasum.* — ordine erat, is aes *Ald.;* ordine ratis est *Gen, L, pr. H;* ordine est ratis est *B;* ordine ratis es *H post ras.;* ordinerat is es *ed. Bas.* — militare; *cf. Forcellinum s. l.* aes. — **39. 40** Lucilius; *cf. comm. in v. 26.* — publicitus *M;* publica, *quod ex Cic. verbis v. 26 ortum, cdd.* — **41** qui in *Gen*, *H;* quin *L*, *G;* qui *B*. — excitu *B*, *Genm*, $H_1$. — donis *add. M; cf. Liv. XXV, 18 fin.* — **1** ex *B*, $Ho_1$; et *per compendium* $Hs_1$; et *rell.* — equo *ed. Bas.;* aequo *rell. cum B.* — hum. meer, *sed* meer *del. et adscr.* et *L*. — **2** questum *A*, *B*, *pr. L*, *G*. — capit; *cf. comm. in 344, 38.* — **3** unde — dicuntur; *hic reposuit Me; in libris sunt post v. 7.* — meritorii *Guietus;* mercennarii (mercennari *pr. L*) *A*, *B*, *Gen*, *L*, *H;* mercenarii *ed. Bas.* — **4. 5** *cf. Porphyr. ad Hor. Ep. I, 3, 6.* — merent legiones *I. Dousa;* meret religiones (relegiones *pr. L*) *cdd.* — *rectissime interpretatum verba Lucilii Nonium docent verba Porphyrionis, quae Luc. I, 30 sunt adscripta.* — *nec enim milites intelleguntur gregarii, sed cohors praetoria.*

Varro Agathone:

dúloprepesterón qui meritat, hóminem ec *se* servúm facit.

idem Eumenidibus: primum iste, qui meret sestertios vicenos.

MEDICAMENTVM est quo homines vel animalia cetera curantur. M. Tullius de officiis lib. III: siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. ‖ Medicamentum rursum venenum, ut graece *φάρμακον*, * * * vel producta eius verbi prima syllaba, quod apud Medos venefici sint plurimi secundum Vergilium Georg. lib. II:

Media fert tristis sucos tardumque saporem
felicis mali.

et in sequentibus:

pocula si quando saevae infecere novercae
miscueruntque herbas.

Varro *περὶ ἐξαγωγῆς*: quaerit ibidem ab Hannibale, cur biberit medicamentum. quia Romanis, inquid, me Prusiades tradere volebat.

MINVTVM est, ut saepius, breve. ‖ Minutum, [est] obstusum et

---

6 Varro Agathone; cf. comm. ‖ 8 Varro Eumenidibus ‖ 10 III, 24, 92 ‖ 13 II, 126 ‖ 17 II, 128 ‖ 20 Varro *περὶ ἐξαγωγῆς*.

---

6 *δουλοπρεπέστερον Duebnerus;* duloreste (doloreste *pr. L*) *cdd.* — *servavi latinas litteras, cum et Lucilium illud* rhetoricoteros *exempta littera finali latine scripsisse appareat.* — *retinet illud* Duloreste, *cum Varronis verbis Pacuvii nomen haustum ratus, parum probabiliter Naekius.* — meritat *N. Faber;* merita *cdd.* — h. ec se *M* (homo se *N. Faber*); h. et (*seq.* servum) *cdd.* — hominem servum; *cf. Ter. Phorm. II, 1, 62.* — 8 idem (idem in *L*); *cf. comm. in 344, 27.* — primum *om. B, Gen,* $H_1$. — sest. vic.; *ipsum pretium tenuissimum demonstrat sordidum quaestum ac vilem.* — **9** caetera animalia *B.* — **10. 11** M. Tullius; *cf. 37 l.* aqua intercus. — derit *B, Gen,* $H_1$. — intertutem *Genh;* $H_1$. — rursum *supra add. in L.* — **12** *φάρμακον Ald.;* farmacon *cdd. cum B.* — *lacunam indicavit M.* — *haustum ut puta:* vel a medicando. — producti *B.* — prima *om. B.* — **13** venefici *ed. pr.;* beneficii *cdd.* — sint *ed. Bas.; v.;* sit *B, Gen, H; idem supra add. in L.* — Verg.; *cf. 410 l.* tardum, diuturnum. — **15** fer — suas $Gen_1$. — **16** felices *Gen, pr. H.* — **17—19** *f. haec ab interpolatore addita.* — *certe Nonius debuit omisso illo* et in seq. *apponere totum v. 16:* felicis mali, quo non praesentius ullum *et tum 17. 18 continuare. adde quod v. 19 ap. Verg. suspectus.* — **18** procula — sevenene (*tum* sevae) inficere *pr. L;* inficere *et B.* — **20** *περὶ ἐξαγωγῆς, i. e.* de morte voluntaria; *cf. Merceri comm. in h. l.* — *ἐξαγωγῆς* et *Ald.* (*om.* et *Iun.*); *εξατωτ* et *Gen, L, pr. H;* *εξατωι* et *H post ras.; G* (et *etiam A, qui Graeca om.*). — *illa ατωτ* — ibidem *supra add. in L.* — bibierit $Gen_1$. — **21** qua *pr. H.* — Romani *pr. L.* — inquit *B, Gen, H, G.* — prusiadest *pr. L.* — Prusias *mrg. Iun.* — Prusiades; *ut* Scipiades. — **22** brevem $Gen_1$. — est *alterum om. B, Gen,* $H_1$. — obstusum *M;* obscurum (obscuros *Gen,* $H_1$, *non B*) *cdd.* — et *om. B, Gen,* $H_1$.

scrupulosum, ut a Graecis dicitur *λεπτομέριμνον.* Cicero de finibus bonorum et malorum lib. I: ecce autem alii minuti et angusti et omnia semper desperantes aut malevoli, invidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstruosi.

MALIGNVM significat consuetudine malevolum. ‖ Malignum, obscurum. Vergilius Aen. lib. VI:

quale per incertam lunam sub luce maligna
est ‖ iter in silvis.

‖ Malignum, gracile, minus ferax. Vergilius Georg. lib. II:

difficiles primum terrae collesque maligni.

MOLIRI est facere. Vergilius Aen. lib. I:

molirive moram et veniendi poscere causas.

itemque:

res dura et regni novitas me talia cogunt
moliri.

M. Tullius Philippicarum *III:* quem nihil aliud agere, nihil moliri nisi caedem civium atque interitum civitatis videret. — idem [et] de senectute: iners non sit, verum etiam sit operosa et semper agens aliquid et moliens. ‖ Moliri, retinere, morari ac repigrare. Caecilius Progamo:

ita quód laetitia mé mobilitat, méror molitúr metu.

---

23 I, 18, 61 ‖ 28 VI, 270 ‖ 2 II, 179 ‖ 4 I, 414 ‖ 6 Aen. I, 563 ‖ 9 III, 3, 6 ‖ 11 8, 26 ‖ 13 Caecilius Progamo.

---

23 scupulosum *L;* scupulum *Gen,* $H_1$*;* scopulum *B.* — *λεπτομέριμνον mrg. Iun.; αεπτομεριμοι B; Gen; L* (*hic pr. αεπτομεριμοιςι; cf. seq.*)*; H; λεπτομέριμοι ed. Bas.* — cero *pr. L.* — 24 et m.; operum *pr. L.* — alii *Cic.;* mali *B, Gen, C.* — munuti *Gen,* $H_1$*; non B.* — angusti et; ang. aut (ut) *cdd. Cic.* — 25 aut; antem *pr. L.* — malevoli *pr. L;* maliv. *rell. cum B.* — difficiles *Cic.;* difficile est *cdd. cum B.* — lucifug *B, Gen,* $H_1$. — 26 malidici *B, Gen, P; non Hqos.* — monstrosi *cdd. Cic.;* morosi *Lambin.* — 27 est *pro* significat *B.* — malevolum *pr. L,* $H_2$*;* malivolum *rell. cum A, B.* — 29 inceptam *B.* — 1 est iter silvis *ed. Bas.* — 3 colligesque m. *pr. L.* — 4 Molliri $Gen_1$*; pr. L.* — 5 aut *Verg. cdd.; Diom. pg. 412; et ita B.* — 6. 7 itemque *B;* idem quae (quaeres *Gen, L, H, puto et G*) *rell.* (quaeres *etiam A, qui om.* Aen. lib. I — idem). — *illud* idem *vix habet locum, cum ex eodem Aeneidos libro petitum sit exemplum, quod sequitur.* — 9 filippicarum *Gen, H, G, non B.* — III *add. Me.* — *in archetypo vid. fuisse:* philipp. lib. III. — 10 caedem *Cic.;* decem *B; Gen; H;* desecem *(eraso puncto supra* s *et infra) L;* deecem *ed. Bas.;* necem *ed. a. 1471.* — cium *L.* — interitum *Cic.; ed. Bas.; Me;* impetum *B, Gen, H, L.* — civitates *C, Gen; non B.* — videre *cdd. cum B.* — 11 *aut delendum* et *cum princ. aut ante haustum exemplum Ciceronis.* — sed videtis, ut senectus non modo languida atque iners *Cic.* — inaers *L.* — 12 moraria *pr. L; om. B, Gen,* $H_1$. — 14 quod *pro* quoad. — laetitia *Palmer.;* letiale *C, Gen, B.* — meror *et B.*

346 M.

Lucilius lib. VII:

muginamur, molimur, subducimur.

|| **Moliri**, extruere: dictum a **molibus**. Vergilius Aen. lib. I:

molirique arcem et manibus subvolvere saxa.

Accius Philocteta:

ubi hórrifer
aquilóni' stridor gélidas molitúr nives.

unde **demoliri** dictum est destruere. M. Tullius de officiis lib. I: hanc Scaurus demolitus accessionem adiunxit aedibus. — Cassius Hemina lib. II de censoribus: et in area [in] Capitoli signa quae erant demoliunt. — [M. Tullius de officiis lib. III: demoliri ea quorum altitudo officeret auspiciis.]

---

15 Lucilius l. VII; cf. comm. || 17 I, 424 || 19 Accius Philocteta || 22, I, 39, 138 || 24 Cassius Hemina lib. II; cf. comm. || 25 III, 16, 66.

---

15 Lucil.; *cf. 139 l.* muginari *ibique comm.* — 16 mutilamur *cdd. h. l.* — olimur *pr. L.* — 17 exstruere *Gen; non B.* — a mobilibus *B, L.* — Verg.; *cf. 240; 283 l.* ardere, festinare; ducere, extruere. — 18 mollirique *pr. L.* — 19 Accius; *cf. Cic. Tusc. I, 28, 69; schol. Veronens. in Aen. VIII, 28; falsus Censorin. de metris pg. 2726.* — *praemissa haec:* sub axe positum (*ita schol. Veron.;* posita *Cic., ut videtur proprio ingenio, cf. quae praecedunt*) ad stellas septem. — filoctite *Gen, pr. L;* filoctete *L ex corr., H, G;* filoteta *B.* — 20 unde *Cic., schol. Veron.; puto recte; cf. Ovid. Ep. ex Ponto IV, 10, 41 sq.; quem locum olim monuimus ita scribendum:* hinc oritur Boreas oraeque domesticus huic est adsumit vires a proprioque loco. — horrifer *C, Gen; de B cf. comm. in v. 21.* — horridus *schol. Veron.* — 21 Aquiloni' *cum Bentleio Lachmannus comm. Lucr. in I, 186;* aequisoni *C* (so *L ex corr.*), *Gen;* horris terrae quisoni *B;* aquilonis *Cic., schol. Ver., Cens.* — *ac nescio an servandum fuerit hoc. nam multiplicatae vv. 20, 21* r *et* s *litterae pulchre faciunt ad stridorem aquilonis sonis depingendum; cf. Aen. I, 87.* — mollitur *pr. L.* — 23 Scaurus *Cic.;* serus *cdd.* (servus *A, B*). — 24 Caesius *C, Gen;* Cassius *Bh;* Cassuis *Bm.* — de censoribus (de tonsoribus *B, $H_1$;* det onsoribus *Gen*) lib. II (lib. I *B*) *cdd.* — *probandam omnino credo Rothii Petrique opinionem non de censoribus libros Heminae h. l. indicari, de quibus nihil constat aliunde, sed potius significari ea quae secuntur de censoribus dicta; quamquam aliter videtur Hertzio nostro; cf. Indic. schol. aestivar. Vratislaviensium a. 1871 pg. 2.* — *quem fugit quod Nonius omnino ex antiquissimis et prioribus Cicerone prosae auctoribus excepto Catone, eorum celeberrimo, vix quidquam citat nisi historias. cf. comm. in 518 l.* Picumnus. — *itaque illud* de censoribus *a Non. ex auctore, quo is usus, perinde adiectum, atque 228, 10 verba:* describens Manli Torquati pugnam. — *similia passim apud hunc et alios grammaticos inveniri notum.* — *ceterum cum non de Nonii errore videatur esse cogitandum, ea quae sunt tradita ita oportuit mutari ut reponeretur:* lib. II de censoribus. — Cassius — area *om. A; qui pro his habet:* item. — aera *B, Gen, $H_1$.* — et iam aurea *ed. a. 1476.* — Capitoli *M;* in (*praec.* in) Capitolio *v.* — 25 quae erant; quaerant *$G_1$.* — demoliunt *B; ed. princ.* (demoliuntur *a. 1476*); demolivit *A, C, Gen.* — 25. 26 M. Tullius; *cf. 147 l.* officere. — M. Tullius *e. q. s.* — *haec ab interpolatore de pg. 147 videntur addita.* — valitudo *$H_1$.* — efficeret *pr. L;* officere *B, Gen, $H_1$.*

MOLLE est non durum. Vergilius lib. VIII:

mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit.

idem Georg. lib. II:

quid nemora Aethiopum molli canentia lana?

|| Molle, recens, novum. Vergilius in Bucolicis:

sunt nobis mitia poma,
castaneae molles.

|| Molle, opportunum. Vergilius Aen. lib. IIII:

sola viri molles aditus et tempora noras.

item:

et quae mollissima fandi
tempora. ||

|| Molle, leve, contemnendum. Vergilius Georg. lib. III:

tua, Maecenas, haut mollia iussa.

M. Tullius de senectute: quod ferundum est molliter sapienti.

|| Molle, non arduum nec erectum. Vergilius in Bucolicis:

qua se subducere colles
incipiunt mollique iugum demittere clivo.

|| Molle, dulce, iocundum. Vergilius Georg. lib. II:

mollesque sub arbore somni.

M. Tullius de legibus lib. II: *nihil tam facile* in animos teneros atque mollis influere quam varios canendi sonos. — [et] idem de senectute: *non modo* omnis absterserit senectutis molestias,

---

27 Aen. VIII, 415 || 29 II, 120 || 31 I, 80 || 34 IV, 423 || 36 Aen. IV, 293 || 1 III, 41 || 3 2, 5 || 4 IX, 7 || 7 II, 470 || 9 II, 15, 38 || 11 1, 2.

---

**30** alter ne *B;* alter nae *ed. Bas.;* alternae *Gen, L, H.* — ne libero quidem; *sc.* homine dignus est. — **1** turpido *pr. L;* turpitudo *rell.; cf. 96 l.* dulcitas. — si rerum turpitudini adhibetur verborum obsc. *rectius cdd. meliores Cic.;* si rerum turpitudo adh. et verborum obsc. *cd. Bernens. 104.* — Varro; *cf. 167 l.* returare *ibique comm.* — Agathone; cathone *pr. L;* agatone *pr. B.* — **2** nuptilae *pr. L.* — returant *Iun.;* reiurant *A, B,* $Gen_1$*;* redurant $Gen_2$, $H_1$*;* restaurant *L,* $H_2$*, G; om. cdd. 167.* — **3** Verg.; *cf. 364 l.* periculum. — **7** obscenae *B, Gen, H, G.* — vol. *om. B.* — **8** Astyanacte *ed. Bas.;* Astianacte *H ex corr.;* Astianactet *B; L* (*hic pr.* Ascianactet); *pr. H; Gen.* — **9** tu *M* (nunc *Grotius*); Calcha (*a nominat.* Calchas) *Quicheratus* (Calchas *Me*); finem *Ae. Baehrensius;* religionum *Is. Vossius; Bothius;* fac, desiste *Ae. Baehrensius;* hunc (*praec.* t) aicaispinem (aciaspinem *B;* aicaispanem *pr. H*) regionum fac ac desisset *C, Gen, B.* — **10** ac med *M;* nec me *cdd.* — ab domitione *M de re m. pg. 420* (ab domuitione *Ald., qui primus hoc exemplum addidit*); arcere *Bothius;* tuo *M, Ribbeckius;* ab domuitione marceretu *L ex corr.,* $H_2$*, G* (*L pr.* domutioñ arceretu; *sed in his* uti *litterae parum certae*); domuictonem arceretu *B,* $H_1$*;* domuictionem arceretu *Gen.* — omine *Me;* homine *cdd.* (homine et ne, *tum* h. e, *L*). — tuo — omine; *id est* omine, quod tu dicis esse; *ut idem Accius pg. 120 s. l.* honestitudo: tua honestitudo Danaos decepit diu. — **11. 12** *hoc exemplum pr. l. fini add. Quicheratus. sane ibi melius habet locum. sed et hic a Nonio potuit poni.* — II *C, Gen, B; cf. notam seq.* — nam *Cic.;* una *cdd.* — voluntates *id.* — ab illis; *i. e.* Epicureis. — habetur *Cic.;* habet *cdd.* — **13** male dictum; *i. e.* male ominatum; maledictum *A, B, Guietus;* maledicum *rell.* — Accius; *cf. 205 l.* favor *ibique comment.* — **14** actum *B; Gen;* $H_1$. — **15** et omnes *G.* — arcem *Bentin.* (arcem hanc *Voss.*); Alpheumque *Kiesslingius* (astuque *Turneb.*); arcana (archana *B*) asteumque *cdd.* — arcem hanc astuque accolunt *Quicheratus; at debebat esse* incolunt.

civés ominibus faústis augustam ádhibeant
favéntiam, ore obscéna dictu ségregent.

Lucilius lib. XXVIIII:

deum réx avertat vérba obscena. . .

OBITVS significat mors vel occasus. Vergilius Georg. lib. I:

nec frustra signorum obitus speculamur et ortus.

|| Obitus rursus adventus. Accius Antigona:

áttat, nisi me in óbitu fallit sónitus.

Turpilius Epiclero:

écquis istest, qui ínterrumpit meúm sermonem obitú suo?

OMEN dicitur auspicium prosperum. Vergilius Georg. lib. IIII:

omine quo firmans animum sic incipit ipsa.

|| Omen *auspicium* adversum significat. Vergilius lib. XII:

neve omine tanto
prosequere.

OLIM trinam habet significationem temporum: praeteriti * * * *Vergilius bucolicis:*

meos olim si fistula dicat amores.

|| Olim temporis futuri. Vergilius Aen. lib. I:

hunc tu olim caelo spoliis Orientis || onustum
accipies secura.

---

18 Lucilius l. XXVIIII || 20 I, 257 || 22 Accius Antigona || 24 Turpilius Epiclero || 26 IV, 386 || 28 XII, 72 || 32 X, 34 || 34 I, 289.

---

**16** ominibus *Iun.;* omnibus *cdd.* — fautis *H.* — angustam *B.* — adhibent *cdd. h. l.* — **17** faventius *B, Gen, $H_1$.* — dictu segregent; *cf. comm. in 205;* dicti segregent *B;* dictis egregent *Gen, pr. L, $H_1$;* dicta segregent (segreget *G*) *L ex corr., $H_2$, G.* — **19** deum rex avertat *Turneb.; Me;* deum rixa vertat vertat (vertant *ex corr. A;* vertat *add. in H m. 2; del. ed. princ.*) *cdd.* — **20** mortem vel occasum *A.* — **21** ut ortus *pr. L.* — **22** Antius *pr. L;* Actius *A.* — **23** in obitu (obitu *Palmer.*) fallit *M;* fallit (favillit *L*) in obitum *cdd.* — *anapaestos dimetitur tales Ribbeckius:* attát, nisi me fallít in obitu | sonitús. — **25** ecquis *Ald.;* et quis *cdd.;* set quis *Grautoffius.* — istest *M;* est (*praec.* is) *cdd.* — meum sermonem *Grautoffius;* sermonem meum *cdd.* — *creticos Ribbeckius instituit, qui tamen non possunt concinnari nisi ita:* écquis ést | qui ínterrúmpít meúm sérmonem óbitú suó? — **26** Omen; *nullum l. in L.* — **27** homine *$Gen_1$; L.* — formans *A, C, Gen; non B.* — **28** auspicium adversum significat *M;* adversa significatio *cdd.* — **29** neve omine; neve homine *$Gen_1$; $H_1$;* nehomine *pr. L.* — **31** *lacuna in hunc fere modum explenda:* praeteriti, ut plerumque. Olim temporis praesentis. *etiam ante illud* praeteriti *aliquid videtur haustum, ut puta:* Olim temporis. — Virgilius Bucolicis *add. Quicheratus.* — **33** *nisi gravius turbatum, notae socordiae reus crimine Nonius. nam in hoc versu* olim *futuri esse temporis recte notat Servius.* — olym *B.* — si *om. id.* — festulla *$Gen_1$;* festula *pr. L.* — **34** Olym *G.* — **1** olym *B.* — spiliis *$Gen_1$;* spilus *pr. L.*

Lucilius Satyrarum lib. XVIIII:

sic tu illos fructus quaeras, adversa hieme olim
quis uti possis ac delectare domi te.

Turpilius Philopatro:

deínde cum ad te rédierit res ólim post mortém patris.

Afranius Suspecta:

núnc amatorem, ólim defensórem, ut peream, *mé* volet.

OBTARE est precibus a dis aliquid postulare. Vergilius Aen. lib. VII:

et reor et siquid veri mens augurat opto.

|| Optare, eligere. Lucilius Satyrarum lib. XVIIII:

'aurum vis? hominem *en* habeas!' — 'hominem? quid ad aurum?
quare, ut dícimu', non video, hic quid magno opere optem.'

Sallustius Hist. lib. III: adque eum Curio laudatum accensumque praemiorum spe quibuscum obtavisset ire iubet. — Vergilius Aen. lib. III:

optavitque locum regno.

---

3 Lucilius l. XVIIII || 6 Turpilius Philopatro || 8 Afranius Suspecta || 10 VII, 273 || 13 Lucilius l. XVIIII || 16 Sallustius Hist. III || 18 III, 109.

---

3 XXVIIII *B.* — 4 si *B, Gen,* $H_1$. — olym *B.* — 5 ac *I. Dousa* (et *v. d. in mrg. ed. Iun.*); haec *cdd.* — domi te $L_1$ (domi teturpilius); domine (*vel* domi ne) *rell.* — *pro eis quae sunt* quis uti possis *Gen,* $H_1$ *habent* defensorem, ut per eum; *B* defensorem. — 6 Turpillius *pr. L.* — filopatro *cdd.* — 7 at te *pr. B;* $H_2$. — te, *add. supra e virgula, Gen, ut saepius. qua tamen dubium utrum in littera indicetur an accentus sit signum.* — redierit res; *puto* res redierit. *ita molliores numeri.* — olym *B.* — post; preter *B.* — 9 nunc *Me;* non *cdd.* — amatorum *B, Gen,* $H_1$*;* materem, *tum* amaterem *L.* — defensorem (*cf. comm. in v. 5*) *ed. a. 1498;* defensore *L, H ex corr., G;* defensor et *B, Gen, pr. H.* — ut peream, me *M;* ut per eum *cdd.* — *verba amantis suspiciosi.* — 10 Obtaree (*tum* Opt.) *L;* Optare est (Obt. $H_1$) *rell.* — a dis *om. A; f.* ac votis*; cf. 360, 37.* — 12 *cf. 469 l.* auguro. — veri *om. A, B, Gen, L,* $H_1$. — 13 Obtare *H.* — Lucil.; uirgt, *sed id punctis notat. et in mrg. add.* lucit *G.* — XXVIIII $H_2$*; cd. Victor.; scripti Me.* — satyriarum *prius L.* — 14 hominam *pr. B.* — en *add. I. Dousa.* — aurum vis hominemne habeas? — hominem? quid ad aurum? *non bene Quicheratus.* — *neque recte Mercerum puto in explicandis Lucilianis recordatum Themistoclis illud, malle se virum qui pecunia egeat quam pecuniam quae viro.* — 15 ut dicimus; *h. e.* ut dicere solemus. — quid; quidam, *tum* quiddam *L.* — magnopere *B, Gen,* $H_1$. — 16 Salustius *B.* — adque *pr. L;* atque *rell.* — eum *Ald.;* cum (*om. B, Gen,* $H_1$) *cdd.* — Curio *vel* Caepio *Lips.;* cupio *cdd.* — *utrumque nomen in Historiis occurrit.* — *cet. cf. Kritz ad III, 54.* — 17 spe *B, Gen,* $H_1$*;* spes *rell.* — quibus *B, Gen,* $H_1$. — obtavisset *pr. L;* $H_1$*;* optavisset (optaviset *B*) *rell.* — iubet *ed. princ.;* iuvet *cdd.* — 18 eneidis *m. 2 add. H.*

M. Tullius de officiis lib. I: quaeque maiori parti pulcerrima videantur, ea maxime optant. — Terentius in Eunucho:

hoc si féceris,
quódvis praemiúm donum a me obtáto.

Varro Marcipore: et Diogenes cynicos, qui ab Alexandro rege iussus optare quid vellet: se facturum.

OFFENDERE est percutere. Turpilius Paraterusa:

cáput offendi ad límen pol!

Lucilius lib. XXVIIII:

'crus lápide?' — 'nil est.' — 'caédam, si te offénderit.'

Varro Marcipore: dein inmittit virile veretrum in frumen: offendit buccam Volumnio. || Offendere, laedere. M. Tullius lib. VII, de suppliciis: cum iste cum palleo purpureo talarique tunica versaretur in conviviis cum mulieribus, non offendebantur homines in eo neque moleste ferebant. — Lucilius lib. XXVII:

nam híc quidem
réditum talem pórtendebant néque alia in re [ulla] || offéndere.

|| Offendere, invenire. Pacuvius Iliona:

quos égo, ita ut volui, offéndo incolumis.

---

20 I, 32, 118 || 21 V, 8, 26 || 24 Varro Marcipore || 26 Turpilius Paraterusa || 28 Lucilius l. XXVIIII || 30 Varro Marcipore || 31 II, 5, 13, 31 || 34 Lucilius l. XXVII || 2 Pacuvius Iliona.

---

**20** pulcherrima *cdd. pr. L.* — **21** videntur *Cic.* — exoptant *cdd. Cic.* — **22** feceris *Bembin. Ter.*; effeceris *interpol.* — **23** don. pr. *Ter.* — obtato *L;* opt. *rell.* — **24** cynicos *vel* cynicus *Canterus nov. lect. VI, 6;* quiamicos *cdd.* — **26** turpillius *pr. L.* — paraterus $Gen_1$*; pr. L;* paraturus, *tum ras.*, a $H_1$. — **27** cap̃ *pr. L.* — caput ut *L*, $H_2$, *G.* — ad limen pol *Pius;* adimere pol *cdd.* — **29** *diverbii, quod instituimus, initium videtur mancum. — fuere ut puta:* 'crus lapide percussit mihi.' | 'crus lapide?' — *ante sic verba a nobis distincta:* crus lapide (nil est) caedam, si te offenderit; *quod tamen non potest admitti, nisi a Nonio falsa tradi statueris et* offendere *hic idem quod* laedere. — nihil *cdd.* — est; em *in mrg.* $H_2$. — caedam *Gerlachius;* credam *cdd.* — **30** dein immittit *Oehlerus;* dein (deim *G*) mittit *cdd.* — virele *pr. B.* — in *(ita iam ed. a. 1476)* frumen *Scal.;* ut flumen *cdd.* — **31** Volumnio *Scal.* (Volumni *mrg. Iun.*); bolumnio *cdd.* — **31. 32** lib. VII, de suppliciis *M;* de suppliciis (supliciis *B*) lib. VII *cdd.* — *recte si habent omnia, apparet usum esse N. auctore, qui Div. in Caec. Actionumque in Verrem libros numeraret continuos. ita 437 s. l.* aemulatio *citatur* M. Tullius in Caesarianis; *idem 238 s. l.* aemulus — sectator *sic:* M. Tullius pro M. Marcello. — *cf. comm. in 437.* — **32** ac per hos dies cum *Cic.* — cum *alterum om. A, B.* — polleo *pr. L;* pallio *B.* — talarique *Hotomannus; cf. ibid. 33, 86;* parique *cdd. Cic. et Non.* — **32. 33. 34** tun. vers. *in ras.* $H_1$. — convivis *pr. A.* — in conv. muliebribus *ap. Cic.* — offenderentur *cdd.* — in eo *om. meliores cdd. Cic.* — ferebant; *seq. ap. Cic.:* abesse a foro magistratum. — **35** hic *nom. plur.* — **1** re *ed. a. 1480;* mare *cdd.* — ulla (ulula *pr. L*) *secl. M de re m. 386.* — **2** Pacuius *Gen.* — **3** offendi *A.* — incolumes *A;* incolumitas *B, Gen,* $H_1$.

Afranius Omine:

ea mémoriter, cum vénero, confécta ut offendám, *tene.*

Quadrigarius Annalium lib. II: inde postquam aliquantum recessit, offendit montem loco munitum, res omnes habentem, quae militibus opus sunt, ligna, aquam, pabulum. — [et] Terentius [in] Eunucho:

óffendi *hodie* advéniens quendam meí loci *hinc* atque órdinis hóminem.

M. Tullius de signis: quod nondum perfectum templum offenderant, neque ponere potuerunt. — Lucilius lib. XXVI:

síquod verbum inúsitatum aut zétematium offénderam.

M. Tullius de re publica lib. I: sed imitor Archytam illum Tarentinum; qui cum ad villam venisset et omnia aliter offendisset ac iusserat. — Plautus Amphitryone:

eó more expertém *te* factam advéniens offendí domi.

Varro Sexagesi: Romam regressus ibi nil offendi quod ante annos quinquaginta, cum primum dormire coepi, relinqui.

OBSCVRVM est tenebrosum, sine lumine. Vergilius Georg. lib. I:

si nigrum obscuro conprenderit aera cornu.

|| Obscurum, ignobile. M. Tullius de officiis lib. I: qui magna

---

4 Afranius Omine || 6 Quadrigarius Annal. II || 9 II, 2, 3 || 12 II, 4, 28, 64 || 13 Lucilius l. XXVI || 15 I, 38, 59 || 17 II, 2, 81 || 19 Varro Sexagesi || 21 I, 428 || 23 I, 32, 116.

---

4 homine *Gen*$_1$*; L; G;* omi, *tum ras.,* ne *B.* — **5** tene *add. M.* — *construendum sic:* ea m. tene, ut confecta offendam, cum venero. — **6** annali *cdd.* (annalib̄ II *B*). — postquam aliquantum; pquantum *pr. L, in quo* aliquantum *a correctore add.* — **7** loco munitum — habentem *M;* loca munita — habere *v.* — **8** aqua *A, B.* — babulum *pr. L.* — et *om. A, B, Gen,* *H*$_1$. — Terentius; *cf. comm. in 270, 37.* — in *om. Gen, H*$_1$*, pr. L.* — **9** enucho *pr. L.* — **10** off.; conveni *Non. pg. 270.* — hodie *om. cdd.* — adveniens *bis, sed alterum del., L.* — quaedam *pr. L* — ci *Gen, H*$_1$*;* eius *B.* — hinc *om. cdd.* — ordines *Gen*$_1$*; pr. L.* — **12** Tullius *supra scr. H*$_2$. — offenderant *Cic.;* offenderent *cdd.* — **13** pot.; *seq. ap. Cic.:* neque vulgo ostendere ac proferre voluerunt. — **14** verbum *Gulielmius;* verum *cdd.* — aut; *f.* ad. — aut zet. (aut zematium *B*) *supra add. in L.* — **15** II *cdd.* — Arcytam (Arcitam *B*) *cdd.* — **16** ad illam *B.* — offendiset' *B.* — **18** o more *B* (omere *Bm*), *Gen, H*$_1$ (*praec.* e). — expertem te *Pl.;* experte *cdd. cum B.* — factum *B; Gen; pr. H.* — adv. tenebrosum off. *cdd.;* tenebr. *ad v. 21 transtulit Guietus; ubi post* lumine *colloc. Me.* — **19** sexagysi *pr. L.* — nil *H*$_1$*;* nihil *rell.* — **20** cepi *L, G, Gen; non B.* — reliqui *B; Gen*$_2$*; H; L ex corr.; G.* — **21** tenebrosum *habet A, om. rell.; cf. comm. in v. 18.* — **22** comprenderit *H*$_2$*, G;* conp̄henderit, *sed* he *del., L;* conp̄henderit *B;* comp̄hen derit *Gen;* comprehenderit *H*$_1$. — **23** ignobilem *Gen*$_1$. — II *cdd.* — quam *B.*

sibi proponunt obscuris orti maioribus. ‖ Obscurum, absconditum, latens. Vergilius lib. VIIII:

vidimus obscuris primum sub vallibus urbem.

OBSERVARE, suspicere, magnificare. M. Tullius de officiis lib. I: sic ut aliquo honore aut imperio affectos observare et colere debemus. ‖ Observare, celare et intus tegere. Plautus Aulularia:

ubi is óbiit mortem quí mi id aurum ‖ crédidit,
coepi óbservare.

‖ Observare, cognoscere. Vergilius Aen. lib. II:

et vestigia retro
observata sequor per noctem.

‖ Observare, curiose et suspicaciter circumspicere. Plautus Aularia:

oculós ego [tibi] istos, ínprobe, ecfodiám tibi,
ne me óbservare póssis quid rerúm geram.

‖ Observare, captare. Vergilius Georg. lib. IIII:

quos durus arator
observans nido inplumis detraxit.

Lucilius lib. XXVII:

quódsi observas hóminem, qui pro cómmodo et regno aúdeat.

Terentius in Andria:

pertérrefacias Dávum, observes fílium,
quid agát.

---

25 IX, 244 ‖ 27 I, 41, 149 ‖ 29 prol. 16 ‖ 3 II, 753 ‖ 6 I, 1, 14 ‖ 10 IV, 512 ‖ 13 Lucilius l. XXVII ‖ 15 I, 1, 142.

---

24 sorti *Gen*$_1$. — 26 videm' *L;* videmus *Bm, Genm,* $H_1$*;* videnius *Bh.* — primum *etiam Servii librorum pars;* primam *rell. cum cdd. Verg.; Charis. pg. 188; cf. et Donat. in Hec. V, 3, 24.* — 27 suscipere *A, B, Gen,* $H_1$. — M. Tullius; *cf. 519 l.* adfici. — 28 sic, ut *ed. Bas.;* sicut *L; H;* sicuti *A; B; Gen; om. cdd. Baiteri praeter Palat.* — honore ut *pr. L.* — 29 intes $H_1$. — tegere *B;* retegere *rell.* — Plaut.; *cf. 275, 11 sq. ibique comm.; item 320, 17 sqq.* — 1 is *om. B, Gen,* $H_1$. — obit *cdd.; cf. comm. in 275.* — mihi *cdd.* — credidi *B, Gen, pr. L,* $H_1$. — 3 recognoscere *Quicheratus, f. recte.* — 6 suspicaciter *M;* suspiciter *cdd.* (et suspiciter *om. A*). — circumspicere *A;* circum aspicere *C, Gen, B* (*post* circum *ras. in Gen;* asaspicere *L*). — 8 oculos hercle ego istos *cdd. Pl.* — improbe (inpr. *pr. L*) *cdd. Non.;* improba *recte Plauti.* — *ante* ecfodiam *ras. in Gen* (*f. fuit* haecfodiam); haec fodam, i *supra scr., L;* effodiam *A, sicut Plauti libri.* — tibi *om. A.* — 9 ne me; nemine *pr. L;* nemo $H_1$. — quid perum *B, Gen,* $H_1$. — quid rerum geram *om. A.* — 10 captare *in mrg. add.* $G_1$. — Verg.; *cf. 287 l.* detrahere, tollere. — III *B, Gen, L,* $H_1$. — 14 commodo *in ras. B.* — audeat *Iun.;* gaudeat (gaudeas *pr. L*) *cdd. cum B.* — 16 perterraefacias *H;* perterrae, *sed* a *eras.,* facias *L.*

ORATORVM significantia manifesta est. ‖ Oratores, legatos. Vergilius Aen. lib. XI:

centum oratores prima de gente Latinos
ire placet.

OCCVRRERE dicitur obvium fieri. Vergilius Aen. lib. VI:

hic illi occurrit Tydeus.

‖ Occurrere, subvenire, commonere. M. Tullius de suppliciis: occurrebat illa ratio.

OFFERRE, invenire. Lucilius lib. XXVI:

hómines ipsi hanc síbi molestiam últro atque aerumnam ófferunt:
dúcunt uxorés.

‖ Offerre, adferre. Lucilius lib. XXVIIII:

ut núnc *in* hac re míhi opem atque auxilium ófferas.

‖ Offerre, ostendere. Vergilius Aen. lib. VI:

strictamque aciem venientibus offert.

OBDVCERE, aperire. Lucilius lib. XXVIIII:

vós interea lúmen auferte átque aulaea obdúcite.

‖ Obducere, tegere. Vergilius in Bucolicis:

obducat pascua iunco.

ORARE est precibus poscere. M. Tullius in Verrem, Divinatione: rogare et orare, ne ‖ eos supplices aspernarer. ‖ Orare, agere. M. Tullius de officiis lib. III: ut veram amici causam

---

19 XI, 331 ‖ 22 VI, 479 ‖ 24 V, 40, 104 ‖ 26 Lucilius l. XXVI ‖ 29 Lucilius l. XXVIIII ‖ 31 VI, 291 ‖ 33 Lucilius l. XXVIIII ‖ 35 I, 48 ‖ 37 1, 3 ‖ 2 III, 10, 43.

---

18 manifesta *in mrg. add. Gen*$_2$. — 18—20 *illa* Oratores — centum *m. 1 suppleta in L, qui habet* Vigts aeñđ. — legati *B.* — 20 prime *pr. L.* — Latinos *Verg.;* latino *cdd.* (latina *B; pr. L*). — 22 obviam *A.* — 23 illo currii (*post* cur *ras.*) *pr. L.* — tydeos *pr. L.* — 26 lucilius *bis, sed prius del., L.* — Lucilius; *cf. 372 l.* producere, gignere. — XXVII *B, H*$_1$. — 27 modostiam, *tum* molestiam *L;* moles, *supra add.* tiam, *G.* — erumnam *Gen, H, G, non A, B.* — 28 dicunt *H*$_1$. — duc. ux. *om. A.* — 29 adferre *A, B, Gen, H, pr. L;* afferre *L ex corr.;* efferre *G.* — 30 in *add. Quicheratus.* — hac re mihi *L, G;* acrem ihi *Gen, pr. H;* ac re mihi *H ex corr.;* acre mihi *in ras. B.* — *f.* uti nunc acrem mihi opem atque auxilium offeras. — 32 stritamque *pr. L;* strctamque *Gen*$_1$*;* scrictamque *B.* — 33 aperire (apere, *supra scr.* ri, *H*); *non reponendum* operire *demonstrat v. 35.* — 34 auferte *A, B, Gen, L ex corr. H;* autferte *pr. L;* adferte *G;* offerte *Montepess.* — aulea *cdd.* — oducite *pr. G.* — 35 Verg. *om. B, Gen, H*$_1$*;* uirḡ *add. H*$_2$. — 36 obducet *B, pr. L, H*$_1$. — 37 Operare *Gen*$_1$. — M. Tullius; *cf. 383 l.* rogare — precari. — in Verrem, Divinatione *M;* Verrinarum in Divinatione *v.* — 1 ne eos; *ita cdd. Non. etiam 383;* ne illos *Ciceronis.* — aspernerer *H*$_1$. — 2 M. Tullius; *cf. 244 l.* accommodare, adhibere.

361 M.

esse malit; ut orandae litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet.

* * * OPPIDO, valde. Plautus Amphitryone:

óppido interii! óbsecro hercle, quántus *et* quam válidus est!

OBPETERE, obcumbere, mori. Vergilius Aen. lib. I:

quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis
contigit obpetere.

‖ Obpetere, incidere. Plautus in Asinaria:

atque ílla viva vívus ut pestem óbpetat.

OBESVM pro uberi et crasso saepius ponitur. Vergilius Georg. lib. III:

argutumque caput, brevis alvus obesaque terga.

Obesum, gracile et exile. Laevius in Carmine:

corpóre pectoreque undíque obesso, [ac]
mente éxensa, tardígenuclo
senio.

---

5 I, 1, 143 ‖ 7 I, 95 ‖ 10 I, 1, 7 ‖ 12 III, 80 ‖ 15 Laevius Carmine.

---

3 quosad *pr. L;* quodad $Gen_1$. — legis *B, Gen,* $H_1$. — accomodet *L.* — 5 *apparet hausta quaedam. nec videtur improbabile interisse lemma* oppidum. *cf. Paul. pg. 184, ubi item iuncta illa* oppidum, oppido. — 6 interii *Plaut.;* interi *B, Gen,* $H_1$*;* interio (*seq.* o) *rell.* — *in L supra* o *et infra eras. punctum.* — haecde *pr. L;* herde $Gen_1$*;* hercle *etiam B.* — et *om. cdd.* — 7 Obpetere, obcumbere *A;* Obtereor cumbere *pr. L;* Oppere *(sic)* occumbere *id. ex corr.;* Oppetere (Obp. *B*) obcumbere (occ. *B, G*) *rell.* — 8 o terque quaterque beati quis *A per interpolationem.* — minibus *pr. L.* — 9 connisit *pr. L;* contingit $Gen_1$. — obpetere *A;* oppetere *rell. cum B* (appetere $Gen_1$*;* acpetere *f. pr. L*). — 10 Obpetere *A, pr. L;* Opp. *rell. cum B.* — 11 ut *Pl.;* et *cdd.* — obpetat *Gen, pr. L, H;* opp. *rell.* (optat *B*); oppetas *Plautus.* — 12—14 *in mrg. add.* $H_2$. — 12 Obesum pro uberi et crasso; *cf. Gell. XIX, 7; M. Hertzii Opusc. Gell. 117; 129.* — uueri *L;* ueri *B, Gen;* uberi et *om. A.* — Verg.; *cf. 239 l.* argutum, parvum. — 13 II *B, Gen, L, P.* — 14 oboesaque terga *L* (*pr.* oboesaqua eterga); *H ex corr.* (*prius* obsaque, *tum* obesaque terga). — 15 Obaesum *L;* Obseum *B.* — gratile *pr. L.* — nevius *cdd. Non.; ac f. ipse N.* — levi (*vel* levii), *tum* leviano *cdd. Gell. plerique.* — Laevii *nomen apud Non. restituit Me.* — in Carmine; *ex Alcesti petita sequentia; cf. Gellium; sed Nonius pro stupore suo exscripsit huius verba:* in Laeviano illo carmine. — 16—18 *anapaesticos dimetros agnovit Scal.* — 16 obesso *M;* oboesso *L;* obeso *rell. cum B.* — *illud* ac, *quo mirifice infringitur asyndeti vis, videtur a Gellio esse additum; delevit Scal.* — 17 mente exsensa *Gell., cuius quidam libri* extensa; merito (meridito *pr. L*) exeso *cdd. cum A, B.* — tardigenuclo *M; cf. 87 l.* congenuclare; tardi ingenulo *L* (*in quo illud* tardi *add. corrector*); tardi ingenio *rell. cum A, B;* tardigemulo *libri Gellii.* — 18 senio *per socordiam Non.;* senio obpressum *Gell.;* senis *cdd. cum A, B.*

## INCIPIT PER P LITTERAM.

PROPRIVM, diuturnum. Sisenna Hist. lib. III: tum subito tacuit; atque metu et suspicione propriam capere non poterat quietem. || Proprium est suum uniuscuiusque. Vergilius lib. VII:

hunc mihi da proprium, virgo sata nocte, laborem.

Varro in Caprino proelio:

unam virtutem propriam mortalibu' fecit;
cetera promisque voluit communia habere.

Proprium rursum significat perpetuum. Sisenna Hist. lib. IIII: victoribus propriae spem *virtutis*, victis adversae fortunae maiorem formidinem obiecit. — Plautus Mustellaria:

atque íllum amatorém tibi propriúm futurum in víta.

Vergilius lib. VI:

propria haec si dona fuissent.

idem lib. III:

da propriam, Thymbraee, domum.

Terentius in Andria:

égo deorum || vitám propterea sémpiternam *esse* árbitror,
quód voluptates eórum propriae súnt.

Accius Armorum iudicio:

nám non facile síne deum opera humána propria súnt bona.

---

20 Sisenna Hist. III || 22 Aen. VII, 331 || 24 Varro Caprino proelio || 27 Sisenna Hist. IV || 29 I, 3, 68 || 31 Aen. VI, 871 || 33 Aen. III, 85 || 35 V, 5, 3 || 3 Accius Armorum iudicio.

---

**19** *om. H spatio relicto.* — Litterarum *pr. L.* — **21** atque *ed. princ.;* atquem *cdd.* (adquem *B, Gen*). — metu et susp. (suspitione *B*) *ablat. causae.* — *f.* atque e metu et susp. — in metu et s. *Me.* — poterat *ed. princ.;* potuerat *cdd.* — **25** unam *Scal. Catal. pg. 237;* nam *cdd.* — **26** cetera *ed. princ.;* cetere *cdd.* (ceterae *B*). — promisque (p *in ras. B*); *cf. de re m. pg. 260.* — *post hunc versum satis bene Ciceronis exemplum, quod legitur 362, 11, repositum a Quicherato.* — haberi *Scal.* — **27** historiae *L;* hist *Gen;* historiarum *B, H, G.* — **28** propriae *pr. L; H;* proprie *rell.* — spem; sepm *pr. H; item Gen add. corruptelae signo;* sepmi *B.* — *illud* virtutis, *quod ante* victis *facile potuit omitti, add. M; sine hoc esset, etiam* felicitatis *vocabulum haberet locum.* — **29** Mustellaria *Me;* cistellaria *cdd.* — *f. ipsius Nonii est error.* — **30** atq *(tum ras.) H.* — ullum *A, B, Gen.* — **32** fuisset *pr. L;* fuisent *B.* — **33** idem; *cf. 278, 31.* — III *supra add. in L.* — **34** propria *L.* — Thymbraee *ed. Bas.;* thymbeae *pr. L; $Gen_1$;* thymbree *L ex corr.; $Gen_2$; H* (e *prius in ras. m. 2*); tymbree *B.* — **1** ego deorum vitam *vel* ego vitam deorum *libri Ter.;* ego deum v. *Vmpfenbachius (cf. Bentl.);* ego deorum vitam eapropter *Servius ad ecl. 7, 31; Bentleius.* — esse *om. cdd.* — **2** voluntates *cdd.* — **3** armo *$H_1$*. — iucio *B.* — **4** non *om. B, Gen, $H_1$*.

362 M.

idem Medea:

fors dóminatur,
neque vís ulli propria ín vitast.

Lucilius Satyrarum lib. XVII:

cetera contempnit et in usura omnia ponit
non magna; proprium vero nil neminem habere.

M. Tullius de re publica lib. IIII: et noster Plato magis etiam quam Lycurgus, omnia qui prosus iubet esse communia, nequis civis propriam aut suam rem ullam queat dicere.

Afranius Vopisco:

di tíbi dent propria quaécumque exoptés bona!

Lucilius lib. XXVII:

cúm sciam nil ésse in vita próprium mortalí datum.

PRAEVERTERE est praeterire. Vergilius Aen. lib. I:

volucremque fuga praevertitur Hebrum.

Praevertere iterum significat anteponere. Plautus Amphitryone:

ílluc redeundúmst mihi,
né me uxorem praévertisse dícant prae re públíca.

Praevertit, revocat. Plautus Amphitryone:

íbi me inclamat Álcumena; iam éa res me horrore áfficit;
erílis praevertít metus. adcúrro, ut sciscam quíd velit.

---

5 Accius Medea ‖ 8 Lucilius l. XVII ‖ 11 M. Tullius de re publ. IV ‖ 14 Afranius Vopisco ‖ 16 Lucilius l. XXVII ‖ 18 I, 317 ‖ 20 I, 3, 29 ‖ 23 V, 1, 16.

---

7 vis *M;* vita *cdd.* — ut illi *pr. L;* illi *B, G.* — 8 satyriarum *pr. L.* 9 cera, *supra scr.* te, *G;* cetere *B.* — contempni *pr. L;* contemnit *rell.* — 10 nihil *cdd.* — habere; *scil.* dicit. — 11 *cf. comm. in 361, 26.* — 12 Licurgus *B, Gen, H.* — prosus $H_1$; prorsus *rell.* — esse communia; omnia *pr. L.* — 13 ullam queat dicere $H_2$; *cd. Vrbin. 307;* ullaque (ullaquae *pr. L*) addicere (adiecere *L;* adducere *pr. B*) *cdd.* — 15 dii *cdd.* — propria dent *A.* — 17 nihil *cdd.* — datum est *cdd. pr.* $H_1$. — *illud* est *ad sequens lemma bene traxit Rothius.* — 18 Praevertere *nulla l. nota addita supra scr. in L; in mrg. add.* $Gen_2$; Prae *supra add.* $H_2$; vertere *(ante rasura)* $H_1$. — est *om. cdd. h. l.* — praeterire; praevenire *pr. G.* — 19 *cf. 307 l.* fuga. — fugam *B.* — herbum *pr. L;* herba $Gen_1$. — 20 iterum *supra add.* $Gen_2$. — Plaustus *pr. L.* — 21 clam illuc *Plaut.* — 23 Praeverti *Gen,* $H_1$; Praevertitur $H_2$; Praevevertitur *L.* — vocat *L.* — 24. 25 ibi med *Guietus.* — *cf. Goetzii comment.* — inclamat Alcumena: iam (ita *I;* tum *Lambin.*) ea *cdd. Pl.;* inclamar (inclama *B, Gen,* $H_1$) argumenta (argumenta a *B, Gen,* $H_1$) mea *(post* mea *spatium sex fere litterarum relictum in L erasis circiter tribus) cdd.* — re, *supra scr.* s, *L.* — horrere *pr. B et L.* — adficit. erilis *Plaut.;* affiter illis $H_1$; affit erilis *B; item secundum ed. Bas.* $L_1$; affiterilis *Gen;* affi lebelis *L auctore Zangem.;* affil ebelis *secund. ed. Bas.* $L_2$; *G.* — affi leberis $H_2$. — praeberet *B, Gen,* $H_1$; praeperit, *tum* praeberit, *denique* praevertitur *L;* praevertitur *etiam* $H_2$; *G.* — accurro $H_2$, *G, non B.* — sciscam *Plaut.;* sciam *cdd.* — veliti *pr. L.*

PROMITTERE est polliceri. Vergilius Aen. lib. II:

promisi ultorem et verbis odia aspera movi.

M. Tullius ad Caesarem iuniorem: promissa tua memoria teneas. ‖ Promittere etiam significat ad magnitudinem nutrire. Plautus Rudente:

capíllum promittam óptimumst incípiamque ariolári.

Vergilius Aen. lib. III:

promissaque barba.

Varro Modio:

quód tum erant in Graécia
comá promissa, rása barba, pállia
trahéntes.

PROTELARE est percutere, perturbare. Terentius ‖ in Phormione:

né te iratus suís saevidicis díctis protelét..

Sisenna Hist. lib. III: Romanos inpetu suo protelant, protelatos persecuntur. ‖ Protelare rursus adiuvare. Varro Cato vel de liberis educandis: remotissimum a discendo formido ac nimius timor et omnis perturbatio animi. contra delectatio protelat [discendum]. ‖ Protelare etiam excludere. Turpilius Lemniis:

---

26 II, 96 ‖ 28 M. Tullius ad Caes. iun. ‖ 30 II, 3, 46 ‖ 32 III, 593; cf. comm. ‖ 34 Varro Modio ‖ 1 I, 4, 35 ‖ 4 Sisenna Hist. III ‖ 5 Varro Cato ‖ 8 Turpilius Lemniis.

---

27 promissi *B.* — ultro rem *Gen;* $H_1$*; etiam in L* r *supra* to *adscr.* — spera *pr. L;* aspara, *m. 2* aspaera *H.* — 28 promisa $Gen_1$. — tua *om. B.* — memoriat *pr. L.* — 30 in *ante* Rud. *m. 2 add., sed erasum in H.* — 31 incipiamque $H_2$*;* incipiantque *rell. cum B;* occipiamque *Plautus.* — aliolari *B, Gen, L,* $H_1$. — 32 Aen. lib. III. — *ibi legitur* immissaque barba; *idque ipse Non. adserit 130; 330 s. l.* inmissum; inmittere. — *illud* promissaque barba *Bucolicon 8, 34 legi notat Gerlachius; ubi cf. comm. Ribbeckii; sed potius socordia lapsum videri Nonium adsentior Mercero, cum praesertim Aen. lib. III* promissa *pro varia lectione memoretur in Gudiano.* — 35—37 *senarios instituit Meinekius; neque abnui, cum nulla ad eos efficiendos opus esset mutatione. quamquam siquis prosam his contineri maluerit, non repugnem pertinacius.* — quod te *pr. L.* — erat *pr. H.* — grecia *Gen, L, G; non B;* gratia $H_1$. — palla *pr. L.* — 1 est percutere est pert. *B;* est perc. vel pert. *A.* — proturbare *non bene Quicheratus.* — formione *cdd.* — 3 ne *om. B, Gen,* $H_1$. — saev.; se iudiciis (iudicis *Gen*) $H_1$*; Gen;* sevicis *B.* — 4 Romanus *B; Gen; pr. L;* $H_1$. — inpetu *L solus.* — protelatos *Vrsin.;* $Me_1$ (proiectos *non bene Iun.*); prolectus *B, C;* prolettus *Gen.* — 5 persecutorum *G.* — Protelare rursus adiuvare (adiugare *male Cuiac.; N. Faber*). *secuntur in cdd. vv. 12—20 inde a loco Luciliano; ubi vide comment.* — 6 a discendo *M;* ad discendum *v.* (ad discendunt *Genm*). — nimius *Iun.;* nimis *L ex corr.;* $H_2$*; G;* nismis *pr. L;* minus *B, Gen,* $H_1$. — 7 pertubatio *B.* — animi c. del. *om. B.* — dedecectatio, *tum* dedelectatio *L.* — 7. 8 protelat [discendum] *M;*

363 M.

proptér peccatum paúsillum indigníssime
patriá protelatum ésse saevitiá patris.

Sisenna Hist. lib. IIII: duae cohortes de subsidio procedunt atque equites protelant * * * *quod protelo sit porro.* Lucilius Satyrarum lib. VI:

quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
ducere protelo validis cervicibu' possent.

idem lib. XII:

hunc iuga mulorum protelo ducere centum
non possunt.

Cato Originum lib. V: sed protelo trini boves unum aratrum ducunt.

PRODERE significat deferre. Vergilius Aen. lib. II:

prodere voce sua quemquam aut opponere morti.

|| Prodere rursus differre vel excludere. Vergilius Aen. lib. I:

nos, tua progenies, caeli quibus annuis arcem,
navibus, infandum! amissis unius ob iram
prodimur atque Italis longe diiungimur oris.

Lucilius Satyrarum lib. V:

possisne elabi an *porro* prodenda dies sit.

Terentius in Andria:

. . . . ut áliquod saltem núptiis prodát dies.

---

11 Sisenna Hist. IV || 12 Lucilius l. VI || 16 Lucilius l. XII || 19 Cato Origin. V || 21 II, 127 || 23 I, 250 || 27 Lucilius l. V || 29 II, 1, 13.

---

protelo *(in mrg. add.* $Gen_2$*)* ad discendunt (discedunt $H_2$, *Gs*) *v.* — Turpilius; *cf. comm. in 259, 28. 29.* — lemnis (lenis *B*, *Gen*, $H_1$*; item f.* $L_1$) *cdd.* — **9** pausillum *B; ed. a. 1471;* pausillulum (pusillulum *pr. L*) *Gen, C.* — **10** sevitia *cdd.* — **11** quohortes *L.* — **12** *lacunae signum nec non illa* quod protelo sit porro. *add. M.* — Lucilius *et quae secuntur v. 5 post* adiuvare *legi v. supra est notatum.* — *huc revocavit M.* — *nam cum nullo pacto possit credi confusum a Nonio verbum* protelo *cum adverbio, hoc videtur adhibitum ad originem illius declarandum. lacuna in hunc fere modum explenda:* dictum id vel a graeco τῆλε (*cf. Paul. 235:* protelare longe propellere, ex graeco videlicet τῆλε, quod significat longe) vel quod protelo sit porro. — *cf. et pg. 345 l.* medicamentum — venenum. — **13** satyriarum *pr.;* III, *supra scr. in ras.* VI, *L.* — **15** duceri *B, Gen,* $H_1$. — cervibus *B, Gen.* — **19** origine $G_1$ *et L testante Petro;* riginum $Gen_1$. — **20** ducunt *pr. G;* ducent *rell.* — *posita haec in describendis moribus gentium.* — **22** quaequam *pr. L.* — **23** differe *L.* — II *B, Gen, L, pr. H.* — **24** annues *pr. L;* $Gen_1$*;* annis $H_1$. — **25** ira *B, Gen, pr. H.* — **26** atque talis *pr. L.* — disiungimur *L ex corr.,* $H_2$, *G; non B.* — **27** satyriarum *pr. L.* — **28** possis sine elabcan *Bh* (possis sine elabi an *Bm*). — porro *add. Don. ad Andr. II, 1, 13; om. cdd.* — si *pr. L.* — **30** aut (*praec.* a) *cdd.* — aliquod *pro* aliquot. — nuptis prodeat *cdd.*

|| Prodere etiam protendere vel tradere. Vergilius Aen. lib. IIII:

Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucri
proderet.

M. Tullius in Verrem, de suppliciis: ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendae. — et de senectute: non accipere modo haec a maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodere. ||

PERICVLVM est salutis discrimen. Vergilius Aen. lib. III:

obscenamque famem. quae prima pericula vito?

Lucilius lib. XXVIIII:

adde álios omnes meó periclo ex órdine.

|| Periculum, experimentum. Sisenna Historiarum lib. IIII: periclitantur tormenta ac tela multaque genera machinamentorum. — M. Tullius de re publica lib. III: sed ut ipsi suum animum periclitentur [sum] videantque quid se putent esse facturos. — Terentius in Eunucho:

fác periclum in lítteris.

M. Tullius de deorum natura lib. II: sicut ex quibusdam stirpibus et herbis, quarum utilitatis longinqui temporis usu et periclitatione percepimus. — Lucilius lib. XXVIIII:

cuius sei ín periclo féceris perículum.

Plautus in Amphitryone:

verúm periclitátus animum súm tuum.

---

31 IV, 230 || 34 II, 5, 14, 36 || 35 7, 25 || 1 III, 367 || 3 Lucilius l. XXVIIII || 5 Sisenna Hist. IV || 7 M. Tullius de re publ. III || 9 III, 2, 23 || 11 II, 64, 161 || 13 Lucilius l. XXVIIII || 15 III, 2, 33.

**31** tradere *M;* edere *v.* — **32** itam *B;* ita aliam *pr. L.* — regeret et $H_2$. — a *om. Gen,* $H_1$. — **34** proderat *Gen,* $H_1$*;* prodere et $H_2$*;* rodere, *tum* prodere *L.* — **34** M. Tullius; *cf. 541 l.* praetexta. — in Verrem de suppliciis *Quicheratus;* de suppliciis in Verrem *cdd.* — ius imaginis $H_2$, *G;* ipsimaginis *L;* iussi magnis *B, Gen,* $H_1$*; item ex corr. L.* — **35** prodendae *I. Fr. Gronovius;* prodendam *cdd. Cic. et Non.* — accepere *Gen*$_1$*; pr. L.* — **36** a *corrector add. in L.* — **1** est sallustius *Gen, L,* $H_1$*;* salutis *om. B.* — Verg.; *cf. 357 l.* obscenum, vitabile. — Aen. *om. B; Gen;* $H_1$ (*m. 2 supra scr.* eneidis). — lib. III *a corr. add. in L.* — **2** bscenamque *pr. L.* — fanem $H_1$. — **4** periclo *I. Dousa;* periculo *cdd.* — **5** experintum *pr. L.* — **6** telam *pr. L.* — machimentorum *Gen;* $H_1$. — **7** ipsis *B, Gen, L,* $H_1$. — suum *Me;* seu *cdd.* — **8** sum *secl. M; nam videtur ex marg. translatum in locum alienum, cum olim pertinuisset ad emendandum* seu *(om. ed. princ.).* — videantque *M;* vident (*seq.* quid) *cdd.* (tum videant *Me*). — **10** periculum *cdd.* — **11** M. Tullius; *cf. 219 l.* periculum. — sicut lex *B, Gen,* $H_1$*; puto* sicuti ex. — **12** stirpus *Gen*$_1$. — erbis *pr. L.* — quorum *cdd. h. l.* — utilitatibus *pr. L;* utilitates *L ex corr.,* $H_2$. — temporibussusu *pr. L.* — et *om. B,* $H_1$*; non Genhm.* — **13** percipimus *B, Gen, pr. L,* $H_1$. — **14** sei in periclo *M;* se (si *L,* $H_2$, *G*) in (im *Gen, H*) periculo *cdd.* — cuius sine periclo *Franckenus* — **16** animum sum *Camerarius;* sum animum *cdd. Pl. et Non.*

Sallustius in Catilinae bello: tunc vero periculo atque negotiis conpertum est. ‖ Periculosum, molestum, vehemens. M. Tullius de officiis lib. I: gravioribus autem morbis periculosas curationes et ancipitis adibere coguntur.

PRESSVM, subtile. M. Tullius in Hortensio: quis te aut est aut fuit umquam in partiundis rebus, in definiundis, in explicandis pressior? ‖ Pressum, onustum, gravatum. Vergilius Georgicon lib. I:

> ceu pressae cum iam portum tetigere carinae
> puppibus.

‖ Premere, defodere. Vergilius lib. X:

> sulcumque sibi premat ipsa carina.

‖ Premere, claudere. Vergilius lib. VIIII:

> pressive oculos aut vulnera lavi,
> veste tegens.

‖ Premere, insequi, fugare. Vergilius Aeneidos lib. I:

> hac fugerent Grai, premeret Troiana iuventus.

‖ Premere, urgere. Vergilius Georgicon lib. III:

> ingentem clamore ‖ premes ad retia cervum.

---

17 2, 2 ‖ 19 I, 24, 83 ‖ 21 M. Tullius Hortensio ‖ 23 I, 303 ‖ 27 Aen. X, 296 ‖ 29 Aen. IX, 487 ‖ 32 I, 467 ‖ 34 III, 413.

---

**17** Catillinae $Gen_2$, *L*, *H*. — tunc vero; tum demum *cdd. Sall.; nec tamen displicet illud* tum vero. — **18** conpertus *pr. L;* compertum *rell.* — est *om. Sall. Lugdun. 63.* — molestum *M;* navis est (*seq.* u) *B*, *Gen*, $H_1$; maius et *L*, $H_2$, *G*. — vehemens *cdd.* (vehementius *mrg. Ho*). — **19** morbus *B*, *Gen*, $H_1$. — periculosas *Cic.;* periculo *cdd.* — **20** adibere; adhib. *cdd. Cic.;* adigere (adire *B*, *Gen*, $H_1$) *cdd.* — **21** Pressum; *pro illo* pre *Gen ubique* p̃ *pr. 365, 14;* prae (*semel* p̃) *semper fere L; saepe etiam in H et B* p̃; pre *ed. Bas.; cui tamen in talibus rebus fides perexigua. et 365, 23 in G esse illud* praemit *testatur Riesius. — denique A, in quo hoc l. mancum valde et circumcisum, ubique habet* ae *exc. ubi sequitur* s. — Pressum *f.* $L_1$. — aut est *docti apud Cic.;* autem est *L; G; v.;* aut̃ est $H_2$; at̃ est *Genm;* $H_1$; ater est *B*. — **22** fuit umquam $L_2$, $H_2$, *G;* futum quam $L_1$; stutumquam *B*, *Gen*, $H_1$; *in hoc* stut *lineolis infixis deletum.* — partiandis *pr. L;* partiendis *B*, *Gen;* pariendis $H_1$. — rebus in definiendis (*ita cdd.;* definiundis *M*) *om. B*, *Gen*, $H_1$. — in explanandis *Ald.* — **23** p̃sior. p̃sum *Genh.* — Pressum etiam honustum vel gravatum *A*. — **25** pressae *f.* $L_1$; p̃sesse, *tum* praesse *B*. — portum *post m. 1 vel 2 add. in L.* — **26** pupibus $Gen_1$. — p. *ad sqq. pertinet ap. V.* — **28** sulcumque sibi *B;* sulcum quaesivi (sulcumquae sivi *ed. Bas.*) *rell.* (*in Gen supra* ae *pos.* ◡). — **30. 31** *cf. 434 l.* ulcus. — labi $Gen_1$; $L_1$. — segens $Gen_1$; $L_1$; $H_1$. — **33** gai *Gen;* gai, *tum ras.*, $H_1$. — pr. Tr. *in ras.* $H_1$. — **34** vergere *Gen, sed in mrg. corr.*, *L*, $H_1$; urguere *A*. — **1** p̃mens *B;* praemens *A*. — et retia $Gen_1$; $L_1$.

et lib. VII:

Faunique premunt te iussa parentis.

|| **Premere** significat inniti cum pondere. Vergilius Georg. lib. IIII:

et spumantia cogere pressis
mella favis.

idem lib. X:

et laevo pressit pede talia fatus
exanimum, rapiens inmania pondera baltei.

|| **Premere** rursum refrenare vel cohibere. Vergilius Aeneidos lib. I:

inperio premit et vinclis et carcere frenat.

item:

et premere et laxas sciret dare iussus habenas.

idem lib. VIIII:

sic memorat vocemque premit.

|| **Premere**, tegere. Vergilius lib. VIIII:

canitiem galea premimus.

et lib. XI:

quos Simois premat ille viros.

Varro Modio:

capitís corona fásciis niveís face
*faciem* út labore flátili viridís premat.

|| **Premere** etiam removere vel excidere. Vergilius Georg. lib. I:

---

2 Aen. VII, 368 || 4 IV, 140 || 7 Aen. X, 495 || 10 I, 54 || 13 Aen. I, 63 || 15 Aen. IX, 324 || 17 Aen. IX, 612 || 19 XI, 257 || 21 Varro Modio || 24 I, 156.

---

**2** *non vid. addendum post* et *nec v. 7 post* idem: Aen. — VI *cdd. pr. B.* — **3** fauniteque p̃munt te *B.* — **4** cum pondere; competere *B;* cum pedere $Gen_1$ *(in mrg. corr.);* $H_1$. — **7** idem; et *B.* — *cet. cf. comm. in v. 2.* — **8** levem *B, Gen, L,* $H_1$; levo *rell.; cf. comm. in 331, 18.* — pedem *B, Gen, L,* $H_1$. — ialia $L_1$. — **9** exanimam *Gen, L,* $H_1$; exanimem *cdd. Verg.* — immania $L_2$, *G; non B.* — pondere *Gen, L,* $H_1$. — **11** I *om. Gen,* $H_1$; *non B.* — **12** inperio $L_1$ *solus.* — et *om. A.* — ac vinclis *Verg.* — **13** item *M;* idem *v.* — *cet. cf. 340 l.* laxum. — **14** premere; premeret (r *in ras. Gen;* praemeret *L*) *Gen, L,* $H_1$. — abenas *(id. del.)* habenas *Gen;* savenas (*m. 2* abenas) habenas (h *punctis notatum supra et infra; m. 2, ut vid., totum verbum linea transfixum*) *L.* — **15** idem *ed. Bas.; v.;* item *B, Gen, L, H.* — **17** Georg. (*quod ex praec.* Verg. *videtur ortum*) lib. VIIII *Gen* (*in quo supra* VIIII *nota* ◡); $H_1$. — **18** canit item *Gen,* $H_1$; caniciem $H_2$. — **22. 23** fasciis *(ita Scal.; qui et iambis graecanicis contineri haec intellexit)* niveis face faciem ut (tiligneis faciem *Scal.*) *M;* vaccitis livei (live vaccitis *B*) face ut *cdd.* — premat *Iun.;* praemit *L; G;* p̃mit *B; Gen;* premit *H.* — **24** excindere *L,* $H_2$, *G; non B.*

365 M.

et ruris opaci
falce premes umbram.

|| Premere, occidere. Vergilius lib. VIIII:

armigerumque Remi premit.

|| Premere, adversari. Vergilius lib. X:

numina nulla premunt; mortali urguemur ab hoste
mortales.

|| Premere, calcare. Vergilius Aeneidos lib. II:

veluti qui sentibus anguem
pressit humi nitens.

|| Premere, deponere. Vergilius Georg. lib. II:

quod superest, quaecumque premes vergulta per agros.

PRETIVM, poena, exemplum. Livius Achille:

ní malos imitábo, tum *tu* prétium pro noxá dabis.

|| Pretium dicitur quod re empta datur. Vergilius Aeneidos lib. IIII:

urbem
exiguam pretio posuit.

Terentius in Eunucho:

prétium sperans ílico
prodúcit, vendit.

M. Tullius Verrinarum actione secunda: et parentis pretium pro sepultura liberum posceret. — Lucilius lib. XXVIII:

nec párvo catulum prétio. ||

---

27 Aen. IX, 330 || 29 Aen. X, 375 || 32 II, 379 || 35 II, 346 || 37 Livius Achille || 39 IV, 211 || 43 I, 2, 53 || 46 de praet. urb. 3, 7 || 47 Lucilius l. XXVIII.

---

**25** apaci $Gen_1$; opaci e, *tum* opaci et *L*. — **26** falcem $L_1$. — praemis $L_1$, $H_1$, *Gen*; praemes $L_2$; $H_2$. — umbras *pars cdd. V*. — **27** Virg. (Virgilius *H*) georg *Gen (add. supra* ◡); $H_1$; Virg. aenđ *B*. — **28** armicerum qui $L_1$. — *post* premit *in Genh leg.*: uirg. georg. lib.; *sed id m. 2 del.* — **30** unguemur $Gen_1$; urgemur *B*, $Gen_2$, *H*. — **32** Verg.; *cf. 353 l.* niti — ambulare. — **33** sensibus *Gen*, $H_1$. — **35** Verg.; *cf. 148 l.* occule. — **36** vergulta $L_1$; virgulta *rell.* — peri $L_1$. — **37. 38** *initium lemmatis olim fuit a v. 39—48.* — **37** Pretium *semper pr. 366, 2 L; idem per* p̄ *ubique Genh; item pr. v. 38 H; etiam B locis longe pluribus;* pretium *ed. Bas.; neque a nobis notata ad Luc. versus scripturae diversitas.* — pretium *per* c *B usque ad 366, 1.* — poena, exemplum *M;* poenae exitum *v.* — Livius (luvius *Gen, pr. H; cf. comm. in 194, 20*); *cf. 473 l.* imitat. — **38** ni *M;* si *cdd. utrobique; cf. Il. I, 293 sqq.* — malos *ed. princ.;* malas *cdd. h. l.;* males *473.* — tu *om. cdd. h. l.* — pretium; e *cum cauda, sed quae statim sit deleta, L.* — dabit *cdd. h. l.* — **43** eunocho *B*. — **46** Verrinarum; *f.* in Verrem. — *praecedunt apud Cic. haec:* qui — filios ad necem duceret. — actio $L_1$. — actione II *B, ed. Bas.* — **48** parvo catulum *M;* parvo catullo *B*, *Gen*, $H_1$; par vocat

|| Pretium, [pro] praemium. Sallustius in Iugurtae bello: vicit tamen in senatu pars illa quae vero pretium aut gratiam anteferebat. — Naevius Danae:

quín ut quisquest méritus, praesens prétium pro factís ferat.

Terentius in Andria:

quod hábui summum prétium persolví tibi.

Vergilius lib. V:

et palmae pretium victoribus.

Lucilius lib. XXX:

cuius vultu ac facie ludo ac sermonibu' nostris
verginis hoc pretium atque hunc reddebamus honorem.

PATIBVLVM est crux. Sallustius Hist. lib. III: in quis notissimus quisque ec malo dependens verberabatur aut inmutilato corpore in prori patibulo eminens† adfigebatur. || Patibulum, sera qua ostia obcluduntur; quod hac remota valvae pateant. Titinius Fullonibus:

---

1 16, 1 || 3 Naevius Danae IV || 5 I, 1, 12 || 7 Aen. V, 111 || 9 Lucilius l. XXX || 12 Sallustius Hist. IV || 15 Titinius Fullonibus.

---

ullo *L*, $H_2$, *G*. — *olim scripseramus trochaico numero, secuti Mercerum:* nec parvo catillo pretio, *quae verba iungerentur cum eis, quae leguntur XXVIII, 30; at displicet quod in his piscium mentio non in fine versus occurrit, sed in capite.* — nec parvo satullo (*i. e.* saturo) pretio, *ut suppleretur illud* ventris rabiosam famem, *non ita probabiliter Loewius Opusc. pg. 228.* — **1** praemium *M;* pro praemio *v.* — Iugurthae *Gen, H, G; non B.* — **3** nevius *cdd.* — dane *L;* dane *per* e *caudatum, ut saepius factum in libris, B, H.* — **4** praesens *per lemma* $L_1$. — **5** Terentius; *cf. 317 l.* habere. — **9** Lucilius; *cf. 320 l.* honor, praemium. — **10** ludo *cdd. 320;* ludis *h. l.* — *parum placet per asyndeton scribi:* ludis, sermonibu' nostris. — **11** verginis *L; G ex corr.;* virginis *rell. cum B.* — reddimus *cdd. h. l.* — **12** *nullum l. in L.* — *post* crux *in L additur* Y. — III *B, Gen,* $H_1$*;* IIII *rell.* — *apparet agi de piratarum vel scelere vel poena; cf. comm. in 257, 43.* — **13** ec *M;* et *cdd.;* aut *Bentin.; et ita v.* — dependens *Ald.;* deperdens *cdd.* — verberavatur $Gen_1$. — *illud* inmutilato *(ita C, Gen, B) valde suspectum, cum* inmutilandi *vocabulum alibi non videatur reperiri;* mutilato *Lips. Op. III, 1228;* mulcato *Vrsinus.* — **14** in prori *M; cf. comm. in 200, 38* (in proris *Lips. Ant. lect. II, 4*); inprobi (impr. *B,* $L_2$, *G*) *cdd.* — improbe *idem Lips. Op. III, 1229; at debebat esse:* inmutilato improbe corpore. — *illud* eminens (emnens $Gen_1$*; item* $L_1$*;* eminus *A*) *mirifice dictum vid. adsentior Dietschio, qui non bene* eminenti; *quod etiam Guieto in mentem venit.* — **14. 15** *post illud* adfigebantur (*sic* $L_1$) *incipit in L fol. 168, in quo litt. capitalibus et auratis scripta haec:* Priscianus grammaticus Cum omnis *(gr. lat. II, 1). relicua pars folii vacat.* — Pat. etiam sera qua hostia *(sic et Gen, H)* obcluduntur *A.* — quo $H_1$. — obclauduntur *B;* obduduntur, *sed in mrg. m. 2 corr., Gen,* $H_1$. — ac *A,* $Gen_1$. — remote $Gen_1$*; L.* — Titinius; *cf. 217 l.* posticam.

sí quisquam hodie praéterhac postícum nostrum pépulerit,
pátibulo hoc ei cáput effringam.

PETERE significat poscere. Vergilius Aen. lib. VIII:

mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,
qui petat auxilium.

Lucilius lib. XXVI:

férri tantum sí roget me, nón dem, quantum aurí petit.

|| Petere, *repetere.* Vergilius lib. VIII:

quid causas petis ex alto?

|| Petere, percutere, ferire. Vergilius in Bucolicis:

iam cornu petat et pedibus qui spargat harenam.

|| Petere, adpetere. Vergilius lib. VIII:

notumque petivit
coniugis infusus gremio per membra soporem.

|| Petere, sequi. Vergilius lib. V:

quem petit et summis adnixus viribus urguet.

Lucilius lib. XXVII:

rérum exploratórem mittam, míserum mendicúm petam.

|| Petere, abducere. Vergilius lib. VI:

Tartareum ille manu custodem in vincla petivit. ||

|| Petere, inquirere. Vergilius lib. VIII:

Euandrum petimus.

|| Petere, eligere. Vergilius Georg. lib. IIII:

---

19 VIII, 9 || 22 Lucilius l. XXVI || 24 VIII, 395 || 26 III, 87 || 28 Aen. VIII, 405 || 31 Aen. V, 226 || 33 Lucilius l. XXVII || 35 Aen. VI, 395 || 1 Aen. VIII, 119 || 3 IV, 8.

---

**17** si quis *testante Quicherato Montepess., ut cdd. 217.* — quisquam et *B, Gen,* $H_1$; $L_2$; *non A. — cf. comm. in v. sq.* — praeterhac; praeter (preter *L*) hanc *cdd. h. l.;* praeter has *217.* — **18** hoc et $Gen_1$. — effringam *M;* defringam *cdd.* (defrigam *pr. B*). *videtur olim fuisse* capud effringam. — **19** Patere $Gen_1$. — Verg.; *cf. 348 l.* mittere. — **20** Venullus *Gen, pr. L et H.* — domedis $Gen_1$; $L_1$. — **22** Luc.; *cf. 382 l.* rogare. — XXVII *pr. H.* — **23** si roget me non dem quantum *in mrg. add.* $Gen_2$. — **24** repetere *add. M;* commemorare *male Ald.; cf. Serv. ad l. Verg.* — Verg.; *cf. 237 l.* altum, vetus. — **25** *post* ex alto *in Gen legitur* si roget me, *sed id m. antiqua deletum.* — **27** spargit $H_2$. — arenam *H (non A, B); item,* h *eraso, Gen.* — **29** placidumque pet. *cdd. V.* — **32** urguet; urg, *tum ras.,* et *Gen, in quo et ante* u *ras.;* verget $L_1$; urget *rell.* — **34** recum *Gen,* $L_1$, $H_1$; rem cum *B.* — exploratorem *Me* (expiscatorem *non bene Scal.*); explicatorem *L;* expilatorem *Gen;* $H_1$; expilatore *B;* expiratorem $H_2$; ex, *tum ras. duarum litt.,* pli (i *in ras.*) ratorum *G.* — **36** unda $Gen_1$; uncla $L_1$. — **1** VII $H_1$.

principio sedes apibus statioque petenda.

|| Petere, obtinere. Vergilius Aen. lib. I:

quae proxima litora cursu
contendunt petere.

|| Petere, manere, expectare. Vergilius lib. VIIII:

Troianos haec monstra petunt.

|| Petere, cupere, adpetere. Vergilius Georg. lib. IIII:

pulchramque petunt per vulnera mortem.

Lucilius lib. XXVI:

sín autem hoc vidént, bona semper pétere sapientém putant.

|| Petere, tenere. Vergilius Aen. lib. III:

submissi petimus terram et vox fertur ad aures.

PROPTER significat eius causa. Vergilius Aen. lib. IIII:

te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni
odere.

[|| Propter, alicuius rei causa. Varro Sesquulixe: quod Menerva propter stet, id significare eum propter doctrinam.] || Propter, iuxta. Vergilius Georg. lib. III:

et viridi in campo templum de marmore ponam
propter aquam.

---

haec loca vi quondam et vasta convulsa ruina,
tantum aevi longinqua valet mutare vetustas,
dissiluisse ferunt, cum protinus utraque tellus
una foret.

et lib. VIIII:

felix, si protinus illum
aequasset nocti ludum in lucemque tulisset!

|| P r o t i n u s, statim. Vergilius Aen. lib. IIII:

protinus ad regem cursum detorquet Hiarbam.

|| P r o t i n u s, longe, porro. Vergilius lib. VII:

cornuque recurvo
Tartaream intendit vocem, qua protinus omne
intremuit nemus et silvae insonuere profundae.

idem [Vergilius] lib. VIII:

nam memini Hesionae visentem regna sororis
Laomedontiaden Priamum, Salamina petentem,
protinus Arcadiae gelidos invisere finis.

|| P r o t e n u s, valde. Vergilius in Bucolicis:

en ipse capellas
protinus aeger ago;

ut sit: et animo et corpore valde aeger; aut si aliud enuntiat, refertur ad illud *ago*, ut sit: longe, porro ago. || at t e n u s, licet, ut positionem acceperit, ita significatione varietur, tamen maxime finem terminumque designat. Vergilius in Georg. lib. II:

hactenus arvorum cultus et sidera caeli.

idem lib. XI:

hactenus, Acca soror, potui.

---

12 Aen. IX, 337 || 15 IV, 196 || 17 Aen. VII, 513 || 21 Aen. VIII, 157 || 25 I, 12 || 31 II, 1 || 33 XI, 823.

---

9 evi *Gen, L.* — longiqua *B.* — **12** *cf. 244 l.* aequare, continuare. — VIII *Gen, H, L ex corr.; non B.* — **14** aequisset *Gen*$_1$. — **15** III *cdd.* — **16** cursu *B;* cursus *V.* — hiarbam *et A;* hirbam *Gen*$_1$*;* *L*$_1$*;* hairbam *H*$_1$*;* hiarban *B;* iarbam *G.* — **17** VIIII *B.* — **19** incendit *pars cdd. Verg.* — **20** intr. *etiam Arusian. gr. lat. VII, 513;* contr. *cdd. Verg.* — **21** Verg.; *om. ed. princ.* — **22** Hesione *cdd.* — **23** laomedantiadem *C, Gen;* laomedantiaden *B.* — **24** fines *B.* — **25** Protinus *B.* — **26** aen. *Gen;* aen *H*$_1$*;* *L*$_1$. — capillas *Gen*$_1$*;* *L*$_1$. — **27** protenus *B;* *Gen*$_2$*;* *L*$_2$*;* *Hqo;* *G.* — **28** sit et *B;* sit *rell.* — aegra (*seq.* a) *Gen*$_1$*;* aegro *B, Gen*$_2$*, H*$_1$. — ut *Gen, H*$_1$*;* at *B.* — **29** ago *add. M.* — si *Gen; L; H*$_1$. — at tenus *M;* at ipsum tenus *Iun.;* actenus *A* (*qui om. praec. usque ad v. 16*)*;* *L*$_1$*;* ad ipsum actenus *B;* *Gen;* *H*$_1$*;* ad ipsum attenus *L*$_2$*;* at ipsum tenus (*pr.* hactenus, *sed* hac *del.*) *H*$_2$*;* At ipsum Hactenus *ed. Bas.* (hucusque *in mrg. Ho*). — pos. *A, Gen, H*$_1$*;* praepos. *rell. cum Bhm.* — **30** variet veruntamen *B.* — **32** actenus *A, L, Gen*$_1$. — arborum *Gen*$_1$*;* *L*$_1$. — **33. 34** *habent B, Gen, P; om. L, Hs, G.* — idem (idem uirg. *Genh*); *cf. 268 l.* confectum. — actenus *Gen*$_1$. — potu *Gen; P.*

idem [Vergilius] lib. X:

laterum tenus hispida nanti
fros hominem praefert.

idem lib. II:

capulo tenus abdidit ensem.

idem [Vergilius] in Georg. lib. III:

et crurum tenus a mento palearia pendent.

idem [Vergilius in] Aen. lib. III:

et pulcro pectore virgo
pube tenus.

PLAGA, spatium amplissimum vel caeli vel || agri. Vergilius lib. VII:

in medio diremit plaga solis iniqui.

|| Plagae rursum maculae retiales. Vergilius in Aen. lib. IIII:

retia rara, plagae, lato venabula ferro;
Massylique ruunt equites.

|| Plaga, aliquando pars lecti, aliquando omnis. Pacuvius Atalanta:

etsi métuo picta dé plaga [pallam];

ut sit plaga quem nunc dicimus clavum. — Varro Prometheo:

ebúrneis lectis ét plagis sigíllatis.

Afranius:

pallam fác cito,
Démea, et plagulám de lecto! péllis demitte órdine!

---

35 Aen. X, 210 || 38 Aen. II, 553 || 40 III, 53 || 42 III, 426 || 2 Aen. VII, 227 || 4 IV, 131 || 7 Pacuvius Atalanta || 9 Varro Prometheo; cf. comm. || 11 Afranius.

---

**35** idem *om.* $L_1$. — Vergilius *om. ed. princ.* — *cet. cf. 535 l.* pristis. — XI *cdd.* — **36** cui laterum t. *Verg.* — hispi $L_1$. — **37** fros $Gen_1$; frons *rell. cum B.* — **38** refert $L_1$; pefert $Gen_1$. — **39** tenus *om.* $L_1$. — addit $L_1$; addidit $Gen_1$. — **40—44** *ab interpol. additos suspicio est.* — **40** Vergilius in *om. Ald.* — **42** Vergilius *om. Ald.* — in *om. B, Gen,* $H_1$. — **43** pulcro *L;* pulchro *rell.* — **1** Plaga; *cf. comm. in 369, 8. 9.* — **2. 3** lib. VII; in georg. lib. IIII, *quod e 377, 40 vid. illat., B, Gen, L,* $H_1$. — **3** dirimit *A; H ex corr.; G; non B.* — **5** *cf. 369, 16.* — plagellato $L_1$. — **6** Massylique r. *ed. Bas.;* masylique r. *B;* massyly (*ante* massyli) quaerunt *pr. H;* massylyi quaerunt *P;* massyly, *supra* ly *scr.* i, querunt *H ex corr.;* massyli, *tum ras.,* quaerunt *Gen;* massilii, *m. 2* massily, queruunt, *m. 2* quaerunt, *L testante Zangemeistero.* — **7** Atalanta *ed. Bas.;* Athalanta *rell. cum B.* — **8** picta de; pietate *A, B, Gen,* $L_2$, $H_1$. — plaga palga, *sed hoc m. 2 del., L;* plagam *B.* — pallam (palam $L_2$), *ut e v. 12 illatum, del. M.* — picta de plaga; *i. e.* de insigni regio *vel* de regno. — **9** quem *Me;* quam $H_2$; quae *rell. cum A, B.* — Prometheo libero *Riesius.* — **10** *cf. de re m. 415. choliambus si est, illud* eburneis *descendit ab* eburnus, *et olim fuit positum:* eburneis lecteis. — sigillabis $L_1$. — **12** pallam *Palmer.;* palam *cdd.* — fac cito *Neukirchius;* facto *cdd.* — **13** Demea *Bothius;* demea (demet — *seq.* et — *B, Gen,* $H_1$

PARVMPER, ut saepe, interim et parvo tempore. ‖ Parumper, cito et velociter. Vergilius lib. VI:

pulsusque parumper
corde dolor tristi: gaudet cognomine terrae.

Ennius Annalium lib. I:

te nunc sancta precor Venus, te genetrix patri' nostri,
ut me de caelo visas cognata parumper.

idem in eodem:

indotuetur ibi lupu' femina, conspicit omnis;
hinc campum celeri passu permensa parumper
conicit in silvam sese.

## INCIPIT PER R LITTERAM.

RESTARE dicitur superesse. Terentius in Andria:

restát Cremes,
qui mi éxorandus ést.

M. Tullius de senectute: nec cum aequalibus solum, qui pauci admodum restant, sed cum vestra etiam aetate. — Vergilius Aeneidos lib. II:

aut quid iam misero mihi denique restat?

‖ Restare, resistere. Vergilius Aen. lib. IIII:

hospes.
hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.

---

15 Aen. VI, 382 ‖ 18 Ennius Ann. I ‖ 21 Ennius Ann. I ‖ 26 I, 1, 139 ‖ 29 14, 46 ‖ 31 II, 70 ‖ 33 IV, 323.

---

*cdd.* — *fuit qui coniceret* demas. — plagilam *Gen;* $H_1$*;* plagi iam *B.* — demitte *Palmer., alii;* dimitte *cdd.* — ordine *ed. princ.;* in ordine *cdd.* — **14** Parum periit saepe *Gen.* — **15** Verg.; *aliter Servius.* — **17** terrae *longe plures Vergilii libri;* terra *Servius.* — **18** aennius *H.* — Annalium *Quicheratus;* annali *cdd.* — **19** te nunc sancta *Columna;* tesane neta *(vel aliter divisis partibus) cdd.* — te *Vahlenus;* et *cdd.* — **20** mae $L_1$. — cognota *B, Gen, L,* $H_1$*;* cognita $H_2$*;* cognata *Aldus, qui primus hoc exemplum cum sequente addidit; ed. Bas.; v.* — **22** in deo tuetur ubi *(ita et Columna)* lepus feminam *B.* — **23** hinc campum *Columna;* in campo *cdd.* — permensa *Columna;* praemens *cdd.* — **24—29** nec cum *in ras.* $L_1$. — **25** *m. 2 add. H.* — **27** chremes $L_2$, $H_2$, *G, B.* — **28** mihi *cdd. Non. et Ter.* — **29** M. Tullius; *cf. 235 l.* aequales — aequaevi. — ne *B.* — cum. *hic finit in L pg. 174 aversa.* — **29** aequalibus — **379, 15** sub religione. *haec in L tenent pg. 176 rectae priorem columnam et partem alterius. sed signis m. 1 additis ordo legitimus indicatus.* — *cet. cf. comm. in 379, 15.* — **31** Aeneidos; aen. *H;* aend *B; om. Genhm; ed. Bas.* — **32** quod *H.* — **35** quoniam *om. B.* — *illud* restat *per* superest *recte explicat Servius; sed add. idem:* alii 'restat' intellegunt 'resistit', id est 'contrarium tibi est.'

M. Tullius de finibus bonorum et malorum: nullam quaerentes voluptatem Stoici restant.

RELIGIO est deorum cultura. Vergilius Aen. lib. VII:

*horrendum silvis et religione parentum.*

*idem lib. II:*

religione patrum multos servata per annos. ||

|| Religiosos quoque dies infames vel infaustos lib. XI Conmentariorum grammaticorum Nigidius appellavit. — M. Tullius ad Atticum nono: maiores nostri funestiorem diem esse voluerunt Aliensis pugnae quam urbis captae, quod hoc malum ex illo: itaque alter religiosus etiamnunc dies, alter in vulgus *ignotus*. — Lucilius lib. XXVIIII:

ánno vertenteí dies
tétri, miseri ac réligiosi.

Religio, metus vel sollicitudo. Varro Ἀνθρωποπόλει, περὶ γενεθλιακῆς:

non fit thensauris, non auro pectu' solutum;
non [auris] demunt animis curas ac religiones
Persarum montes, non atria diviti' Crassi.

---

36 V, 25, 74 || 38 VII, 172 || 40 Aen. II, 715 || 1 Nigidius Comment. gramm. l. XI || 2 IX, 5, 2 || 5 Lucilius l. XXVIIII || 8 Varro Ἀνθρωποπόλει.

---

**37. 38** *apud Cic. ante illud* Stoici *interpungitur praecedente sententia omnino diversa. neque pro* resistunt *dictum* restant, *sed pro* supersunt. — *similis stuporis exemplum habes 280, 37.* — istoici $L_1$; soici $Gen_1$. — **39. 40** *supplevit Quicheratus.* — **41** religione. *ita, per unum* l, *ubique in versibus huius lemmatis libri nostri; neque immutavi. ab ipsis tamen poetis duplex* l *positum satis constat. cf. de re m. 361.* — **1—5** *cf. Gell. IV, 9.* — **1** Reliosos *G;* Religioses $Gen_1$. — XI *ed. Bas.; L; Hqos;* in undecimo commentariorum grammaticorum *Gellius;* X *B; Gen; P.* — Conmentariorum *L solus;* Commentatoriorum $Gen_1$. — **3** nono; M. Cicero in libro epistularum nono ad Atticum *Gell.;* non (nam *B*) *cdd.* — ut maiores nostri *Cic.* — diem; viam $H_2$. — aliensis *B, Gen,* $H_1$; alienis *rell. cum cdd. Gell.* — Alliensis *antiquiore scribendi genere cdd. Cic.; cf. de re m. 360.* — **4** quam urbis *Gell.; Cic.;* quod orbis *cdd.* (urbis $H_2$). — **4. 5** alter — alter *Gell.; Cic.;* aliter — aliter *cdd.* — religiosos *B, Gen, H; item L m. 2.* — ignotus *ex Gellio et Cic. add. docti.* — **5—7** *Luc. exempl., quo Gellius caret, in cdd. post v. 22 legitur. huc retraxit Quicheratus.* — *quamquam siquis existimarit cum lemmate, cui adhaeret, toto ex alio fonte nota incogitantia a Nonio transcriptum, non est quod valde repugnes.* — XXVIII *L.* — **6** vertentei *M;* vertente *cdd.* — **8** tetri *et A, B.* — **8. 9** ανϑ (τ $H_2$) ϱοποιτοαιπεϱιγ (τ $H_2$) ενεϑαιακηϲ *G sec. Ries.;* $H_2$; ανοϱοπογγοαιυεϱιτεϑ (νε *rell.*) ϑαιαιϲην $L_1$ *in mrg.; simillime* $H_1$; *Gen; B.* — **10** non fit thensauris (thesauris $L_2$; $H_2$ *in mrg.; G*) *cdd.;* non fit ihens *capitalibus litteris latinis Gen,* $H_1$; *sed in mrg. m. 2 id mutatum; graecis B, in quo pro* ih *est* ιη. — solum *B.* — **11** demuunt *pr. L;* demut *G.* — non demunt animis *Iun.;* non animis demunt *Scal., minus concinne.* — religionis *B, Gen,* $H_1$. — *f.* non acris demunt curas ac religiones. — *cf. illud Varronis ex Parmenone:* demitis acris pectore curas cantu castaque poesi. — *alterum tamen tutantur Lucretii versus (II, 40 sqq.):* si non forte — his tibi tum rebus timefactae religiones effugiunt animo pavide mortisque timores tum vacuum pectus lincunt curaque solutum. — **12** Persarum montes;

Lucretius lib. I:

humana ante oculos foede cum vita iaceret
in terris, oppressa gravi sub religione.

Vergilius lib. VIII:

iam tum religio pavidos terrebat agrestis
dira loci.

Terentius in Andria:

dígnus es
cum tuá religione, ódium! nodum in scírpo quaeris. . .

M. Tullius de officiis lib. II: item est habendum religioni, nocentem aliquando, modo ne nefarium inpiumque, defendere.

RARVM consuetudine infrequens significat. Vergilius Aen. lib. VIIII:

qua rarast acies interlucetque corona.

M. Tullius de officiis lib. I: sic ad hoc genus castigandi raro invitique veniamus. ‖ Rarum, electum. Vergilius in Georgicon lib. IIII:

hic rarum tamen in dumis holus.

RVERE, decipi. M. Tullius de officiis lib. III: si hoc non est emptorem pati ruere et per venditorem in maximam fraudem incurrere? ‖ Ruere rursum significat cadere. Vergilius Aen. lib. II:

ruit alto a culmine Troia.

M. Tullius de suppliciis: quae cum accidunt, nemo est quin

---

13 I, 62 ‖ 16 Aen. VIII, 349 ‖ 19 V, 4, 37 ‖ 22 II, 14, 51 ‖ 24 IX, 508 ‖ 27 I, 38, 136 ‖ 28 IV, 130 ‖ 31 III, 13, 54 ‖ 33 II, 290 ‖ 35 II, 5, 6, 12.

---

*cf. Plaut. Stich. I, 1, 24 sq. — non est igitur cur scribatur* Persarum merces *coll. Hor. Carm. III, 1, 44; I, 31, 12.* — divitis *$H_2$, Bentin.;* divites *rell. cum B.* — Croesi *Camerarius ap. Lips. Epistol. Quaest. I, 4.* — **13** Lucr.; *cf. comm. in 314, 25.* — **14** fede *B; $H_2$; G;* fide *rell.* — **15** sub religione. *seq. in L haec:* uerḡ lib̄ VIII iam tum religio uerḡ lib̄ XI; *sed omnia punctis additis deleta. — tum continuantur 380, 42 sqq. — cf. comm. in 378, 29* aequalibus. — **16** Virḡ. *L.* — **21** religione *in mrg. add. Gen.* — odio *A.* — in scirpo quaeris. — *seq. exemplum Lucilii; cf. comm. in v. 5—7. — in A l. Luciliano postpositus Terentianus.* — **22** M. Tullius; *cf. 438 l.* nocens. — nec tamen, ut hoc fugiendum est, item *Cic.* — **23** nocendum *B.* — modo nefarium *B; L; $H_2$; G.* — aliquando et nefarium *male Baiteri libri paene omnes.* — **24** in cons. *B.* — Virḡ. *L; item v. 28 et 33.* — **27** sic, c *ex* t facto, *L;* sit *rell. cum B.* — castigando *pr. L.* — **28** inu, *tum ras.,* tique *Gen.* — veniemus *cdd. Cic.* — **30** in dumis holus.; *ita B; om. L unius versus spatio relicto;* in dulis holus *$H_2$, G;* et (ei *$Gen_1$*) indolis holus *$Gen_2$, $H_1$.* — **31. 32** IIII *pr. L.* — non est emptorem pati *Cic.;* non est emptore pati *ed. Bas.;* non es temptore *Gen, $H_2$* (*m. 1* n. estemptore) p.; n. es tempore p. *L;* mones pati tempore *B.* — per v.; perditorem *B;* per errorem *Cic.* — **34** alta *docti.* — a *om. A, B.* — **35** quin; qui *A, B, L, $H_2$.*

intellegat || ruere illam rem publicam. || **Ruere**, effundi. Vergilius lib. VI:

unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllae.

idem [Verg.] in Georgicon lib. III:

*ruit aequore turbo.*

*et lib. I:*

ruit arduus aether.

|| **Ruere**, inruere sine cautela. Vergilius lib. X:

quo, moriture, ruis maioraque viribus audes?

Lucilius lib. XXX:

ruis hoc et colligis omnia furtim.

|| **Ruere**, eruere, levare. Vergilius lib. XI:

et confusa ruebant
ossa focis.

idem [Aen.] lib. I:

totumque a sedibus imis
una eurusque notusque ruunt.

|| **Ruere**, diruere, complanare. Vergilius Georgicon lib. I:

quid dicam, iacto qui semine comminus arva
insequitur cumulosque ruit male pinguis arenae?

Terentius in Adelphis:

céteros ruerem, ágerem, raperem, túnderem et prostérnerem.

|| **Ruere**, erigere, extollere. Vergilius *Georg.* lib. II:

et ruit atram
ad caelum picea crassus caligine nubem.

---

2 Aen. VI, 44 || 4 III, 470 || 6 Georg. I, 324 || 8 Aen. X, 811 || 10 Lucilius l. XXX || 12 XI, 211 || 15 I, 84 || 18 I, 104 || 21 III, 2, 21 || 23 II, 308.

---

**3** Sibyllae *ed. Bas.;* sibille $Gen_2$, *L;* sibillae *B, H;* sebelle $Gen_1$. — **4** Verg. *om. ed. princ.* — **5. 6** ruit aequore turbo. et Georg. (lib. *M*) I *add. Quicheratus.* — **9** morit̃ eruis $H_1$; moriturer uis *pr. L.* — audis $Gen_1$. — **10** Lucil.; *cf. 273 l.* colligere, auferre. — **11** hoc *pro* huc; huc *Perottus pg. 755.* — omnia *supra add. in G.* — furtim. *f. interrogandi signum addendum.* — *olim editionem princ., in qua est* hec, *secuti scripseramus:* ruis haec et colligis omnia furtim. *quod ne nunc quidem displicet, sed ita, ut versus ad sequens lemma transferatur.* — **12** Ruere; Revertere $Gen_1$. — **15** Aen. *vid. secludendum.* — II *cdd. pr. B.* — **16** *om. B.* — **17** eurus nothusque *B;* erusque notusque $Gen_1$. — **18** complantare $Gen_1$. — Verg.; *cf. 164 l.* ruta. — **19** comminus *B;* cominus *A (in quo Vergilii exemplum postpositum Terentiano).* — **20** harenae *A, B.* — **21** adelfis *cdd. pr. B.* — **22** ceteros *Ter.;* $H_2$; citeros $Hs_1$; ciceros $Ho_1$; *rell. cum A, B.* — funderem *pulchre Guietus.* — **23** geor. *add. ed. a. 1476.* — **25** grassus $Gen_1$.

et Aeneidos lib. II:

vertitur interea caelum et ruit oceano nox.

‖ Ruere, dividere. Vergilius Aeneidos lib. I:

spumas salis aere ruebant.

RIGIDVM significat frigidum. Vergilius in Georgicon lib. II:

tellurem borea rigidam spirante moveri.

‖ Rigidum, erectum. Vergilius in Bucolicis:

tunc rigidas motare cacumina quercus.

et Georgicon lib. I:

et curvae rigidum falces formantur in ensem.

‖ Rigidum, durum. Vergilius Georgicon lib. III:

vestesque rigescunt
indutae caeduntque securibus umida vina.

RELATVM [dicitur] perlatum dictum a M. Tullio ad Caesarem iuniorem lib. I: sed haec videbimus, cum legati responsa rettulerint. ‖ Relatum, conversum. Vergilius lib. XI:

multa dies variusque labor mutabilis aevi
rettulit in melius. ‖

REDDERE, reponere. Plautus Mostellaria:

témpestás venít,
cónfringít tégulás ímbricésque; ibí
dóminus índíligéns réddere áliás nevúlt.

---

26 II, 250 ‖ 28 I, 35 ‖ 30 II, 316 ‖ 32 VI, 28 ‖ 34 I, 508 ‖ 36 III, 363 ‖ 39 M. Tullius ad Caes. iun. I ‖ 41 XI, 425 ‖ 1 I, 2, 27.

---

**26** *cf. 328 l.* involvere, tegere. — **27** ocaeano *Gen, L.* — **29** et sp. *Verg.* — **30** in *om. B.* — **31** movere *pars cdd. Verg.* — **32** erectum *in ras.* $L_1$. — **33** tum *B; Verg.* — quaercus *Gen, L.* — **34. 35** *post 38 collocavit Quicheratus. sed videtur illud* curvae *auctori Nonii causa extitisse interpretationis satis bonae. cf. Serv. Daniel. comm. in Aen. XII, 304.* — curbae *Gen, pr. L,* $H_1$. — formantur (curvantur *B*); *eadem interpolatio apud Serv. l. m.;* conflantur *Verg.* — **36** Verg.; *cf. 272 l.* caedere, frangere. — **37** rigent $Gen_2$; *L;* $H_1$; riguntur $Gen_1$; rigentur *B.* — **38** inductae *L.* — ceduntque *ed. Bas., non B.* — humida *B,* $H_2$, *G.* — **39—43** *haec si olim cum l.* Referre, *quod infra ponitur, fuerint iuncta, id quod non caret probabilitate, et subiecta v. 28 pg. 381, prima pars lemmatis ita concipienda:* [Relatum dicitur perlatum, indicatum.] Marcus Tullius *e. q. s.* — **39** dicitur *del. Quicheratus.* — *f.* Relatum dictum perlatum. M. Tullius. *certe ita solet loqui Non.* — *in A 39—43 ita contracti:* Relatum dicitur perlatum vel conversum. — **40** redtulerint $Gen_1$; retulerint *B, L, G.* — **41** lib. XI; *post haec in L eras. vv. 42, 43. relicua pars columnae vacat.* — *sequitur pg. 176 recta; in qua priorem partem obtinent 378, 29—379, 15. cf. comm. in 378, 29.* — **42** variique *pars cdd. Verg.;* variusque *et Macrob. VI, 2, 16.* — **1** Mustellaria *B;* $Gen_2$; $L_2$; *H; G.* — **4** reddere *om. B.* — nonvult *pr. A.*

381 M.

|| Reddere dicitur acceptum restituere. Terentius in Phormione:

siquís quid reddit, mágna habendast grátia.

|| Reddere, facere. Lucilius lib. XXVIIII:

pluteós excudet téctaque et testúdines
reddét.

|| Reddi, advehi. Vergilius lib. VI:

redditus his primum terris.

|| Reddere, exponere et dare. Plautus in Aulularia:

tibi egó rationem réddam, stimulorúm seges?

REMI sunt navales pedes, sicuti plerumque. || Remos remiges Vergili auctoritate possumus dicere, ut [in] lib. V:

quem deinde Cluanthus
consequitur, melior remis, sed pondere pinus
tarda tenet.

REFERRE, recensere. Vergilius in Bucolicis:

cogere donec oves stabulis numerumque referre
iussit.

|| Referre, adscribere. Varro Eumenidibus: forenses decernunt ut Existimatio nomen meum *in* insanorum numerum referat. || Referre significat perferre, indicare. Vergilius Aeneidos lib. II:

referes ergo haec et nuntius ibis
Pelidae genitori.

Lucilius lib. XXVI:

quód is intellegébat nosse *mé rem,* haud paucos réttuli.

---

5 I, 2, 6 || 7 Lucilius l. XXVIIII || 10 Aen. VI, 18 || 12 I, 1, 6 || 15 Aen. V, 152 || 19 VI, 85 || 22 Varro Eumenidibus || 24 II, 547 || 27 Lucilius l. XXVI.

---

5 formione *cdd. pr. B.* — **6** reddidit *B.* — **8. 9** excudet *M* (*prius* excutiet, *i. e.* rimabitur; excudit, *post cum Iun.* reddit *Quicheratus*); excutet *pr. G;* excutit *rell. cum A, B.* — testitudines *B.* — **10** reddi *Quicheratus;* reddere *v.* — **13** *cf. 395 l.* segetem — terram. — tibi enim *D ap. Pl.;* tibi egon *Wagnerus.* — **14** *cf. 461 l.* revocare pedem. — Remos; Remus *cdd. pr. B; $H_2$.* — regis *B, Gen, $H_1$;* remigis *L, G, non $H_2$.* — **15** Vergili $L_1$ (*m. 2* Vergilii); Virgili *Gen;* Virgilii *B, H, G.* — ut *f. delend.* — in *om. B, Gen, $H_1$.* — lib. V; *cf. 270 l.* consequi. — **16** quem *cdd. 270;* quam *h. l.* — cluanthus *$Gen_1$; $L_1$;* cloanthus *rell. cum B.* — **17** m. semis $L_1$. — pinis, *add. supra* ni *corruptelae signo, Gen.* — **19** censere *B, Gen, L, $H_1$.* — Verg.; *cf. 264 l.* cogere, in unum colligere. — **22** adscr. *et A, B;* asscribere *$L_2$;* ascr. *ed. Bas.* — Varro; *cf. 285 l.* decernere *ibique comment.* — **23** in *om. cdd. utrobique.* — Refferre *$Gen_1$.* — **24** significat; dicitur *A.* — **27** XXXVI *Gen, H.* — **28** his *B; $Gen_1$.* — intelligebat *Ald.;* intellegebar *cdd.* — nosse *F. Dousa;* posse (posse posse, *sed deleto altero, G*) *cdd.* — me rem *add. M.* — haud; ad *$L_1$;* aut *B, Gen, $H_1$.* — retuli *cdd. pr. Gen.* — *de coniuratione aliqua videtur agi. talia plura apud Luc.*

|| Referre, ostendere. Lucretius lib. I:

unde refert nobeis victor, quid possit oriri,
quid nequeat.

|| Referre, revocare. Vergilius lib. X:

ille pedem referens et inutilis inque ligatus
cedebat.

M. Tullius de signis: cum iam satis perspexisse videretur, tollere incipiunt, ut referrent. — idem de officiis lib. II: uti eo, unde digressa est, referat *se oratio*. — Plautus in Asinaria:

quó magi' te *in altúm* capessis, aéstus te in portúm refert.

|| Referre, reddere. Vergilius lib. || VIII:

o mihi praeteritos referat si Iuppiter annos,
qualis eram.

Lucilius lib. XXVIIII:

quod te íntromisi, grátiam referás mihi.

RIMARI dicitur scrutari, quaerere. Vergilius lib. XI:

et partis rimatur apertas.

idem lib. VII:

quod cuique repertum
rimanti, telum ira facit.

Pacuvius Atalanta:

cum incúltos pervestígans rimarém sinus.

Pacuvius† Iliona:

ut stágnorum humidórum rimarém loca.

---

29 I, 75 || 32 Aen. X, 794 || 35 II, 4, 28, 65 || 36 II, 22, 77 || 37 I, 3, 6 || 39 Aen. VIII, 560 || 3 Lucilius l. XXVIIII || 5 XI, 748 || 7 Aen. VII, 507 || 10 Pacuvius Atalanta || 12 Pacuvius Iliona.

---

**30** nobeis; nobis *cdd. Lucr.;* novus *cdd.* — dictor *id.* — quid *Lucr.; B;* qui *Gen,* $H_1$; quis *rell.* — **32** XI *cdd. cum B.* — **33** inque ligatos *B, Gen,* $H_1$; *item m. 2 L.* — **36** referent *B, Gen,* $H_1$. — uti *M;* ut in *B, Gen, pr. H;* ut *rell. cum Cic. libris.* — **37** egressa est *cdd. meliores Cic.* (degressa est *Lambin.*). — se oratio *om. cdd.* — Plautus; *cf. comm. in 247, 15.* — in *om. B.* — *ea quae sunt* **38—383, 1** (*ubi rursus* Plautus in Asinaria) *bis scripta in H; sed posterius posita del. m. 2.* — *atque his nullae additae correcturae.* — **38** te *om. B.* — in altum *h. l. om. cdd. cum A, B.* — *cet. cf. comm. in 247, 16.* — **39** Refferre *Gen, H secundo loco.* — VIIII *B.* — **4** intromissi *B.* — referas *I. Dousa;* referat (refert *pr. G*) *cdd.* — **6** parti $Gen_1$. — **7** XII *pr. B;* VI *H secundo l.* — **8** reppertum *L.* — **9** taelum *L.* — rimanti ira facit telum *B.* — **10** Athalanta *cdd.* — **11** rimarem *Montep.; A; Ribbeckius;* rimare $H_1$; rima, *tum ras., Genh;* rimari *B;* inrima $L_1$; inrimare $L_2$, $H_2$, *G.* — rimarer (*vel* inrimat) *Vossius; f.* rimaris *(quod falso Bernensi tribuit ed. Bas.), sive pro futuro habueris sive pro praesenti.* — sinus; Resinus sinus *Genh;* Resinus $L_1$; *hoc del. m. 2 et praemissum* sinus. — **12. 13** Pacuvius *Rothius* (*olim haud dubie fuit:* idem); accuius *L;* actius $H_1$;

382 M.

Varro lege Maenia:

*nos* ádmirantes, quód sereno lúmine
tonuísset, oculis caéli rimarí plagas.

‖ Rimari, expleri. Vergilius lib. VI:

rimaturque epulis habitatque sub alto
pectore.

‖ Rimari, inhabitare. Vergilius Georg. lib. I:

dulcibus in stagnis rimantur prata Cahystri.

RVMPERE significantiam habet manifestam. Vergilius lib. X:

rumpimus invitae tua vincula;

et plerumque. ‖ Rumpere, defetigare. Terentius in Hecyra:

ut me ámbulando rúmperet.

Afranius in Epistula:

ego mísera risu clándestino rúmpier.

Lucilius lib. XXX:

quae quondam populo risu res pectora rumpit.

idem lib. XXVII:

. . contentúrum, cum me rúperim, summa ómnia
fécerim *ima.*

---

14 Varro Lege Maenia ‖ 17 Aen. VI, 599 ‖ 20 I, 384 ‖ 22 Aen. X, 233 ‖ 24 III, 4, 21 ‖ 26 Afranius Epistula ‖ 28 Lucilius l. XXX ‖ 30 Lucilius l. XXVII.

---

accius *rell. cum B.* — Iliona *(ita Quicheratus):* ut *M* (ut *etiam Ribbeckius coniecit*); Ilione aut *v.* — humidorum *Vossius;* humorem *cdd.* — loco *B, Gen, $H_1$.* — **14** Varro; *cf. 369 l.* plaga, spatium inmensum *ibique comm.* — minia *B, Gen, L, $H_1$;* menia *$H_2$, G.* — **15** nos *om. h. l. cdd.* — **16** comuisset *C, Gen;* coniuisset *B.* — celi *G.* — **18** *n. N.; sed cf. Serv.* — oculis *cdd. pr. B.* — **21** stacnis *$Gen_1$;* staunis *L.* — rimatur *Gen; $L_1$; $H_1$; non B.* — Cahystri *ed. Bas.;* hystri *$L_1$;* caistri *$H_1$;* cahistri *B, Gen, $H_2$ (secundo l.* cahistri). — **23** rumpimus *et Serv. Daniel.;* rupimus *Verg.* — invitet etua *$L_1$; corr. $L_2$.* — vincla *$H_1$ (posteriore l.* vincula). — **24** ut pl. *$L_2$, $H_2$, G.* — defatigare *A, B.* — Hequira *$Gen_1$; $L_1$;* Hecyira *$L_2$.* — **26** Afran.; *cf. 503 l.* fervere. — epistola *B, $L_2$, G.* — **27** misera risu *L* (miser arisu); *$H_2$; G;* miser risu *$Gen_2$; $H_1$;* miseri sub *B;* miseri su *$Gen_1$.* — misere *Ribbeckius.* — clamdestino *Gen, L (in hoc addito puncto ex* m *factum* n, *sed id elutum), H* (clam destino *L, H*). — populi (populo *M*) risu res *Madvigius Advers. Crit. I, 73;* populi oris aures (auris *B, Gen, $H_1$;* auraes *G*). — pectore *pr. G.* — *olim nos:* quae quondam populis ora, aures, pectora rumpit; *idque ne nunc quidem displicet.* — **30** idem; *cf. 88 l.* contenturum *ibique comm.* — XXII (*pr.* XXIII), *supra add.* V, *G.* — **31. 32** *h. l. cdd.:* contentu (contemtum *L;* contentum *$H_1$;* contemptum *$H_2$, G*) cum me ruperint (cum eruperint *B, Gen, $H_1$;* cum me rumperient, *m. 2* rumperint, *G*) *cdd.* — ima *om. cdd. utrobique.* — *nugari videri Non. illudque* se rumpere *potius idem esse, quod* prorumpere, *iam de re m. 28 est monitum.*

|| Rumpere, dissicere. Vergilius in Bucolicis:

frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

|| Rumpere, retentum proferre, diu tacita dicere. Vergilius lib. X:

quid me alta silentia cogis
rumpere?

Terentius in Eunucho:

iámne rumpere hóc licet mi gaúdium? ....

|| Rumpere, introire. Terentius in Eunucho:

césso huc intro rúmpere?

ROGARE, poscere. Lucilius lib. XXVI:

férri tantum sí roget me, nón dem, quantum aurí petit;
sí secubitet, síc quoque a me, quaé roget, non ímpetret. ||

Plautus in Asinaria:

spéctandum necui† ánulum det néque roget.

|| Rogare dicitur precari [poscere]. M. Tullius in Verrinis, [in] Divinatione: rogare et orare ne eos supplices aspernarer. — Vergilius Aen. lib. VII:

litusque rogamus
innocuum.

|| Rogare, quaerere, scitari. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I: roga ipsum, quemadmodum ego eum Arimini acceperim. — Terentius in Andria:

---

33 VIII, 71 ‖ 35 Aen. X, 63 ‖ 38 III, 5, 2 ‖ 40 V, 5, 26 ‖ 42 Lucilius l. XXVI ‖ 1 IV, 1, 33 ‖ 3 1, 3 ‖ 5 VII, 229 ‖ 8 M. Tullius ad Caes. iun. I ‖ 10 I, 1, 96.

---

**33** discere $L_1$. — Verg.; *cf. 311 l.* frigidum, venenatum. — **35** *n. N.* — Verg.; *cf. 237 l.* altum, pressum. — **38—40** introire *m. 2 mrg. add. H priore loco.* — **38** eunocho $L_1$. — **39** iamn *Genh.* — erumpere *Ter.* — hoc (h̃) *ante* gaud. *pos. in B.* — mihi lacet (iacet *B, Gen,* $H_1$) *cdd. Non.;* licet mihi *Ter.* — **40** eunuco $L_1$. — **41** consesso huc *B.* — inrumpere *Donat.; deter. plerique Ter. libri.* — **42** Lucil.; *cf. 366 l.* petere. — **44** secubitet *Me;* secubit et (et *cum seq.* si *iunctum L*) *B, Gen, L, H, cd. Victor.* — sic *Gulielmius, Fruterius;* si *cdd.* — quoqueam aequae *pr. L.* — rogat *Gulielm.* — **1** Plaut.; *cf. 402 l.* spectare, inspicere. — **2** necui *cdd. etiam 402; item libri Plauti;* ne quoiquam *Pylades, Goetzius; qui tamen putat fortasse reponendum* ne quoii. — anulum; *cf. 402;* aullum *h. l.* (nec uia ullum *Gen, H*). — **3** precari *M;* deprecari *ed. Bas.;* dep̃cari (dep̃care *Gen,* $L_1$, $H_1$) *rell. — error ex praecedente vocabulo, quod plerumque per compendium scribitur* dr̃, *vid. ortus.* — poscere *secl. M; om. A cum sequentibus.* — M. Tull.; *cf. 360 l.* orare. — in Verrem Divin. *bene Quicheratus.* — **4** aspernarer *cdd. 360; h. l.* $H_2$; aspernaret (asperneret $H_1$) *rell.* — **5** Aen. *om. B.* — I *B; Gen; L;* $H_1$. — *f. fuit olim:* Verg. Aen. lib. XI (101): velati ramis oleae veniamque rogantes. idem lib. VII. — lib. VII; *cf. 325 l.* innocens. — **8** sciscitari *A; ut puto, recte.* — M. Tull.; *cf. 239 l.* accipere, tractare. — **9** eum ego *cdd. 239.* — arimimini *L.* — acciperem *B, Gen,* $H_1$. — roga — acceperim. *haec quo pertineant incertum. certe non de se loquitur Cicero.*

accedo ad pédisequas;
quae sít, rogo.

|| Rogare, instituere. M. Tullius in Philippicarum lib. II: ego ad eum belli civilis causam adtuli; ego leges perniciosas rogavi. — Lucilius lib. XXVIII:

consilium patriae legumque oriundu' rogator.

REMISSVM, laetum. M. Tullius de oratore: quis umquam res praeter hunc tragicas paene comice, tristis remisse? || Remissum significat concessum. Vergilius lib. X:

manibus et cineri, si quast ea cura, remitto.

|| Remissum, missum. Lucilius lib. XXVIIII:

cohibét domi
maestús se, Albinus répudium quod fíliae
remísit.

|| Remittere, delectare. M. Tullius in Hortensio: quaero enim non quibus intendam rebus animum, sed quibus relaxem ac remíttam. — idem de senectute: sed tamen est senis sermo quietus ac remissus.

RECIPERE, promittere, polliceri. Varro Bimarco: ebrius es, Marce. Odyssian enim Homeri ruminari incipis, cum περὶ τρόπων scripturum te Seio receperis. || Recipere, extinguere, prosternere. Vergilius lib. VIIII:

---

13 II, 29, 72 || 15 Lucilius l. XXVIII || 17 III, 8, 30 || 19 Aen. X, 828 || 21 Lucilius l. XXVIIII || 25 M. Tullius Hortensio || 27 9, 28 || 29 Varro Bimarco || 32 Aen. IX, 347.

---

11 pedis aequas $L_1$; petissequas $Gen_1$; pedissequas *rell.*; *B.* — **13. 14** in filippicis (ph. *B*) *cdd.* — ad eum *Me*; ad eam *B, Gen, C*; ad illum *cdd. Cic.* — attuli *B, L, G.* — pernitiosas *B*; $Gen_1$. — **15** XXVIII *M*; XXVII *cdd.* — **16** oriundis *B, Gen,* $H_1$; oriunđ *G.* — progator $L_1$; $H_2$ *(sed delet.)*; *G*; propagator $L_2$; orator *B.* — **17** M. Tull.; *cf. 513 l.* hilare. — **18** praeter (a *del. in L*) huc *cdd. h. l.* — poene $L_2$; *H* (*pr.* poenae); *Gen*; *B.* — comite *B.* — tristis *supra scr. B.* — *Cic.:* quis umq. r. pr. h. tr. p. com., tristes rem., severas hilare, forenses scenica prope venustate tractavit? — **20** si quest *Gen,* $H_1$; si qua est *rell.* — **21** Lucil.; *cf. 350 l.* maestum, triste. — **23** mestus *B.* — *f. comma ponendum post illud* Albinus *ac Nonii stupore in sequentibus omissum subiectum.* — **25** M. Tullius; *cf. 329 l.* intendere, innectere *ibique comm.* — **26** sed qui *B, Gen,* $H_1$. — relaxare $L_1$. — remmitam *L*; remitam $Gen_1$. — **27** est decorus (*vel* decorus est) senis sermo *cdd. Cic.* — quietus et rem. *idem.* — **29** Recedere *cdd. pr.* $H_2$. — repromittere *B, Gen, pr. H.* — Varro; *cf. 480 l.* ruminat *ibique comm.* — vimarce (VI marce *B, Gen*) *cdd.* — *ante* ebrius *septem litt. spat. vacat in G.* — **30** *illud* Marce *nescio an ex praecedentibus irrepserit.* — odissian *G.* — homera *B.* — rumirari $L_1$; rumeari $H_1$; rumerari *B*; *Gen.* — ruminare *probabiliter Klussmannus.* — περὶ τρόπων *Ald.*; perit ropon (peri tropon *B, qui prius* peri topon; $H_1$; *ed. Bas.*) *cdd.* — **31** *illud* Seio *(ita ed. Bas.) suspensum a* scripturum. — scio *Ald.* — recaeperis *Gen,* $H_1$ (te seiore caeperis $H_1$).

totum cui conminus ensem
condidit adsurgenti et multa morte recepit.

|| Recipere dictum est [datum] accipere. M. Tullius de officiis lib. III: Cyrsilum || quendam, suadentem ut in urbe manerent Sersemque reciperent, lapidibus obruerunt. — Varro Meleagris: quem idcirco terra non cepit et caelum recepit. || Recipere, revocare. Lucilius lib. XXVIIII:

primum éx advorso síquod est cenáculum,
quo récipiat te.

Vergilius Aen. lib. II:

sic fata recepit
ad sese.

M. Tullius de officiis lib. III: qui cum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus. || Recipere, exceptum facere. Plautus Trinummo:

'úbi nunc adulescéns habet?' —
'postículum hoc recépit, cum aedis vénderet.'

Cicero de oratore lib. II: set dicis te, cum aedes venderes, ne in rutis quidem et caesis solium tibi paternum recepisse.

---

35 III, 11, 48 || 2 Varro Meleagris || 4 Lucilius l. XXVIIII || 7 II, 524 || 10 III, 10, 45 || 12 I, 2, 156 || 15 II, 55, 226 (Crassus).

---

33 totum $L_1$; *ed. Bas.*; tum *rell. cum B.* — comminus $L_2$, *B.* — ensen *Gen*$_1$; $L_1$. — 34 recepit *recte per* eduxit *explicat Serv.* — 35 Recepere *Gen*$_1$; $L_1$. — *nullum lemma, ut vid., in libris.* — datum *secl. M.* — *post* acc. *add. cdd. novo lemmate:* Recipere, accipere; *om. ed. princ.* — M. Tullius; *cf. 349 l.* manere. — 1 gyrsilum $L_1$; cirsilum *pr. H.* — quondam *G.* — suadente *B, Gen, P.* — maneret *cdd. h. l.* — 2 xersemque $L_2$, *G*; *non B.* — reciperunt *Gen*; $H_1$; receperunt *B.* — obruerunt; cooperuerunt *minus bene quid. libri Baiteri.* — Varro; *cf. 252 l.* capere est tollere *ibique comm.* — 3 quom *pr. B.* — caepit *Gen, L,* $H_1$; coepit *B.* — celum *G.* — recipit *cdd. h. l.* — vocare *B.* — *vid. haustum* referre; *cf. 384, 26.* — 5 primo *Gen*; $H_1$; proximo *B.* — adverso *B, G.* — caen. *cdd. pr. G.* — recipiat te; *pr. nos* recipias te *vel* recipiare. — *ac neutrum displicet; quamquam potuit N. culpa omitti subiectum sequens. cf. comm. in 383, 23.* — *illud autem* recipiat *cur alia atque* accipiendi *significatione adhibitum esse dicam non habeo.* — 8 sic ore effata *Verg.* — fata *etiam B*; effata $H_2$, *G.* — recipit *Gen, L,* $H_1$, *non B.* — 9 ad se $L_1$. — 10 recipisset *Gen*; $L_1$; *H*; *non B.* — 11 admiratus; admiratum *ed. Bas.*; adiratum *B, Gen,* $H_1$; etadiratum *L*; et admiratum $H_2$. — finem tirannus *B.* — 11. 12 Recipere, exceptum facere. Plautus; *cf. 54 l.* recepticium *ibique comm.* — 13 aduliscens *Gen*$_1$. — 14 edis *B, Gen.* — vinderet *Gen*$_1$; $L_1$. — vendidit *cdd. pg. 54 cum Plauti libris.* — 15 Cicero; *cf. pg. 54 cum comment.* — sed *cdd. pg. 54*; et *h. l. et 164 s. l.* ruta. — edes *B*; ades *Gen*$_1$. — vendere *cdd. hic.* — 16 ne in putes *B, Gen,* $L_1$, $H_1$, *ed. Bas.*; ne imputes $L_2$; ne im *(sic)* rutis $H_2$. — *cdd.:* caesi (caesis $H_2$) solum. — recipisse *Gen, L, H*; *non B.*

REDVNDARE, redire. || Redundare, abundare, superesse. Lucilius lib. XXVIII:

primó redundat aúrum ac thensaurí patent.

M. Tullius de officiis lib. III: nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant. — et in Ortensio: tum intellegas quam illud non sit necessarium quod redundat.

REDIRE manifestam habet significantiam; ut Terentius in Andria:

redeo inde irátus atque aegré ferens.

|| Redire, referri, revocari. Lucilius lib. XXVII:

sí non tamen ad te hóc redibit, tu hóc carebis cónmodo.

Vergilius Georg. lib. II:

redit agricolis labor actus in orbem.

RVRSVS significat iterum. Vergilius Aen. lib. II:

rursus in arma feror.

|| Rursus, retro. Vergilius in Georg. lib. III:

rursus cura patrum cadere.

Varro Andabatis:

mortáles multi rúrsus ac prorsús meant.

Ennius Andromeda:

.... rúrsus prorsus réciprocat || fluctús fera.

---

17 Lucilius l. XXVIII || 20 III, 1, 3 || 21 M. Tullius Hortensio || 24 I, 1, 110 || 26 Lucilius l. XXVII || 28 II, 401 || 30 II, 655 || 32 III, 138 || 34 Varro Andabatis || 36 Ennius Andromeda.

---

17 Red., redire. 'hoc vero sine exemplo. et aliquem abusum notat Noniani saeculi' *Me.* — dire. Redundare *in mrg.* $Gen_2$. — red. Red. *om. A.* — habundare *A.* — supere esse *Gen;* $H_1$. — 18 XXVIIII *B.* — 19 primo *om. A.* — redundat *idem; Montep.;* redundant *C, Gen, B.* — thesari $H_1$. — tens. $Gen_1$; $L_1$; tes. *B;* $Gen_2$; thes. $L_2$; $H_2$; *G.* — 21 hort. *cdd. pr.* $L_1$. — 22 redundant *Gen,* $H_1$. — 23 significationem $Gen_1$. — ut *om. A.* — 25 egre *Gen;* haecre *A.* — 26 referi $Gen_1$; referre *A.* — 27 ad te tu, *sed del.* tu, *G.* — hoc ad te *B.* — hoc *pro* huc *positum probabiliter statuit Me.* — redibit *Me;* redivit *cdd.* — tum *f. Gen; pr. H;* tu *supra add. in G.* — conmodo *Gen,* $L_1$, *H.* — 29 agricoli $Gen_1$; $L_1$. — 31 rursus significat $Gen_1$; rursus in arma feror $Gen_2$. — *v. om. B spatio relicto.* — 32 Rursus, contra, vicissim *Quicheratus, illo* Rursus, retro *traiecto in v. 34.* — *cf. Serv. ad Aen. IV, 534.* — Rursus significat retro *B.* — 33 rursus *in loco Vergilii* contra *significare recte monet Philargyrius.* — *sed auctor Nonii videtur accepisse* rursus *similiter dictum ac* retro *Aen. II, 169* ex illo fluere ac retro sublapsa referri spes Danaum; *ubi cf. Serv.* — 34 Andabatis; batis *B, Gen,* $L_1$, $H_1$. — 35 porsus *G (nihil a se adnotatum dicit Riesius).* — 36 Ennius (aennius *H*); *cf. 165 l.* reciproca. — 1 porsus *G.* — recipiprocat *pr. L.* — fera *Bergkius;* feram *cdd.*

RVMOR, ut plerumque, opinio est. Sallustius Hist. lib. II: ad hoc rumoribus adversa in pravitatem, secunda in casum, fortuita in temeritatem declinando conrumpebant. || Rumor, favor, auxiliatio. Vergilius lib. VIII:

ergo iter inceptum peragunt rumore secundo;

hoc est: prospero favore et auxilio fluminis. — Fenestella Annalium lib. XXII: itaque ut magistratum tribuni inierunt, C. Cato, turbulentus adulescens et audax nec imparatus ad deicundum, contionibus adsiduis invidiam Ptolomaeo simul, qui iam profectus ex urbe erat, et Publio Lentulo consuli, paranti [iam] iter, concitare secundo quidem populi rumore coepit. — Ennius Annalium lib. VII:

legio rediit rumore *secundo.*

*idem:*

ruina
mox auferre domos populi rumore secundo.

## INCIPIT PER S LITTERAM.

SVBLATVM, susceptum. Vergilius lib. VIIII:

Troiaeque labore
sublatum erudiit.

---

2 Sallustius Hist. II || 5 Aen. VIII, 90 || 7 Fenestella Annal. XXII || 12 Ennius Annalium VII || 14 Ennius || 18 Aen. IX, 202.

---

2 lib. II. *de Sertorio agi adnotarunt docti.* — 2. 3 ad hec *ed. princ.* — in casu *B, Gen.* — fort. *M;* fortunam *v.* — *recte dicit Kritzius intercidisse obiectum velut* exercitum *sive* bonam Sertorii famam. *atque id Nonii culpa interrupta temere oratione omissum probabile.* — Rumor, favor, auxiliatio. — *n. N.* — *mira etiam Servius de Verg. loco.* — 6 incoeptum *B, Gen.* — peragunt; celerant *B; plures V. libri.* — *illud* peragunt *(ita et Macrob. VI, 1, 37) videtur irrepsisse ex Aen. VI, 384.* — 7 prospera *Gen*$_1$. — Fenastella *Gen*$_1$. — Annali *cdd.; om. A, qui habet* libro XXII. — 8 magistrati $L_1$. — C. *om. A, B, Gen,* $H_1$*; Montepess.* — 9 imperatus *Montepess., A, G.* — ad deicundum *M;* ad dicendum *Ald.;* ad deiciendum *cdd. cum A, B.* — contionibus *Me* (initio concionibus *Iun.*); initionibus *cdd. cum B.* — 10 adsiduis $L_1$*;* absiduis *B, Gen,* $H_1$*;* ass. *rell.* — inv. *M;* invidiam et *Me;* invideat et *cdd.* — ptolomeo *L;* tholomeo $H_2$*;* plemeo *B, Gen,* $H_1$*;* Ptolemeo *ed. Bas.* — initionibus — Ptol. *om. A, Montep.* — simul qui iam *L;* simul iam *A; B; Gen;* $H_1$*; Montep.;* qui iam $H_2$*; G.* — 11 lentuloco consuli *B, Gen, pr. H.* — parenti *A, B, L, P, Gs; Montepess.;* paranti *Hqos; Me; ed. Bas.* — iam *secl. M.* — concitare *Me;* cogitare *cdd. cum A, B.* — 12 Annali *cdd.* — 13—16 *conflata duo Ennii exempla intellexit Me; qui tamen minus bene cetera.* — 13 rediit *Vahlenus;* redditu (redditur umore *Gen,* $H_1$) *C, Gen;* redditui *B.* — secundo *add. M.* — 14 idem *add. M.* — 15 ruina (*vel* ruineis) *M;* ruinas *cdd.* — 16 mox *om. B.* — ferre *B.* — domos *om.* $L_1$. — popoli *pr. L.* — 17 *om.* $H_1$. — 18. 19 labore *L;* labores *rell.* — oblatum *Gen,* $H_1$. — *Vergilii haec sunt:* Argolicum terrorem inter Troiaeque labores subl. er.; *quae videntur Nonii culpa truncata.*

385. 386 M.

|| Sublatum dicimus remotum. Vergilius lib. XII:

sine me haec haut mollia fatu
sublatis aperire dolis.

M. Tullius in Philippicarum lib. I: non modo regno, sed etiam regni timore sublato. — Lucilius lib. XXX:

sublatus pudor omni', licentia fenore fervit.

M. Tullius de officiis lib. III: sustulit quos opstare intellegebat. || Sublatum, erectum. Vergilius lib. V:

sublataque procul dextra conixa coruscat.

Terentius Hecyra:

quia paúlum vobis áccessit pecúniae,
subláti animi sunt.

Lucilius lib. XXX:

hic ut muscipulae tentae adque ut scorpiu' cauda
sublata.

M. Tullius in Ortensio: * * * eloquentiam tueri, quam tu in caelum, Ortensi, credo, ut ipse cum ea simul ascenderes, sustulisti. ||

SVFFICIT significat consuetudine sat est. Vergilius Aen. lib. XII:

idque diu, dum terga dabant palantia Teucri,
suffecit.

|| Sufficit, subministrat. Vergilius in Aen. lib. II:

---

21 XII, 25 || 24 I, 2, 4 || 25 Lucilius l. XXX || 27 III, 9, 38 || 28 Aen. V, 642 || 30 III, 5, 56 || 33 Lucilius l. XXX || 36 M. Tullius Hortensio || 1 XII, 738 || 4 II, 617.

---

**21** Verg.; *cf. 319 l.* haurire, accipere. — **22** haut; aut $Gen_1$; $L_1$; haud *rell. cum B.* — fatus $Gen_1$; *pr. L.* — **23** dolus $Gen_1$; *pr. L.* — **24** in filippicis (ph. *B*) *cdd.* — II *B.* — non modo regno, quod pertuleramus, sed *Cic.* — **26** fenore fervit *M;* fenus referuntur *B, Gen,* $H_1$; f. refertur *rell.* (infertur, *supra* in *scr.* re, *G*). — fenore fertur; *i. e.* quo minor antea fuit licentia, eo gravius nunc accrevit. — **27** obstare *Cic.;* optare *L, Gen, B;* obtare *H, ed. Bas.* — intellegat *B.* — intell.; arbitrabatur *cdd. Cic.* — **28** Verg.; *cf. 327 l.* iacere. — **29** conexa *cdd. utrobique.* — **30** in Hecyra *B.* — Haecyra *Gen, H.* — **31** paululum *B; item Bembin. ap. Ter. cum aliis nonnullis.* — **32** sublati animi sunt. *ita et Ter. cdd.* — *sed vitium latere probabile reddit res m.* — *iustos reddit numeros ut puta illud:* animi sunt sublati. — **33** Lucil.; *cf. 181, 30 sqq.; 264, 12 sqq. cum comment.* — **34** hic *om. B, Gen,* $H_1$. — tantae (tante *G*) *cdd. h. l.* — atque *cdd. pr.* $L_1$. — scorpios *cdd. bene 181; 264.* — **36** ortensio $L_1$; hortensio *rell.* — *ante* eloquentiam *(ita Iun.;* eloquentia *cdd.) sive Nonii sive librariorum opera quaed. hausta.* — **37** caelo $H_2$; *Me.* — ortensi *B; Gen;* $L_1$; ortesi $H_1$; hortesi $H_2$; hortensi *rell.* — simul *om. B.* — ascenderes *Me;* ascenderis *cdd. cum B.* — sustulisti *M;* sustulisset *L;* $H_2$; sustulisse *rell. cum B;* sustulisses *Ald.* — **1** satis *A, B.* — Aen. *om.* $L_1$. — **2** diu dum *Verg.;* dudum *cdd.* — dab. *om.* $L_1$. — **3** sufficit *(ut pars libr. V.)* $L_1$; *ed. Bas.; Me errore operarum;* sufficiat *rell.*

ipse pater Danais animos viresque secundas
sufficit.

|| Sufficit, durat. Vergilius lib. V:

nec nos obniti contra nec tendere tantum
sufficimus.

et lib. VIIII:

nec sufficit umbo
ictibus.

|| Sufficere, *mutare* [ab] inficiendo. M. Tullius in Ortensio: ut i qui conbibi purpuram volunt sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam.

SVSPENSVM, placidum, silens. Terentius in Phormione:

hóc ubi ego audivi, ád fores
súspenso gradú placide ire pérrexi . . . . .

|| Suspensum dicitur alte ligatum. M. Tullius in Verrem, *Frumentaria: hominem corripi ac suspendi iussit in oleastro quodam.* — *idem pro Rabirio:* caput obnubito, arbori infelici suspendito. — Vergilius lib. V:

quo tendant ferrum, malo suspendit ab alto.

|| Suspensum, sollicitum. Vergilius Aen. lib. II:

suspensi Eurypylum scitatum oracula Phoebi
mittimus.

M. Tullius [in] Philippicarum lib. VII: aberrat a sententia suspensus [a] curis maioribus.

---

7 Aen. V, 21 || 10 Aen. IX, 810 || 13 M. Tull. Hortensio || 16 V, 6, 26 || 19 II, 3, 23, 57 || 21 4, 13; cf. comm. || 22 Aen. V, 489 || 24 II, 114 || 27 VII, 1, 1.

---

5 animus $L_1$. — veresque $L_1$; virosque *Gen*, $H_1$. — secundus $L_1$. — 8 obliti *Gen; L;* $H_1$. — 13 mutare *add. M.* — [ab] inficiendo *M;* abiciendo *L;* ab inficiendo $Gen_2$; *H; G;* ab infiendo *B;* $Gen_1$. — *latet aliquid.* — M. Tullius; *cf. 521 l.* inbuere. — hortensio *cdd. pr.* $L_1$. — ut i; uti *cdd. 521;* ut hi *h. l.;* ut ii *Ald.* — 14 concubibi $Gen_1$; concubili *B;* convivi *L*, $H_2$, *G.* — volunt *cdd. 521; h. l. L:* tuo; *et ita* $H_2$; *G; om.* $H_1$; vo *Gen;* vos *B.* — sufficitunt *Gen*, $H_1$. — lanam *libri 521; h. l.* sane (sanae $Gen_1$; saneme *L*, $H_2$, *G*). — medicantis *Gen;* $H_1$; medicatis *B.* — 16 formione *cdd. pr. B* (in f. *in mrg.* $Gen_2$). — 18 irae $Gen_1$. — 19 legatum $Gen_1$; $L_1$. — 19—21 *ex oratione pro Rabirio perduellionis reo petitum exemplum quod infra sequitur intellexit Mercerus. ex Verrinis locum ductum indagavit Quicheratus. — sane alibi Nonius Rabiriana non est usus nisi semel, 51, 27, loco tracto ex Gellio.* — 21 arbor *cdd. cum B.* — suspendito *v. ap. Cic.; sed cf. Halmii comm. in h. l.;* suspenditur (suspendit *B, Gen*) *cdd.* — 23 ut quo *L.* — 25 erypilum (eripylum *L*) *cdd. cum B.* — scitantem *pars cdd. Verg.; idque exquisitius; cf. II, 111.* — foebi *cdd. pr. B.* — 27 in *om.* $L_1$. — felipp' *L;* filipp *Gen, H;* filippicis *ed. Bas.;* philippicis *B.* — tamen animus ab. *Cic.* — aberat *cdd.* — 28 a *om. Cic. libri.*

SPECIES dicitur effigies, facies. Livius Aegistho:

iamne óculos specie laétavere optábili?

|| Species, factum, spectaculum. Vergilius in Aen. lib. II:

non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus.

|| Species, imago. M. Tullius de officiis lib. III: cum sit is, qui [his] *id solum* bonum iudicet quod honestum; quae autem huic repugnent specie quadam utilitatis. || Species, pulcritudo. Varro Eumenidibus:

quae cásta vestis, aétas quae aduliscéntium?
quae géneris species?

SEGNE dicitur tardum. Vergilius in Georg. lib. III:

en age, segnes
rumpe moras.

|| Segne, dissimile. || Vergilius Aen. lib. IIII:

haut illo segnior ibat
Aeneas.

SALTVS consuetudine a saliendo dicitur. Vergilius lib. VIIII:

tum demum praeceps saltu sese omnibus armis
in fluvium dedit.

|| Saltus, campi spatium. Vergilius in Georg. lib. III:

saltibus in vacuis pascunt et plena secundum
flumina.

SVBIECERE est subtus iacere, subponere. Vergilius Georg. lib. IIII:

---

29 Livius Aegistho I || 31 II, 407 || 33 III, 3, 12 || 35 Varro Eumenidibus || 39 III, 42 || 1 IV, 149 || 4 Aen. IX, 815 || 7 III, 143 || 10 IV, 303.

---

**29** Livius; *cf. 132 l.* laetari. — luvius *Gen; $H_1$.* — in Egisto *ed. princ.;* egisthi *cdd. cum B.* — **30** laetavere *M;* laetaviri (letaviri *L;* laeta viri *H;* leta viri *A*) *cdd. h. l.;* letavisti *fere 132.* — *illud* laetavere *videtur verius.* — obtabilis *A, Montepess.* — **33** cum *Cic.* (sed cum); tum *cdd.* — quia *cdd.* — **34** his *ex superioribus irrepsit.* — id *(om. cd. Bern. 514 Cic.)* solum *om. cdd.* — iudicis *$Gen_1$.* — onestum *L.* — honestum sit *cdd. Cic.* — autem; cum *A, B.* — huc *A, B, Gen; pr. H.* — **35** utilitatis; *seq. ap. Cic.:* eorum neque accessione meliorem vitam fieri nec decessione peiorem. — pulchritudo *A; Gen; H; ed. Bas.; non B.* — Varro; *cf. 267 l.* castum *cum comm.* — **37** aetas, *tum ras.,* q. *Gen;* aetas q. *$H_1$.* — aetas q., *supra scr.* a, *B.* — adulescentium *cdd. cum B pr. L.* — **38** que *Gen, $H_1$; non B.* — generis *M (quia ex viris facti esse videbantur feminae; cf. Catulli Attis);* teneris *L, $H_2$, G;* tenebris *B, Gen, $H_1$.* — **39** Signe *$Gen_1$; $L_1$.* — Verg.; *cf. 33 l.* ignavum et segne. — **40** in *$Gen_1$; L.* — segnes; se unum *$Gen_1$;* segnis *cdd. 33.* — **41** mores *G.* — **1** *n. N.* — **2** aut *$L_1$;* haud *rell.* — **4** VIII *cdd. cum B.* — **7** Verg.; *cf. 389 l.* secundum, iuxta; *531 l.* secundum; *ubi alio fonte usus N.* — **8** pascant *pars cdd. V.* — plana *L; cf. 531.* — **10** Subicere *cdd. pr. $L_1$.*

et ramea costis
subiciunt fragmenta.

et lib. XI:

caudamque remulcens
subiecit pavitantem utero.

M. Tullius in Philippicarum lib. II: cervicisque suas ei subiecit securi, qua multi minoribus in peccatis occiderunt. || Subicere, susum iacere; excrescere. Vergilius in Bucolicis:

quantum vere novo viridis se subicit alnus.

et in Georgicon lib. IIII:

ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.

et lib. XII:

aut corpora saltu
subiciunt in equos.

SERVARE, liberare. Vergilius Aen. lib. III:

servatum ex undis Strophadum me litora primum
accipiunt.

|| Servare dicitur custodire, tueri. Vergilius in Aen. lib. II:

servate domum, servate nepotem!

et lib. VII:

sola domum et tantas servabat filia sedes.

|| Servare, sollicite et suspiciose observare. Lucilius lib. XXX:

quid servas quo eam, quid agam? quid id attinet ad te?

Plautus [in] Asinaria:

tuu' sérvus servet, Vénerine eas det án vero.

Vergilius in Georgicon lib. I:

quod superest, caeli menses et sidera serva.

---

14 XI, 812 || 17 II, 21, 51 || 19 X, 74 || 21 IV, 385 || 23 XII, 287 || 26 III, 209 || 29 II, 702 || 31 Aen. VII, 52 || 33 Lucilius l. XXX || 35 IV, 1, 60 || 37 I, 335.

---

12 tramea *pr. L.* — 13 fragmanta *H.* — 15. 16 cadamque — pavitatem $Gen_1$. — 17 in filippicis (ph. *B*) *cdd.* — cervicesque *B.* — 19 Subieceris usum, *m. 2* Subiceres usum, *Gen.* — excrescere; subjici, excrescere *Quicheratus. sed Nonium, qua est diligentia, in paraphrasi activis verborum significationibus iungere passivas iam alibi vidimus.* — 19—22 Verg. *e. q. s.; cf. comm. in 169, 5. 6. 7. 8.* — 20 alnus *in ras.* $H_1$. — 22 tecta *pr. L.* — subiaecta, *tum ras. duar. litt. H.* — 27 strofadum *cdd. pr. B.* — littora *ed. Bas.* — 33 suspitiose *B.* — servare $Gen_1$. — 34 *cf. Luc. XXX, 21; 22.* — id *om. A, B, Gen,* $H_1$. — adtinet *A; Gen; H;* ait. *rell.* — 35 in *om.* $L_1$. — 36 servae tuae nerinae eas *B.* — venerine as $Gen_1$. — vero *pro* viro. — 37 in; aen. in $Gen_1$. — 38 quod superest; hoc metuens *Verg.* — *sane illud haud infrequens apud didacticos, maximeque in principio versus. cf. Georg. II, 346; IV, 51; Lucr. I, 50; III, 350 al.*

387. 388 M.

quod est Menandri:

*τηρῶ τὸν Δία*
*τὸν αἰγίοχον.*

|| Servare, inhabitare, possidere. Vergilius [in] Georg. lib. IIII:

centum quae silvas, centum quae flumina servant.

et:

inmanem ante pedes hydrum || moritura puella
servantem ripas.

|| Servare, tenere. Vergilius lib. VII:

curvam servans sub imagine falcem.

SVPREMVM significat extremum. Vergilius lib. XI:

qui supremum comitentur honorem.

|| Supremum, rusum altum. Vergilius [in] Georg. lib. IIII:

clamore supremos
inplerunt montis.

|| *Supremum, summum.* Terentius in Adelphis:

pró supreme Iúppiter!

Plautus Amphitryone:

út Iovis suprémi multis hóstiis pacém petam.

---

39 Menander || 42 IV, 383 || 44 Georg. IV, 458 || 3 Aen. VII, 179 || 5 XI, 61 || 7 IV, 460 || 10 II, 1, 42 || 12 V, 1, 75.

---

**40. 41** ‘mihi veteres et fugientes iam ac prope exoletos literarum male exaratos ductus rimanti visum est scriptum fuisse *τηρῶ τὸν δία, τὸν αἰγιόχον*’ *(sic) Turneb. Adv. XXIX, 2; τηρωτοναιατοντατιοχω Gen; H. in H tertium τ radendo mutatum in ι. — τηρογοναιατωντλτιοοχο B; τηρωτον* (*τηρῶ τὸν ed. Bas.*) *αια* (*Δία ed. Bas.*) *νοντατιοχω L, ed. Bas.; cd. Victor. auctore Mercero, quem tamen falli existimo: τηρωτονηλιονταποχω* (*τηρῶ τὸν ἥλιον τάποχω*). — *τηρῶ τὸν Δία ὄοντα πολλῷ Porsonus; at ipsi apices, quos adposui, vix aliud quam quod Turnebus sibi visus est eruere commendare videntur. — τηρῶ τὸν ἥλιον τά τ’ ἄστρα male Ald.; Iun.* — **42** in *om. B, Gen, L, P.* — **1** inanem *B.* — inmanehant pedes, *m. 2* immanem *(ita et ed. Bas.)* ante pedes *L.* — **2** s. r.; *add. Verg.:* alta non vidit in herba. — **3** Verg.; *cf. 329 l.* imago *ibique comm.* — georg. lib. II *B; cf. Georg. II, 524.* — **4** curbam *Gen*, $L_1$, $H_1$. — **5** Supremum; pre *ubique L; A; ed. Bas.;* p̃ *Genh pr. v. 5 et 8; item H pr. v. 5; Bh pr. 6; 7; 13. — duplex* p *L 5; 7; Genh ubique pr. 5 et 8; numquam Bh;* $H_1$; *at* $H_2$ *5; 7.* — uirgt *m. 2 in mrg. add. H; om. Genm.* — **7** rusum *M;* susum *cdd.* — in *om. B; Gen;* $H_1$. — **8** suprēmus (us *m. 2 mutat. in* os) *Genh;* supremo *pr. B.* — **9** montes *A, B.* — **10** Suprėmum, summum *add. M.* — adelfis *cdd. pr. B.* — **11** iupiter *A.* — **12** Plaut.; *cf. 460 l.* pacem. — **13** hostis *h. l. cdd. pr. B.* — expetam *cdd. 460; libri Plauti.*

SAEVVM, iratum. Vergilius Aen. lib. I:

et saevum ambobus Achillen.

|| Saevum dicitur inmite. Vergilius Aen. lib. I:

saevae memorem Iunonis ob iram.

Lucilius lib. XXX:

et saevo ac duro in bello multo optimus hostis.

idem lib. XXVI:

quódque te in [te in] tranquíllum ex saevis tránsfers tempestátibus.

|| Saevum, forte. Vergilius Aen. lib. I:

saevus ubi Aeacidae telo iacet Hector.

|| Saevum, potens. Vergilius Aen. lib. I:

non illi imperium pelagi saevumque tridentem,
sed mihi sorte datum.

|| Saevum, durum. Vergilius lib. V:

cum saevo e scopulo multa vix arte revulsus.

Lucilius lib. XXX:

aque tuis factis saevis et tristibu' dictis.

SVPERARE est vincere. Terentius in Eunucho:

súperat ipsam Tháidem.

Vergilius in Bucolicis:

quid si idem certet Phoebum superare canendo?

|| Superare, abundare. Vergilius in Georg. lib. I:

si superant fetus, pariter frumenta sequentur.

|| Superare, vivere, superesse. Vergilius in Aen. lib. III:

quid puer Ascanius? superatne et vescitur aura?

---

14 I, 458 || 16 I, 4 || 18 Lucilius l. XXX || 20 Lucilius l. XXVI || 22 I, 99 || 24 I, 138 || 27 Aen. V, 270 || 29 Lucilius l. XXX || 31 II, 1, 25 || 33 V, 9 || 35 I, 189 || 37 III, 339.

---

14 Saevum. ae *ubique C, Gen, B exc. ubi aliud notabitur. — cet. in A totum l. sic contractum:* Saevum, iratum vel inmite. Virg.: et saevum ambobus Achillem. Saevum, durum. — 15 saevum; immitem *potius quam* iratum. — ambobus, *sed* bus (bu *Bm*) *eras., B.* — achillem *A; Bh;* $H_1$*;* anchillen *Genh* (anchillem *Genm*). — 17 memoris $Gen_1$*;* $L_1$. — 18 Luc.; *cf. 285 l.* durus, nocens. — 19 sevo *G (ut et 285).* — 21 te in *Ald.; et ita B;* te in te in *C, Gen.* — ex evis, *m. 2* ex sevis, $L_1$ *cum Gen;* ex aevis $H_1$*;* eius *B.* — transfers *I. Dousa; Me;* transfer *cdd.* — transfert *non bene* $Me_1$. — 23 eacidae (eacide *Gen, H*) — haector *cdd. cum B.* — 29 Lucilius *(om.* $L_1$*); cf. 409* triste, crudele *ibique comm.* — 30 aque *M;* aquae *B, Gen,* $H_1$*;* idque $H_2$*; G;* itque $L_1$*;* itaque *cdd. 409.* — saevus *B, Gen,* $H_1$*;* sevis *G.* — 32 haec superat *Ter.* — 34 qđ, *supra scr.* i, *H;* quod *etiam* $L_1$. — certet (certe *Gen, H,* $L_1$) foebum *C, Gen;* phoebo certet *B.* — 35 habundare $Gen_1$. — 36 si *om. Gen;* $H_1$. — foetus *B, Gen,* $L_2$*, H, G.*

388. 389 M.

et [Aen.] lib. II:

satis una superque
vidimus excidia et captae superavimus urbi.

|| Superare, suppetere. Vergilius || Georg. lib. III:

praeterea superat gregibus cum laeta iuventus.

|| Superare, ascendere. Vergilius in Georg. lib. III:

superant montis et flumina tranant.

et:

gravido superant vix ubere limen.

|| Superare, occidere. Vergilius Aen. lib. I:

clam ferro incautum superat.

STRATVM significat iacens. Vergilius Georg. lib. IIII:

sternunt se somno divorsae in litore phocae.

|| Stratum, deiectum. Vergilius lib. X:

sternitur infelix Acron.

et in Bucolicis:

strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma.

|| Stratum, placatum, lenitum. Vergilius in Bucolicis:

et nunc omne tibi stratum silet aequor.

|| Stratum, tectum. Vergilius in Georgicon lib. III:

et multa duram stipula felicumque maniplis
sternere subter *humum*.

et Aen. lib. VIIII:

sternitur omne solum telis.

---

39 II, 642 || 1 III, 63 || 3 III, 270 || 5 Georg. III, 317 || 7 I, 350 || 9 IV, 432 || 11 Aen. X, 730 || 13 VII, 54 || 15 IX, 57 || 17 III, 297 || 20 IX, 666.

---

**39** et aen *del.* $H_2$; et lib. aen. II *B.* — **1** suppetere *M; cf. Serv.;* superesse *v.* — Verg.; *cf. 433 l.* iuventus. — **2** interea *libri 433; Verg.* — cum *cdd.;* dum *Verg.* — leta *L solus.* — iuventas *cdd. 433.* — *variant et Verg. libri.* — **3** *post* ascendere *in B, Gen,* $H_1$ *add.:* uirg. in georg. lib. III superat (superant *H ex corr.*) gregibus. — *del.* $H_2$. — **4** superat *B.* — montibus $L_1$. — **5. 6** *cf. 313 l.* grave, plenum. — et gr. *Verg.; cdd. 313; f.:* item: et. — gradio *Gen (add. corruptelae signo);* $H_1$. — lumen *Gen;* $H_1$. — **10** strenunt $Gen_1$. — divorse *pr. H;* diverse *H ex corr., Gen;* diverso *B;* diversae *rell.* — litorea $Gen_1$. — afocae *pr. L;* focae *rell.; B.* — **12** $Gen_1$: Stratum significat accens acron. *haec m. 2 del. teste Hageno et supra scriptum:* sternitur infelix (acron *servatum Genm*). — infelix; acer *B.* — acron *om.* $H_1$. — **13** *cf. 326 l.* iacet. — **14** iacent *supra add. in L.* — **16** nunc *per interpol. e Verg. add. B; om. rell.; et ipse f. Non.* — **18** multa duram *B;* multarum *rell.* — felicum *Gen;* $H_1$; filicum $H_2$; filicumque $L_2$; *G; B.* — **19. 20** humum *om. cdd.* (*pro* subter et $L_1$ subtere). — VIIII $Gen_1$; *B;* VIII *rell.*

‖ Stratum, conpositum, structum. Vergilius in Aen. lib. I:

miratur portas strepitumque et strata viarum.

SECVNDVM est numero aut ordine secutum. ‖ Secundum, iuxta. Vergilius in Georg. lib. III:

saltibus in vacuis pascunt et plena secundum
flumina.

‖ Secundum, prosperum. Vergilius lib. X:

et servare modum, rebus sublata secundis.

M. Tullius de officiis lib. I: sic homines secundis rebus effrenatos sibique supra * * * Terentius Heautontimorumeno:

si míhi secundae rés de amore meo éssent. . . .

M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II * * * scribtum erat equestre proelium valde secundum, in his autem potius adversum. ‖ Secundum, lene vel placidum. Vergilius Georg. lib. III:

mersusque secundo defluit amni.

SVBMISSVM significat humile. M. Tullius de officiis lib. I: neque submissum et abiectum neque ‖ se ecferentem. — Vergilius Aen. lib. III:

submissi petimus terram et vox fertur.

‖ Submittere, subdere, subponere. Lucilius lib. XXVIII:

submíttas alios, síquos possis, cénseo.

‖ Submittere, admittere. Vergilius in Bucolicis:

pascite, ut ante, boves, pueri, et submittite tauros.

---

22 I, 422 ‖ 25 III, 143 ‖ 28 Aen. X, 502 ‖ 30 I, 26, 90 ‖ 31 II, 2, 1 ‖ 33 M. Tull. ad Caes. iun. II ‖ 35 III, 447 ‖ 37 I, 34, 124 ‖ 2 III, 93 ‖ 4 Lucilius l. XXVIII ‖ 6 I, 45.

---

22 structum *L;* exstructum (extructum *A, B*) *rell.* — Verg.; *cf. 420 l.* via. — 23 portas *om. B.* — est irata *Gen*$_1$. — 24 Secundum; *cf. 531 l.* secundum. — secutum *M;* secundum *v.* — 25 Verg.; *cf. 387; 531 l.* saltus, campi spatium; secundum. — 27. 28 flumina. Secundum *supra add.* *L*$_1$. — 31 sibique praefidentes *cdd. Cic.; ap. Non. fuit:* sibique supra quam licet fidentes *vel simile.* — 33 *interceptum vel Nonii culpa vel librariorum ut puta:* in illis (*sc.* litteris). — scriptum *cdd. pr. L*$_1$. — 34 aequestrem, *tum* aequestre *L;* equestrem *Gen*$_1$. — proelium *L;* praelium *rell. cum B.* — 35 VI *Gen, H*$_1$*; item L*$_2$. — 36 mersusque; mersatur, missusque *Verg.* — amni *a correctore add. in L.* — 37 Submissum; mm *ubique L*$_2$*; et ita ed. Bas. pr. v. 390, 7; H*$_2$ *pr. 390, 1; 3;* bm *rell. cum A, B.* — 1 et abiectum *Cic.;* aetale et (etale et *B*) *cdd.* — haecferentem *B, Gen*$_1$*, L.* — Verg.; *cf. 367 l.* petere, tenere. — 3 fertur ad aures *Verg.; cdd. 367; hic B.* — 4 XXVIIII *H ex corr., sed m. 2 restitut.* XXVIII. — 5 summitas *G.* — censeo *I. Dousa;* censeas (*sq.* s) *cdd. cum B; om. A.* — 6 admittere *Quicheratus;* ommittere (*pro* amm.) *L*$_1$*, ut vid.;* demittere *B, Gen, H;* dimittere *L*$_2$*; A; ed. Bas.* — 7 boves *A; B; Gen*$_2$*; H*$_1$*;* vobis *Gen*$_1$ (*hic deinde* ovis); *L*$_1$*;* bovis *L*$_2$*, H*$_2$*, G.* — et *om. bene cdd. Verg.; item B; non A.* — etauros *Gen*$_1$*; pr. L.*

390 M.

idem in Georg. lib. III:

tu modo quos in spem statuis submittere gentis.

SEVERVM, triste. Varro Eumenidibus:

tertía Poenarum Insánia ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ stans fixa ín vulgi
pectóre, fluctanti intónsa coma,
sordída vestitu, oré severo.

‖ Severum significat grave, censorium. Vergilius lib. VIII:

Romulidis Tatioque seni Curibusque severis.

‖ Severum, asperum, trucem. M. Tullius in Hortensio: aliud ex silvis severum et triste. — Vergilius lib. VII:

qui tetrice horrentis rupes montemque severum.

‖ Severum, saevum, inplacidum, vitabile. Vergilius in Georg. lib. III:

Invidia infelix Furias amnemque severum
Cocyti metuet.

M. Tullius de officiis lib. III: et qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium.

SOLVERE usu significat enodare. Vergilius lib. VII:

solvite crinalis vittas, capite orgia mecum.

‖ Solvere, debitum reddere. Sallustius in Catilinae bello: argentum aere solutum est. — M. Tullius in Verrem, Divinatione: pro quo frumento pecunia omnis soluta non est. ‖ Solvere, admittere. Vergilius Georgicon lib. III:

---

8 III, 73 ‖ 10 Varro Eumenidibus ‖ 15 Aen. VIII, 638 ‖ 17 M. Tull. Hortensio ‖ 18 Aen. VII, 713 ‖ 20 III, 37 ‖ 24 III, 31, 112 ‖ 26 Aen. VII, 403 ‖ 28 33, 2 ‖ 29 10, 32 ‖ 31 III, 64.

---

9 statues *recte Verg. libri tantum non omnes.* — **11—14** *anapaesticos dimetros G. Hermannus El. d. m. 389 constituit, qui tamen prima parum bene dimetro et monometro contineri putavit.* — **11. 12** *lacunam ad satisfaciendum r. m. signif. M.* — Insania *Roeperus;* infamia (infama *B*) *cdd.* — stans *B.* — fixa *M;* nixa *al.;* nexa *cdd.* (*praec.* ns). — **13** fluct. *Ribbeckius;* fluctuanti *cdd.; cf. 111, 38.* — intunsa $L_1$. — **15** censorum $Gen_1$. — VII (septimo *Gen*) *cdd.* — **17** *puto* truce (*seq.* m), *ut* perspicace. — M. Tull.; *cf. 409 l.* triste est mestum. — **18** Verg.; *cf. 181, 12. 13 ibique comm.* — **19** *dedi v., qualem Nonii stupor perscripserat.* Tetricae *et* Severum *Verg.* — quae *B.* — tetrice *H post ras.;* tetricae *prius idem cum rell.;* tetrice *fere cdd. 181.* — horrentis *cdd. 181; h. l.* orentis *B, Gen;* orientis $H_1$; orantis *L;* $H_2$; *G.* — rumpes *Gen;* $H_1$; rupit (*pro* rupis) *cdd. 181.* — **24** M. Tull.; *cf. 326 l.* indulgere, temperare; *comm. in 228, 3.* — **25** acerve $L_1$. — in *cdd. 326; at h. l.* $L_1$: in qui; inquo *B, Gen,* $H_1$; inquid *H ex corr.;* inquit in $H_2$, $L_2$; inquit *ed. Bas.* — **27** orgiam meam $Gen_1$. — **28** Catillinae *Gen, L; non B.* — **29** in varrem divinationem $L_1$. — **30** Solvere — **32** *om.* $L_1$. — admittere *Quicheratus; cf. comm. in v. 6;* dimittere *cdd. cum A, B.* — Verg.; *cf. 348; 433 l.* mittere; iuventus. — Virg. *(sic) L.*

solve mares, mitte in venerem pecuaria primus.

|| Solvi, a curis liberum esse. Vergilius Georg. lib. II:

risuque soluto.

idem Aen. lib. I:

solvite corde metum, Teucri.

|| Solvere, contempnere, despicere. Vergilius Aen. lib. IIII:

solvitque pudorem.

|| Solvere, excipere. Vergilius lib. X:

nec Rutulos solvo. ||

SVPERBVM, adrogans, truculentum, asperum. Vergilius in Aen. lib. III:

stirpis Achilleae fastus iuvenemque superbum.

idem lib. X:

te, Turne, superbum
caede nova quaerens.

|| Superbum, vitabile. Vergilius lib. VIII:

foribusque adfixa superbis
ora virum tristi pendebant pallida tabo.

|| Superbum, elatum, altum. Vergilius Georg. lib. III:

et gressus glomerare superbos.

idem lib. VII:

Atina potens Tiburque superbum.

|| Superbum, ornatum. Vergilius Aen. lib. II:

barbarico postes auro spoliisque superbi
procubuere.

---

33 II, 386 || 35 I, 562 || 37 IV, 55 || 39 Aen. X, 111 || 1 III, 326 || 4 Aen. X, 514 || 7 Aen. VIII, 196 || 10 III, 117 || 12 Aen. VII, 630 || 14 II, 504.

---

**32** pecuria *$Gen_1$*. — **33** Solvi *Quicheratus;* Solvere *v.* — curiis *$L_1$;* curtis *$Gen_1$*. — **35** primo *$L_1$; sed id m. 2 del. eademque add.* libro I. — **36** metuo *$L_1$*. — **37** contemnere *$Gen_2$; H;* contempnere *rell. cum B.* — dispicere *$L_1$;* despicere *id. m. 2, sed radendo rursus effectum* dispicere. — Verg. Aen.; *om. Gen; $H_1$; in hoc m. 2 supra scr.* uirgt eneidis. — Aen. *om. B.* — lib. IIII *omittere vid. H.* — **40** rutulos *per interpolationem B;* populos *C, Gen.* — *illud* populos *recepit Ribbeckius.* — *videntur verba* nec Rutulos solvo *per parenthesin iungenda prioribus ita:* seu fatis Italum castra obsidione tenentur sive errore malo Troiae monitisque sinistris (nec Rutulos solvo), sua cuique exorsa laborem fortunamque ferent. — solvo *recte per* absolvo *explicat Serv.* — **1** Verg.; *cf. 407; 458 l.* tollere, pati; enixas. — *cf. et 405 l.* subnixum. — in *om. ed. Bas.* — **3** stirpes *Gen, L, $H_1$; non B.* — fatus *$Gen_1$; pr. L.* — **4** *cf. 240 l.* ardere, dolere. — **7** vitavile *$L_1$*. — VIIII *$Gen_1$*. — **9** squallida *Mediceus m. 1 testante Heinsio.* — **10** Super *$Gen_1$; item v. 14.* — Verg.; *cf. comm. in 106, 24.* — **13** uina *cdd. pr. B.* — pot. Tib.; potentibusque *Gen* (*add. supra* pot *corruptelae signo*); *$H_1$*.

391 M.

|| Superbum, opulentum. Vergilius lib. VIIII:

simul ense superbum
Rhamnetem adgreditur, qui forte tapetibus altis
extructus.

|| Superbo, iniquo. Vergilius lib. VIII:

quos illi bello profugos egere superbo.

STARE consistere omnium consensu dicitur. Vergilius [in] Georg. lib. III:

stare loco nescit.

Plautus Amphitryone:

ita statim stant signa omnia.

|| Stare iterum horrere significat. Titinius Veliterna:

adque íllud ante pártum comedet; fúndi stabunt séntibus.

Caecilius Syracusiis:

hic amét, fame famíliae pereant, áger autem stet séntibus?

Vergilius Aen. lib. XII:

iam pulvere caelum
stare videt.

|| Stare, erigi, prominere. Lucilius lib. XXVIII:

hic corpus solidum invenies, hic stare papillas
pectore marmoreo.

|| Stare, fidem servare. M. Tullius de officiis lib. III: facere pro-

---

17 Aen. IX, 324 || 21 Aen. VIII, 118 || 24 III, 84 || 26 I, 1, 120 || 28 Titinius Veliterna || 30 Caecilius Syracusiis || 32 XII, 407 || 35 Lucilius l. XXVIII || 38 III, 25, 95.

---

**17** Verg.; *cf. 542 l.* tapete. — VIII *B; Genm.* — **18—21** *om. B, Gen,* $H_1$. — simulem se superbum hramnetem *L.* — ramgnetem, *tum* ramnetem $H_2$. — Verg.; *cf. 243 l.* agere, persequi. — VIIII *L.* — **22** profugus $Gen_1$*;* $L_1$. — exgenere $L_1$*;* exgegere $Gen_1$. — **23** Stare, cons.; *cf. 272, 29; 31:* Constat, consistit; Constitit — stetit. — in *om. B; Gen;* $H_1$. — **26** Plautus; *cf. 393 l.* statim. — **27** statim *B.* — stant *cdd. 393;* ad *h. l.* — *cf. comm. in pg. 393.* — **29** adque $L_1$*;* atque *rell. cum B.* — *f.* adquei (*seq.* i). — partu *B; Gen; P.* — **30** syracusi *cdd.; corr. Iun.* — **31** fame familiae *M;* familiae fame (famil *pr. L*) *cdd.* — *in L illud* fame (*pr.* famil) pereant *m. 1 supra add.* — *per trochaicos numeros Spengelius:* hic amet, familiae pereant, ager autem stet sentibus; *Bergkius:* hic amet, fame aliei pereant, ager *e. q. s.; e quibus neutrum displicet.* — **34** *illud* stare *melius per* plenum esse *explicat Servius. ac repositum a Quicherato Vergilii exemplum infra, pg. 392, post v. 4.* — *et de illo et de Luciliano, quod est* 'interea stat sentibu' pectus' *Gellius dixerat l. VIII cap. 5. quo quin usus sit Non. haud dubium.* — vident *Verg.* — **35** XXVIIII *L;* XXVII *B; f. scribend.* XVII; *cf. 371, 15 sqq.* — **36** papyllas (yllas *in ras. H*) *B, Gen, C; sed in H* i *scriptum supra* y *m. 2;* papillas *et A.* — **38** habere *cdd.;* servare *M.*

missa, stare conventis, reddere deposita. ‖ Stare, valere et constare et fixum esse. Varro Flaxtabulis, *περὶ ἐπαρχιῶν*: adque si addam, quantei misericordia mea heredibus meis stet, quot miseros sublevaverim. — Vergilius lib. X:

stat sua cuique dies.

et lib. II:

stat casus renovare omnes.

‖ Stat etiam plenum ‖ est. Lucilius Satyrarum lib. V:

interea stat sentibu' pectus.

Vergilius in Bucolicis:

stant et iuniperi et castaneae hirsutae.

Varro Eumenidibus:

denique avarus
qui sanust? cui stet terrai traditus orbis:
furando tamen, a morbo stimulatus eodem,
ex sese ipse aliquid quaerat cogatque peculi.

Sisenna lib. VIIII: caelum calligine stat.

---

40 Varro Flaxtabulis ‖ 42 Aen. X, 467 ‖ 44 Aen. II, 750 ‖ 1 Lucilius l. V ‖ 3 VII, 53 ‖ 5 Varro Eumenidibus ‖ 10 Sisenna lib. IX.

---

39 stare *Cic.;* adstare (*praec.* a) *B, Gen, L* (*mutat. in* asstare), $H_1$*;* astare $H_2$, *G.* — 39. 40 valere et constare et fixum esse. *nisi duo lemmata in unum coaluerint, Nonius duplici verbi quod est* constare *significatione videbitur adductus, ut iungeret tam diversa.* — επαρχιωn, *m. 2* επαρχιων *L;* επαρχων *Gen;* εναρχων $H_1$*;* επαρχνων $H_2$*;* επαρχιων *et G.* — Varro flaxstabulis επαρχων *B.* — adque $L_1$*;* atque *rell.* — 41 quantei; quanti *Gulielmius;* quanta *cdd.* — quot *Gulielm.;* quod *cdd.* — *Varronis verba nescio an tetrametris iambicis sint discribenda sic:* átque si addam, quántei misericórdia | herédibus meis stét mea, quot míseros sublevâverim, *producta in* mea *finali propter caesuram.* — 44 et; est *Gen, L,* $H_1$. — 45 causas *G.* — 1 Luc.; *nullam omnino causam esse, cur exemplum, quod sequitur, idem esse existimemus cum eo quod adfert Donatus ad Ter. Andr. IV, 2, 16 omissa libri nota tali:* stat sentibus fundus *et in priore illud* sentibus *translate accipiendum videri de curis iam in ed. Lucilii est monitum.* — 2 stet, *sed supra scr.* a, *G.* — 4 *cf. Serv. ad h. l.; Donat. ad Andr. IV, 2, 16.* — 5 *ante illud* Varro *l.* Stare, existere, esse *Forcellinum secutus add. Quicheratus. qui Sisennae exemplum in fine collocat lemmatis* stat — plenum est. — *neque potest negari ita fere, ut Forcellino visum, dictum videri in sequentibus v.* constare, *ut sit* 'esse' *cum aliqua significatione diuturnitatis. nihil tamen duxi novandum, servasse contentus verba Nonii, ubi aliquo viderentur modo posse tolerari.* — Varro; *cf. 264 l.* cogere. — 6. 7 denique avarus qui *(adverb.)* sanust? *Oehlerus, exc. quod scr.:* quis sanu' 'st; denique quis (qui *P; Lachmannus*) sanus est avarus *cdd.* — denique qui sit avarus sanus *Lachm. comm. Lucr. pg. 85, parum quidem eleganter, cum ita post tertiam thesin hexametri graviter sit interpungendum.* — cui stet *M; et ita Gen;* $H_1$*;* cui est et *B;* cui si stet *rell.* — terrai *Lachm.;* terra id *cdd.* — 8 a *Lachm.;* ac *cdd.* — morbustimulatus $L_1$. — 9 ex sese et ipse, *sed del.* et, *H.* — quaerat, *supra* at *scr.* i, *B.* — cogitatque *id.* — 10 VIIII *B, Gen, L, H;* VIII *G; Me.* — calligine *pr. L;* caligine *rell.*

392 M.

SPISSVM densum dicimus. Vergilius in Georg. lib. II:

sin in sua posse negabunt
ire loca et scrobibus superabit terra repletis,
spissus ager.

|| Spissum significat tardum. Cicero de oratore lib. II: et principia tarda sunt et exitus tamen spissi et producti esse debent. — Caecilius Dardano:

nil ré ego spe credo: ómnis res spissás facit.

Titinius Gemina:

longús sérmo habétúr; revórtétur spíssá.

Afranius Incendio:

ítaque spissum *cúm* videtur fíeri, non possúm domi
meúm virum expectáre, quem mi stúdeo iamdudúm dari.

idem Materteris:

quae deféssa expectandó domi
sédi, quod spissó venire vísu's tu, Maní, mihi.

Plautus Poenulo:

eheú, quare ego habui áriolos, arúspices?
quidquíd boni promíttunt, perspisso évenit;
id quód mali promíttunt, praesentáriumst.

---

11 II, 234 || 15 II, 53, 213 || 17 Caecilius Dardano || 19 Titinius Gemina || 21 Afranius Incendio || 24 Afranius Materteris || 27 III, 5, 46.

---

12 sic $L_1$, $H_1$, *Gen; B.* — nagabt̄, *m. 2* naegabunt, *H;* nag. *et B.* — 13 superavit *cdd. pr. B.* — repletus $Gen_1$; $L_1$. — 14 spissus ager. *seq. in cdd. exemplum Ciceronis, quod recte post l.* spissum sign. tardum *reiectum est a Quicherato.* — 15 tardum *Guietus;* tarde *v.* — 16 sunt *recte delent Pearcius, Schuetzius, alii multi.* — tamen *om. pars meliorum Cic. librorum;* item *Lambinus;* etiam *Madvigius.* — 17 tardano *B, Gen,* $H_1$. — 18 nil re ego spe credo *M; quae obscura sibi dicit Ribbeckius* (*illa* re, spe *genetivi*); nihil rei ego credo *B, Gen,* $H_1$; nihil ego spei credo *L,* $H_2$, *G.* — *cf. de re m. 441.* — spissa *B.* — 20 *bacchios agnovit Neukirchius.* — *f.* spisse *vel* spisso. — 21 incendo *B, Gen, pr. H;* incaedo $L_2$; *supra* ed *et infra* d *ras.; id. m. 1* incaetio *vel* incaecio; incenidio *G.* — 22 cum *add. M;* mihi *Buechelerus.* — possunt *Bm; Gen; P; L; edd. ante Me;* possum *Hqos; ed. Bas.; Me.* — 23 exsp. *Gen, H.* — mihi *cdd.* — istudeo $L_1$. — 24 matertera *cdd.; cf. comm. in 149, 21.* — 25 quae *M; f.* quam; quod (*seq.* d) *cdd.; ut ex seq. v. illatum suspectat Ribbeckius.* — *minus placet de lacuna cogitari, sic fere explenda:* quod (*pro* quot) dies noctesque iam defessa *e. q. s.* — spectando *B, Gen, H.* — 26 quod; quo *B; f.* quom. — visu's tu, Mani, mihi *M;* visum (vifum *L*) est mani mihi *cdd.* — *illud* mani *proprium esse nomen iam significavit Turneb. Advers. XXIX, 2.* — 27 Penulo *B.* — 28 quare *M;* quam (*seq.* e) *cdd.;* quom (cum) *libri Pl.; Goetzius.* — hariolos *L;* $H_1$; *Gen; quod cui placuerit, in seqq. reponi oportet* haruspices. — aruspices *et A, qui priora om.* — hos *(add. Geppertus)* ariolos haruspices *Goetzius; qui provocat ad Luebberti de particula* quom *libri pg. 104.* — 29 quidquid *M;* quia (*omittit A*) quid (qui *B,* $H_1$; *non Genhm;* quod *A*) *cdd. Nonii;* qui (quid) si quid (siquit) *Pl.* — boni *Itali apud Pl.;* bene *cdd. Non. et Pl.* — 29. 30 perspisso — promittunt

Naevius Gymnastico:

> ád enim tu nimís spisse adque tárde incedis.

Turpilius Canephoro:

> íta. verum haut facilést venire illo, úbi sitast Sapiéntia:
> spíssumst iter; apísci haut possis, nísi cum magna míseria.

*Varro* Mysteriis: enascimur enim spissius quam emorimur. vix duo homines decem mensibus edolatum unum reddunt puerum; contra una pestilentia aut hostica acies puncto temporis inmanis acervos facit. — et Periplu lib. II, περὶ φιλοσοφίας: et ne erra-
1 remus, || ectropas esse multas; omnino tutum esse, sed spissum iter. — Pacuvius Hermiona:

> habet hóc senectus ín sed, ipsa cúm pigret,
> ut eí videantur spísse confieri ómnia.

---

31 Naevius Gymnastico || 33 Turpilius Canephoro || 36 Varro Mysteriis || 39 Varro Periplu II; cf. comm. || 2 Pacuvius Hermiona.

---

*om. boni Pl. libri.* — perspesso evenit (evit $H_1$) *L*, $H_1$; per spes solvit *Gen;* perspisso evitant *B*. — id quod; qni *B;* id quid *Gen; L;* $H_1$. — praesentarium est *B ap. Pl.;* praesentari est *B*, *Gen*, *C;* praesentariae est *A*. — **31** Nevius *cdd.* — gemnastico $L_1$; gemmastico *B; Gen;* $H_1$ (*m. 2* gimnastico); *cf. comm. in 486 l.* herem. — **32** at *B*, $L_2$, $H_2$, *G*. — spesse $L_1$; spessem, *m. 2* spissem *Genh.* — adque $L_1$; atque *rell.* — incedis; inaedis *B;* incedis dis, *sed hoc del.*, *L*. — **33** Caneforo *cdd.* — **34** ita *Ribbeckius ed. priore;* ita est (*sequitur ter* est) *cdd.* — haud *Bentin.;* aut *cdd.* — illo *Lips.;* illi *cdd.* — sitast; sita est *B; Rothius;* si ita est *Gen*, $H_1$; spissa (spiss *in ras. L*) est *rell.* — **35** spessum est $Gen_1$; $L_1$. — apisci *Ribbeckius;* adipisci *cdd.* — haut *Lips.;* aut *cdd.* — possis *Lips.;* posse *cdd.; f.* potis est. — **36** Var. *(sic) add. Ald.; om. cdd.* — misteriis' *L; G;* miseris *B*. — enascimur *M;* nascimur *v.* — memorimur *Gen*, $H_1$. — **38** aut hostica *Laurenbergius* (hostica *Ald.*); austica *cdd. cum B*. — puncto *Ald.;* puncta *cdd.* — **39** et peritplus *cdd. cum B, qui relicuam lemmatis partem omittit. — illud Περίπλους primum a Iunio in Indice restitutum est. nos latinas servavimus litteras. quamquam dubito valde, an graecis fuerint permutandae. — nam cum tribus locis, qui ex libro II citantur, additum sit ubique περὶ φιλοσοφίας, neque ullo pacto videatur probari posse aut locis item tribus, ubi prior liber affertur, librariorum sive Non. culpa ubique alterum titulum omissum aut posteriori tantum titulum fuisse duplicem, iustissima oritur suspicio, illud περὶ φιλοσοφίας nihil esse nisi* graecis litteris *repetitum περίπλου, in quo πλου habitum sit pro compendio eius quod est φιλοσοφίας.* — *περιφιλ(α G) οϲοφιαϲ* et ne $H_2$, *G; περιφιλοϲοφιαϲετπε Gen;* $H_1$; *L ex corr.; περιφιλοϲοφ* iacetne *pr. L*. — **1** extropas *Gen;* $L_1$; $H_1$; exstrophas $L_2$; $H_2$; *G* (etstr. $G_1$ *sec. Riesium*); ectropas *Iun.* — tutum *Iun.;* totum *cdd.* — *f.* multas omnino; tutum. *vix puto verba traicienda ita:* omnino spissum esse, sed tutum iter. — sed sp.; despissum, *supra scr.* sed, *G*. — spessum *Gen*, $L_1$, $H_1$. — **2** ermiona *L*. — **3. 4** hoc *supra scr. in L*. — senectus *om. Gen*, *L*, $H_1$. — sed *Ribbeckius;* se *cdd.* — ipsa cum pigret *M* (*indicativus.* — ipsa cum pigrast *Ribbeckius*); cum pigra est ipsa (ita *Gen*, $H_1$) *cdd.* — ut ei videantur spisse confieri omnia *M;* ut spisse (spesse *Gen*, $L_1$, $H_1$) omnia videantur confieri *cdd.; f.* ut ei v. conf. sp. o. — *non male Bothius:* habet hóc senectus ín se, cum pigra ípsa sit, spisse út videantur ómnia ei confíeri.

STATIM mox dicitur. Cicero in Verrinis: 'statim Messana litteras dedit'. — *et:* '*statim Messana litteras Alesam mittit*, ut Alesinus ad se Dio continuo veniret.' ‖ Statim producta prima syllaba, a stando, perseveranter et aequaliter significat. Terentius:

talénta *argenti* bína
capiébam statim.

Plautus Amphitryone:

néc recédít locó quín statím rém gerát.

idem in eadem:

ita statim stant signa omnia.

Ennius Aiace:

---

5 II, 1, 10, 27 ‖ 6 II, 2, 7, 19 ‖ 8 Phormion. V, 3, 6 ‖ 11 I, 1, 84 ‖ 13 I, 1, 120 ‖ 15 Ennius Aiace.

---

**5. 6. 7** *cf. 409, 2. — illa* statim Messana litteras dedit *leg. in or. de praetura urbana 10, 27. — in or. de praetura Siciliensi sunt haec:* statim Messana litteras Halesam mittit, quas ego istum in Italia scripsisse arbitror. nam simul atque e navi egressus est, dedit operam, ut Halesinus *e. q. s. — conflatum utrumque locum haud improbabiliter statuit Quicheratus, qui* (*praemisso* et) *ex altero supplet haec:* statim Messana litteras Halesiam mittit; *tum om. mediis:* dedit operam ut *e. q. s. — ego satis esse existimo addi ea quae supra sunt cursivis litteris expressa. — quamquam siquis existimarit errorem potius subesse Nonii, a quo diversorum librorum confusa sint exempla, ne hoc quidem prorsus alienum a probabilitate.* — **5** messanam (mec sanam *L;* metsanam *B, Gen*$_1$) *cdd. Non.; et ita plerique Cic. libri.* — **7** ad se; ase *B.* — **7. 8** sillaba $L_1$. — producta prima syllaba; *cf. Ritschelii Opusc. IV, 272 sqq.; de re m. 348.* — perseveram herede (heredem $H_1$) qualiter *B, Gen, L,* $H_1$. — Terent.; *cf. 254 l.* capere, accipere *ibique comment.* — **9** tal. a. b. *Ter.;* bina talenta *cdd. h. l.;* latent argenti moeniae nam *id. 254.* — **10** statim capiebat *cdd. Ter.* (*sane id. deinceps pr. Bemb.* hem vir, *non* vir); *Non. 254.* — stātim. *etiam in Donat. comm. ad hunc l. fertur illud* statim, *si* perpetuo, aequaliter et quasi uno statu *significet, habere primam longam. quae tamen qua fide librorum stent (nam ex Nonio adiecta putarunt quidam), non liquet. sed praeter Terentii versum et Plauti aliud nullum est apud Non. exemplum, in quo de longa priore adverbii illius debeat cogitari. quae quidem invenitur in Didascalicis Accianis pg. 305 ed. nostrae. — Nonius autem quam sit accuratus quantitatum exactor satis novimus. — itaque ab hoc pariter et Donato falsa tradi apparet; sicut et visum Ritschelio Opusc. IV, 274 sqq. — scilicet illud* statim *cum olim communem habuisset priorem nullo significationis respectu (atque ideo Avienus notissimo exemplo priscum dum repetit morem aetate ultima* a *produxit), tempore optimo usu venit, ut semper corriperetur prior. — qua re effectum, ut iam in trochaicis solum et iambicis, non in dactylicis et anapaesticis numeris haberet locum.* — **13** *cf. 391 l.* stare. — **14** *cf. Goetzii comment. in h. l.* — statim *supra add. in L.* — stant; ad *cdd. 391. — Nonius vel auctor Nonii haec verba pro iambicis videtur accepisse. om. illud* omnia *cdd. Plauti et Donati. — nec sane ei locus, cum versus inter medios sit positus trochaicos. fertur autem talis:* íta statim stant sígna neque nox quóquam concedít die. — **15** alace *Gen, pr. H.*

. . qui rem cum Achívis gesserúnt statim.

Afranius Augure:

quamquám non istis éxercetur ín locis,
hic nóster delabórat cum pueró statim.

SVPERSTITES dicimus qui supersint mortuis. ‖ Superstites veteres ponebant incolumes. Terentius Andria:

deos quaéso ut sit supérstes.

Plautus Asinaria:

sicút tuum vis únicum natúm tuae
superésse vitae sóspitem et supérstitem.

[Vergilius lib. X:

liceat superesse nepotem.]

Accius Alcimeone:

suós deseruit líberos supérstites.

SPVRCVM, saevum vel sanguinarium. Afranius Divortio:

muliér; novercae nómen huc adde ímpium:
spurcei íngeni vestígia haut dicí petes.

Lucilius Satyrarum lib. IIII:

---

17 Afranius Augure ‖ 21 III, 2, 7 ‖ 23 I, 1, 1 ‖ 26 Aen. X, 47 ‖ 28 Accius Alcmeone ‖ 30 Afranius Divortio ‖ 33 Lucilius l. IIII.

---

16 Achivis; acibis $L_1$; achibidis *Gen*, $H_1$. — iesserunt $L_1$. — 18 no, *supra scr.* n, *L.* — exircere *pr. L; tum* exercere; *post* ir *rasura.* — istis — in locis; *h. e.* istis in partibus; in re venerea. — 19 puero *Quicheratus, qui adfert locum notissimum Quintiliani, quo puerorum amoribus fabulas inquinasse dicitur Afranius;* puera *Ritschelius l. supra mem.* — 20 decimus *pr. H.* — supersunt *B.* — 21 Ter.; *cf. Donat. ad h. l.* — 22 superstis *B; Gen;* $L_1$. — 23 Plautus; *male hunc l. priori lemmati subiunxit Quicheratus.* — 24 sicut (icut) *cdd. Pl.;* sicut *et* $H_1$; sicuti *rell.* — tuum *cdd. Pl.;* tum *Nonii.* — ius (tumius) *Genh.* — gnatum *cdd. Pl.* — 26. 27 *seclusit M.* — 28 Alcim.; *cf. Ribbeck. ap. Ritschel. Opusc. II, 512 sqq.;* alcemeone *C, Gen.* — 29 deseruit *pro* reliquit. — superstites *Bothius;* superstites sunt *cdd.* — *non bene haec per diverbium, cuius prior pars finiretur in* liberos, *accepere quidam.* — 31 mulier; *cf. Ennii illud:* mulierem. quid potius dicam aut verius quam mulierem? — 32 spurcei *M;* spurca *cdd.* — ingeni (*olim fuit* ingenei) *Bothius;* gingi *cdd.;* gremi *ed. princ.* — spurcae gingivae *(ita mrg. Iun.) nullus hic locus. id quod declarant et Nonii lemma et priora verba Afranii.* — vestigi *Gen*, $H_1$; vestiga *pr. L.* — haud *ed. a. 1480;* aut (ut *B*) *cdd.* — petes *M;* potest *v.* — *cf. Pacuvii Ilionae illud:* di me etsi perdunt tamen esse adiutam expetunt; *ipsum* petendi *verbum Gellius, amantissimus vetustatis scriptor, iunxit cum accusativo et infinitivo IV, 8, 5; IX, 2, 1.* — spurca magis gigni bestia (*vel* bestia aut gigni) aut dici hau potest *C. F. G. Muellerus prosod. Plautin. pg. 722.* — 33 Luc.; *cf. 257 l.* conponere — conparare *ibique comm.*

Aeserninu' fuit Flaccorum munere quidam
Samnis, spurcus homo, vita illa dignu' locoque:
cum Pacedeiano conponitur, optimu' multo
post homines natos gladiator qui fuit unus.

Afranius Fratriis:

cónmemorabo, osténdam illius fúrta et spurcitiam ínprobi. ||

idem Divortio:

o dígnum facinus! áduliscentis óptumas,
bene cónvenientes, cóncordantes cúm vireis,
repénte viduas fáctas spurcitiá patris!

* * * Varro Rerum humanarum lib. XX: nequis lictorem spurcum hominem liberum prehendere iussisse velit. || Spurcum, vehemens, asperum. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II: cum iter facerent ad Hirtium Claternam tempestate spurcissima. || Spurcum significat obscenum et inpurum et lutulentum. Varro Eumenidibus: nunc de te, inquid, meliusculam spem habeo, qui rem spurcissimam gustare nolueris. — Plautus Asinaria:

tot nóctes reddat spúrcas, quot pure hábuerit.

---

38 Afranius Fratriis || 1 Afranius Divortio || 5 Varro Rer. hum. XX || 7 M. Tull. ad Caes. iun. II || 9 Varro Eumenidibus || 11 IV, 1, 62.

---

**34—37** *in A tantum haec:* aserninus flacco fuit quidem samnis spurcus homo. — **34** Eserninus (Aes. *Me*) *Bentin. ex Cicerone; cf. comm. in Luc. IV, 11;* aserninus (asaninus $L_1$) *cdd.* (asernius *B*). — flaccorum *B;* flaccoram *pr. G;* flacchoram $H_2$*; G ex corr.;* flacchorum *rell.* — munere quidam *Turneb. Advers. XXIX, 2;* unae (*praec.* m) quidam (unae quidem *Gen;* $H_1$*;* una equidem *B*) *cdd.* — **35** ista *libri 257.* — **36** pacedeiano *cdd. h. l.* (*B. f.* pacedoiano); *cf. comm. in 257.* — *post hoc vocabulum quidam perperam addunt* hic; *cf. comm. in Lucil.* — ponitur *B.* — optimus longe *Cic. de opt. gen. or. 6, 17.* — **37** natus *cdd. h. l.* — **38** fratris *cdd.* — **39** furta *M;* facta *v.* — spurcitiam *Iun.;* spurcitia (pur. $Gen_1$) *cdd.* — **1** devortio *Gen;* $L_1$*;* $H_1$. — **2** o dirum *vel* o Stygium *nos Annal. philol. a. 1867 pg. 492;* o indignum *Delrius.* — adulescentis *cdd. pr. L.* — **3** concordantes *M;* concordes *cdd.;* et concordes *Bothius; sed magis placet asyndeton.* — viris *Cuiacius; Me* (vireis *Ribbeckius*); vires *cdd.* — **4** factas *Guietus;* facias *cdd.* — spurticia *L.* — **5** Varro. *haustum videtur lemma ut puta* Spurcum, vile. — nec quis *Gen,* $H_1$. — *f. olim fuit* neiquis. — lictorem *Passerat.; Me; alii;* lectorem *cdd.* — **7** II *B, Gen, L, H;* I *ed. Bas.* — facerent *M;* facerem *cdd.; id quod stare non potest, nisi existimaris haec verba a Cicerone ex alterius epistula suae inserta. cf. comm. in 383 l.* rogare, quaerere. — **8** ad Hirtium *Rothius;* ad (at *B,* $L_2$*,* $H_2$*, G*) hiquiiam (*vel* hi qui iam; i *tertium longum in Gen*) *cdd.;* ad Aquilam *Gurlittius.* — laternam *H,* c *eraso ante* l; aternam *G.* — Claternam; *cf. Philipp. VIII, 2, 6.* — temp. spurcissima. *seq. in cdd. Varr. exemplum; quod recte in v. 9 reiecit Quicheratus.* — **9** obscenum *A, B, Gen, C.* — vel lut. *B.* — **10** de te; d, *tum ras.,* te $Gen_1$. — inquid $L_1$*; Montepess.;* inquit *rell. cum A, B.* — abeo $G_1$*; Montepess.* — **11** nolueris *Popma, Me;* noluerim (*seq.* s) *cdd. cum A, B* (im *in ras.* $H_1$). — **12** quod *Gen;* $L_1$*;* $H_1$*;* pure *Scal.;* puras (pluras *B;* pueras $H_1$) *cdd. Non. et Pl.*

Pomponius Prostibulo:

quaé peditibus núbere
*non* póterant, equites spérant spurcae?

|| Spurcum etiam fetidum. Plautus Menaechmis:

nam éx isto locó spurcatur násum odore inlútili.

Lucretius lib. VI:

deinde videre licet quam multae *sint* hoṃini res
acriter infesto sensu spurcaeque gravisque.

idem [lib. VI]:

ad contra nobis caenum taeterrima cum sit
spurcities, eadem subus iucunda videtur.

Lucilius lib. XI:

praetor noster ad hoc quam spurcu' *sit* ore, quod omnis
extra castra, ut stercu', foras eiecit ad unum!

idem lib. XXVIII:

quaeque aspectu sunt spurca et odore.

SICCVM dicitur aridum et sine umore. Vergilius lib. V:

summa petit scopuli siccaque in rupe resedit.

|| Siccum, exercitum. Lucilius lib. XXVI:

gýmnasi cum stádio in duplici córpus siccassém pila.

---

13 Pomponius Prostibulo || 16 I, 2, 57 || 18 VI, 781 || 21 VI, 976 || 24 Lucilius l. XI || 27 Lucilius l. XXVIII || 29 Aen. V, 180 || 31 Lucilius l. XXVI.

---

**13** prostipulo *Gen, H; non B.* — **14** peditibus *Casauboni liber ap. Me;* pedibus *rell. cum B.* — **15** non *ad. M.* — *possunt et trochaei reponi in h. modum:* quae peditibus numquam nubere | poterant, equites sperant spurcae? — *sensus hic est:* quae ne plebeiis quidem hominibus potuerunt nubere, equitum se sperant matrimoniis potituras? — *illud* pedites *ridicule dictum, ut ap. Horatium:* Romani tollent equites peditesque cachinnum. — **16** foetidum *A, Gen,* $H_1$*; non B.* — **17** nam ex *(om. B) cdd. Pl.;* nec *C, Gen, B.* — istoc *cdd. Pl.* — inlutili *Ritschelius;* inlutibili *cdd. Non.;* inlucido *cdd. Pl.; unde* mucido *pulchre Colvius.* — **19. 20** sint *om. cdd.* — homini *add.* $L_2$. — res acr.; sacriter, *m. 2 supra scr.* re, *Gen.* — infestu (infestus *pr. H*) *cdd. cum B.* — spurcae (spurce *B*) *cdd.* — **21** idem [lib. VI]; *puto* item; idem in eodem *Ald.;* idem eodem *Iun.* — **22** ad *C, Gen.* — teterrima *Gen, H.* — **23** spurcitiis *cdd.* — eadem subus iucunda; *cdd. Non.:* idem subrutunda (subrutenda *Gen;* $H_1$); *Lucr.:* eadem subus haec ciuunda *vel* inunda (iucunda *Marullus*). — idem subus res iucunda *Me; in quibus* idem *vitiose;* res iuc. *nescio an vere.* — **24** *cf. comm. in Luc. XI, 4.* — **25** praeter *pr. B.* — nr̃t *G.* — ad hoc (*vel* ad haec) *M;* adhuc (athuc $L_1$) *cdd.* — quem *B; Gen;* $H_1$. — sit *add. M.* — spurcus sit ore; *i. e.* incestus. — *supplendum* narrabo *vel simile.* — **28** aspecto *Montepess.; A.* — **29** aredum $Gen_1$*;* $L_1$. — humore *cdd. pr.* $L_1$. — **30** in rupe sedit *cdd. pr. B.* — **31** Sicum *pr. G.* — Siccum dicitur *(repetit. e v. 29) A.* — exercitatum *idem, nescio an recte.* — **32** gymnasi cum stadio in duplici *M; prius* cum stadio in gymnasii duplici; cum stadio in gymnasio in duplici *cdd.* — stadio duplici; *i. e.* διαύλῳ. — siccassem *in mrg. add.* $G_2$. — pila *Ald.;* pilas (*seq.* s) *cdd.*

394. 395 M.

|| Siccum dicitur et sobrium, modicum. Plautus Asinaria:

síccum, frugi, cóntinentem, amántem uxoris máxime.

idem Pseudolo:

vino modo cupidae estis:
eo vos vestrosque adeo pantices || madefactatis, cum ego sim hic siccus.

Cicero Academicorum lib. II * * * alius adultis; alius valentibus, alius aegris; alius siccis, alius vinulentis. || Siccum, firmum. Varro Cato vel de liberis educandis: Persae propter exercitationes puerilis modicas eam sunt consecuti corpori' siccitatem, ut neque expuerent neque emungerentur sufflatove corpore essent. — M. Tullius de senectute: nullo imbri, nullo frigore adduci ut capite operto sit; summam esse in eo corporis siccitatem.

SEGES est frumenti fructus. Vergilius Aen. lib. II:

in segetem veluti cum flamma furentibus austris
*incidit.*

|| Segetem etiam ipsam terram dicimus. M. Tullius in Ortensio:

---

33 V, 2, 7 || 35 I, 2, 50 || 2 Cicero Academicorum II || 4 Varro Cato || 7 10, 34 || 9 II, 304 || 12 M. Tull. Hortensio.

---

33 Sicum *B.* — modicum *Goetzius;* madidum (maditum *Gen*$_1$*;* aditum *f.* *L*$_1$) *cdd.* — 34 maximae (*pr. f.* maxima) *L.* — 35 *cf. 500 l.* ablativus pro genetivo. — pseudulo *cdd. pr. H.* — 36. 1 *cf. Spengel. de canticis Plaut. pg. 168 sqq.* — vino. *ita cdd. Non.; item Plauti. sed recte docti* vini. — estis *del. Bothius.* — eo; *ita et Plauti libri; ex* enim *corruptum suspicatur Ritschelius.* — urõsque, *in mrg. m. 2* vestrosque, *H.* — panticis *cdd.* — madefacta discum *B.* — *ap. Pl. cdd.:* vos vestros panticesque adeo madefactis (madefacitis; madefecistis). — 2 Ach. *Gen*$_2$*; H.* — alius (*ita B; ed. princ.;* alios *cdd.*) adultis. *praecessit ut puta:* alius pueris. — valentibus *Quicheratus;* lentibus *cdd.* (sentibus *edd. ante Pium; qui* senibus). — 3 aegris *B;* egris *ed. princ.;* eugris *C, Gen.* — 4—6 *recte Quicheratus Varronis locum, qui in cdd. est ante l.* firmum, siccum, *propter summam similitudinem iunxit cum Ciceroniano; quamquam eum non fugit siccitatis nomen propria potius in illo constare significatione.* — Varro; *cf. 481 l.* emungerentur. — vel *om. Gen; H*$_1$. — propter; *puto* per. — exercitationis *Gen; H*$_1$. — pueriles *A, Montepess.* — *illud* modicas *suspectum.* — eam sunt *Ald.;* eo se *(om. A) cdd. h. l.;* eo *481.* — *ac potest f. servari illud* eo. — consecuti *cdd. 481;* consuiti *Gen*$_1$*; L; H*$_2$*;* consueti *rell. cum A.* — corpori' *M;* corpore *cdd. hic;* corporis *481.* — *cf. 334, 29 eiusdem Varr. illud* Luciu' Scipio; *de l. lat. X, 84:* opu' fuit; *Lachm. comm. Lucr. pg. 28 sq.* — expuerent *M;* spuerent *cdd. 481;* spuerentur (espuerentur *Gen; H*$_1$) *h. l. cum A* (*praec.* e). — emugerentur *Gen*$_1$*; pr. L.* — suflatove *cdd. pr. A, Montepess.;* inflatove *Costa.* — *cf. 46 l.* sufflatum. — 6. 7 M. Tull.; *cf. 246 l.* adduci, cogi. — ymbri *A.* — 8 in eo *om. B.* — 9 frumenti ut fructus *B, Gen, H*$_1$*;* frum. et fr. *A.* — *puto olim fuisse:* frumenti vel aliarum frugum fructus. — 10 flama *B.* — 11 incidit *e Verg. add. Quicheratus.* — *sane h. l. in archetypo vid. turbatum.* — 12 Segetem etiam ipsam terram dicimus. *ita Quicheratus; cdd. h. l.:* Segetem terram; *mox post M. Tullii exemplum:*

ut enim segetes agricolae subigunt aratris multo ante quam serant. — Vergilius Georg. lib. IIII:

nec pecori opportuna seges nec commoda Baccho.

et in Aen. lib. III:

arebant herbae et victum seges aegra negabat.

Plautus Aulularia:

tibi egó rationem réddam, stimulorúm seges?

id est, in qua stimuli seri possunt. — Accius Oenomao:

forte ánte auroram, rádiorum ardentum índicem,
cum *e* sómno in segetem agréstis cornutós cient,
ut rórulentas térras ferro físsilei
proscíndant glebasque árvo ex mollito éxcitent.

idem [in] Andromeda:

quód beneficium hau stérili in segete, réx, te obsesse intélleges.

Lucilius Satyrarum lib. VII:

solam auram adversam segetem inmutasse satumque.

Varro *Ἄμμον μετρεῖς, περὶ φιλαργυρίας*: etenim quibus seges praebeat domum, escam, potionem, quid desideremus?

SVMERE est accipere, tollere. Vergilius lib. V:

sume, pater.

Sallustius in Iugurtae bello: || epistulam super caput in pul-

---

14 IV, 129 ‖ 16 III, 142 ‖ 18 I, 1, 6 ‖ 20 Accius Oenomao ‖ 25 Accius Andromeda ‖ 27 Lucilius l. VII ‖ 29 Varro *Ἄμμον μετρεῖς* ‖ 31 Aen. V, 533 ‖ 1 71, 4.

---

Segetem *(om. B; Gen; $L_1$; $H_1$)* etiam ipsam terram dicimus; *om. A, qui habet exempl. praecedens et subsequens.* — M. Tull.; *cf. 401 l.* subigere, mollire. — in ortensio *B, $L_1$;* hin ortensio *$L_2$;* in hortensio *rell.* — **13** enis *$L_1$.* — segetis *cdd. pr. A.* — **15** Cereri *recte Salmasius.* — oportuna *L, $H_2$, G, A, B.* — bacho *L;* bacco *B.* — **18** Plaut.; *cf. 381 l.* reddere, exponere. — **20** in qua; *de anu dictum.* — stimulis *pr. L.* — seri *Guietus;* eripi *cdd.;* erigi *non bene quidam ap. Bentin.* — **21** forte *Turneb.; Lips.; al.;* perte *$L_1$* (oenoma operte); ferte *rell.* — ardentum *Lips.; Scal.; al.;* ardentem *cdd.* — **22** e *add. Lips.; al.* — somno *L, $H_2$, G;* summo *Gen, $H_1$.* — agrestis *nominativ.* — corn. (cornuto scient *L, Gen*); *i. e.* boves; *cf. Varr. de re rust. II, 7, 2.* — **23** terram *Gen; pr. H.* — fissilei *(active positum) M;* fidas *cdd.;* putridas *Iun. (cf. comm. in 152, 22).* — **24** glebasque *Iun.;* glebasquae *cdd.* — mollito *M;* molli *cdd.* (molli exsuscitent *Fruterius ap. Gruter. V, 385*). — **25** in *supra scr. in L; del. $H_2$; om. G.* — **26** *pronuntiandum* benficium. — hau; haud *Iun.;* aut *cdd.* (au *$Gen_1$*). — obsesse *Gulielmius ap. Gruter. II, 843; Fruterius ibid. V, 385;* obesse *cdd.* — intelliges *Gulielm.; Fruter.;* intellegis *libri.* — **28** solem *cdd. pr. G.* — satumque *I. Dousa:* statumque *cdd.* — **29** δ *(pr. λ H)* μοιμεμϑιcπεριφιλ(α *G*) α(δ *$L_1$; λ Gen*) ρτ(γ *G*) νρια *C, Gen; corr. Iun.* — **30** aescam *G.* — **31** est *om. B.* — **1** Iugurthae *ed. Bas.* — epistolam (aep. *$Gen_1$*) *cdd. pr. $L_1$.* — pulbino *Gen, $H_1$;* bulbine *$L_1$.*

396 M.

vino temere positam sumit. — M. Tullius de signis: iste unumquodque vas sumere in manus, laudare, mirari. — Luciliūs lib. XXVIII:

omnia vescatis manibus leget, omnia *sumet;*
crede mihi; presse *ut dicam, res* auferet omnis.

[et] Plautus Aulularia:

nón ego quid voluntáte sumsi néc tetigi

‖ Sumere, suscipere. Lucilius lib. XXVI:

húnc laborem súmas, laudem quí tibi ac fructúm ferat.

Cicero de finibus bonorum et malorum lib. II: verum hoc loco sumo de verbis his eandem vim voluptatis. ‖ Sumere etiam significat eligere. Lucilius Satyrarum lib. III:

et spatium curando corpore honestum
sumemus.

Plautus Aulularia:

Silváni lucus éxtra murumst ávius,
crebró salicto opplétus: ibi sumám locum.

Lucilius Satyrarum lib. X:

honorumst
iudicium Crassis, sicut describsimus ante.
hoc est: quid sumam, quid non? quo quaeque loco res?

---

2 II, 4, 27, 63 ‖ 3 Lucilius l. XXVIII ‖ 7 IV, 4, 13 ‖ 9 Lucilius l. XXVI ‖ 11 II, 3, 8 ‖ 13 Lucilius l. III ‖ 16 IV, 6, 8 ‖ 19 Lucilius l. X.

---

3 in m. sum. *cdd. Cic.* — 5 *cf. 332 l.* legere, subripere. — viscatis *cdd. pr.* $L_1$. — *cet. cf. comm. in Luc. XXVIII, 44.* — omnia *supra scr. in G.* — sumet *Bentin.* (sumit *Ald.*); *om. cdd.* — 6 praese *Gen;* $H_1$*;* praesse $H_2$. — ut dicam, res (res *iam Popma*) *add. M.* — 7 et *vid. delendum (om. B; in quo dest exemplum praecedens).* — 8 non ego quid voluntate sumsi *M;* non equidem ego qua (quia *Gen; pr. H; item per compendium B*) voluptate sumsi (suam si *L;* sum si *Gen; H;* sumpsi *B*) *cdd.* — non hercle (ercle) equidem quicquam sumpsi *libri Plauti.* — nec *idem;* neque *C, Gen, B.* — 10 fructu *Gen; non A, B.* — ferrat *pr. L.* — 11. 12 *praemittit Quicheratus:* Sumere, contendere *ac deinde expungit* de, *quod bene abest a Ciceronis cdd.; Nonii pg. 121.* — *sed quis adderet? porro etiam* suscipiendi *verbum aliquando pro* contendere, concedere *positum. quae res potuit fraudi esse stupori Nonii.* — Cicero; *cf. 121 l.* hilaretur *ibique comm.* — summo *B.* — eundem *pr. B.* — eandem certe vim voluptatis Epicurum notasse quam ceteros *Cic.* — 13 Satyrarum *om. B, Gen,* $H_1$*;* psatyrarum *pr. L.* — 14 corpore *dativus.* onestum *Gen, L; non B.* — 17 silvam *Gen,* $H_1$. — 18 crebro (crebo *pr. B*) salicto oppletus. ibi (ubi *pr. B*) sumam l. *fere cdd. Plauti;* creber salictu opletus ibi (opletu sibi *Gen; pr. H*) summam l. *Nonii.* — 19 Luc.; *cf. comm. in Luc. X, 7.* — 20 bonorum est *I. Dousa.* — 21 iudicum *Gen; pr. H.* — Crassis *I. Dousa;* crassis *edd. priores.* — sicut *Corpetus, M;* ut *cdd.* — describsimus; descripsimus *I. Dousa;* discribimus *cdd.;* discribsimus, *id est* divisimus, *ut supplendum esset* honores, *prius nos.* — 22 hoc est; *ad* iudicium *referend.* — summam *Gen, H.* — quo quaeque loco res *M;* in quoque locemus *v.*

et lib. XVIIII:

sume diem, quist visu' tibi pulcherrimus unus.

Sallustius in Iugurtae bello: scilicet ut in tanta re ignarus omnium trepide festinet, sumat aliquem ex populo monitorem officii sui. — M. Tullius in Hortensio: quare velim dari mihi, Luculle, iubeas indicem tragicorum, ut sumam qui forte mihi desint. ‖ Sumere, conducere. M. Tullius de officiis lib. III: quoad enim perventum est eo quo sumpta navis est, non domini est navis, sed navigantium.

SVFFERRE est sustinere. Vergilius [in] Aen. lib. II:

nec claustra nec ipsi
custodes sufferre valent.

Accius Myrmidonibus:

égo me non peccásse plane osténdam aut poenas súfferam.

‖ Sufferre significat dedere vel subponere. Plautus Casina: ‖

íntrem ad úxórem eám
súfferámque eí meúm térgum ob íuiúriám?

idem Poenulo:

út enim ubi mihi vápulandum sít tu corium súfferas.

Accius Nyctegressia:

aut égo illum eripiam aut ílli poena súfferar.

---

23 Lucilius l. XVIIII ‖ 25 85, 10 ‖ 27 M. Tull. Hortensio ‖ 29 III, 23, 89 ‖ 32 II, 491 ‖ 35 Accius Myrmidonibus ‖ 37 V, 3, 10 ed. Vssing. ‖ 3 IV, 2, 33 ‖ 5 Accius Nyctegresia.

---

23 idem liƀ XXVIIII *B; qui om. praecedentia duo exempla.* — 25 Iugurthae $L_2$, $H_2$, *G.* — gnarus *Gen, L, pr. H.* — 26 trepidet *Sall.* — festinat *Gen*, $H_1$. — ex pop. nitorem *Gen. L*, $H_1$. — 27 offici *Sall.* — 28 *om. Gen*, $H_1$. — *causa hiatus, quod praecedit* mihi. — tragiorum $L_1$. — si qui *Orellius.* — 29 desint *M;* desunt *v.* — 30 perventum sit *cdd. potiores Cic.* — navis *cdd. Cic.;* vis *Non.* — 32 Sustinere (*add.* nere $H_1$) est sufferre *A, B, Gen*, $H_1$. — in *om. B*, $H_2$, *G.* — 33 clautra $L_1$. — 36 auti, *tum* uti *L.* — oenas *pr. L.* — 37 Suffere *B (ita et 34).* — easina $Gen_1$. — 1. 2 *cf. O. Seyfferti commentatiuncula Philol. XXVI, 722; qui primus locum verbis a Nonio servatis adsignavit creticosque agnovit numeros. eum et secutus Vssingius.* — 1 intrem *M;* intro *cdd.* — eam *Gerlachius;* meam *cdd.* — ea dux uxorem meam *cdd. Plauti.* — 2 sufferamque ei *Me;* sufferamquae (sufferamque $H_2$) et *L*, $H_2$, *G;* sufferam et quae *B, Gen*, $H_1$. — 3 penulo *B; Gen; pr. H.* — 4 varulandum *B; Gen; pr. H.* — sit tu; situs *B.* — sit *Ambros. Pl.; rell.* est; *quo servato Bentleius cum Spengelio* tu tuum; *alii* tute. *et hoc vel illud videtur elegantius.* — sorium *cdd.* (orium *B*). — 5 Actius *L.* — nyptegressia (nyptaegressia *L;* niptegressia *B*) *cdd.* — 6 aut; *f.* ut (*praec.* a). — ergo *B, Gen*, $H_1$. — aut *ed. Bas.; Bhm; Me;* ut *Gen, L, H.* — poena *ablativ.* — sufferar *M;* sufferam *cdd.* — poena sufferar; *i. e.* loco illius poenae dedar. — *verba videntur esse Diomedis, cum Vlixis*

397 M.

|| *Sufferre, efferre.* Afranius Prodigo:

> nam mé pudet, ubi mécum loquitur Númerius,
> aliquíd sufferre graéce; inridet me ílico.

SVRGERE, crescere, augeri. Vergilius [in] Georg. lib. I:

> quis sine nec potuere seri nec surgere messis.

idem Aen. lib. IIII:

> Ascanium surgentem et spes heredis Iuli
> respice.

|| Surgere, erigi. Sallustius Historiarum lib. V: sella surgere, caput aperire solitum. — Terentius in Adelphis:

> ut tríduo hoc perpétuo prorsum e lécto nequeat súrgere.

Vergilius lib. VIII:

> surgit et aetherii spectans orientia solis
> lumina.

SACRVM est sacratum vel religiosum. Vergilius lib. VI:

> Cererique sacrum Polyboeten.

et [in] lib. VII:

> sceptrumque sacerque tiaras.

|| Sacrum etiam scelestum et detestabile [ita et consecratum]. Afranius Fratriis:

> ó sacrum scurram ét malum!

Plautus Poenulo:

---

7 Afranius Prodigo || 10 I, 161 || 12 Aen. IV, 274 || 15 Sallustius Hist. V || 16 IV, 1, 4 || 18 Aen. VIII, 68 || 21 Aen. VI, 484 || 23 Aen. VII, 247 || 26 Afranius Fratriis || 28 prol. 88.

---

*a Rhesi militibus clausi audisset vocem, clamantis se aut utrumque erepturum aut pro eo periturum. — certe non cogitandum de errore Nonii; qualem suspicatus Quicheratus hoc exemplum subiunxit 396, 36.* — 7 Suff., eff. *add. M.* — Prodito *Quich.* — 8 pudet it (pudet id *Me*) *G.* — pudet, ubi. — *vid. h. l., sicut apud Plautum fieri videmus, finalis in* pudet *produci. nam non credo haberi tribrachum. — de ea re amplius quaerendum.* — 9 sufferre *Bothius;* suffero *cdd.* — grece *C; Gen.* — 10 augeri *Quicheratus;* augere *v.* — in *om. B, Gen,* $H_1$. — 11 qui *H.* — messis $L_1$; $H_1$; menses *B;* messes *rell.* — 15 Sall.; *cf. 236 l.* apertum, nudatum *ibique comment.* — surgere de sella (sylla) *cdd. 236.* — 16 soletum $Gen_1$; $L_1$. — adelfis *cdd. pr. B.* — 17 lectum equeat $L_1$. — 18 VIIII *Gen, L, pr. H, ed. Bas.; non B.* — 19 aetheris *Gen; L; pr. H.* — 21 Sacratum $Gen_1$. — est *om. B.* — VII *B.* — 22. 23 *om. B; Gen;* $H_1$. — Poleboeten *L;* $H_2$ (*pr.* Poleboeetem); *G.* — Polyboten *melius pars cdd. Verg.;* Polypoeten *coll. Il. XXIII, 836 N. Heinsius.* — in *secl. M.* — 24 sacerque uirg. $Gen_1$. — uaras $Gen_1$; tyaras *B.* — 25 detextabile $Gen_1$; $L_1$. — *illa* ita et consecratum, *quae olim in mrg. erant adscripta ad v. 21, ubi post* religiosum *inseruit Quicheratus, secl. M.* — 26 fratribus *cdd.; corr. Iun.* — 27 scurram *Ald.;* succuram (succuram *L;* $H_2$) *cdd. cum B.* — 28 penulo *B.*

vendít eas omnis, ét nutricem et vírgines,
praesénti argento homini, si lenóst homo,
quantum hóminum terra sústinet, sacérrimo.

Vergilius:

auri sacra fames.

Lucilius Satyrarum lib. XV:

adde isto: sacer ille tocoglyphos ac Syrophoenix
quid facerest solitus?

Turpilius Demetrio:

etiám me inrides, péssime ac sacérrime?

idem Lindia:

abhinc triénnium
sacérrimum domicílium hoc quidam cóntulit
lenó.

Varro Lege Maenia: signa tum sacra esse desierunt, posteaquam homines sunt sacri. ‖

SAVCII dicuntur proprie vulnerati, non maesti, sicuti vult consuetudo. Accius Phoenissis:

---

32 Aen. III, 57 ‖ 34 Lucilius l. XV ‖ 37 Turpilius Demetrio ‖ 39 Turpilius Lindia ‖ 43 Varro Lege Maenia ‖ 2 Accius Phoenissis.

---

29 vendit eas omnis. *ita Ritschelius;* vendit eas crinis *B, Gen, C;* vendite asomnis *similia boni cdd. Pl.; interpolati quidam:* venditque has omnis; venditque eas omnis *Me.* — virginis *cdd.* — et nutricem et virginis *m. 2 supra scr. in L.* — 30 praesenti; praesens *sim. cdd. Pl.* — *ad hiatum, qui ferri non potest, removendum* praesenti ibi *F. C. G. Muellerus;* praesenti argentod *Guietus; sic vel* praesentid argento *vel* praesenti argento homoni *Ritschelius (cf. Nov. excurs. Plaut. pg. 73), omnia tamen dubitanter, quod alienus sit a Plauti aetate prologus Poenuli.* — 31 hominus *Gen;* $H_1$*;* ominus *B.* — terras *cdd.* — 34 XVI *pr. B.* — 35. 36 adde *Ald.;* ac de *cdd.* — isto *Turneb.;* istos (*seq.* s) *cdd.* — ille *Iun.;* tocoglyfos *Rothius* (τοκογλύφος *nos in ed. Luc.*); ac syrophoenix (Syrophoenix *iam Iun.*) *Turneb.;* illoto colfo (c, *tum ras.*, lfo $Gen_1$) saxsiro (saxiro *Gen, H;* saxyro *B*) fenix (phoenix *B*) *cdd.* — *puto:* adde isto, s. — quod. — 37. 38 Demetrio: etiam *Me;* demetrio sed iam $H_2$*, Gs;* demetrius etiam *B, Gen, L,* $H_1$. — irrides *Iun.;* inridens (irr. $L_2$, $H_2$, *G*) *cdd. cum B.* — 39 india *cdd. (idem error 343, 16).* — 40—42 *non placet institui octonarios ita:* abhinc | tr. s. d. hoc quidam contulit | leno. — abhic *B.* — sacerrimus *probabiliter Bothius.* — dominicilium *B.* — hoc *pro* huc, *quod Turneb. coniecit.* — 43 Minia *cdd.* — signa tum *Lips.;* signati *cdd.* — 44 sacri *M;* facti *cdd.;* facti sacri *Fruterius.* — *hoc recepto de re m. 435 septenarios trochaicos constitueramus ita:* signa tum sacra | esse desierunt posteaquam homines sunt facti sacri; *quos tamen non ausim tueri, nisi reponatur* postequam *(cf. 192, 32 sq.); quod an Varroni minus conveniat dubito.* — 1 Saucii. 'nota aetate Nonii abusos voce *Saucius* translata ad moestitiam animi' *Me.* — dicantur $Gen_1$. — mesti *B, ed. Bas.* — sicuti velut *B.* — consuitudo $L_1$. — 2 phenissis *B;* foenissis *rell.*

398 M.

obít nunc vestra moénia, omnis saúcios
convísit, ut curéntur diligéntius.

Turpilius Epiclero:

patrócinantem ubi fáctum audierit saúcium.

Sallustius Hist. lib. II: avidis ita promtisque ducibus, ut Metellus ictu tragulae sauciaretur. — Vergilius in Aen. lib. II:

qualis mugitus, fugit cum saucius aram
taurus.

et lib. VII:

saucius ad quadrupes nota intra tecta refugit.

Varro de vita populi Romani lib. IIII: itaque multis civibus ex utraque parte sauciis, multis occisis fugatur.

SVPPLICIVM dicebatur damnatio vel poena. Vergilius in Aen. lib. IIII:

mediis, siquid pia numina possunt,
supplicia hausurum scopulis.

|| Supplicium rursum supplicatio. Sallustius in Catilinae bello: in suppliciis deorum magnifici. — Accius Epigonis:

núnc pergam, ut supplíciis placans caélitum aras éxpleam.

Afranius Fratriis:

. . . . nullám profecto accéssi ad aram, quín deos
supplíciis, sumptu, vótis, donis, précibus, plorans, óbsecrans
nequíquam defetígarem . . . . . . . . .

---

5 Turpilius Epiclero || 7 Sallustius Hist. II || 8 II, 223 || 11 Aen. VII, 500 || 13 Varro de vita pop. Rom. IV || 15 IV, 382 || 19 9, 2 || 20 Accius Epigonis; cf. comm. || 22 Afranius Fratriis.

---

**3** obit *Me;* ubi *cdd.* — nostra *probabiliter valde Ribbeckius.* — *f.* obi nunc nostra moenia, omnis saucios convisito, ut curentur diligentius (*vel* convise, uti). — **5** clero *Gen,* $H_1$. — **6** patricinantem $L_1$; patrocinatem *Gen;* $H_1$. — audierit *Bentin.;* audiverit *cdd.* — saucium *Lips.; Me;* saucius (*om. Gen,* $H_1$) *cdd.* — **7** Sallustius; *cf. 553 l.* tragula. — III *cdd. 553.* — avidis ita promptisque *Guietus* (avidisque ita promptisque *Ald.*); avidisque (*om. A*) ita promtis (promptis *A, Gen, H, G*) *cdd. h. l.;* avidissimis atque promtis (promptis) *553.* — **8** sicut ragulae $Gen_1$. — hictu *A.* — sociaretur *id.* — **12** at *B,* $Gen_2$; *H;* $L_2$; *G.* — quadrupedes $Gen_1$. — **14** ex utr. p. s., m. occisis *om. Gen,* $H_1$. — **15** dampnatio *B.* — vel *supra scr.* $Gen_2$. — **17** medii *cdd. pr. B.* — **18** suplicia *H, Gen* (*hic m. 1* suplica). — ausurum $L_1$. — **19** rursum *A, B, Gen,* $H_1$; rursus *rell.* — suplicatio $L_1$. — attillinae *L;* catillinae *Gen.* — **20** Epigonis *Ald.;* Erigona *Me;* epigono (epigona $H_2$, *G*) *cdd.* — *ac nescias hic, ut alibi, utrum praeferas.* — **21** pergam ut. *Bh; Fruterius* (pergamus ut *Iun.*); pergamus *C, Gen.* — supliciis $L_1$. — celitum *L.* — **22** fratres (frs̃ *H*) *cdd.;* Fratriis *mrg. Iun.* — **24** votis *Bongarsius;* vatis *C, Gen;* atis (sumptuatis) *A.* — plorans; plor *in ras. A.* — **25** defatigarem *Montepess.; Am.*

SAMIVM est testeum. Lucilius Satyrarum lib. XIII:

et non, pauper utei, Samio curtoque catino.

M. Tullius de re publica lib. VI: *testatur* oratio Laeli, quam omnes habemus in manibus, quam simpuia pontificum dis inmortalibus grata sint Samiaeque, uti scribit, capedines. ‖ Samium rursum acutum. unde et samiare dicimus acuere, quod in Samo insula hoc genus artis polleat. Lucilius Satyrarum lib. VII:

hanc ubi vult male habere, ulcisci pro scelere eius,
testam sumit homo Samiam *atque* ibi, 'ἀπειρόκαλε!' ‖ inquid;
praeceidit caulem testisque una amputat ambo.

SPERNERE, fastidire. Vergilius Aen. lib. IIII:

comitemne sororem
sprevisti moriens?

Terentius in Andria:

tót modis contémtus, spretus! fácta, transacta ómnia.

‖ Spernere rursum segregare. Ennius Hectoris Lytris:

mélius est virtúte ius: nam saépe virtutém mali
náncíscuntur; iús atque aecum se á malis spernít procul.

---

26 Lucilius l. XIII ‖ 28 M. Tullius de re publ. VI ‖ 32 Lucilius l. VII ‖ 3 IV, 677 ‖ 6 I, 5, 13 ‖ 8 Ennius Hectoris lytris.

---

27 pauper utei *M* (pauper uti *cdd. infra; et ita Iun.*); pauperitiae *C; Gen; B;* pauperitie *A.* — 28. 29 M. Tull. de Republica libro VI: extat oratio Laelii, quam omnes habemus in manibus. *ita Iun., qui se dicit manuscripti exemplaris fide adiutum; C, Gen:* M. Tullius de republica (republ *Gen, H*) lib. III et non pauper uti oratio et in libro sexto *(ita Gen; L; H;* lib. VI *ed. Bas.)* laeli (leli *Gen, H*). — testatur *add. M.* — *illud* lib. III *ortum ex eo quod seq.* lib. VI *vel* libro sexto, *quo etiam verbum* test. *haustum.* — *praeterea res turbata eis, quae ad v. Luc. emendand. in mrg. fuerant adscripta, delatis in l. alienum.* — simpuvia $H_2$*;* puia, *sed del. m. 2, L;* simpuia *add.* $L_2$ (sim *in ras.*); simpula *Turn.* — diis *cdd.* — 30 grata sint Samiaeque *Iun.;* grata sint samiae quae *L,* $H_2$*, G;* gratas instamiae quae *Gen,* $Ho_1$*;* grata sintamiaequae $Hs_1$. — uti *Halmius;* uthi (ut hi) *cdd.;* ut is *Iun.* — capedines *Ald.;* cappudines *cdd.* — 31. 32 sama ire *L.* — in samo insula *A;* in samo (in samio *B*) *rell.; cf. 118, 22 sq.* — polleat; *cf. 3, 14 sq.* — 33 ulcisci; lucilius *Gen;* $H_1$. — *hinc in B haec tantum:* h. g. a. polleat. Licilius *(sic)* proceleius *e. q. s.* — pro scelere eius *Iun.;* pro cele eius (proceleius *B*) *cdd.* — 1 humo *Dousa pater.* — atque *add. M.* — ἀπειρόκαλε *M;* an uno telo *C, Gen;* a nunc telo (samia mibia nunc telo) *B.* — inquid $L_1$*;* inquit *rell. cum B.* — Samiam sibi, 'anopbelê' inquit *Lachm. Comm. Lucr. pg. 99.* — 2 praeceidit; praecedit *B; Gen;* $H_1$*;* praecidit *rell.* — tetisque *Gen,* $H_1$*;* tethisque *B;* testis quae *L;* $H_2$*; G.* — 7 quot modis *cdd. Ter.* — contemptus *B;* $H_2$ (*m. 1* cōtemtus). — 8. 9 haectoris *C, Gen.* — Hectoris — virtute eius *om. B.* — lytris *pr. L;* listris *G;* lystris *rell.* — 9. 10 *cf. de his vv. vit. Ennii pg. 267.* — ius *Bentin.;* eius (*praec.* e) *cdd.* — virtutum *B.* — nanciscu (*supra* u *ras.*) tur $L_1$*;* nanciscum tur $H_1$*;* nascuntur *G.* — ius; vis $H_1$. — aecum; aequum *B;* ecum *Gen; H in ras.; G;* cum *L.* — si *B.*

399 M.

SVBDVCERE, subputare. Terentius in Adelphis:

númquam ita quisquam béne subducta rátione ad vitám fuit.

Lucilius lib. XXVIIII:

eódem una hic modó rationes *ómnes* subducént suas.

M. Tullius in Ortensio: non et sine ea cogitatione ineundis subducendisque rationibus. — idem de finibus bonorum et malorum: qui autem esse potest, nisi te amor ipse ceperit? quod non subducta utilitatis ratione effici solet. ‖ Subducere est subripĕre. Turpilius Lindia:

ego ínterim in turbá foras
subdúxi cum hac me.

Vergilius in Bucolicis:

et sucus pecori et lac subducitur agnis.

Terentius in Eunucho:

. . . ubi prímum poterit, se ílli subducét, scio.

Lucilius lib. XXX:

neuqui te ignaro famuli subducere *possint*.

M. Tullius in Ortensio: an, cum videat me et meos comites, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, constantiam, gravitatem, fidem, ipsa se subducat? ‖ Subducere etiam susum ducere, levare. Turpilius Paraterusa:

cum anthác videbam stáre tristis, túrbido
vultú, subductis cúm superciliís senes.

---

11 V, 4, 1 ‖ 13 Lucilius l. XXIX ‖ 15 M. Tullius Hortensio ‖ 16 II, 24, 78 ‖ 18 Turpilius Lindia ‖ 22 III, 6 ‖ 24 IV, 1, 14 ‖ 26 Lucilius l. XXX ‖ 28 M. Tullius Hortensio ‖ 31 Turpilius Paraterusa.

---

**11** Subducere $H_2$; *A; B;* Subdere *rell.* — adelfis *cdd. pr. B.* — **12** numquam *B; ed. Bas.;* nuncquam *Gen; H;* $L_1$; nunquam $L_2$. — bene *om. B, Gen,* $H_1$. — **13** Lucilius Satyrarum lib. XXVIIII *ed. Bas.* — **14** edem $Gen_1$. — una *M;* uno *v.* — hic *(nomin. plur.) Gen; L; P;* his *pr. Hs;* hi *Hs post ras.; G.* — rationes omnes *M;* errationes (rationes *l. v. Dousae; Ald.*) *cdd.* — *in ed. nos:* aeris iam rationes; *f.* rationes aeris; *cf. Luc. XXIX, 59—61.* — subducent *Iun.;* subduceret *cdd.* (subducet *lib. vet. Dousae*). — **15** hortensio $L_2$, *G.* — non; *f.* nam. — *mancus locus et obscurus Non., ut vid., culpa.* — *cet. cf. 193, 11.* — **17** potest *vitiosum;* potes *Me;* poteris *cdd. Cic.* — amor ipse ceperit *Cic.;* amori praeceperit *Gen, L,* $H_1$; amore praec. $H_2$; amor ipre ceperit *ed. Bas.* — **19** lyndia *cdd.* — **20. 21** *haec f. septenario iambico vel octonario continenda.* — **22** Verg.; *cf. 331 l.* lac. — **23** sucos $L_1$; sucas $Gen_1$. — **25** potuerit *cdd.* — illi; *vid. olim fuisse* illim; *et sic Quicheratus;* illinc *cdd. Ter.* — **27** neuqui; qui *adverb.* — ignaro *Gerlachius;* ignoro *cdd.* — famuli *M; et ita P;* famulis *v.* — possint *add. M; idem vel* possent *supplendum coniecit Quicheratus.* — **28** hortensio *cdd. pr.* $L_1$. — me; *scil.* iustitiam. — **30** ipsa; *i. e.* philosophia. — **30. 31** ducere vel levare *A; B.* — paratelusa *Gen;* $L_1$; $H_1$. — **32** antehac *cdd.* — **33** supertiliis $Gen_1$.

Varro *Εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ γεγαμηκότων*:

ego unus scílicet
antíquorum hominum súbductis supércilis
dicám: *γαμήσεις νοῦν ἔχων.*

Sallustius in Iugurta [bello]: || dein cunctos pleno gradu in collem subducit. — Vergilius in Bucolicis:

qua se subducere colles
incipiunt.

M. Tullius de officiis lib. III: huic ille classem Lacedaemoniorum, quae subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse. — Plautus in Aulularia:

ut ín puteo cenám coquant.
inde coctam sursum súbducemus córbulis.

STVPIDVS est obstupefactus. || Stupidus, stultus et inicus. Varro *περὶ ἐξαγωγῆς*: Andromeda vincta et proposita ceto non debuit patri suo, homini stupidissimo, in os spuere [vitam]?

SVSPICERE, [est] susum aspicere. Vergilius lib. I:

et fastigia suspicit urbis.

Varro Agathone: et pueri in aedibus saepius pedibus offensant,

---

34 Varro *Εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα* || 1 98, 4 || 2 IX, 7 || 5 III, 11, 49 || 7 II, 7, 3 || 11 Varro *περὶ ἐξαγωγῆς* || 13 Aen. I, 438 || 15 Varro Agathone.

---

**34** heurenae(ne $H_2$)lopasto ponia *L; $H_2$; G;* heurelelopasto ponia *Gen; $H_1$; corr. Iun.* — *καθηικοντων L; καθηιcοντων Gen; $H_1$; καθυκοντων G; καθηκοντων $H_2$; γεγαμηκότων Iun.* — *illud εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, quod initium tetram. trochaici implet, ex comoedia, ut puta Menandri, sumptum latine redditur per trimetrum* accessit huic patellae dignum operculum; *de quo dictum comm. Lucil. pg. 286.* — **35—37** *numeros distinxit M.* — hominem *A, Gen; pr. H.* — supercilis *M;* superciliis *v.* — *v. 37 om. A.* — *γαμήσεις Meinekius* (*γαμήσω Oehlerus*); *γαμησιο G; ταμησιο L; H; Gen.* — *νοῦν ἔχων Turneb.; νουνεχων $L_1$; H ex corr.; G; νοιυνεχων rell.* — **1** in Iugurta *Gen, $H_1$;* in Iugurtae *$L_1$;* in Iugurthae bello *$L_2$, $H_2$, G.* — deine *$Gen_1$.* — **2** colem *$L_1$.* — Verg.; *cf. 347 l.* molle, non arduum. — **3** tolles *$H_1$.* — **5** Lacedemoniorum *Gen; L; H.* — **6** esset *ed. Bas.; v.;* esse *Gen; L; H.* — Gytheum *cdd. Cic.;* citaeum *Gen, H;* cytaeum *L, G.* — **8** ut in puteo *etiam Plauti cdd., parum quidem eleganter;* in puteo uti *Bothius.* — caenam *A; Gen; H.* — coquant *Plaut.;* coquam *C, Gen;* quoquam *A.* — **9** inde coctam, *quod non credo posse tolerari, etiam Pl. libri.* — coctam inde *Camerarius.* — corbulis *om. A; Gen; $H_1$.* — **10** est stupefactus *B; non A.* — inicus *L;* iniquus *rell. cum A, B.* — **11** *περιεατωτηc Gen, L, H; περιεαγωγηc G; om. B.* — Andrometa *B.* — vicuncta *pr. L.* — ceto *Iun.;* cito *cdd.* — **12** patri *Iun.;* pari *cdd.* — spuere *$H_2$, G;* expuere *rell. cum B.* — vitam, *quod ex* vincta *vid. ortum, del. Duentzerus; f. scribend.:* in os spuere ultro. — *post* vitam *in L m. 2 add.* su, *sed id elutum.* — **13** est *om. B, Gen, H.* — sursum *B.* — Virg. aend lib. *B.* — **14** suscipit *$H_1$.* — suscipitur bis *Gen.* — **15** et; *f.* ut. — offensum *Gen, $H_1$.*

400 M.

dum recentes, musteos in carnario fluitantes suspiciunt * * * || Suspicere est suspectum habere. Sallustius in Iugurta [bello]: per idem tempus Bomilcar, cuius inpulsu Iugurtha deditionem, quam metu deseruit, inceperat, suspectus regi et eum suspiciens, novas res cupere, ad perniciem eius dolum quaerere. — Vergilius [in] Aen. lib. II:

suspectaque dona
praecipitare iubet.

[et] Cicero in Oratore: quod prudentia hominibus grata siet, lingua suspecta.

SVBIGERE, acuere. Vergilius lib. VII:

subiguntque in cote secures.

|| Subigere est superare et sub dicione habere. Vergilius [in] Aen. lib. I:

ternaque transierint Rutulis hiberna subactis.

Sisenna Hist. lib. IIII: terrore perturbatam multitudinem

---

17 70, 1 || 21 II, 36 || 24 42, 145 || 26 Aen. VII, 627 || 29 I, 266 || 31 Sisenna Hist. IV.

---

16 recentes, *ut glosema eius quod est* musteos, *deletum vult Forcellinus s. v.* musteus. *at id genus vitii in cdd. Non. rarissimum. neque idem est* musteus *ac* recens. — musteos (museos *Gen*, $H_1$); caseos *add. Quicheratus coll. Plin. XI, 42, 97:* musteo (caseo) tantum commendatio. — *v. etiam Turneb. Advers. XXVIII, 12. — sed carnarii iniecta mentio facit, ut potius cum Forcellino de petasonibus vel farciminibus cogitandum esse videatur.* — dum petasones musteos *Vahlenus.* — fluitantes *Laurenbergius;* fluitare (*seq.* s) *cdd.* — *similis error 359, 7.* — suspiciunt petasunculos *Riesius; qui cum Roepero trochaicos disposuit numeros. — quos et nos olim probavimus. nunc hanc rem in medium relinquimus. — quodsi versus instituendi sint, scribendum sic fere:* ut pueri in aedibus | saepius pedes *(ita Quicheratus)* offensant, dum recentes, musteas | in carnario fluitantes suspiciunt succidias; *cf. Varr. de re r. II, 4, 3:* ignavum et sumptuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab laniario quam e domestico fundo. — **17** in Iugurta *Gen;* $H_1$*;* in Iugurtae $L_1$*;* in Iugurthae (Iugurtae $H_2$) bello $L_2$*;* $H_2$*; G.* — *cf. comm. in v. 1.* — **19** deserit *pr. L.* — inciperat $L_1$. — suspicens $Gen_1$*; pr. L.* — et ipse eum suspiciens *recte cdd. Sall.* — **20** ad *cdd. Sall.;* ac *Non.* — ac perniciem eius dolo q. *Ald.;* eius per dolum q. *Quicheratus.* — pernitiem $Gen_1$. — **21** in *om. B; ed. Bas.* — **23** iuvet $Gen_1$*;* iubent *Verg.* — **24** et *secl. M.* — in Oratore *Rothii Index;* de oratore *cdd.* — propterea quod *Cic. libri;* quo *Non.* — grata siet *M;* gratis est *Gen,* $H_1$*;* grata est *L,* $H_2$*, G; et ita minus bene cdd. Cic.* — **27** in cute $Gen_1$*;* $L_1$*;* $H_1$. — secures. *seq. in cdd. haec:* Subigere, exercere, mollire. Cicero — iterato. *quae apparet retrahenda ad ea quae infra sunt:* Subigere, mollire vel exercere. *itaque ab hoc loco exclusimus; cf. comm. in 401, 2. 3. 4.* — **28** Subigere etiam superare *A.* — ducioni *Gen;* $H_1$*;* ducione *pr. L;* ditioni *B;* dictione *pr. A.* — in *om. B; ed. Bas.* — **29** II *L.* — **30** transierunt $Gen_1$*; L.*

subigunt. ‖ Subigere, exarare. M. Tullius de senectute: cum autem admiraretur ‖ Lysander proceritatem arborum et derectos ordines et humum subactam atque puram. ‖ Subigere, mollire vel exercere. Cicero de oratore lib. II: subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed novato et iterato. — Vergilius Georg. lib. II:

aut scrobibus mandet mutata subactis.

Lucilius lib. XXX:

an equam te acrem adque animosam
Thessalam et indomitam frenis subigamque domemque?

M. Tullius in Ortensio: ut enim segetes agricolae subigunt aratris multo ante quam serant. — et de senectute: sed etiam ipsius terrae vis ac natura delectat: quae cum gremio mollito et subacto sparsum semen excepit. — Varro Sesquulixe: anteiqua militia subactus aliquod annis erat. ‖ Subigere, cogere. Vergilius in Georg. lib. III:

et saepe superbos
cornibus interse subigit decernere amantis.

et lib. VI:

---

32 17, 59 ‖ 3 II, 30, 131 ‖ 5 II, 50 ‖ 7 Lucilius l. XXX ‖ 10 M. Tullius Hortensio ‖ 11 15, 51 ‖ 13 Varro Sesquulixe ‖ 15 III, 217 ‖ 18 Aen. VI, 567.

---

32 Sub., ex.; Subigere est *(supra scr. Gen)* superare *Gen;* $H_1$. — **1** et proceritates *Cic.* — directos *perperam libri Cic.* — in quincuncem ordines *Cic.; ed. a. 1476.* — **2** humum; hominum et *Gen;* $H_1$. — **2. 3. 4** Subigere — iterato. *cf. comm. in 400, 27.* — *Ciceronis exemplum nescio an olim praecesserit loco, qui ex Hortensio est petitus, et successerit:* idem Hortensio. — Subicere *h. l. L; G; $Gen_1$; non B* (Subigere, exercere, mollire *cdd supra*). — semel orato $H_1$. — **7** Lucil.; *cf. 233 l.* anima — significat iracundiam *ibique comm.* — **8** an equam te acrem *Turn.;* an ego te acuam (acuan *Hs*) *cdd.* — adque *$L_1$;* atque *rell.* — **9** tessalam *h. l. cdd.* — et *libri 233;* ut *hic.* — subigamque domemque *Bentin.;* subigam ante domemque *cdd. h. l.;* subigantque domentque *plerique 233.* — **10** M. Tull.; *cf. 395 l.* segetem — terram. — ortensio *$L_1$;* hortensio *rell.* — segetes *Ald.;* segetis *C, Gen.* — **11** aratris; patris *Gen,* $H_1$. — et de sen.; *cf. 42 l.* occationem. — **12. 13** ac subacto *cdd. Cic.* — spassum *$Gen_1$; $L_1$* (*hic* subactos passum). — excoepit *Gen.* — **13** *Mercerus qui primus addidit hoc exemplum putat tangi veterem Romanorum morem, quo non licebat ad rem publicam accedere nisi post decem annorum militiam. at tali pacto Varro potius fuit scripturus:* antequam m. s. decem *vel* multis annis erat. — anteiqua *M; cf. Hor. C. III, 2, 2;* antequam (*seq.* m) *cdd.* — **14** militia *Me;* mitia *cdd.* — *cf. eiusdem saturae frgm. quod leg. pg. 86 s. l.* caballus. — aliquot *$L_2$; $H_2$; G.* — Verg.; *cf. 285 l.* decernere, certare. — **15** in *om. B.* — **17—20** *in Gen haec:* cornibus inter se subigitque fateri Lucilius amantis et lib VI castigatque auditque dolos subigitque fateri lib. XXX (Lucilius lib. XXX *Genm*); *in H v. 17 talis est:* cornibus inter se subigitque fateri Lucilius amantis; *in mrg. m. 1 adscr.:* decernere amantis. *illa* que fat. Luc. am. *deleta m. 2.* — *recte omnia B, qui habet* amantes *et om. 20—24.* — **18** *cf. 251 l.* castigare, vindicare.

castigatque auditque dolos subigitque fateri.

Lucilius lib. XXX:

tune iugo iungas me apte et succedere aratro
invitam et glebas subigas proscindere ferro?

Plautus Mercatore:

mírum quin me súbigitaret.

SVMMVM significat quod omnibus sit altius. Vergilius in Aen. lib. IIII:

summoque ulularunt vertice nymphae.

idem lib. XII:

apicem tamen incita summum
hasta tulit summasque excussit vertice cristas.

|| Summum, proximum. Cicero Tusculanarum lib. I: summam aquam adtinges, enectus siti Tantalus. || Summum, extremum. Vergilius Aen. lib. II:

venit summa dies et ineluctabile tempus
Dardaniae.

Lucilius lib. XXVI:

scúlitate súmma, scabie súmma in erumna óbrutam.

---

20 Lucilius l. XXX || 23 I, 2, 91 || 25 IV, 168 || 28 XII, 492 || 31 I, 5, 10 (tragicus incertus) || 33 II, 324 || 36 Lucilius l. XXVI.

---

**19** castigat $H_2$, *G*. — **21** iugo iugans *Gen*, $H_1$. — apte *M*; ante *cdd.* — **22** invitum *cdd.*; *corr. Gulielm.* — proscendere $Gen_1$; $L_1$. — **24** quin *Plaut.*; quid *cdd.* — **25** in *om. B.* — **27** nymphae *B*; $L_2$; nimphae *A*; nemfe $L_1$; memfei $Gen_1$; nymfae *rell.* — **29. 30** *L:* apicem tamen incita vertice cristas; *H:* apicem tamen in summum hasta fulit summas extra vertice cristas; *in mrg. m. 1:* apicem tamen incita vertice cristas (*illa* vertice cristas *deleta*) summum hasta tulit summasque ex, *tum ras.*, *supra scr.* ti, vertice cristas. — incita; in *B*; *Gen*; *pr. H.* — fulit *Gen*, *pr. H.* — summas *pr. H.* — excussit *Verg.*; extra *B*; *Gen*; *pr. H*; exti *H ex corr.*; *G.* — christas *B.* — **31. 32** *ap. Cic. est:* mento summam *e. q. s.* — mentó summam aquam *(trisyllabum)* attíngens, enectús siti *Lachmann. comm. Lucr. pg. 379.* — summam amnem *Buechelerus, ut poetae recentiores; cf. Senecae Thyest. 68; 106; Hor. Sat. I, 1, 68; Phaedri Append. 5, 7. — de Lachm. commento iure dubitavit Ritschelius. qui post* aquam *addi vult* nitenti. — *vid. gravius turbatum.* — *f. olim fuit:* mentó labrisque súmmam aquam iam attíngens, enectús siti; *vel* mentó summam attigéns aquam, siti énecatus *(ita F. A. Wolfius)* Tántalus. *quamquam* Tantalus *utrum poetae sit necne non constat.* — aquam; quam $L_1$; $Gen_1$. — attingens, enectus *Cic.*; adtinget (att. *L*) senextus $Gen_1$; *pr. L*; adtinget (att. *L*) enectus $Gen_2$; *L ex corr.*; *H*; attinget eiectus *B*; adtingit enectus *A*; attinget senectus *ed. Bas.* — *in archetypo fuit* adtinges *subtracta* n. — sitit antulus *H.* — tantulus *Gen*; *non A*; *B.* — **34** inelectabile $Gen_1$. — **36** Lucil.; *cf. 126 l.* invidiosum *ibique comm.* — **37** isculitate *cdd.*; *cf. pg. 126;* squalitate *Lucil.* — ac scabie *recte cdd. 126.* — *nam* summa *sequens iungendum cum* erumna. — scabiae *H*; *Gen.* — summam erumna (aer. *H*) *Gen*; *L*; $Ho_1$; summa aerumna, *supra scr. m. 2* in, *Hs;* summam in aer. (er. *G*) $Ho_2$ *ac nisi fallor G.*

M. Tullius in Ortensio: vixit ad summam senectutem optuma valitudine. || Summum, gloriosum, laudabile. Vergilius lib. VIIII:

mene igitur socium || summis adiungere rebus,
Nise, fugis?

Ennius Andromacha aechmalotide:

annos múltos longinque áb domo,
bellúm gerentes súmmum summa indústria.

SPECTARE, dirigi. Lucilius lib. XXX:

quid sibi vult? qua re fit ut introvorsus et ad te
spectent atque ferant vestigia se omnia prorsus?

M. Tullius de officiis lib. III: ad extremum, si ad perniciem patriae res spectabit, patriae salutem anteponet saluti patris. || Spectare est videre. Vergilius in Georg. lib. I:

heu! magnum alterius frustra spectabis acervum.

Lucretius lib. II:

e terra magnum alterius spectare laborem.

Vergilius lib. XII:

sedeant spectentque Latini.

M. Tullius in Ortensio: caeli signorum admirabilem ordinem insatiabilis incredibilemque pulcritudinem magis† spectat. || Spectare, inspicere [cavere]. Plautus in Asinaria:

---

38 M. Tullius Hortensio || 39 Aen. IX, 199 || 3 Ennius Andromacha aechmalotide || 6 Lucilius l. XXX || 9 III, 23, 90 || 11 I, 158 || 13 II, 2 || 15 XII, 15 || 17 M. Tullius Hortensio || 19 IV, 1, 33.

---

38 hortensio *cdd. pr.* $L_1$. — summam *om. Gen, H.* — optima *Gen,* $L_1$, $H_1$. — 39 valet. $L_2$; *H; G.* — VIII *cdd. pr. B.* — 1 summis *om.* $L_1$. — adiunge *C, Gen* (*in H ex* e *f.* o *factum*); *non B.* — 2 nisi $L_1$. — fungeris $Gen_1$; pugeris $L_1$; fuis $H_1$; is *eras. et supra scr.* gis. — 3 Ennius; *cf. 515 l.* longinque. — andromaca *cdd.* — aechmalotide *Rothius;* haec malo *C, Gen;* aechmaloto *Quicheratus; cf. comm. in 505 l.* sonunt. — 4 longique *cdd. h. l.* — a *idem 515.* — 5 summam ind. *Gen; pr. H.* — 6 *olim l. incipiebat a v. 11.* — dirigi *Quicheratus;* dirigere *cdd.* — Lucil.; *cf. 303 l.* ferre, dirigere *ibique comm.* — 7 fit *in ras. B.* — intravorsus aetate *cdd. h. l.* — 8 expectent *Gs.* — ferent *B,* $L_1$. — sed omnia (omnino *B*) *C, Gen, B h. l.;* se o. *pr. P.* — 9 si p. $Gen_1$. — 10 patriae res spect. *Cic.;* patris (patri *L*) respectabit (respectavit $H_2$) *cdd.* — anteponet *Cic.;* anteponam et *C, Gen.* — 11 in *om. B.* — 14 e terra *cdd. Lucr.;* et terrae *Non.* — *testatur illud* e *Mar. Vict. pg. 2475. itaque non scripserim* ec terra. — *cet. cf. comm. in 325, 21.* — 15. 16 *f. delendi.* — 15 Verg.; idem *B; in quo Lucr. exemplum omissum.* — 17 hortensio *cdd. pr.* $L_1$. — 18 insatiabilis incredibilemque *M;* insatiabilemque *cdd.* — pulchritudinem *cdd. pr.* $L_1$. — spectant *docti ap. Cic.* — *videtur de astrologis agi, qui omissis rebus terrenis 'caeli scrutantur plagas.'* — 19 cavere, *quod ex praecedentis vocabuli fine ortum videtur, secl. M.* — *pro 6—21* probare *haec tantum A:* Spectare, inspicere vel probare. — Plaut.; *cf. 382 l.* rogare, poscere *ibique comm.* — in *om B.*

spectándum ne cui† ánulum det néque roget.

|| Spectare, probare. Cicero Tusculanarum lib. V: non igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt. — Terentius prologo Andriae:

spectándae an exigéndae sint vobís prius.

Vergilius lib. VIII:

sunt nobis fortia bello
pectora, sunt animi et rebus spectata iuventus.

M. Tullius de officiis lib. II: qui simul ac iuvenis esse coeperunt, magna spectare adque ad ea rectis studiis debent contendere. — Varro *Γνῶθι σεαυτόν*: qui sint secundum naturam perfecti homines, ut non modo eos spectemus, sed etiam imitemur.

STRINGERE, percutere. Vergilius [in Aen.] lib. IX:

atque animum patriae strinxit pietatis imago.

|| Stringere, nudare vel exerere. Vergilius in Aen. lib. X:

strictum rotat acer Lucagus ensem.

|| Stringere, || rarefacere, excidere. Vergilius in Bucolicis:

hic ubi densas
agricolae stringunt frondes.

et in Georg. lib. II:

tunc stringe comas, tunc brachia tonde.

|| Stringere, decerpere. Vergilius in Georg. lib. I:

sed tamen et quernas glandes tunc stringere tempus
et lauri bacas.

---

21 V, 10, 31 || 22 prol. 27 || 25 Aen. VIII, 150 || 28 II, 13, 45 || 30 Varro *Γνῶθι σεαυτόν* || 32 IX, 294 || 34 X, 577 || 1 IX, 60 || 4 II, 368 || 6 I, 305.

---

**20** nec via nullum *Gen;* $H_1$*;* nec vi anullum $H_2$*;* ne cui anulum *et B.* — **22** philosophi *et A;* filosofi $L_1$*;* .phi .filosofi *idem m. 2* (*i. e.* phifilosofi); philosofi *Gen.* — expectandi *L.* — Ter.; *cf. 290 l.* exigere est excludere. — prol.; in *praemittit* $L_2$. — **24** expectande *L;* spectandae an *supra add.* $Gen_2$*;* spectandi $H_2$*, G.* — *illud* spectandae *etiam Donat. explicare videtur per* probandae. — exigendi $Genm_1$*, L,* $H_2$*, G.* — sunt $Gen_1$*; L; H (hic per compendium).* — **26** forti *cdd. pr. B.* — bello et, *sed del.* et, *L.* — **28** qui; i *vel* hi *Cic.* — iuvenes $H_2$*; cdd. Cic.* — **29** ceperunt *pr. H.* — adque $L_1$*;* atque *Gen;* $L_2$*; H; G; et ita ap. Cic. Bern. 104; quem constat ex Nonio interpolatum;* et *rell.* — eam $L_1$. — **30. 31** qui — homines; *vid. Non. socordia omissum verbum, unde haec essent suspensa.* — spectarmus *pr. A.* — invitemur *A.* — **32** in Aen. *om. B, Gen,* $H_1$. — X *C, Gen, B.* — **34** exercere *B, Gen,* $H_1$*;* exserere *ed. Bas.* — XI *L, G; non B.* — **35** protata *pr. L.* — lugagus *A, Gen;* $L_1$*;* $H_1$*; non B.* — ensum $L_1$*; post* s *ras. in Gen.* — **1—16** Str., excid. vel decerpere. Virg., *tum 2. 3 om. rell. A.* — **2** hinc *B.* — ubi *om.* $L_1$. — **5** tum — tum *recte pars cdd. Verg.* — tunde *B, Gen, L, pr. H.* — **7** et q. et gl. $Genh_1$. — tum *Verg.; et ita B.* — **8** baccas *B; Gen.*

Varro de re rustica lib. I: quod non solum stringit bacam, sed etiam ramos glubit. ‖ Stringere, radere, celeriter praeterire. Vergilius lib. VIII:

ego sum, pleno quem flumine cernis
stringentem ripas.

‖ Stringere, vulnerare. Vergilius lib. VIIII:

hunc primo levis asta Themillae
strincxerat.

SVCCEDERE dicitur in alterius locum venire. Vergilius lib. X:

interea soror alma monet succedere Lauso
Turnum.

M. Tullius de officiis lib. III: ad qui quodam veneno perficiat ut veros heredes moveat, in eorum locum ipse succedat? ‖ Succedere, ingredi. Vergilius lib. VIII:

et nostris succede penatibus, hospes.

Afranius Excepto:

audíte, pueri, paúca; vos succédite.

SVBIT, in memoriam reducitur. Vergilius [in] Aen. lib. II:

subiit deserta Creusa
Ascaniusque omnisque domus.

‖ Subire significat ingredi. Vergilius lib. VIII:

haec, inquid, limina victor
Alcides subiit.

‖ Subire, succedere. Lucilius lib. XXVIII:

puerí praeterea nóstris quo subeánt iubet.

---

9 I, 55, 1 ‖ 11 Aen. VIII, 62 ‖ 14 Aen. IX, 576 ‖ 17 Aen. X, 439 ‖ 20 III, 19, 76 ‖ 22 Aen. VIII, 123 ‖ 24 Afranius Excepto ‖ 26 II, 562; ib. 651; 2; cf. comm. ‖ 29 Aen. VIII, 362 ‖ 32 Lucilius l. XXVIII.

---

9 Varro; *cf. 119 l.* glubere *ibique comm.* — II *L.* — *post* solum *in cdd. est:* celeriter praeterire, *quod recte ad v. 10 transtulit Me (del. Iun.).* — strigit *G.* — vacam *Gen; L; $H_1$; Gs;* vacant *$H_2$; G sec. ed. Bas.* — **10** ramos *Varro;* ramis *cdd. 119;* ram *h. l.* (ramum *hic Me*). — **13** stringantem *$L_1$.* — pipas *$Gen_1$; $L_1$.* — **14** VIII *cdd. pr. B; Hqos.* — **15** hasta Themillae *ed. Bas.;* astatamille *Gen, L, $H_1$;* astathemille *$H_2$;* ala camillae *B.* — **16** strinxerat *cdd. pr. L.* — **18** almam *L.* — **20** M. Tull.; *cf. 351 l.* movere *ibique comm.* — at *cdd. pr. $L_1$.* — quodam quasi ven. *recte cdd. 351.* — **23** inostris *pr. L.* — penatibus *B;* paenatibus (poen. *Gen, $H_1$*) *rell. cum A.* — **25** succedit *Gen.* — **26** redducitur *G.* — in *om. B; ed. Bas.; Hqos; non P.* — **27** subit *cdd.* — **28** Asc. o. d. (o. d. *om. A;* domos *L ex corr.; H; Gen*). *haec add. A, B, Gen, L, $H_1$; om. $H_2$, G; apud Verg. seq.* et deserta domus et parvi casus Iuli. *cf. 651; 2. hic eadem levitate peccatum, qua ex duobus Verg. locis vel tribus unum conflatum 413 s. l.* tueri *videbimus.* — **30** inquit *cdd. pr. $L_1$.* — **31** alcide subigit *A.* — **32** *l.* Subire, succedere, *quod v. fertur post v. 33, huc traiecit M.* — **33** pueris *non bene F. Dousa.* — quo *M;* qui *v.*

Varro Sexagesi: in quarum locum subierunt inquilinae inpietas, perfidia, inpudicitia. ‖ Subire, subdi, subponi. Vergilius lib. X:

> Aeneae subiit mucronem ipsumque morando
> sustinuit.

‖ Subire, nasci, subcrescere. Vergilius [in] Georg. lib. I:

> ne subeant herbae neu pulvere victa fatiscat.

Subire, adgredi [succedere]. Vergilius lib. VIIII: ‖

> Fadumque Herbesumque subit.

Subire, respondere, resistere. M. Tullius in Verrem, Divinatione: poterisne eius orationi subire?

SECARE dicitur scindere. Vergilius lib. VIIII:

> qualis Nereia Doto
> et Galatea secant spumantem pectore pontum.

‖ Secare, sequi: unde et sectatores bonorum sectores dicti sunt. Vergilius lib. X:

> quae cuiquest fortuna hodie, quam quisque secat spem.

SCVLIDVM, sicuti plerumque, dicitur sordidum. Vergilius in Aen. lib. II:

> squalentem barbam et concretos sanguine crinis.

‖ Squalidum, fulgens. Vergilius lib. X:

> per tunicam squalentem auro latus aurit apertum.

---

34 Varro Sexagesi ‖ 36 Aen. X, 798 ‖ 39 I, 180 ‖ 41 Aen. IX 344 ‖ 2 14, 46 ‖ 4 Aen. IX, 102 ‖ 8 Aen. X, 107 ‖ 11 II, 277 ‖ 13 Aen. X, 314.

---

**35** subdi, supponi *Quicheratus;* subdere, subponere (supp. $L_2$, *G*) *cdd.* — **36** X *om. B.* — **37** aen *Gen;* $L_1$*;* aen. $H_1$*;* aenđ. *B;* aenaeas $L_2$. — subit *B, Gen, L,* $H_1$ (*ita Romanus ap. V.;* subigit *Medic.*). — mucro *B, Gen, L,* $H_1$. — **39** succr. *B, G* (succcr. $L_2$). — in *om. B, Gen,* $H_1$. — **41** succ. *secl. M; cf. v. 32.* — VIII *Gen; H; non B.* — **1** cadumque *cdd. cum B.* — herbaesumque *cdd. pr. B.* — **2. 3** *ap. Cic. haec:* poterisne eius orationis subire invidiam? *seq.* vide; *quae causa fuit, cur illud* invidiam *intercideret.* — *veterem autem errorem demonstrat, quod Arus. gr. lat. VII, 507 pariter ac scholiasta Cic. idem legerunt quod Non. — cf. Keilii comm. in Arus. l. m.* — orationi; divinatione $L_1$. — **4** scind. *M;* excidere *v.* — VIII *cdd. pr. B.* — **5** qualis *plural.* — doto *B;* $H_2$*;* dato *rell.* — **7** *n. N.* — unde; funde $Gen_1$. — sectatores; secutores *A.* — sectores *v.;* sectatores *A; B;* $Gen_2$*;* $H_1$*;* sectatoris $Gen_1$*;* sectoris *rell.* — **8** XI *B.* — **9** *cf. Serv. in h. l.* — **10** Sculidum; *cf. Gell. II, 6, 4; 19 sqq.* — Sculidum *M; cf. comm. in 126, 4. 5;* Scalidum $L_1$*;* Squalidum *rell.* — in *om. B.* — **12** concretus *Gen; L;* $H_1$. — crines *B.* — **13** *n. N.* — Verg.; *cf. comm. in 319, 25.* — **14** *cf. Serv. Daniel. in h. l.* — latum $Gen_1$*;* $L_1$. — haurit *cdd. pr.* $Gen_1$*;* $L_1$.

* * * SCITVM, elegans. Terentius in Andria:

per ecástor scitus púer est natus Pámphilo.

M. Tullius in Verrem, actione Siciliensi: ut etiam nos, qui rudes harum rerum sumus, intellegere possimus, scite facta et venuste.

SEDET significationem habet claram. Vergilius lib. VIIII:

Turnus sacrata valle sedebat.

|| Sedet, placet. Vergilius lib. V:

idque pio sedet Aeneae, probat auctor Acestes.

SVSTVLIT est susum tulit, erexit. Vergilius Aen. lib. II:

sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.

|| Sustulit, abstulit. M. Tullius Philippicarum lib. X: eos, qui regni nomen sustulerint, deserendos putatis. — Vergilius in Georg. lib. I:

sustuleris fragilis calamos silvamque sonantem.

SPARGERE significat destillare vel guttatim fundere. Vergilius lib. XII:

spargit rapida ungula rores
sanguineos.

idem lib. IIII:

spargens umida || mella soporiferumque papaver.

|| Spargere, madefacere. Lucilius lib. XXVIIII * * * *Ennius Thyeste:*

látere pendens, sáxa spargens tábo, sanie et sánguine atro.

15 III, 2, 6 || 17 II, 2, 35, 87 || 20 Aen. IX, 4 || 22 Aen. V, 418 || 24 II, 153 || 26 X, 3, 7 || 27 I, 76 || 31 XII, 339 || 34 Aen. IV, 486 || 2 Lucilius l. XXIX || Ennius Thyeste; cf. comm.

**15** *haustum ut puta lemma:* Scitum, iussum; *cf. Fest. 330 l.* scitum populi. *a quo subiecta haec:* scitae alias — bona facie, alias bonis artibus mulieres *(cf. comm. O. Muelleri)* a poetis usurpantur. — eligans $L_2$, $H_2$, *G; non A, B.* — **16** pampilo *Gen; H;* pamfilo *L;* pamphilo *et B.* — **17** siciliensium (sciliensium *Gen*) *cdd.; corr. Me.* — *praec.:* etiam, quod paene praeterii, capella quaedam est, ea quidem mire. — ut *om.* nos e. *A.* — **18** redes $L_1$. — summus $L_1$. — intelligere $L_2$. — possimus *B; Gen; L;* $H_1$*; pars cdd. et edd. Cic.;* possumus *cum aliis A,* $H_2$, *G.* — **18. 19** scitae factae et venustae, *mutat. in* scite facte et venuste *A.* — **23** aeneae *B; pr. H;* eneae *A;* aenae *rell.* — **24** Sustulit; *cf. 385 l.* sublatum. — **25** *cf. 300 l.* exui. — **26** filippicarum *cdd.* — eos; *praec.* nisi forte. — **27** regni *et Vatic. Cic.;* regis *al.* — Verg.; *cf. 409 l.* triste, amarum. — **29** sustulerit *L;* $H_2$*; G; non B.* — **30** Surgere $Gen_1$. — dist. *A.* — **31** X *B; Gen; P.* — **32** uncula $L_1$. — roris $Gen_1$*;* $L_1$. — **33** sanguinis *B;* $Gen_2$*;* $L_2$*; H;* sanguines $Gen_1$. — **34** idem; *cf. 220 l.* papaver; *comm. in v. 10.* — **1** spargens *pr. L; ed. Bas.; A;* sparges *rell. cum B.* — humida *A,* $H_2$*; non B.* — soporiferumve *B.* — s. p. *om. A.* — **2** XXVIIII *B, Gen,* $H_1$*;* XIX *rell.* — **2–4** *octonarius trochaicus qui sequitur cum haud dubie sit Ennii, ad XIX Lucilii librum,*

405 M.

Vergilius:

spumant aspargine cautes.

|| Spargere, separare. Vergilius in Georg. lib. IIII:

diversum latos iuvenem sparsere per agros.

|| Spargere, inplere. Vergilius in Aen. lib. VIIII:

et iam prima novo spargebat lumine terras.

SIGNARE est designare, ostendere. Lucilius lib. XXVIIII:

sic Sócrates amórem in adulescéntulis
melióre paulo fácie signat nílque amat.

|| Signare, inprimere. Vergilius Georg. lib. III:

et summo vestigia pulvere signent.

|| Signare, discernere, separare. Lucilius lib. XXVIIII:

nám discrimen nón facit,
quei sígnat linia álba.

SOLIDI significatio manifesta est. Vergilius lib. VI:

solidoque adamante columnae.

Solidum, continuum, iuge. Varro Sesquulixe: navibus duodecim [dum] profectum decem annos solidos errasse.

---

5 Aen. III, 534 || 7 IV, 522 || 9 IX, 459 || 11 Lucilius l. XXIX || 14 III, 171 || 16 Lucilius l. XXIX || 19 Aen. VI, 552 || 21 Varro Sesquulixe.

---

*hexametris conscriptum, pertinere nullo pacto potest. extant quaedam, ex quibus appareat in XXIX eiusdem etiam tragoedias respici. sed propius est a fide hausta huius verba cum illis quae sunt* Ennius Thyeste *(ea iam in ed. Lucilii pg. 74 addita). — monuit de Ennio Bentin.; lacunam indicavit Me. — quamquam potuit Nonius versum Ennii etiam sub Ciceronis nomine adferre, a quo Tuscul. I, 44 citatur, ut 121, 4 factum in verbis poetae tragici. — notus mos grammaticorum.* — sanguineo *Gen;* $H_1$. — atra *B.* — **5. 6** Virg *(sic)* spumant asp. c. *m. 2 add. in L.* — *f.* *haec delenda.* — aspergine *B.* — **7** in *om. B.* — **8** diversos $L_1$; *m. 2 id.* diversv̇; diversi $H_2$; discerptum *Verg.; ex hoc in B interpol.* discereum. — iuvem $H_1$. — iuvenem latos *B.* — per agros *Verg.; B;* per auras *rell.* — **9** in *om. ed. Bas.; non B.* — lib. VIIII *om. Gen; L;* $H_1$; lib. I *B.* — **10** *leg. et IV, 584, ubi tamen suspectat Perlcampius. — post in cdd. leg. haec:* Spargere, guttatim fundere. Verg. (Virg.) Aen. lib. IIII: spargens umida (humida *B,* $H_2$, *G*) mella. *quae om. A, del. ed. princ.* — **11** lib. XXVIIII *om. B.* — **12** si *B, Gen, L, H.* — S. in *cdd.; om.* in *quidam ap. Iun.* — amorem *M;* amore et *cdd.* — adulescentilis *pr. G.* — **13** facte (factae *B*) *B, Gen,* $H_1$. — signant *B, Gen,* $H_1$. — nilque amat *M;* nihilque amaret *cdd.* — **15** vestigio pulvera servant *A.* — **16** S., sep., disc. *B;* S., disc. vel sep. *A.* — Luc.; *cf. 282 l.* discrimen rursum separatio *ibique comm.* — XXVIIII *cdd. 282;* XVIIII *h. l.* — **17** nam ut *cdd.* — **18** neque *cdd.* — lima *A, B, Gen,* $H_1$; linea *cdd. 282.* — **21** duodecim; XII *B.* — **22** dum *ut ex praec. vocabulo ortum secl. M. cf. Odyss. IX, 39.* — domum *Roeperus; at displicet illud* profectum; *malis* redeuntem. — domo *Victorius; Iun.; Me; quod non potest probari, nisi statueris quaedam intercidisse et fuisse olim velut haec:* decem a. s. bellasse, decem a. s. errasse; *cf. Ov. Art. am. III, 15 sq.* — *pro* decem X *B.*

SVBNIXVM, subditum. Vergilius [in] Aen. [lib. III:

iuvenemque superbum
servitio enixae tulimus.

Subnixum Vergilius [in] Aen.] lib. IIII:

Maeonia mentum mitra crinemque madentem
subnixus rapto potitur.

|| Subnixum, sublime, hoc est susum nixum. Coelius Annalium lib. I: ea *dum fiunt*, Latini subnixo animo et victoriae certi consilium ineunt.

## INCIPIT PER T LITTERAM.

TANDEM significat vix; ut apud Ciceronem: tandem aliquando, Quirites. — Vergilius [in] Aen. lib. III:

ergo insperata tandem tellure potiti.

|| Tandem significat || et tamen. Titinius [in] Gemina:

síne forma odiosá sim, tandem ut móribus placeám viro.

TAMEN ipsum significat statim. Plautus Rudente:

---

23 III, 326 || 26 IV, 216 || 29 Coelius Ann. I; cf. comm. || 33 Catil. II, 1, 1 || 34 III, 278 || 1 Titinius Gemina || 3 II, 6, 49.

---

23—26 *illa* lib. — Aen., *quae Gen. exhibet in margine m. 2, delevit Quicheratus.* — 23 Verg.; *cf. comm. in 297, 12.* — in *ante* Aen. *add. B, Gen,* $H_1$. — II *B; Gen; L* (*in quo prius fuerat* III); $H_1$. — 24 suberbum *L.* — 26 Verg. — 28 *om. B.* — 26 in *om.* $H_2$, *G.* — 27 Meonia *cdd.* — mitram (mam *Genh*) *cdd.* — 28 portitur $Gen_1$; *pr. L.* — 29 sublime hoc est susum nixum *add.* $L_2$. — ho, *supra scr.* c, $L_2$. — sursum *A.* — Coelius *L;* Celius *P* (*de H nihil adnotatum ad Quicherati exemplar, in quo est* Claudius); Caelius *A; Gen; G;* Cecilius *B.* — 29. 30 Annali *cdd. cum B* (annalib I *L;* anna lib. I $Gen_1$). — *exemplum, quod sequitur, ex Gell. XVII, 2 petitum iam observavit Bent.* — *porro cf. Hertz. Opusc. Gell. 117; 128.* — *ductum est ex Claudii Annalibus.* — *cf. comm. in 87, 4.* — ea dum fiunt *Gell.;* ea *L;* $H_2$; *G;* e *B; Gen;* $H_1$; et *A.* — 30. 31 et v. c. c. in. *om. Gell.; cf. Hertz. pg. 108.* — et victoriae certi *G. Canterus;* ex victoria inerti *cdd.; f.* s. a. ec victoria indepta (*cf. Sall. Cat. 7, 3* civitas — adepta libertate) *vel* ineptum c. i. — 32 *om. H spatio rel.* — 34 in *om. B, Hqos.* — I *B, Gen, L,* $H_1$. — *f. haustus ex alio Aen. libro locus veluti VI, 83.* — 1. 2 atinius *Gen,* $H_1$. — in *om. B, Gen,* $H_1$. — sine *M;* sin (si in *L;* siun *pr. Gs; v. infra;* geminas in $H_1$; *Gen*) *cdd. cum B; v.* — forma *Lipsius;* foma (gemina sinfonia $H_2$; *Gs pr.:* siunfonia, *tum* synfonia) *cdd.; f.* fama. — odiosa *M;* odio (*seq.* s) *cdd.* — sim *M;* sum *v.* — 3 ipsum significat; ipsum sig *in ras.* $L_1$; ipsum saepe significat *A.* — *illud* ipsum, *quo ad superius lemma respicitur parum ex more huius capitis, vid. delendum.* — *cet. n. N.*

utinám fortunam núnc *ego* anatinam úterem,
*utí,* cum exivissem éx aqua, arerém tamen!

Vergilius in Bucolicis:

hic haedos depone: tamen veniemus in urbem.

|| Tamen significat tandem. Pacuvius Periboea:

taménn' obfirmato ánimo mitescít metus?

Sallustius Historiarum lib. III: nam qui enare conati fuerant, icti saepe fragmentis navium aut adflicti alveis undarum vi mulcato foede corpore postremo interiere tamen.

---

6 IX, 62 || 8 Pacuvius Periboea || 10 Sallustius Hist. III.

---

**4** fortuna *cdd. Pl.* — ego *add. Ald.;* hic *Schoellius.* — anutinam (canutinam *Gen,* $H_1$) *cdd. Non.;* anatina *Ambros. Pl.;* anetina *B, C, D.* — *cf. Lachm. in Lucr. pg. 16* (fortuna nunc anetinad *Ritschelius*). — uterem *M;* terent *(sic) C, Gen;* uterer *libri Plauti.* — **5** uti *docti ap. Plautum;* ut *cdd.; om. C, Gen.* — exivissem *docti ap. Pl.;* exissem *cdd. Pl. et Non.* — arerem *Pl.;* rerem (*praec.* a) *cdd.* — *Schoellius diverbio facto interposuit:* quid istuc? *servata alioqui librorum scriptura:* 'quid istuc.' — 'ut cum exissem ex aqua arerem tamen.' — *sane de illo* exivissem *amplius quaerendum.* — **7** hedos *cdd. pr. B.* — **8** Periboea *om. B.* — **9** tamenn'. *ita M;* tamen *cdd.* — offirmato $L_2$*; G; non B.* — **10** Sall.; *cf. Arusian. gr. lat. VII, 456:* adflictus illam rem. Sallustius lib. III: adflicti *e. q. s.* — *agitur de strage classiariorum Mithridatis apud Cyzicum.* — *cf. Kritz. comm. in III, 25.* — **11** fragmentis *Me:* frumentis *cdd.;* ferramentis (ferrimentis *ed. a. 1476*) *male Pius.* — ut *Gen;* $H_1$. — alveis *Me;* asuis *cdd.;* alveos *legit Arusianus (ap. quem* alveo *Gudianus et Perizonianus). sed illum hoc loco ut saepius deceptum existimo corruptela librorum.* — vim *L;* $H_2$. — **12** fide *L,* $H_1$*, Gen;* fede $H_2$*, G.* — postremum $Ho_1$*;* postre *Gen; pr. L;* postremo *ex corr. L m. 1 vel 2;* $Ho_2$*; G.* — *hic inserenda quae pg. 3, 13 post illud* Pausimacho *leguntur intellexit Me; cf. comm. in 3, 13.* — *vid. autem folium hoc, antequam post primam archetypi schedam collocaretur, hic illic esse attritum. unde graviores quasdam traxit corruptelas, maxime in l.* tenacia. — *B om. Sallustii exemplum; A ex toto lemmate nihil habet nisi haec:* Tamen ipsum saepe significat statim. — *iam usque ad pg. 409, 15* nascitur *cum A, B deficit Gen; quorum in locum succedunt Bamb. vel Lugd. alter ac Parisini 7665; 7666.* — interiere (periere *Ald.*) tamen *Me; f.* intereunt tamen; mum (pausimachomum; *sc. in archetypo antequam pagina haec luxata in alium deferretur locum fuerat* postremum) intereni tamen $L_1$*;* mum interent tamen $L_2$*; H; Bamb.* — *in Victorino erasis aliquot litteris existere* munite res tamen *Mercerus testatur in Comment. pg. 84; ubi item in G haberi adnotat Schneiderus.* mumiteres tamen *affert Me e Vict. pg. 191. Schneiderus ad textum adscribit id quod est*
◡ q̃ t ◡
mumiterettam̃. *at Heinemannus legi scripsit:* pausimacho mum iteret (mum it *in ras.*)*; tum, supra add.* ĩ *(si recte lego),* tam̃; ĩ *nota significari alias omissum* n. — mum iterert *ex G adfert ed. Bas. hoc loco. eadem nota neglegentia pg. 3 habet haec:* 'mum in terenti (interiere) tamen Toga dicta est' mss. Merc. Cdd. omnes boni, W, L, Montp. — *de Montepessulano dictum pg. 3.* — *ceterum apparet falli Non. in explicando illo* tamen. — *apud Arusianum haec inveniuntur:* adflicti alveos undarum vi *(om. cdd.)* mulcato corpore interibant. — *ab Aldo violentius nec pro sua sollertia locus ita interpolatus:*

TOGA dicta est a tegendo. et est *toga*, sicut in consuetudine habetur, vestimentum quo in foro amicimur, cuius et Cicero meminit in Catilinam: velis amictos, non togis. — Titinius Fullonibus:

intér decem quae annós nequisti unám togam detéxere.

|| *Toga* dicitur et tectum. Titinius Gemina:

sí rus cum scortó constituit íre, clavis ílico
ábstrudi iubeó, togae ne rústicae sit cópia;

id est: tecti.

TOLLERE, occidere†. Lucilius lib. XXVIII:

ad cuí? quem febris úna atque una *ἀπεψία*,
vini, ínquam, cyathus únus potuit tóllere.

|| Tollere, emittere. Vergilius Aen. lib. II:

clamores simul horrendos ad sidera tollit.

|| Tollere, transferre. Vergilius Aen. lib. II:

unius in miseri exitium conversa tulere.

---

15 II, 10, 22 || Titinius Fullonibus || 18 Titinius Gemina || 22 Lucilius l. XXVIII || 25 II, 222 || 27 II, 131.

---

nam qui enare conati fuerant icti saepe ferramentis navium, tamen aut vulnerati a suis, aut aflicti *(sic)* undarum vi multato foede corpore postremo periere. — **13. 14** Toga; foga $L_1$. — *f.* T. d. est a teg., id est [toga], sicuti cons. hab. — **14. 15. 16** quo — togis. *in L haec tantum potuere legi:* q . . . . amicimur cuius e . . . . t in Catillinam v . . . . togis. — *tum* fullonibus *non comparet neque* uis *in* nequisti. — **15** Catillinam *L, pr. H.* — **17** *cum duriusculi viderentur numeri secundi versus, si trimetri constituerentur, tetrametrum effecimus.* — inter decem quae annos *M;* quae inter d. a. *cdd.* — nequivisti *Paris. 7665.* — **18** Toga *add. Quicheratus.* — tictum *L;* tinctum *Bamb.* — **19. 20** si rus; situs *Bamb.* — togae ne rusticae *M;* rusticae togae ne *cdd.* — copia *om. Bamb.* — *molliores erunt numeri, si octonarios reposueris iambicos in hunc modum:* nam sí rus cum scortó constituit íre (si rus cum sc. constituerit ire *Hermannus*), clavis ílico | abstrúdi iubeo rústicae togaé ne sit illi cópia. — *in verbo* togae, *quod ridicule dictum pro* tecto *vel* tigillo *(Plaut. Aulul. II, 4, 22), non videtur esse offendendum.* — **22** occidere *Me;* hoc cid $L_1$*;* hoc cid; *id. m. 2; Bamb.;* occid. *(ante o littera, quae legi non posset) H;* occidi (cidi *in ras.) G; idem in mrg.* $H_2$. — *sed gravius vid. latere mendum, non modo quod sequitur mox l.* tollere, occidere, *quod potuit ab illo avulsum in alienum locum deferri, sed quod omnino* occidendi *notio parum convenit Lucilii verbis. expectes:* tollere, auferre *vel* absumere. — *ceterum haec et sequentia maculis aqua infusa ortis in H deformia dicit Siversius; v. 22 legere se potuisse negat Onionsius.* — XXVIII *M;* XXVI *v.* — **23** febris atque *Ho; cf. comm. in 22.* — *απεψα* $L_1$*; απεψια et Bamb.; in quo praec.* una *supra scr.* — **24** v. inquam; *f.* vini quem. — cyathus *coni. Iun.; et ita ms. Casaub.;* hiatrus *L; G; Bamb.;* hyatus, hiatus *(ita Hs; v. infra) male edd. ad Iun.* — *illud* vini *tantum in h. v. comparuit Onionsio.* — **25** emittere (*praec.* e) *M;* mittere *v.* — **27** *n. N.*

|| Tollere, inferre. Vergilius in Georg. lib. III:

tollentemque minas et sibila colla tumentem
deice.

|| Tollere est elevare, erigere, ectollere. Vergilius Aen. lib. I:

et mulcere dedit fluctus et tollere vento.

et lib. XII:

* * *

idem in X:

tollit se adrectum quadrupes.

M. Tullius Philippicarum lib. XI: vel in caelum || vos, si fieri poterit, umeris nostris tollemus. — Lucilius lib. XXVIII:

tanti se emporiis montes εἰς αἰϑέρα tollent.

M. Tullius [in] Hortensio: nihil tamen inesse quo se animus excellens tolleret. || Tollere, ostendere. Vergilius [in] Aen. lib. I:

cui mater media sese tulit obvia silva.

idem lib. VII:

laborum
prima tulit finem.

|| Tollere, occidere. Varro Sexagesi: nunc quis patrem decem

---

29 III, 421 || 32 I, 66 || 34 XII; cf. comm. || 36 Aen. X, 892 || 1 XI, 10, 24 || 2 Lucilius l. XXVIII || 4 M. Tull. Hortensio || 5 I, 314 || 7 Aen. VII, 117 || 10 Varro Sexagesi.

---

**32** erigere, extollere *huc transtulit Quicheratus. nam in cdd. leguntur 407, 5 post illud* ostendere. — et tollere $L_1$*; ed. Victor.; Paris. 7666; ed. princ.;* extollere *H*, $L_2$, *ed. Bas.;* ectollere *Me.* — **32—37** *in Hs tradita haec:* Verg. Aen. lib. I et lib. XII. et (lib. XII et *add. m. 2*) mulcere — vento. item in X tollit — quadrupes. — *et ita rell. cum Bamb., ut vid., exc. quod L* Verg.; *porro om. verba* item (idem in IX *ed. a. 1480*) in X, *quae del.* $H_2$. *pro his* item *add.* $L_2$. — **32** Verg.; *cf. 415 l.* ventus. — *ex libro XII et 114 et 904 poni potuisse adnotat Quicheratus. sed nescio an illud* et lib. XII *sit ab interpolatore additum.* — **36** *cf. 29 l.* calces. — **37** arectum $H_1$; adr. *rell.* — **1. 2** filippicarum $L_1$*; G.* — tunc vel *Cic.* — celum $H_1$. — potuerit $L_2$; $H_2$; *G;* potierit $H_1$; poterit *Halmii cdd. omnes; qui praefert illud* potuerit. — tollem $H_1$. — **3** tati, *supra scr.* n, *L.* — emp. *Palmer.;* temporis *C* (tantis etemporis *L;* $H_2$; *cd. Vict.;* tantisetemporis $H_1$). — eis aetera *Vahlenus;* et faetera *C;* ad sidera *I. Dousa; similiter Palmerius.* — *nos in ed. Lucilii, quod ne nunc quidem displicet:* tantae se emporiis merces et fenera (*i. e.* capita) tollent. — **4** in *om.* $L_1$. — inesse quo *(ablat.) M;* esse in quo *cdd.* — **5** tolleret *M;* tollere (*seq.* t) *cdd.;* tollat *ed. princ.;* tollere non possit *Mc;* t. queat *Orell.* — Tollere, ost.; *add. cdd.* erigere, extollere; *v. supra.* — in *a correctore add. in L; om. G; habet Bamb.* — **8** ea vox audita lab. *Verg.* — **10** *cf. comm. in 406, 22.* — *Varr. exemplum adfertur pg. 422 s. l.* tollere. — nunc quis *elegantissime libri 422;* nunquis (numquis *Bamb.*) *h. l.;* nam quis *Scal.* — decem annorum *cdd. utrobique; quod potest tolerari, si* natus *sit* filius. — decem annos *Scal.*

annorum natus non modo aufert, set tollit, nisi veneno? ‖ Tollere est et differre. Plautus Poenulo:

omnís extollo ex hóc die in aliúm diem.

‖ Tollere, pati, sustinere. Vergilius in Aen. lib. III:

iuvenemque superbum
servitio enixae tulimus.

et lib. XII:

non tulit instantem Phegeus animisque frementem.

Terentius Phormione:

égo te conplurés advorsum ingénium meum mensés tuli.

M. Tullius in Verrem, Divinatione: tuli graviter et acerbe, iudices. — idem de officiis lib. II: nisi enim multorum inpunita scelera tulissemus.

TENACIA est perseverantia et duritia. Ennius Hectoris Lytris:

ducít quadrupedum *vim* ínvictam efferam índomitam et iungít iugo
quorúm tenacia ínfrenari válida *vix quitúr* minis.

‖ Tenacia, parsimonia. Afranius Privigno:

vixísti tristis, dúrus, difficilís, tenax.

TEMPESTAS est turbo ventorum. Vergilius in Georg. lib. I:

quid tempestates autumni et sidera dicam?

‖ Tempestas, tempus. Sallustius in Iugurtha: ea tempestate in

---

12 II, 52 ‖ 14 III, 326 ‖ 17 XII, 371 ‖ 19 III, 2, 35 ‖ 21 2, 4 ‖ 22 II, 8, 28 ‖ 24 Ennius Hectoris lytris ‖ 27 Afranius Privigno ‖ 29 I, 311 ‖ 31 8, 1.

---

**11** aufert *cdd. 422;* fert *h. l.* — set; sel *pr. L;* sed *L ex corr.; $H_1$; Bamb.; cdd. 422;* seu *$H_2$; G.* — *illud* tollit *neutro loco satis commode explicatur a Non.; sed inest amphibolia, quam perspexit Oehlerus apteque inlustravit notissimo in Neronem epigrammate, quod extat vitae Sueton. cap. 39.* — ferendi *et* tollendi *verbis lusit idem Varro in satura de officio mariti ap. Gell. I, 17.* — **13** *ita etiam Pl. cdd.; exc. quod in Ambros. vid. fuisse:* omnis extollo ex hoc in alium diem; *cf. Goetzii comm.* — *a Plauto tamen venisse existimo:* omnis ex hoc die in alium extollo diem. — **14** Verg.; *cf. comm. in 297, 12.* — II *Bamb.* — **18** fegemus *$L_1$;* fegeus *rell.* — **19** formione *cdd.* — **20** cumplures *H.* — adversum *$L_1$; Bamb.* — **21** Divinatione *ed. a. 1476;* divinationes *Paris. 7666;* divinationis *rell.* — acerve *$L_1$.* — **22** inpunita *Cic.;* inpunitates (imp. *$L_2$; G*) *$L_1$; $H_2$; G;* in inp. *$H_1$;* inpunitas *Lugd.* — **23** scelerum *$L_2$; $H_2$; pr. G; Bamb.* — tulissem *cdd.* — **24** haectoris listris *cdd.;* ustris *(sic) f. $L_1$;* lystris *Bamb.* — **25. 26** *ita M, ut in loco desperato; cf. Il. XVI, 148—51; cdd.:* ducet quadrupedum iugo invitam doma infrena (domain frena *H*) et iuge valida quorum tenacia (frenatia *Bamb.; Paris. 7566;* tenatia *$H_1$*) infrenari minis. — *commenti sunt alii alia, quae videre est apud Ribbeckium et Quicheratum.* — **27** Afranius; *cf. comm. in 409 l.* triste, severum. — **28** vixistis *$L_1$.* — **31** temptate *pr. L.*

exercitu nostro fuere conplures novi atque nobiles. — Lucilius lib. XXVII:

iám qua tempestáte vivo, crésin ad me récipio.

Pacuvius Teucro:

quam té post multis túeor tempestátibus!

M. Tullius de senectute: cursus est || certus aetatis et una via naturae eaque simplex; sua cuique parti aetatis tempestivitas est data. — Varro Endymionibus: dum sermone cenulam variamus, interea

'tonuit bene tempestate serena.'

TREPIDARE, metuere. Vergilius lib. VIIII:

dum trepidant, it hasta Tago per tempus utrumque.

idem lib. VIII:

trepident inmisso lumine Manes.

Lucilius lib. XXX:

sed quid ego haec animo trepidantei dicta profundo?

|| Trepidare, festinare. Vergilius lib. VIIII:

ne trepidate meas, Teucri, defendere navis.

et Georg. lib. IIII:

tunc trepidae inter se coeunt pinnisque coruscant.

TANGERE, ferire, commovere. Vergilius lib. VIIII:

nec solos tangit Atridas
iste dolor.

idem lib. XII:

miseri te siqua parentis
tangere cura potest, oro.

---

32 Lucilius l. XXVII || 35 Pacuvius Teucro || 1 10, 33 || 3 Varro Endymionibus || 5 Ennius || 6 Aen. IX, 418 || 8 Aen. VIII, 246 || 10 Lucilius l. XXX || 12 Aen. IX, 114 || 14 IV, 73 || 16 Aen. IX, 138 || 19 XII, 932.

---

32 noviles $L_1$. — **33** XXVI *Bamb.* — **34** chresin *Lachmannus*; certe sine *C, Bamb.;* sine *post* ad me *collocatum in Turicensi;* certe finem *Palatin.* — **35** Pacuvius; *cf. 413 l.* tueri, videre. — **36** tueor *cdd. 413;* ebeor *h. l.* — **2** naturaequae simplex *L,* $H_1$, *Bamb.* — sua *L;* $H_1$; *Bamb.;* suaque *cum* $H_2$ *et G Cic. cdd.* — parti aetatis *ed. a. 1471; Bas.;* partis aetatis *L;* $Ho_1$; *Bamb.;* parcitatis $Ho_2$ (*del.* aetatis); *G, ut Cat. Paris. 6332* (parti aetatis, *m. 2* parcitati *Hs; sed in P est* parcis). *variae hic cdd. Cic. corruptelae; qui quidem omnes om.* aetatis. — **3** endaemionibus *L,* $H_1$; endemionibus $H_2$, *G, Bamb.* — celula $H_1$ (celulam $Ho_1$). — **5** *est Ennii versus; cf. Ann. 155:* cum tonuit laevum b. t. s. — tonuiit $Hs_2$. — seraena *Bamb.* — **7** it; *cf. Lachmann. comm. in Lucr. pg. 209.* — **8** VIIII *C; non Bamb.* — **10** Lucilius lib. XXX *in ras. add.* $G_2$. — **11** ahaec *(supra* a *prius et infra rasura)* *L.* — trepidante *cdd.;* trepidanti $Ho_1$; *Bent.* — **15** tum *Verg.* — pennisque $L_2$; *Hqos; G; Bamb., ut vid.* — **16** commore $L_1$. — **20** parentes $L_1$.

M. Tullius in Verrem, Frumentaria: *ut* numquam tuum animum cura tuarum fortunarum cogitatioque tangeret. — Lucretius:

nec bene promeritis capitur neque tangitur ira.

‖ Tangere est contingere. Lucretius lib. I:

tangere enim et tangi nisi corpus nulla potest res.

Terentius in Adelphis:

........ númquam, dum ego adero, híc te tanget.

‖ Tangere, inspicere. Lucilius lib. XXVI:

númquam priu' quam vénas hominis tétigit ac praecórdia.

‖ Tangere etiam circumvenire. Turpilius Demetrio:

ad étiam ineptus méu' mist iratús pater,
quia sé talento argénti tetigi véteri exemplo amántium.

idem Leucadia:

hoc quaero: ignóscere
istíc solentne has quási minoris nóxias,
erúm si forte gáliola viní tago?

Lucilius lib. XXX:

et Musconi' manum perscribere posse tagacem.

---

22 II, 3, 26, 65 ‖ 23 II, 651 (I, 49); cf. comm. ‖ 25 I, 304 ‖ 27 II, 1, 3 ‖ 29 Lucilius l. XXVI ‖ 31 Turpilius Demetrio ‖ 34 Turpilius Leucadia ‖ 38 Lucilius l. XXX.

---

**22. 23** in Verrem, Frum. *M;* in Frum. Verrinarum *cdd.* — ut *om. cdd.* — nuncquam *Bamb.;* nunc quam $L_1$. — tuum animum *Me;* tua me *C, Bamb.* animum tuum *cdd. Cic.* — fortunarum tuarum *ap. Cic. Lagomarsinianorum optimus.* — Lucr.; *cf. 252 l.* capi, propitiari. — *ubi cum variarent cdd., cur sequentia secundo potius quam primo libro adscriberentur, haec fuit causa, quod locus, quem claudunt in l. I, haud dubie est suppositicius.* — **24** nec tangitur *cdd. Lucr. I, 49; Serv. ad Aen. VI, 376 libri pr. R.* — *cet. cf. Lachm. comm. in Lucr. II, 646.* — **27** adelfis *cdd.* — **28** nunquam $H_1$. — hic $H_1$*; Bamb.;* hoc *rell.* — **29** XXVII *Bamb.* — **30** nunquam *Gerlachius;* nequam (nequa $H_1$) *cdd.; fuerat in archetypo per compendium scriptum* nuncquam. — neque prius quam *Ald.* — venas *in ras.* $L_1$. — **32** ad $L_1$*;* at *rell. cum Bamb., ut vid.* (ad *Lugdun.*). — mihi est *cdd.* — irat. *(sic) Bamb.,* t *in ras.* — **33** talem to $L_1$. — amantium *Carrio; Me;* amanti *cdd.* — **36** istic; ista, *supra scr.* vel istic *Bamb.* — solentne has *Me;* solent neas *L, H;* solentne as *ed. Bas.; Bamb.* — quasi *ex seq. v. huc retraxit M.* — min *tantum in H potuit legi.* — noxas $L_1$*;* $H_1$. — **37** galiola; galeola *Ribbeckius* (erum si forte quas galiolas vini tago *metro non satis curato Cuiacius*); quasi alias res *cdd.* (quasi *ad priorem v. revocavit M; porro illud* res *videtur olim pertinuisse ad emendandum id quod est* minoris). — tago *Cuiacius; Gulielmius;* cavo *cdd.* — **38** Luc.; *cf. Fest. 359; Paul. 358 s. l.* tagax; *qui* tagacem *male explicant per* furunculum, *cum sit* furax. — Lucilius lib. *in ras. add.* $G_2$. — **39** Mutonis *Fest.; Paul.* — *utrumque nomen recte habet. cet. cf. comm. in XXX, 100.* — manum *Fest.; Paul.;* manu *cdd.* — perscribere; *scil.* verberibus. — posse tagacem *Paul.* (posse tagem *Festi cd.*); posset agacem $L_1$*;* posset aiacem $L_2$*; H; G;* posset alacem *Bamb.*

Pomponius Aleonibus:

ád ego rusticátim || tangam; *nam* úrbanatim néscio.

|| Tangere, attingere. M. Tullius in Verrem, actione II: Verres simul ac tetigit provinciam. — Vergilius lib. VIIII:

sat fatis Venerique datum, tetigere quod arva
fertilis Ausoniae Troes.

TRISTE, crudele, inmite. Vergilius Aen. lib. II:

illi mea tristia facta
degeneremque Neoptolemum narrare memento.

Lucilius lib. XXX:

aque tuis saevis factis et tristibu' dictis.

|| Triste est mestum aut infestum. Vergilius in Bucolicis:

tristis at ille: tamen cantabitis, Arcades, inquid.

idem Georg. lib. III:

aut unde nigerrimus auster
nascitur et pluvio contristat frigore caelum.

idem in Bucolicis:

triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres.

Terentius in Andria:

cave né te tristem séntiat.

M. Tullius in Ortensio: aliud ex silvis severum et triste.
|| Triste, severum. [C.] Afranius Privigno:

* * *

---

40 Pomponius Aleonibus || 2 II, 1, 10, 27 || 3 Aen. IX, 135 || 6 II, 548 || 9 Lucilius l. XXX || 11 X, 31 || 13 III, 278 || 16 III, 80 || 18 II, 3, 29 || 20 M. Tullius Hortensio || 21 Afranius Privigno; cf. comm.

---

40 Pomponium *cdd.* — *cf. 166 l.* rusticatim. — 1 ad *L; Lugdun.;* at *H, G; item, ut vid., Bamb.* — nam *om. cdd.* — 2 Tangere, attingere *Quicheratus (qui male ponit post 408, 39);* Tangere contingere *(om.* $L_1$*) cdd.* — accione *Bamb.* — 3 ac *om.* $L_1$. — 4 datum est *plures Verg. cdd.; sed cf. II, 291.* — 7 illic $L_1$. — tristitia $L_1$, $H_1$. — 8 degenerem *Bamb.* — 9 Luc.; *cf. 388 l.* saevum, durum. — 10 aque *M; cf. comm. in 388;* itaque *h. l. C, Bamb.* — suis *Bamb.* — sevis *C, non Bamb.* — factis saevis *cdd. 388.* — 11 maestum *ed. Bas.; Bamb., ut vid.* (mestum *Lugd.*). — 12 inquid $L_1$*; Lugd.;* inquit $L_2$*; H; G; Bamb., ut vid.* — 15 nascitur. *post hoc vocabulum, non, ut in comm. ad 3, 13. 14 expressum est, post* auster, *C, Bamb. continuant ea quae 3, 15 sqq. leguntur. cf. comm. in 3, 13. 14.* — *rursus incipit Gen.* — 16 idem; *cf. 349 l.* maturum, mite. — 19 ne tristem *Gen;* $H_1$. — cave te esse tristem sentiat *cdd. Ter.* — 20—24 tristior *primus add. Iun.* — 20 *f. ad seq. l. pertinet.* — *cet. cf. 390 l.* severum, asperum. — ort. $L_1$*;* hort. *rell.* — ex silvis severum et triste *cdd. 390;* ex silvis severe (exiluisse vere $H_1$) tristis (tristes *Gen;* $H_1$) *h. l.* — 21 Triste, sev.; *hinc rursus incipit A, qui omissis sequentibus continuat l.* triste, amarum. — C. *del. Iun.* — *etiam 33, 29 fertur:* M. Afranius Privigno; *ubi tamen erroris originem demonstravimus.* — 22 *lacunam posse expleri vel hoc versu (33, 30):* non ego te novi tristem,

*M. Tullius* de officiis lib. I: ad in eius familiari Scipione ambitio *maior, vita tristior.* — Terentius *Andria:*

*trístis* veritás inest in vúltu adque in verbís fides.

|| Triste, amarum. Vergilius Georg. lib. I:

tristisque lupini
sustuleris fragilis calamos.

|| Triste, minax. Vergilius Aen. lib. II:

isque adytis haec tristia dicta reportat.

|| Triste, grave. M. Tullius de re publica lib. VI: qui numerum optumatum et principum optudit his vocibus et gravitatis suae *testem* linquit illum tristem et plenum dignitatis sonum. || Triste, difficile. M. Tullius de senectute: facilius in morbos incidunt adulescentes, gravius egrotant, tristius curantur. || Triste, nigrum. Vergilius Georg. lib. III:

aut tonsum tristi contingunt corpus amurca.

|| Tristis, iratus. Afranius Epistula:

---

23 I, 30, 108 || 24 V, 2, 16 || 26 I, 75 || 29 II, 115 || 31 M. Tull. de re publ. VI || 34 19, 67 || 36 III, 448 || 38 Afranius Epistula.

---

saevum, serium? *vel tali (407, 28):* vixisti tristis, durus, difficilis, tenax *monet Me.* — **23** M. Tull. *(sic) add. Iun.* — ad in *M;* adin *Gen*, $H_1$*;* adein *pr. L;* acdein *L ex corr.;* $H_2$*; G.* — familiaris *cdd.* — Scipionem *Gen; H.* — *ap. Ciceronem haec feruntur:* erat in L. Crasso — multus lepos — at isdem temporibus in M. Scauro — singularis severitas; in C. Laelio multa hilaritas, in eius fam. *e. q. s.* — **24** maior, vita tristior *om. cdd.* — Andria *add. Quicheratus.* — **25** tristis *add. Ald.; qui primus hoc exemplum adiecit.* — tristis veritas. veritas *etiam cdd. Serv. ad Aen. X, 612; item Donati in Eunuch. V, 1, 22 ed. princ.; at libri Ter.:* tristis severitas. *et ita Serv. ad Georg. III, 37. nam recte ibi videtur habere lectio vulgata.* — *defendit illud* tristis severitas *Studemundius Annal. philolog. a. 1868 pg. 568; eumque secutus Bartelsius pg. 32.* — *nec sane obstat, quod Nonius verbum* tristis *explicat per* severus. *nam talia saepe idem alibi. sed molliores erunt numeri, si cum Spengelio reposueris id quod est* tristis veritas. — adque $L_1$*;* atque *rell.* — fideles $Gen_1$. — **26** *hinc rursus incipit B.* — Verg.; *cf. 404 l.* sustulit, abstulit. — **27** tristis *A; Gen;* $H_1$*; non B.* — **28** fragiles *A.* — **29** Verg. *e. q. s. om. B.* — in Aen. *L.* — **30** aditis *C, Gen, B.* — tristitia *Gen;* $H_1$. — duta $H_1$. — **31** qui. *de Catone Censorio vid. agi.* — numerum *B;* numero (inumero *pr. L*) *rell.* — **32** optimataum $H_1$*;* optimatam *Gen;* optimatum *B.* — principium *Gen; pr. L et H.* — n. opt. et princ.; *i. e.* multos optimates et principes. — optudit (*i. e.* tacere coegit) *Halmius;* optulit *cdd.* (obtulit *B*). — his *ed. a. 1471;* is *cdd.* — vocis *B, Gen,* $H_1$. — **33** testem *add. M.* — linquit *perfectum* (liquit *B*); *puto* relinquit. — **34** M. Tull.; *cf. 315 l.* grave, molestum. — **35** adulescentes *om. A; B; Gen; L;* $H_1$*; cf. comm. in 315.* — egrotant *A, Gen, L; non B.* — tristitius $Gen_1$. — **37** amurga $Gen_1$. — **38** *fuit cum scribendum existimarem* ingratus, *verba, quae secuntur:* iactet. mihi erit tristior *eiusdem esse personae ratus.* — *sed enim altero Afranii versu videtur adseri lectio tradita.* — epistola $L_2$*, H, G, Gen, B.*

'iactábit sese.' — 'iáctet.' — ‖ mihi erit trístior;

id est, iratior. — idem in eadem:

idém natura trístiori paúlulo.

‖ Tristis, doctus. Varro Trihodite Tripylio, *περὶ ἀρετῆς κτήσεως*: illud vero quodam mei *sedet fato,* ut ego non metuam fulmen, non aruspicem tristem, simul ac Glycerion quaero. — Lucilius lib. XXVIII:

adde eódem tristis ác severos phílosophus.

TRAHERE, [per terram] ducere. Vergilius in Aen. lib. I:

lora tenens tamen; huic cervixque comaeque trahuntur
per terram.

‖ Trahere est rursum levare. M. Tullius de deorum natura lib. II: et recenti fossione terram fumare calentem adque etiam ex puteis iugibus aquam calidam trahi. — Plautus Amphitryone:

*ní* ego illi puteó, si occepso, ánimam omnem íntertraxero.

TARDVM significat pigrum, lentum. Vergilius Georg. lib. I:

saepe oleo tardi costas agitator aselli.

---

2 Afranius Epistula ‖ 4 Varro Trihodite Tripylio ‖ 6 Lucilius l. XXVIII ‖ 9 I, 477 ‖ 12 II, 9, 25 ‖ 14 II, 2, 41 ‖ 16 I, 273.

---

**1** iactabit *Passerat.;* iactavit *cdd.* — iactat $L_1$. — tristitior $Gen_1$. — **2** id est iratior *f. ab interpolatore add.* — **2. 3** id est *L.* — idem in — paululo *om. B.* — **3** idem *ed. Bas.; v.;* id est *Gen, L, H.* — tristitiori paulato *Gen,* $H_1$. — **4** Tristis, doctus. *ingens hic Non. stupor.* — trifodite (trifote *B, Gen,* $H_1$) trifolio *cdd.* — *cf. comm. in 4, 11 et Indicem.* — *π. ἀ. κτ.;* περι-αρετηcεωc *C, Gen.* — **5** quondam *L ex corr.,* $H_2$*, G, B.* — mei (*pro* mihi) *M;* meae *cdd.* — sedet fato *add. M* (illud vero quondam animo meo sedet *Stevechius; sed* quondam, *cum non soleat poni pro* iam diu, *non videtur hic habere locum;* quod animae meae insidet *Vahlenus*). — sedet; *i. e.* fixum est, *ut Aen. V, 418.* — fulmen; fulmem $L_1$*;* pamem *B, Gen,* $H_1$. — *nec tamen videtur dubitandum de illo* fulmen. *ita 166, 4 L,* $H_1$*, Bamb.* pamones *pro* pulmones. — panem *inepte P; neque Pani deo hic puto esse locum.* — **6** ac simul *B.* — Glycerion *M;* dici non (non *om. B, Gen,* $H_1$) *cdd.* — **8** acde *B.* — severus *cdd.* — filosofus $L_1$*;* philosofus $L_2$*;* filosophus *Gen.* — philosophus; *cf. comm. in Luc. XXVIII, 5.* — tristes ac seueros philosophos *v. c. Dousae.* — **9** Trahere; *cf. 412 l.* trahere; *quod subiungit versui Plautino ed. princ., rectius cum initio huius loci conflat Quicheratus ita:* Trahere consuetudine manifestam habet significantiam: p. t. ducere. Virgilius — terram. Virgilius Aeneidos (*debebat esse* idem) lib. II: altaria — traxit. Trahere dare — trahebat. Trahere est rursus levare *c. q. s.* — *nos tamen, ne violentius res gereretur, servavimus librorum memoriam.* — per t. *secl. M.* — in *om. B.* — **10** huc $H_1$. — **12** rursum *A, B, Gen,* $H_1$*;* rursus *rell.* — **13** recenti *Cic.;* regem qui *C, Gen, A, B.* — atque *cdd. pr.* $L_1$. — **14** trahit *cdd. cum A, B.* — Plautus; *cf. 148 l.* occepso *ibique comm.* — **15** ni *om. cdd. h. l.* — **16** Georg. *om. cdd. pr. B.* — **17** agitator; igitur *Gen;* $H_1$. — asselli *L; post* a *ras. in Gen.*

Terentius Eunucho:

fátuus est, insúlsus, tardus.

|| Tardum, diuturnum, perseverantem. Vergilius Georg. lib. II:

Mediá fert tristis sucos tardumque saporem.

TENDERE, inhabitare, tabernacula et hospitia ponere. Vergilius Aen. lib. II:

hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles.

|| Tendere, insidiari, decipere: dictum a tendicula. Terentius Phormione:

. . quia non réte accipitri téndìtur neque míluo.

|| Tendere est proprie laxitate distendere et sine rugis facere. Vergilius in Aen. lib. III:

tendunt vela noti.

idem lib. VI:

tendebantque manus ripae ulterioris amore.

|| Tendere est dirigere. Vergilius in Aen. lib. I:

per tot discrimina rerum
tendimus in Latium.

idem lib. II:

ad caelum tendens || ardentia lumina.

Lucretius lib. I:

primum Graius homo mortalis tendere contra
est oculos ausus.

|| Tendere, contendere. Vergilius in Aen. lib. II:

ille simul manibus tendit divellere nodos.

idem lib. V:

---

18 V, 8, 49 || 20 II, 126 || 23 II, 29 || 26 II, 2, 16 || 29 III, 268 || 31 Aen. VI, 314 || 33 I, 204 || 36 II, 405 || 2 I, 66 || 5 II, 220 || 7 Aen. V, 154.

---

**18. 19** *om. B.* — **19** fatus *$Gen_1$; pr. L.* — **20** Verg.; *cf. 345 l.* medicamentum — venenum. — **21** fer *Gen, L, $H_1$; non B.* — **22** *olim in lemmatis initio vid. fuisse vv. 28—32.* — Tendere dicitur inh. *A.* — **24** sevus *A, Gen, H, G; non B.* — **25** decerpere *B, Gen, $H_1$.* — **26** in *ante illud* Phormione *add. $L_2$; $H_2$; sed in hoc eras.* — formione *Gen, H, G; non B.* — **27** recte *cdd. cum A, B.* — accipit ritenditur *Gen, $H_1$.* — accipit neque tenditur *B.* — tenditur; legitur et 'tennitur' *Donat.* — *post* miluo rete *addit B.* — **28** laxitate *M;* laxitatem *v.* — **29** Verg.; *cf. 307 l.* fuga — navigatio. — in *om. B;* in Aen. *om. ed. Bas.* — **30** nothi *A, B.* — **33** Verg.; *cf. 282 l.* discrimen est periculum. — **1** tentens *$Gen_1$.* — **3** primus *B.* — gaius *$L_1$;* gravis *Gen; $L_2$; H; non B.* — tollere *cdd. Lucr.; sed* tendere, *ut exquisitius, merito praefert Lachmannus; cuius conf. comm.* — **5** in *om. B.* — **7** idem; *cf. 282 l.* discrimen, certamen.

411 M.

aequo discrimine Pistrix
Centaurusque locum tendunt superare priorem.

TVRPE est indecorum, informe. Vergilius lib. VI:

et Metus et malesuada Fames ac turpis Egestas.

idem Georg. lib. III:

scabiemque ferat turpisque podagras.

‖ Turpe, grande. Vergilius Georg. lib. III:

optuma torvae
forma bovis, cui turpe caput.

idem [Georgicon] lib. IIII:

et turpis pascit sub gurgite phocas.

TENERVM significat gracilentum * * * Vergilius in Georg. lib. III:

et ros in tenera pecori gratissimus herba.

TENVE, vehemens. Vergilius Georg. lib. II:

tenuisque lageos,
temtatura pedes olim vincturaque linguam.

‖ Tenue, infecundum. Vergilius in Georg. lib. II:

tenuis ubi argilla et dumosis calculus arvis.

‖ Tenue, tenerum. M. Tullius in Verrem, de suppliciis: reticulum-

---

10 Aen. VI, 276 ‖ 12 III, 299 ‖ 14 III, 51 ‖ 17 IV, 395 ‖ 19 III, 326 ‖ 22 II, 93 ‖ 25 II, 180 ‖ 27 II, 5, 11, 27.

---

8 aeque (eque *Gen*) *cdd. h. l.* — dyscr. *B.* — Pistrix; *ita et B; cf. comm. in 282.* — **10** indecorem $Gen_1$. — deforme *B, non A.* — **11** *cf. 349 l.* metus. — malasuada *B;* $Gen_2$; $H_1$; malasuadas $Gen_1$; malaesuada $H_2$. — egetas *Gen.* — **13. 14** *om. B.* — **13** podagros $H_1$. — **14** *n. N.* — **15** optuma (optima *B*) torvae; scabiemq. uae *Gen* (*hic supra* sc *pos.* ◡); $H_1$. — **17** idem; Vir̃ *B.* — Georg. *secl. M.* — **18** pacit $Gen_1$. — focas *cdd. cum B.* — *similia Serv. adnotat ad locos Vergilianos. sed et hic falsus. cum v. 18 cf. Ovid. Metam. I, 300.* — **19—21** *hoc l. mancum esse apparet, cum una tantum eius quod est* tenerum *apponatur significatio· neque ea res fugit Quicheratum. verum non post Vergilii exemplum, sed ante lacunae signum ponendum demonstrat locus Vergilianus, cui parum convenit illud* tenerum, gracilentum. *fuit qui coniceret haud inepte haustum Aen. l. IX v. 698 sq.:* volat Itala cornus aera per tenerum (*ita et Macrob. V, 13, 7 Georg. III, 109 habet* aera per tenerum, *ubi Vergilii cdd.* vacuum; aera per tenerum *iam Lucretius II, 146*); *ac dein addendum l.* Tenerum, molle, *quod post v. 21 intercidisse suspicatur Quicheratus.* — **19** gracile lentum *Montepess., A, B, Gen,* $H_1$. — **21** rost *pr. L; post* ros *ras. in Gen.* — **22—33** *multa in his perverse Non.* — **22** Verg.; *cf. Serv. ad h. l.* — **24** temtatura *L;* tempt. *rell. cum B.* — vinturaque *H;* victuraque *G.* — lingua *L.* — **25. 26. 27** Verg. — tenerum *om. B.* — Verg.; *cf. Serv. ad h. l.* — **26** calculis $Gen_1$; *pr. L.* — **27** M. Tull.; *cf. 141, 15 sq. ibique comm.* — in V., de s. *M;* de suppliciis (officiis $L_1$) in V. *cdd.*

que sibi ad naris admovebat tenuissimo lino. ‖ Tenue, frigidum. Vergilius Georg. lib. I:

ne tenues pluviae rapidive potentia solis
acrior.

idem lib. III:

tum tenues dare rursus aquas.

‖ Tenue, parvum, exiguum. M. Tullius in Ortensio: eundem non *modo* mediocri pecunia, sed etiam tenui percipere possumus. — Vergilius lib. V:

et tenuis Teucrum res eripe leto.

idem Georg. lib. I:

ni refugis tenuisque piget cognoscere curas.

TENET, sicuti est usu, significat conprehendit, detinet. Vergilius Georg. lib. IIII:

verum ubi correptum ‖ manibus vinclisque tenebis.

M. Tullius in Verrem, Divinatione: non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus hic tenet. ‖ Tenet, inhabitat, possidet. Vergilius in Georg. lib. IIII:

quae gurgitis huius
ima tenes.

‖ Tenet, prohibet. Vergilius [in] Georg. lib. II:

texendae saepes etiam, pecus omne tenendum.

‖ Tenet, conpescit, subprimit. Vergilius Georg. lib. IIII:

tenuitque inhians tria Cerberus ora.

‖ Tenet, tegit. Vergilius Georg. lib. I:

---

29 I, 92 ‖ 32 Georg. III, 335 ‖ 34 M. Tullius Hortensio ‖ 36 Aen. V, 690 ‖ 38 I, 177 ‖ 41 IV, 405 ‖ 2 16, 52 ‖ 4 IV, 321 ‖ 7 II, 371 ‖ 9 IV, 483 ‖ 11 I, 115.

---

28 ad naris *om. B.* — 29—34 exiguum *om. B.* — 29 Verg.; *cf. Serv.* — 30 pontia *L.* — 32 *cf. Serv.* — 34 hortensio *cdd. pr.* $L_1$. — 35 modo *add. Nobbius.* — etiam *om. B; non A.* — possumus. *hic finit A in cd. 347. relicua eius pars in 357 legitur.* — 37 loeto *B; Gen;* $L_2$*;* $H_1$. — 38 idem; *cf. 275 l.* cognoscere. — 40 usu; usus (*seq.* s) *ed. princ.;* in usu *Quicheratus.* — significat $Gen_1$. — Verg.; *cf. 254 l.* corripere. — 1 virum *L.* — 2 video mihi non te *Cic.* — huc $H_2$. — librum *om. B;* lib *Gen, L, H.* — 3 tenet hic, *sed corr., L.* — 4 in *om. B.* — 4—7 lib. IIII — lib. II *in mrg. add.* $Gen_2$. — 6 tenens *A, Gen,* $H_1$*; non B.* — 7 Tenet, prohibet. *om. seq. usque ad 17* dicit *B.* — in *om.* $H_1$*; pro* Verg. in $Gen_2$*:* uirgi. — III $Gen_2$*; L; pr. H.* — 8 saepes et *A.* — etiam; etiam *pr. Mediceus Verg.* (et iam *quidam ap. Serv.*); etiam (et iam) et *rell.* — tuendum *pars librorum Verg.* — 9 conpescit $L_1$ *solus.* — supprimit *A,* $L_2$*, G.* — 10 tenuique $Gen_1$*;* $L_1$. — hora *A.* — 11 tegit; tetigit *L;* etgit $Gen_1$. — Verg.; *cf. 41 l.* abundare.

412 M.

amnis abundans
exit et obducto late tenet omnia limo.

|| Tenet, dirigit. Vergilius Aen. lib. I:

sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris
quove tenetis iter?

|| Tenet, intellegit [dicit]. Terentius in Andria:

'íd paves, ne dúcas illam; tu aútem, ut ducas.' — 'rém tenes.'

TREMERE dicitur conmoveri, agitari. Vergilius lib. XI:

cur ante tubam tremor occupat artus?

|| Tremere, timere. Vergilius Aen. lib. II:

hic aliud maius miseris multoque tremendum
*obicitur magis.*

Plautus [in] Asinaria:

nón placet: pro mónstro extemplost, quándo sudat quí tremit.

TRAHERE consuetudine manifestam habet significantiam. [ut] Vergilius Aen. lib. II:

altaria ad ipsa trementem
traxit.

|| Trahere, dare. Vergilius in Aen. lib. I:

partibus aequabat iustis aut sorte trahebat.

TEMPTARE est exercere. Vergilius in Georg. lib. III:

et temptat sese adque irasci in cornua discit,
arboris obnixus trunco.

---

14 I, 369 || 17 II, 2, 12 || 19 XI, 424 || 21 II, 199 || 24 II, 2, 23 || 27 II, 550 || 30 I, 508 || 32 III, 232.

---

12 omnis *h. l. cdd.* — 13 exsit $Gen_1$; etsit $L_1$ (*fuerat in archet.* ecsit). — abducto *Gen*; $H_1$. — laetae $L_1$; laete $H_1$; lete $Gen_1$; limite $L_2$. — 14 diriget $Gen_1$. — 15 quibus advenistis $Gen_1$; $L_1$. — ob oris $Gen_1$; $L_1$. — 17 intellegit *A*; intellegis $Gen_2$; *H*; *G*; intelleges $Gen_1$; *L*. — dicit, *quod ex* git *supra* intellegis *apposito videtur esse ortum, secl. M; om. cum Ter. l. A.* — Tenet, intelligit, dicit *non bene Me; nec melius Iun.*: Tenes, intelligis dicit Terentius. — 18 id caves (praecaves, cave) *pars cdd. Ter.* — ne d. tu illam *plerique cdd. Ter.; apud quem G om.* tu. — 19 conm. $L_1$ *solus.* — 20 cur ante tubam (tuuam $L_1$); curant et uuam *Gen*, $H_1$; curantur et, *tum lacuna quinque vel sex litterarum, B.* — artus *et B*; aritus *pr. L*; ar, *tum ras.*, tus *Gen*; arcus $H_1$. — 22 miseri (miserum $H_2$) *cdd.; om. B.* — 23 *e Verg. add. Quicheratus.* — 24 in *om. B; Gen;* $H_1$. — 25 *cf. ed. Goetzii.* — exemplo est *C, Gen, B;* extemplo est (exemplo est *pr. D*) *cdd. Goetzii;* exemplumst *e libris Langianis Gulielmius ap. Grut. III, 338; f. recte.* — quid *C, Gen, B;* qui sudat tremit *cdd. Pl.* — 26 *cf. comm. in 410 l.* trahere. — consuitudine (*pr.* consuitudinem) *L;* consuetudinem $Gen_1$. — ut *om. B; Gen;* $H_1$; *ed. Bas.* — 27 in Aen. *B.* — I *B, qui om. 28, 29, 30.* — 30 Verg.; *cf. 244 l.* aequare. — 31 trahebat. *rectiora de h. l. Servius.* — 32 exercere *Quicheratus;* exerceri *cdd. cum B, qui sequentia usque ad 413, 3 om.* — I *Gen, L;* II $H_1$. — 33 atque *Gen*, $L_2$, *H*, *G.* — corna $L_1$; $Gen_1$. — 34 ab oris $H_1$.

|| Temptare, experiri. Vergilius lib. VIII:

his fretus non legatos neque prima per artem
temtamenta tui pepigi.

|| Temptare, adgredi. Vergilius Aen. lib. II:

extemplo temptanda fuga canit aequora Calchas.

|| Temtare, petere, ducere. || Vergilius Aen. lib. III:

unde laborum
temptare auxilium iubeat.

TAETRVM, vitabile. M. Tullius de officiis lib. III: postremo etiam in liberis civitatibus regnandi existunt cupiditatis, quibus nihil nec taetrius nec foedius excogitari potest. || Taetrum dicitur inluviosum, faetidum. Vergilius Aen. lib. III:

tunc vox taetrum dira inter odorem.

idem lib. X:

lavit inproba taeter
ora cruor.

M. Tullius in Verrem, actione secunda: quam multis istum ingenuis, quam multis matribus familias in illa tetra adque inpura legatione vim adtulisse existimatis? — Lucilius lib. XXX:

quae non [spectans] spectandi studio, sed ab omini' taetri
inpulsu ingressast.

---

35 VIII, 143 || 38 II, 176 || 1 III, 145 || 4 III, 8 36 || 7 III, 228 || 9 Aen. X, 727 || 12 de praet. urb. 24, 62 || 14 Lucilius l. XXX.

---

35 VIIII *Gen; pr. H.* — 36 fretos *Gen*$_1$*;* *L*$_1$. — 37 temptamenta *Gen*$_2$*; H, G.* — 39 aequore *Gen, L, H*$_1$. — calcas *H*$_2$. — 1 Temptare *cdd. pr. L.* — petere; etere *in ras. L*$_1$. — ducere *M;* dare (dare *in ras. L*$_1$*;* dare *supra scr. Gen*) *cdd.* — 4 Taetrum; e *ubique A, B; item Gen et H pr. v. 10; contra* ae *L pr. v. 13; item cd. Bas. ubique* (*v. 6 et 17* Tetrum *a nobis ex G notatum*). — Taetrum, vitabile *om. B.* — 5 etiam *B; cdd. Cic.;* eiam *Gen, H, L;* hae iam *G; ita fere edd. priores.* — cupiditatis *nominativ.* (cupiditates *B; H*$_2$). — 6 fedius *B; Gen*$_2$*; H; G.* — cogitari *Bakius.* — potest. *post h. v. collocandum exemplum Lucilii, quod cum olim in marginem esset delatum, mox post alterum, non, ut oportebat, post prius M. Tullii exemplum est collocatum.* — 7 inliviosum *L*$_1$*;* inluviorum *Gen*$_1$*;* illuviosum *L*$_2$*; H*$_2$*; G; non B.* — foetidum *B; Gen; H*$_1$. — Tetrum dicitur ingluviosum (g *in ras.*), fetidum, nigrum *om. prioribus A.* — 8 tum *Verg.* — 9—11 *om. B.* — 9 id.; *cf. comm. in 327, 7, ubi hoc exemplum omissum.* — 12 M. Tull.; *cf. 324 l.* inpurus *cum comm.* — accione *B, L.* — II *ed. Bas.* — illum *pro* istum *cdd. 324.* — 13 ingeniis *B, Gen, H*$_1$. — familiis *cdd.* — ilia *Gen*$_1$. — atque *cdd. pr. L*$_1$. — 14 Lucil.; *cf. comm. in v. 6.* — 15 quem *B.* — spectans (expectans *G*) *seclus. Gulielm.* — sed *idem;* se *cdd.* — ad *L*$_1$*; m. 2* at. — ominis *Gen;* omnis *H*$_1$*;* hominis *B; L; H*$_2$*;* hominibus *G.* — omini' taetri; *ita 357 in v. Acciani illis* obsceno omine obscenum *explicatur per* vitabile. — 16 ingressast *M;* ingressus (*seq.* t) *cdd.* — *agitur de vulpe ad leonem aegrotum accedente.*

413 M.

|| Taetrum, amarum. Lucretius lib. IIII:

ac veluti pueris absinthia taetra medentes
cum dare conantur.

|| Taetrum, impium, crudele. M. Tullius de officiis lib. III: promissum potius non faciundum quam taetrum facinus admittendum fuit.

TORQVERE significat inflectere. Vergilius in Georg. lib. II:

Ityraeos taxi torquentur in arcus.

Terentius in Eunucho:

illúd vide, os ut síbi contorsit cárnufex!

|| Torquere, guro celeri rotare. Vergilius Aen. lib. I:

ast illam ter fluctus ibidem
torquet agens circum.

|| Torquere, iacere, mittere. Vergilius lib. V:

in medios telum torsisti primus Achivos.

TVERI dicitur servare, custodire. M. Tullius Epistularum ad Caesarem lib. I: ut sciret tuenda maiore cura esse quam parta sunt. — Vergilius lib. VIIII:

succedunt variantque vices, quod cuique tuendumst.

---

17 IV, 11 || 20 III, 25, 95 || 23 II, 448 || 25 IV, 4, 3 || 27 I, 116 || 30 Aen. V, 497 || 32 M. Tull. Epist. ad. Caes. I || 34 Aen. IX, 175; sed cf. comm.

---

**17** Tetrum (etrum *in ras.*) *G.* — Lucr.; *cf. 190, 24.* — **18** nam *cdd. Lucr. h. l.;* sed *I, 936.* — *post* veluti hic *supra scr.* $A_2$. — absenthia $L_1$; $Gen_1$; absinthia *et A;* absynthia *ed. Bas.* — **20** Taetr. — crud. *cum Lucr. exemplo om. B.* — crudelem *pr. L;* $H_1$. — M. Tull.; *cf. 309, 32.* — **21** potius *om. B.* — faciendum *A, B, Gen,* $L_1$, $H_1$. — **24** ityreos *C, Gen;* etireos *B;* itureos *A;* ityreos taxi *litt. capitalibus Gen, H.* — **26** video *B.* — os *om. id.* — video (*m. 1* videos *Genhm*) $Genh_2$. — ut *om.* $Gen_1$; $H_2$; *L; G.* — distorsit *Ter.* — carnifex *B, Gen,* $L_1$, $H_1$. — **27** guro *M;* guiro $Gen_1$; *pr. L;* $H_2$ *in mrg.* (*ubi* guiro *del., sed restitut.*); giro *B;* $Gen_2$; *L ex corr.;* $H_1$; gyro *A, ed. Bas.* — Aen. *om. Gen,* $H_1$. — **28** illum $H_2$. — **29** torquet agens *Verg.;* $H_2$; *sed id rursus mutatum;* torqueat gens $L_1$; *ed. Bas.;* torqueat ingens *Gen,* $L_2$, $H_1$. — **31** achibos *Gen,* $L_1$, $H_1$. — **32** Tueri — custodire *perinde ac v. 27 inde a* Verg., *porro 28–31 om. B.* — custodire *om. Gen,* $H_1$. — epistolarum *B,* $H_2$, *G.* — at $L_1$. — **33** scire *B, Gen,* $H_1$. — maiora *B, Gen,* $H_1$ (*m. 2* maiorae). — gura $Gen_1$; curae, *sed* e *eras.,* $H_2$. — *notus versiculus:* nec minor est virtus quam quaerere parta tueri. — **34** VIII *cdd. pr. B.* — **35** *haec e duobus vel adeo tribus (nam de IX, 164 potest dubitari) Vergilii versibus conflatu; i. e. IX, 222; 164; 175:* succedunt servantque vices: statione relicta; discurrunt variantque vices fusique per herbam; excubat exercetque vices, quod cuique tuendum est. — *similis neglegentiae exemplum pg. 403 ad l.* subit, in memoriam reducitur *est adnotatum.* — vices *B per interpolationem;* duces *rell.*

|| Tueri, videre. Vergilius lib. V:

excipiunt plausu pavidos || gaudentque tuentes
Dardanidae.

Pacuvius Teucro:

quam té post multis túeor tempestátibus!

TERGORA dicuntur coria. Vergilius in Aen. lib. I:

tergora diripiunt costis.

|| Tergora, dorsa. Vergilius lib. VIIII:

hinc raptas fugientibus ingerit astas
in tergum.

Lucilius lib. XXVIIII:

orátionem fácere conpendí potes,
solví dum salvo térgo a tergínó licet.

|| Tergum, scutum. Vergilius lib. VIIII:

et venit adversi in tergum Sulmonis.

idem lib. X:

dentibus infrendens et tergo decutit hastas.

* * * TRASMITTERE, tradere, derelinquere. Lucilius lib. XXVIII:

Polemónem amavit, mórtei huic transmisít suam
scolám, quam dicunt.

TEMERARIVM, sicut plerumque, a temeritate. || Temerarium, metuendum et sollicitum. Plautus in Asinaria:

séd quid hoc quod pícus ulmum túndit? heu, temeráriumst.

---

36 Aen. V, 575 || 3 Pacuvius Teucro || 5 I, 211 || 7 Aen. IX, 763 || 10 Lucilius l. XXIX || 13 Aen. IX, 412 || 15 Aen. X, 718 || 17 Lucilius l. XXVIII || 21 II, 1, 14.

---

36 VI *cdd.; in B post spatium duarum litt. vacat.* — *cf. Aen. VI, 688.* — 1 plauso *Gen*, $H_1$. — gaudentque tuentque tuentes $Gen_1$. — 3 Pacuvius; *cf. 407 l.* tempestas, tempus. — 4 te *cum apice Gen; H.* — 5—9 *inde a* Verg. *om. B.* — 5 in *om. ed. Bas.* — 6 deripiunt *Heinsius.* — 7 Terga $Gen_2$, *L ex corr., H, G.* — 8 hastas $Gen_2$; *H, G.* — 10 XXVIIII *M;* XXVIII *cdd.* — 11 conpendi $L_1$ *solus.* — potes *Gen, L ex corr.*, $H_1$; postes *B; pr. L;* potest *rell.* — 12 solvi *Iun.;* salvi *cdd.* — tergo; in tergo *C pr.* $L_1$; *Gen; B.* — a terg. *M;* et tergino *Gen; L;* $H_1$; et in tergino $H_2$; *G;* et salvi *(quod ex praec. irrepsit)* non *B.* — 14 *cf. Serv.* — sulminus $Gen_1$; *L (in hoc supra* i *f.* o *eras.; supra pr. partem* u *litterae eras. punctum).* — 16 *cf. Serv.* — 17 *apparet quaedam hausta.* — Trasm. $L_1$; Transm. *rell.; B.* — trad. *Iun.;* trahere *cdd.* — 18 Pol. *Iun.;* polemon et *L*, $H_2$, *G;* polemo et *B, Gen*, $H_1$. — amavit; am (etam) aũt *B.* — mortei; morte *Lachm. comm. Lucr. 170;* mortem *cdd.* — trasmisit *nos in ed. Luc.* — 19 scholam *Iun.;* scholen *Lachm.;* scolem *B, Gen*, $H_1$; scotlem *rell. (in H supra* c *eras.* h). — 20 sicuti *B.* — temeritatem $Gen_1$; *pr. L.* — 21 sollitum *G;* insolitum *non bene Guietus.* — metuendum et sollicitum; *n. N.* — 22 hoc *om. G; Me; non B.* — almum *B, Gen*, $H_1$. — heu *M; nam ita apparet legisse auctorem Nonii;*

et in sequentibus:

aút mihi in mundó sunt virgae aut átriensi Saúreae.

[TEGETES a tegendo. Varro de re rustica lib. I: sic quae fiunt de cannabi, lino, iunco, palma, scerpo, ut funes, restes, tegetes; quaeque *e* fundo sumi non poterunt.

TALEAS scissiones lignorum vel praesegmina Varro dicit de re rustica lib. I (nam etiamnunc rustica voce intertaliare dicitur dividere vel excidere ramum): ex utraque parte aequabiliter praecisum, quas alii clavulas, alii taleas appellant.]

## INCIPIT PER V LITTERAM.

VOLARE est avium. Vergilius in Aen. lib. IIII:

humilis volat aequora iuxta.

|| Volare, celeriter currere. Terentius Hecyra:

ne frustra íllic expectét, || vola.

Vergilius lib. V:

ecce volat calcemque terit iam calce Diores.

---

23 II, 1, 16 || 25 I, 22, 1 || 28 I, 40, 4 || 33 IV, 255 || 35 III, 4, 24 || 2 Aen. V, 324.

---

